UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

DE OFFICIO IVDICIS, ET ADVOCATI

LIBER [illegible] NVS.

[illegible] IVDICIBVS, ET [illegible]

IN TRES DIVISIONES [illegible] PRIMA [illegible]

[illegible] CAMPIAR BARCINONENSE [illegible] Vniuersitatis Comitatis Barcinonensis per [illegible] Conceptum, & Domus eiusdem Comitatis [illegible] Assessore, [illegible] Ministerii Cathaloniae, & Bandis Generalis Cathaloniae, [illegible] Officij Magistri Rationalis Regij Assessore.

CVM INDICE DVPLICI, ALTERO QVÆSTIONVM, altero verò rerum, & verborum [illegible]

Anno [illegible] 1732.

CVM LICENTIA.

[illegible]

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

DE OFFICIO IVDICIS, ET ADVOCATI

LIBER VNVS.

IN QVO VARIAE QVAESTIONES IVDICIBVS, ET Aduocatis vtiliſsimæ tractantur.

IN TRES DIVISVS PARTES, IN QVARVM PRIMA de officio Iudicis, in ſecunda de officio Aduocati, in tertia de quæſtionibus communibus officio Iudicis, & Aduocati diſceptatur.

AVCTORE IOANNE PAVLO XAMMAR BARCINONENSI Domicello, & I.V.D. olim in optima Vniuerſitate Ciuitatis Barcinonæ per ſexdecim annos primario Iuris Pontificij Interprete, & Domus eiuſdem Ciuitatis ordinario Aſſeſſore, nunc verò Regiæ Maieſtatis Conſiliario, & Baiuliæ Generalis Cathaloniæ, necnon Officij Magiſtri Rationalis Regij Aſſeſſore.

CVM INDICE DVPLICI, ALTERO QVÆSTIONVM, altero verò rerum, & verborum copioſiſſimo.



Anno 1639.

CVM LICENTIA.

Barcinonæ: Ex Typographia Iacobi Romeu, in platea diui Iacobi. *A coſta de Iuan Çapera Mercader de libros.*

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

HÆC MAIORVM SVORV INSIGNIA
IO. PAV. XAMMAR
AVXIT

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

SANCTITATIS PATRI, PATRONO PATRIÆ SVÆ CATHALONIÆ;
IVRISPRVDENTIVM TVTELARI,
SACRI ORDINIS BEATÆ MARIÆ DE MERCEDE FVNDATORI,
POENITENTIÆ SVB GREGORIO IX. INSIGNI MINISTRO,
ET IACOBI I. REGIS ARAGONVM CONFESSARIO,
RELIGIONIS PRÆDICATORVM LVMINI ET GENERALI TERTIO,
MIRABILIVM PATRATORI OPERVM,
MARIS POTESTATI DOMINANTI, MORTVOS E FAVCIBVS
INFERI REDVCENTI,
ILLVSTRI CLAVIGERO COELI IANVAS RESFRANTI,
GRATIÆ SANITATVM DISPENSATORI,
PAVPERVM SOLAMINI,

COELESTIS CVRIÆ CIVI,
ET STELLATA SEDE BEATO

D. RAYMVNDO

A PENIAFORT

DOCTOR IOANNES PAVLVS XAMMAR SACRABAT OPVS.

IVDICIVM ET APPROBATIO OPERIS.

EGO Franciſcus Ioannes à Magarola V. I. D. & de Regio Cõſilio Baiuliæ Generalis Cathaloniæ ciuiſque honoratus Barcinonæ. Ex comimſsione admodum Illuſtris & Reuerendiſſ. don Garciæ Ægidij Manrique Regij Conſiliarij & Epiſcopi Barcinonæ perlegi, atque recenſui librum cuius titulus eſt, *de Officio Iudicis & Aduocati.* Authore eximio Ioanne Paulo Xammar V. I. D. & de Regio Conſilio Baiuliæ Generalis Cathaloniæ domicelloque Barcinonæ domiciliato, in quo nihil iuueni, quod bonis moribus, fidei noſtræ ortodoxæ vel ſacrorum Canonum decretis aduerſetur & reluctetur; quin potius decretis religionis Chriſtianæ maximè conſona, redolere pietatem ſingularem, ſummam doctrinam; maximum ingenij ſplendorem, aſsiduam grauiſsimorum Doctorum euolutionem: Vnde tanquam vniuerſi iuris Pontificij & Cæſarei cœtum iucundiſſimum omni generis ſplendore refertum, & ad vtilitatem publicam neceſſarium meritò typis mandandum eſſe iudico. Dat. Barcinon. die 10. Iunij 1639.

Franciſcus Ioannes Magarola V. I. D. & de Regio Conſilio Baiuliæ Generalis Cathaloniæ.

Imprimatur.
G. Epiſcopus Barcinonen.

CEN

CENSVRA NOBILIS DON ACACII DE RIPOLL REGII CONSILIARIJ in Baiulia Generali Cathaloniæ, Fiſcique Regij in ea Aduocati.

LIbrum hunc (cuius titulus eſt, *de Officio Iudicis & Aduocati*, cuius Author Egregius *Ioannes Paulus Xammar* domicellus V. I. D. Regiuſque Conſiliarius in officio Baiuliæ Generalis collega meus) qua potui attentione, ex commiſsione admodum Illuſtris & admodum Reuerendi domini don Franciſci de Erill Regij Conſiliarj & Cancellarij Principatus Cathaloniæ, Comitatuumque Roſsilionis & Ceritaniæ legi, vt ex eius lectura multa lucrarer, in quo ea omnia, tam in graui ſtilo, & methodo, quam in perpolito & eleganti ſermone, tum & in optima quæſtionum propoſitione, diſputatione, ac reſolutione, materiarumque contextura grande Authoris ingenium ac doctrinam ſummam, & elegantiam, variamque rerum notitiam, & ſcientiam demonſtrant, ex cuius lectura Aduocatus: ſi lectator illius fuerit, aberrare non poterit in cauſarum patrocinio, iudexque ſuum rectum & integrum præſtabit officium, non deuiando à recta via integri iudicis: omnia enim, quæ in eo reſoluuntur, ſacrarũ litterarum auctoritate, iuribus, grauiſsimorumque virorum ſententijs ac ſacrorum Senatuum deciſionibus comprobantur; vndè non ſolum nihil reperi à recta via deuians: Sed quod ex eo poſſunt aliàs aberrantes ad rectam viam redire, & per eam rectum iter agere, vnde dictum hunc librum & Authorem doctum, libro docto famulari cenſeo, digniſsimumque vt typis mandetur, Authoremque culpabilem, quod tandiu tardauerit tale pignus in lucem proferre. Barcinonæ vndecima Nouembris 1639.

Don Acacius de Ripoll.

Imprimatur.
Don Franciſcus de Erill Cancell.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DE FRAY FRANCISCO DE Iesus Maria Religioso Carmelita Descalço hijo del Autor a su padre.

SONETO.

Rios son caudalosos para el mundo
los q̃ escriuierõ libros eloquẽtes,
de cuyas doctas plumas los corrientes
al ingenio dan riego mas fecundo:
Pablo Xam-mar es mar cuyo profundo
abarca entre sus olas eminentes
thesoros ricos bienes excelentes,
q̃ podrà ya qualquier coger yocũdo.
Y porque quanto el mar en si recibe
de ostentallo a la orilla se gloria
oy este mar ostenta su thesoro.
Quien quisiere tomar no se prohibe,
lea pues el Letor con alegria,
que este tan singular thesoro es oro.

IOSEPHVS XAMMAR parentis opus meritis commendat elogijs.

ODE DACTYLICA.

AEvo perennis gloria pullulat,
ditata seclis nomina deferens:
rodet nec augustos vetustas
quos patrios geminas honores.
Assurgit auctо Patria lumine,
chari refulgens pignoris artibus,
gaudetque distentis decoram
progeniem genuisse terris.
Sordent sepulchris nomina Principum
ignota factis: puluere corruunt
elata non gestis, sed auri
Signa virum fabricata sumptu.
Te digna factis Stemmata prædicant,
te gesta clarum laudibus efferunt,
solusque longæuis adaptas
temporibus memoranda plausu.
Iam fama plenis peruaga buccinis
latis pererrans finibus obstrepit,
fusosque gestimus per orbes
multiloquo ferat ore nomen.

ELOGIO DEL MISMO EN alabança de la obra.

OCTAVAS.

DE dotrina blason, de sciencia pompa eres, si ya no pielago profundo,
(ò libro) en quiẽ la naue indocta yzõpa
escarmiento ha de ser a todo el mũdo:
oy de la fama la eloquente trompa
te aclama de concetos tan fecundo,
que de ydea te da timbre galante,
feudo deuido a tu saber triunfante.
Termino fuiste a la mayor sapiencia,
quãdo al docto comercio te ofreciste;
del Bartolo mas alto la eminencia,
al ver tu altura de si mismo eschiste:
no puede ya espirar a mas la sciencia
del Drecho, porque tu la sumergiste
de nueua gloria en pielagos sonoros,
dò quantas olas bullen son tesoros.
Páre el gallardo buelo de tu pluma,
à no intentar le sean breue esphera
las Monarchias de la hinchada espuma,
los distritos de luz mas altanera:
tu doto parto, en breue espacio, es suma
de la primera ley, a la postrera:
dedique pues la voz de nueuos mũdos
à tu pluma laureles sin segundos.

SONETO.

Dedicalo Iuan Xammar en alabança de su padre, Autor del libro.

PIsas con pie tan dueño la fortuna
quando entregas tus obras a la fama,
que en lustrosos aplausos se derrama
ambiciosa à tus pies toda la Luna.
Eloquentes incendios mancomuna
el Sol, pues rayo a rayo, y llama a llama
lo sutil de tu sciencia vfano aclama,
sin dexar silenciosa luz alguna.
De tus ecos el cielo es oficina,
breue theatro el orbe de tus glorias,
es suspension el ayre en triunfo tanto.
Laureen pues aquestos tu dotrina,
y en dulce son festejen tus vitorias
victimas, hechos de vn planzible espãto.

DECI-

DECIMAS.

Consagralas al Autor del libro su padre, Madalena Xammar su hija.

DE tu assunto la beldad
descuella (ò padre y señor)
del Drecho sobre la flor
de la docta Antiguedad:
norma a la Barbaridad
el mas docto antiguo fue;
pero en tu assunto se vè
mas que admirar, pues has dado
al docto Iuez, y Abogado
norma, ley, preceptos, fe.

En ternuras de cristal
mis dos ojos resoluia,
en el tiempo que aduertia,
que era tu vida mortal.
mas ya cessò esse raudal
de fomentar en mis ojos
tan amorosos enojos,
desde que tu libro vi,
pues te rinde en el a ti
la Eternidad mil despojos.

Tus obras seran de oy mas
antidoto del oluido,
en ellas tendrà esculpido
el tiempo quanto le das:
quede pues la imbidia atràs
al rayar de tu dotrina,
porque ya a tu frente inclina
zonas de laurel la fama,
y a tu docta prenda aclama
de la mayor palma dina.

DE LA MISMA AL MISMO,

LYRAS.

DE las nueue requiero
todo el coro, que es corta vna Talia,
en tanto que venero
(ò padre) tu saber, con voz no mia,
pues ya el comun empleo
de la fama te sirue de tropheo.

La Eternidad aspira
à ser bronze que graue en si tus glorias,
ya la embidia retira
sus pendones blandiendo a tus victorias,
y en tus obras empieça
à lograr timbre eterno tu destreza.

Serà padron de sciencia
si ya obelisco no, ò dota coluna,
la obra de tu sapiencia,
con parabien inmenso de fortuna,
y tus letras tan bellas,
que pondran ambicion a las estrellas.

DE LA MISMA.

CANCION.

MI Parnaso Amor seas
prodigo de cõcẽtos armoniosos,
ya que mi plectro empleas,
y a mi canto das rumbos amorosos;
que en lances tan dichosos,
y en empeño tan pio,
justo es sea el Amor Parnaso mio.

Que dirè que le quadre
a la candida luz de tu dotrina;
(dulce amoroso padre)
sino que entre sutil y cristalina
es de tanto honor dina,
que pone en suspensiones
de la mas dota fama los blasones.

Aliente la sapiencia,
quando tropheos tantos le ocasionas,
pues gana a competencia
por tu fauor tropeles de coronas;
y a las celestes Zonas
suba el doto sonido,
à pesar de la imbidia y del oluido.

INDEX

INDEX QVÆSTIONVM HVIVS OPERIS.

Pars prima, continet 24. quæstiones.

QVæst. 1. De qualitate Iudicis. fol. 2.
Quæst. 2. De præheminentia iudicis. fol. 9.
Quæst. 3. De opinionum delectu. fol. 15.
Quæst 4. An propter difficultatem vel obscuritatem causæ liceat iudici rem de qua litigantur, inter litigates diuidere. fol. 19.
Quæst. 5. Consilium sapientis quando iudex necessariò sequi teneatur vel non. fol. 22.
Quæst. 6. De iudicis arbitrio circa ea, quæ legibus expressa sũt. fol. 26.
Quæst. 7. Quibus casibus iudex consulere Superiorem debeat. fol. 34.
Quæst. 8. Quemadmodum in iudice intelligatur regula cap. 3. de reg. iur. in antiquis, quod vtilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur. fol. 39.
Quæst. 9. Quæ possit aut debeat ex officio iudex. fol. 46.
Quæst. 10. De officio iudicis in causis summarissimis. fol. 64.
Quæst. 11. De officio iudicis in causis pœnarum, quæ aduersus fraudes indicuntur. fol. 73.
Quæst. 12. De his, qui iudicare coguntur vel prohibentur. fol. 85.
Quæst. 13. Illiteratus an possit esse iudex vel assessor. fol. 93.
Quæst. 14. De iudice in causa propria. fol. 97.
Quæst. 15. De sententia dicenda. fol. 107.
Quæst. 16. An magis expediat Reipublicæ sine legibus iudicare, & arbitrio iudicũ relinquere omnia vbi multa de qualitate legũ. fol. 117.
Quæst. 17 Quando iudex ad damni dati restitutionem teneatur tam in interiori quam in exteriori foro fol. 122.
Quæst. 18. de conscientia iudicis. fol. 127.
Quæst. 19. De salarijs & expensis iudicum. fol. 136.
Quæst. 20. De muneribus & donis iudicum. fol. 142.
Quæst 1. Officia iudicum an vendi possint, & an peti vel appeti valeant. fol. 147

Quæst.

Quęst. 22. Eligi an posist ad iudicis officium dignus; omisso digniori. fol. 152.
Quæst. 23. Assessor an habeat iurisdictionem & votũ decisiuum in causis, vel dumtaxat consilium. fol. 157.
Quęst. 24. De Assessoribus. fol. 162.

Pars secunda continet 9. quæstiones.

QVęst. 1. Qualem oporteat esse aduocatum. fol. 176.
Quęst. 2. De prærogatiuis aduocatorum. fol. 182.
Quæst. 3. de his qui aduocare coguntur vel prohibentur. fol. 188.
Quęst 4. De pręuaricationibus & collusionibus aduocatorũ, & quemadmodum teneantur seruare secretum. fol. 195.
Quæst. 5. Doctor sentiens contrarium an tuta conscientia subscribere opinioni plurium possit. fol. 200.
Quęst. 6. De fisci aduocato. fol. 205.
Quæst. 7. De officio aduocati fiscalis aduersus feudatarios domini Regis. fol. 218.
Quęst. 8. De conscientia aduocati fol. 229.
Quęst. 9. De salarijs & sumptibus aduocatorum. fol. 236.

Pars tertia continet 5. quæstiones.

QVæst. 1. Iudicis aut Aduocati munus an sit animæ periculosum. fol. 242
Quæst. 2. De auditione aduocatorum. fol. 245.
Quæst. 3. Sit ne vera Ciceronis sententia, qui sensit non posse iudicem aliud iudicare de iure, & aliud aduocatum respondere. fol. 249.
Quæst. 4. Quando assessor aut aduocatus tacendo consentire censeatur. fol. 253.
Quęst. 5. An iudex vel aduocatus officio duorum fungi possit. fol. 257.

PARS

PRIMA HVIVS LIBRI PARS DE OFFICIO IVDICIS.

EX QVAESTIONE PRIMA.

SVMMARIVM.

1 IVdex in iure appellatur vir bonus.
2 Iudex vnde dicatur.
3 Iudex quomodo definiatur.
4 Iudex quare vocetur vir bonus.
5 Iudex est veluti animatum ius.
6 Iudex qualis esse debeat.
7 In iudice magis attendenda fama, & conscientia quam scientia.
8 Iudex malus propter populi peccata datur.
9 Iudicis qualitates.
10 Iudex debet habere scientiam.
11 Iudex debet habere notitiam boni, & equi, & quare.
12 Iudex debet studuisse per quinque annos, & quid in Regno Castellæ, & in Catholonia.
13 In iudice requiritur experientia.
14 Praxis est scientia digestiua.
15 Experientia vocatur plenitudo scientiæ, vbi & alia de experientia.
16 Iudex debet aduocationibus causarum exercitatum fuisse, & quid in Cathalonia.
17 In iudice an magis necessaria sit theorica quam praxis.
18 In iudice an maior scientia requiratur, quam in aduocato.
19 In iudice an requiratur eloquentia, & ibi nonnulla de scientia cum eloquentia comungenda.
20 In iudice magni fit scientia liberalium artium, & præsertim historiæ.
21 Iudices & Consiliarij Principum non debent esse nimis acuti.
22 Iudices eligi debent senes potius quam iuuenes, non tamen reprobatur inter senes vnus, aut alter iuuenis.
23 De iudicum ætate.
24 Iudex debet habere fortitudinem, & quare.
25 Iudicis officium est subditos à violentijs tueri, & quæ sint illius partes.
26 Iudex se ab odio amore timore, & auri cupiditate defendere debet.
27 Iudex debet aliquando Principi refragari.
28 Iudex ob defectum roboris animi potest ab officio deponi.
29 Nimium senes non debent effici iudices, & quare, & quæ sint vitia senectutis.
30 Pauperes non debent effici iudices, & quare.
31 Iudex in eligendo in Cathalonia habebatur ratio nobilitatis, & quare.

32 *Inter pares eligendos officiales, an sit habenda ratio nobilitatis.*
33 *In iudice exigitur iustitia, & quare.*
34 *Iudex & ius quomodo à Græcis vocantur.*
35 *Iudex malus quare dicatur iniquus.*
36 *Iudex est iustum animatum.*
37 *Iudicis vox est viua vox legis.*
38 *Iudices fuerunt constituti ne leges vanæ fierent.*
39 *Iudex non debet esse clementior lege.*
40 *Iudex non debet esse iuris nouator.*
41 *Iudex non debet menti legis fraudem facere inhærendo verbis.*
42 *Iudex nihil iudicare debet, nisi vtraque parte audita.*
43 *Iudex debet miscere lenitatem cum seueritate.*
44 *Iudex debet misericordiam præferre rigori.*
45 *Fallit quando rigor est scriptus.*
46 *Iudex debet facere officium patris & ornatur.*
47 *Iudicis officium magis exuberat in absoluendo.*
48 *Iudex ob nimiam seueritatem potest ab officio deponi.*
49 *Iudices Regiæ Audientiæ in Cathalonia non possunt iudicare ex æquitate, nisi quæ conformetur regulis iuris.*
50 *Iustitiæ vis quanta sit.*
51 *In iudice requiritur iustitia etiam circa mores ipsius.*
52 *Iudices ab omni auaritiæ labe nitidi esse debent, & ornatur.*
53 *Iudices debent seruare manus mũdas Deo, Regi, & legi.*
54 *Iudices non debent esse superbi, & ornatur.*
55 *Iudices inter se debent esse beneuolentia coniuncti, & ornatur.*
56 *Iudices præponi non debent luxuria obcæcati & quare.*
57 *Iudices incedant honestis vestibus, & capillis non comptis, & ornatur.*
58 *Quot vitia constituant iudicem malum.*
59 *Iudicis mali pœna.*
60 *Iudex bonus non parcit labori, nec confidit in laboribus aduocatorũ, & ornatur.*
61 *Iudicum frequens vitium alienis studijs operam dare, & litterarum studium comparatur cibo.*
62 *A iudice poscitur maturitas.*
63 *Prudentia propria virtus iudicum, & ornatur.*
64 *Non debet iudex verbis excandescere etiam contra quos malos putat, & ornatur.*
65 *Iudex potest carcerare, & punire eum, qui non exhibet sibi reuerentiam.*
66 *Iudex quomodo intelligatur, quod debet se ostendere terribilem delinquentibus.*
67 *Iudex in puniendo abstinere debet ab ira, & à gaudio, & quare & ornatur.*
68 *Non debet iudex facile credere, nec nimis incredulus esse.*
69 *Curet etiam iudex recte videri agere.*
70 *Non debent iudices in sententijs ferendis præcipites esse, & an præcipitãdo peccent mortaliter, & sententia nulla sit.*
71 *Iudex interdum ab insipientibus consiliũ petere debet.*
72 *Iudex debet se facilem in audiendo præbere & ornatur.*
73 *Non debet iudex motus animi sui facile detegere, nec in occulto audire partem.*
74 *Non debet iudex esse omnino inexorabilis, neque in hoc gloriari.*
75 *Iudicis prudentia circa preces rogantiũ, & maximè vxoris, & filiorum.*
76 *Non debent iudices esse loquaces, nec tamen tacere, vbi loqui oportet, & ornatur.*
77 *Debent iudices maximè seruare secretũ negociorum gestorum, & multis exornatur.*
78 *Iudex operam dare debet, ne contemnatur, & exornatur.*
79 *Debet iudex reuerenter viros honoratos salutare, & ornatur.*
80 *Debet iudex magno animo esse erga inuidos, & detractores, & ornatur.*
81 *Assentatoribus aures nè præbeant iudices.*
82 *Consiliarius debet esse vnus ex mille.*
83 *Boni iudices indice fama quærendi sunt, & ibi ratio.*
84 *Pro iudice præsumi semper tanquam pro viro bono.*

85 Quæ

85 *Quæ probationes contra iudicem requirãtur, remissiuè.*
86 *Iudici fauendum est in syndicatu, in quibus tamen fallat.*
87 *In iudicem non admittitur iuramentum in litem.*
88 *Iudex non dicitur inferre metum, & eius præsentia excludit præsumptionem metus, & fraudis.*
89 *Iudex supplet consensum propinquorum statuto requisitum.*
90 *Pro sententia, & gestis à iudice præsumitur, etiam si à sententia sit appellatum, & num. 92.*
91 *An liceat contra sententiam iudicis adhærere opinioni Aduocati.*
93 *De qualitate iudicis, remissiuè.*
94 *An exteri vel originarij iudices creandi sint.*
95 *Quid in Cathalonia.*

DE QVALITATE IVDICIS;

QVÆST. I.

1 IVDEX in iure appellatur vir bonus, & hoc sibi nomẽ quasi propriũ, debitumq; merito vendicauit, l. vir bonus 18. ff. iudicat. solui. l. continuus 137. §. cum ita, ff. de verb. obligat. & ibi Imol. num. 2. Aretin. n. 3. glos. in can. præsentium 7. q. 1. Aufrer. in addit. ad Capell. Tolos. q. 490. Alciat. de præsumption. reg. 3. præsum. 9. Mascard. de probatio. tom 3. conclus. 1132. n. 24. & seq. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 1. n. 17. Petr. Iacob. à Montepesulano in tract. de arbitr. num. 9. nam vt S. Isidorus ait etimologia. lib. 20. & habetur in capit. 1. 23. q. 2. in capit. forus de verb. sig. & tenet S. Thomas 2. 2. q. 60. ar. 1. iudex dictus est à iustitia ipsa tum quod alijs ius dicat tum quod & ipse iustus sit, vel esse debeat. & Cassiodor. lib. 3. epist. 28. *Tandiu* (inquit) *iudex dicitur, quandiu iustus putatur.* Sic Claudius Cantiuncula de officio iudicis capit. 1. n. 1. iudicem definit dicens, quod iudex est vir bonus, iuris dicendi, & æquitatis statuendæ peritus, ad id numeris publica auctoritate vocatus. Bene Menochius de arbitrar. iudic. in procem. num. 6. & 9. vbi Corrasium refutat, dicitque iudicem virum bonum vocari, cum in iudicando præstare debeat, quæ à viro bono præstari conuenit. Eleganter post Aristotelem Cel. Rhodig. lect. antiq. lib. 23. cap. 14. 5 *Ire vero ad iudicem* (ait) *est ire ad ipsum ius, quia iudex esse debet veluti animatum ius, id est sanctus, inadulabilis, inexorabilis, erectus, terrificus.* Denique quemadmodũ 6 Aristoteles lib. 1. Politic. inquit legem esse mentem cupiditatis expertem, ita oportet eos esse iudices, qui omni cupiditate spoliati mente tantum, ac ratione in disceptandis controuersijs vtantur. Hinc notat Bald. in l. 2. C. de senten. ex breuic. recitan. iudicem habere debere duplicẽ salem scilicet scientiæ, & conscientiæ in mente sua, quia sine scientia esset insipidus, & sine conscientia diabolicus, quod Baldi dictum extollit Calixtus Ramirez de lege Regia, §. 10. n. 3. 4 & 7. & noster Thom. Mieres par. 2. collatio. 7 9. capit. 34. num. 13. tradit magis attendi debere in iudice, & Assessore famam, & conscientiam quam scientiam, licet vtrumque necessarium sit; quia iustitia cum scelerato homine commercium habere non potest, cap. forus de verb. signific. nec potest erga homines fidelis esse, qui Deo extitit infidelis can. non potest 2. quæst. 7. Quare iudex malus propter populi peccata datur, nam pro meritis subditorum disponitur à Deo vita Rectorũ, cap. nõ est à 8

3

4

plebe, cap. ex merito 6. quæst. 1. cap. audacter, ibi, *non semper Princeps populo, & iudex Ecclesiæ per Dei arbitrium datur, sed prout merita nostra deposcunt: si mali sunt actus nostri, & operamur maligna in conspectu Dei, datur nobis Princeps secundū cor nostrū* 8. q. 1. & Iob c. 24. ibi, *Regnare facit hypocritam propter peccata populi.* & Oseæ c. 13. ibi, *dabo vobis Regem in furore meo.*

9 Plato in Dialogo de legibus, & Aristot. lib. 1. Elit. c. 9. iudicē volucrūt tres qualitates, siue requisita habere debere nēpe sapiētiā ad iudicādū, fortitudinē ad exequendū, & amorē erga Rempublicā. Bartol. in tract. de regimi. ciuita. q. 2. n. 9. tres quoque requirit in iudice virtutes scilicet perfectum iudicium, integritatem, & constantiam. Plures iudicis qualitates congerunt Ioan. Netuzan. in sylua nuptia. lib. 5. num. 91. Auiles in cap. 2. Prætor. glos. *en iustitia* n. 2. Peguer. in prax. crim. capit. 8. Sed extat ex antiquis scriptoribus quidam Guillelmus le Rouille, qui in tractatu quem edidit de iustitia, & iniustitia, lib. 2. cap. 3. n. 7. iudicis qualitates ad quatuor requisita reduxit dicens iudicem quatuor habere debere scilicet scientiam, fortitudinem, iustitiam, & maturitatē, quas virtutes, quia optime iudici congruere, & ipsum qualificare videntur, latius expendamus.

§. 1.

10 DEbet igitur habere scientiā, vnde illud Eccles. 10. cap. *Iudex sapiens iudicabit*
11 *populum suum.* Iudex enim debet habere notitiā boni & æqui, vt ait tex. in l. 1. in prin. ff. de iust & iur. quia æquum ab iniquo separare debet, qua ratione in eo textu iudices vocatur Sacerdotes. Non poterit ergo iustitia reddi sine legali scientia, vt ait Iustinianus in authen. de iudic. §. illi autē. Quomodo enim, vt inquit S. Greg. lib. 27. moral. iudex recte iudicabit, si legem, per quā iudicaturus est, ignorat? Iudicum insciti maximum est Reipublicę detrimentum, vt exclamat Michael Vlcurrunus de regimine Mundi par. 4 quæst. 1. n. 16. Debent
12 ergo saltem per quinque annos Iurisprudentiæ operam dedisse, vt iubet Imperator Iustinianus in præam. §. & primo quidem anno cum sc. ff. veter. & notat Anton. Gomez ad ll. taur. in legem 5 n. 1. vbi subdit in Regno Castellæ ex Regia pragmatica debere studuisse per decem annos in aliqua Vniuersitate approbata. In Cathalonia habemus constitutiones 4. 5. & 6. tit. *de offici de Iutges, y Assessors ordinaris.*

Imò non solum requiritur in iudice scię- 13
tia, sed etiam experientia, l. 2. §. sed cum, C. de Iustin. Cod. confirman. ibi, *Electis viris glorioſissimis, tam doctrina legum, quā experientia rerum, studioque Reipub. indefesso, & laudabili proposito pollentibus.* & in auth. de iudic. & vt nulla. post prin. vers. *Nō enim existimauimus.* vbi Imperator illorum iudicum nomina detestatur, qui causarum experientiam non habent, & subijcit maximum esse Reipub. vitium, nisi iudices tales sint, vt per se noscere sciant, quod iustum est, quod nisi scientiam cum experiētia habeant, fieri nequaquam potest Vnde Bald. 14
in l. Æmilius, ff. de minorib. ait quod praxis est scientia digestiua, & in rubr. nu. 2. de feudo sine culp. non amitten. quod verus intellectus a practica sumitur, nam experientia appellatur plenitudo scientiæ, & expertus non artifex certius operatur artifice 15
non experto. Hinc Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. par. 2. n. 2 obseruat, quod leges in scholis discuntur, & in palatijs digeruntur. latissimē Ceuallos commun. contr. commun. in præfat à nu. 71. Sic Cicero de Orator. 1. *Vsus* (inquit) *omnium magistrorū præcepta superat.* & Plato lib. 9. de Republica ait optima iudicia esse, & fieri cum ratione, prudentia, & experientia. Quare Vi- 16
currun. qui sup. par. 4. q. 1. n. 6. & 11. exigit iudicem prius aduocationibus causarū exercitatum fuisse. Cum quo concordant in Cathalonia constitutiones 5. & 6. tit. *de offici de* 17
Iutges y Assessors ordin. Existimat Bouadil. in politic. tom. 1. lib. 1. cap. 6. n. 29. magis necessariam esse in iudice theoricam quam praxim: quem articulum effuse examinat, & distinguit Miranda de ordine iudicior. q. 4. ar. 10. vbi cōcludit quod ad præfecturā, & iudicādi munus in quo sēlū agitur de subditorū regimine, & raro aut nunquā lites, & causæ forenses veniunt discutiendæ,

expe-

expertus senex litterato iuueni præferẽdus est; contra autem si quæras de præfectura, & iudicandi munere, in quo sunt causæ fo-
18 renses. Idem Bouadill. d. c. 6. n. 21. & 22. plu ribus probat maiorem scientiam requiri in
19 Iudice, quam in Aduocato. Sed & iudicem eloquentem esse, ita vt legalem scientiam cum eloquentia permisceat & ornet, plurimum commendant DD. Accursius in l. 1. ff. de offic. assesso. & ibi Bald. Luc. de Penna in rubr. C. de legatio. lib. 10. Puteus de syndicat. in prin. verb. officialis c. 4. n. 4. Boer. in tract. de auctor. magni Concilij n. 89. vbi quod scientia sine eloquentia est sicut gladius in manu paralytici, & eloquentia sine sciẽtia sicut gladius in manu furiosi. Eloquẽtia sine sapientia teste M. Tullio relato ab Vlcurruno vbi sup. 4. p. 3. q. n. 1. plerunque nocet Ciuitatibus, prodest vero nunquam.
20 Scientiam liberalium artiũ in iudice magni facit Bouadil. qui sup. c. 5. n 3. Et præsertim historiarum existimo vtilissimã, vnde Lampridius in Alexan. refert Alexandrum Seuerum Imperatorem consilijs togæ, & militiæ adhibere solitum fuisse litteratos & maxime eos qui historiam nouerãt. Sed de his eloquentissimè dixit Marc. Antonius Muretus vreconsultus, & Orator Romanus insignis oratione 8. quam habuit Romæ de eloquẽtia, & cæteris humanioribus disciplinis cum Iurisprudentia coniungendis.
21 Censet Iustus Lipsius politicorum, siue ciuilis doctrinæ lib. 3. ca. 4. expedire Reipublicæ ne iudices siue cõsiliarij Principum eligantur nimis acuti, sed quod satis sit, quia vt ait Curtius lib. 4. subtilia illa, & ignea ingenia in assiduo motu nouandis quam gerendis rebus aptiora sunt. & notum est dogma illud Thucydid. lib. 3. quod hebetiores quã acutiores, vt plurimum melius Rempublicã administrant. Calixtus quoque Ramirez de lege Regia, §. 10. n 3. & 4. quem refert Castillo de tertijs c. 41. n 18. in fin. id ipsum cẽset dicens Consiliarios, Principis, ac Iudices esse debere non nimis acutis, sed mediocris ingenij.

22 Propter rerum experientiam præstat, vt iudices eligantur senes potius quam iuuenes, & ideo Romulus fertur Romæ Senatum ex senibus constituisse, de ipso enim ait Lucius Florus lib. 1. cap. 1. *Concilium Reip. penes senes esse voluit, qui ex auctoritate Patres, ab ætate Senatores vocabantur.* Et Homerus profert Regna armis iuuenum, & consilijs senum conseruari. Et (quod maximum est) Num. 11. constituturus Dominus Deus quendam Senatum, iussit Moysi, vt senes eligeret. ibi, *Quos tu nosti quod senes populi sint & magistri.* Sic S. Hieronymus epist. 2. *omnes* (inquit) *penè virtutes mutãtur in senibus, & crescẽte sola sapientia, decrescunt cætera.* Arist. lib. 3. Topicor. *nemo* (ait) *eligit iuuenes iudices, aut duces quia nõ constat eos prudentes esse.* Hinc Bald. in c. 1. de renunciat. & Senec. epist. 60. dicunt addendum consilium plus valere vmbram senis quam eloquentiam iuuenis. Non tamen reprobatur, vt in Senatu inter senes vnus, aut alter iuuenis admittatur, quod sentit P. Ioan. Marquez de Christia. gubernato. par. 1. cap. 5. exemplo Romanorum, de quibus Aul. Gelli. lib. 1. cap. 25. in noctib. attic. Consuluit Iacob. Menoc. de arbitr. centur. 23
6. casu 540. n. 13. nõ nisi post impletum 40. annum eligendum esse Senatorem, quod vere hac ætate soleant homines esse prudẽtes, vt ex Dionys. Halicarnas. probat, & quod ętas ista apta sit perferre laborẽ. quamquã Plato lib. 6. de legib. refert Græcos olim atque Romanos legem in Republica tulisse ne quis infra quinquaginta annos natus magistratum gereret.

§. 2.

INsuper debet habere iudex fortitudinẽ, 24
quid enim prodest sapientia, si fortitudo desit? scire enim cuique quod nõ potest facere, pœna magis quam virtus est. Vnde S. Gregorius in homil super Ese. 3. *Nec cupias velle fieri iudex, nisi virtute valeas irrũpere iniquitates.* Et idem relatus in can. fortitudo 23. q. 3. *fortitudo, quæ bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena iustitia est.* Nam iudicis officio incumbit subditos ab oppressionibus, & violentijs tueri, l. 1. per plures §§. ff. de offic. præfec. vigil. l. congruit, ff. de offic. præsid. l æquissimum, cum ibi no-

tat. ff. de vsufruct. l. 1. in fin C. ne lice. potentior. Iacob. de Bellouiso in practi. iudicia. par. 2. tit. de fuga reorum nu. 86. & iudicis partes sunt hominum malitijs, & calumnijs occurrere, vt scribit Menochi. de arbitrar. q. 32. n. 1. quoniam factæ sunt leges, vt tuta sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur audacia, & nocendi cupiditas, cap factæ sunt
26 leges, dist. 4. qui ex S. Isidoro desumitur. Ipse etiam iudex animi sui magnitudine ab odio, amore, timore, & auri cupiditate, quæ quatuor vitia secundum S. Gregorij, & Basilij sententiam rectitudini iudicis se violenter opponere, mentique eius vim facere solet, cap quatuor modis 11. q. 3. cap 1. de senten. & re iudic. lib. 6. se constanter defendere
27 debet: Principi quoque aliquando refragari, qui aliquoties propter importunitatem petentium non concedenda concedit, l. 1. C. de petitio. bonor sublata lib. 10. & cap. cum in iuuentute de purgatio. canonic. Sunt autem Principes; vt ait Isocrates in oratio. ad Nicloclem, admonitionis impatientes. Sic merito Menchaca. lib. 1. controuersia. illustri. cap. 43. n. 13. ait inprimis animi robur necessarium esse ei qui futurus est iudex, & idem scripsit noster Peguera in prax.
28 crimin. cap. 8. n. 11. Et propter huiusmodi virtutis defectum iudex ab officio suo deponi potest cap. 1. & ibi Abbas vltim. notab. de treuga & pace.

29 Propterea iure cautum est ne nimis senes, seu viri senio confecti efficiantur iudices, l. 2. §. quem ita, & l pen. in prin. ff. de vacatione muner glo. in cap. 1. verb. *senectutem*, & cap nisi cum pridē, §. alia de renunciatio. Archidiac. in cap. tanta 86. dist. Segura in directorio iudicum, par. 1. c. 4. n. fin. nam animi fortitudo, quæ à viribus corporis in homine admodum pendet, vt scripsit Ioan. Boter. de ratione status, lib. 2. in senioribus deficit, ideoque senes sunt pusillanimi iuxta S. Chrysostomum in epist. S. Pauli ad
30 Titum, homil. 4. vbi inquit, *Vitia quædam propria senectuti insūt scilicet segnities quædam, & tarditas, obliuio profunda, obtusus sensus, iracundia atque pusillanimitas.*

Pari ratione ne iudicibus præbeatur occasio formidandi subditos, sed subditis formidandi, & honorandi iudices, iure dispositum est, ne qui paupertate laborāt, iudices constituātur, auth. de iudicib. §. his qui causas, l. rescripto, ff. de muner. & honorib. Pet. Greg. in syntagm. iur. vniuer. 3. p. lib. 41. c. 7. n. 7. Cassan. in Catal glor. mūd. 11. par. cōsid. 27. Bouadil. in polit. tom. 1. lib. 1. c. 12. n. 23. & 24. Peguera in prax. crimin. c. 7. n. 13 nam opes pariunt potentiā, potentia autem dignitatem, & iustam prælationem, vt elegāter ait Menchac. controu. illust. lib. 1. in præfat. nu. 7. & Philosophus à Chassaneo vbi supra relatus inquit pauperes & miseros citò flexibiles fieri, & Horati. lib. 3. oda. 24. *Magnū pauperies opprobrium, iubet quiduis & facere & pati.* & Arist. 2. polit. c. 7. *Fit* (inquit) *vt sæpe homines pauperrimi ad magistratus adiscantur, qui propter egestatem venales sūt.* Et idem 2. polit. c 9 refert Carthaginenses solitos fuisse ditiores homines Reipu. creare in magistratus, quod difficile existimarēt pauperem & egenum iustitiam facere, & Thom. Mier. par. 1. collat. 6. c. 2. de ambitu n. 6. notat quod ad officia debent assumi diuites per tex in l ad subeūda, C. decurioni.

Forte propter animi robur & fortitudi- 31
nem, quæ in homine nobili præsumitur excellentior, olim in eligēdis Doctoribus Regij Concilij nostri Principatus Cathaloniæ habebatur aliqua ratio generis, seu styrpis eius, qui eligēdus erat, vt notat Mich. Ferr. 3. par. obser. c. 317. in quo tradit qualiter, & ex quibus Doctoribus fieri electio debeat Senatorum præfati Senatus, vel hoc fiebat, quia nobiles maioribus, & pluribus à Principe beneficijs afficiēdi sunt c. de multa de præben. vel quia, vt ait S. Hier. relatus à D. Tho lib. 1. de erudit. Princip. c. 4. nobiles quadam necessitate constringuntur, ne ab antiquorū probitate degenerēt, & quod in- 32
ter pares eligēdos officiales debeat præferri nobilior, probant Io. de Platea in l. 1. C. de cond. in publ. borr. Cassan. in Cathal. glor. mun. 8. par. consid. 8. Ioan. Fran. à Ponte de potesta. Proreg. tit. 3. §. 5 num. 9.

§. 3.

PRæterea exigimus à iudice iustitiam, 33
quia de scientia, & potentia sine iustitia

(vt

(vt dicitur Abacuch 1.) egredietur iudiciũ peruersum. Sicut artifici necessaria est regula, ita iudici rectitudo, facit illud in lib. Leuit. *Personam pauperis non consideres, nec honorent vultum potentis*, & Exod. 23 *Pauperis non misereberis in iudicio*, & Prouerb. 8. *Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit*, cap. in iudicijs de reg. iur. lib. 6. Oasc. in procem. decisionum num. 4. Ioan. Segura Daualos in directorio iudicum Eccles. fori 2. par cap. 7. elegans tex. in cap. 1. de senten. & re iudic. lib. 6. ibi, *stateram gestẽt in manibus, lances appendãt æquo libramine, & in omnibus, quæ in iudicijs agenda fuerint, præsertim in ferendis, & concipiendis sententijs præ oculis habeant solũ Deum, illius imitantes exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingressus ad dominum referebat, vt secundum eius Imperium iudicaret*, optimus etiam tex. in l. respiciendum, ibi, *Respiciendum est iudicanti, ne quid aut durius aut remissius constituat, quam causa deposcit, nec enim aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est* ff. de pœn. Propterea vt explicat Aristoteles 5. Ethic. cap. 4.
34 Cœl. Rhodig. lect. antiq. cap. 16. lib. 23. Iudex à Græcis vocatur *Dichastes*, sicut ab eisdem ius appellatur *Dicæon*, quoniam est
35 *dicha*, id est duas in partes æquales diuisum, sic quoq; malus iudex dicitur iniquus, id est inæqualis, vt notat Stepha. Gratian. discep. forens. tom. 1. in præfatio. num. 23. Ita etiã
36 Aristoteles 5. Ethico. quem refert P. Rebellus de obligationibus iustitiæ par. 1. lib. 1. q. 1. sectio. 3. num. 31. definit quod Iudex est iustum animatum, & Princeps est custos iustitiæ. Nam vox iudicis est viua vox legis
37 l. nam & posteriores ff. de iusti. & iur. & ibi Bald. & quod à iudice fit dicitur fieri ab ipsa lege l. 1. §. omnis de veter. iur. enucle. & verbum iudicis est verbum legis, l. 4. §. duos ff. de dam. infect. Bald. in l. per hãc C. de tempor. appell. Paris de Pute. de syndicat. § per syndicatores num. 6. & 7. insignis est tex. in can. iudicet 3. q. 8. ibi, *bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit, & ex proposito domesticæ voluntatis, sed iuxta leges, & iura pronũtiat, statutis iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati.* Vnde infert Micha. Vlcurrunus de regimine mundi 4. par. 3. q. num. 4. quod in iudice non cadit particularis voluntas, quia sicut intentio legislatoris tendit ad vtilitatem communem auth. de hæred. & falci. in prin. eadem debet esse intentio exequutoris legis id est iudicis, facit tex. in procem. instit. §. cumq; hoc, ibi, *circa nostras iussiones fidem*. quo loco habetur iudicem circa iussiones Principis fidelem esse debere. Hinc Dauid Rex Psalm. 100. *Oculi mei* (inquit) *ad fideles terræ, vt sedeant mecum*. Fuerunt enim iudi- 38
ces constituti ne leges vanæ fierent ac ludibrio haberentur, Claud. Cantiuncula de officio iudicis lib. 1. cap. 2. num. 5. vbi Ciceronem allegat eleganter dicentem. *Vt magistratibus leges, ita populo præsunt Magistratus, verèque dici potest Magistratum legẽ esse loquentem; legem autem, mutum Magistratum.* Quare iudex non debet esse cle- 39
mentior lege auth. de iudi. §. oportet. Paris de Pute. de syndicat §. compositio n. 4. Menoc. de arbitrar. q. 96. num. 15. nec debet in plus grauare quam lex, quia mens iudicis præsumitur esse conformis menti legis, l. & puto §. 1. ff. fam. herciscũ l. nam & ipsum, ff. de iust. & iur. Bald. in l. 2. C. si pendente appell. non enim licet plus iudici quam legi l. cui eorum ff. de postulan. & non est maioris potentiæ factum iudicis, quam factum legis Paris de Pute. de syndic. verbo, Iudex §. an si iudex mandat num. 24. & §. iudices puras num. 26. Sic iudex non debet esse iuris nouator, sed religiosissimus obseruator, vt notat Ioan. Neuizan. in Sylua nuptial. lib. 5. num. 4. dicitur enim legis exe- 40
quutor, non autem cognitor l. 1. § fin. ff. ad Turpilian. Stephan. de Federicis de interpretatio. iuris par. 1. n 149. bonus tex. in ca. exit autem lex 4. dist. ibi, *ideò autem in ipsa constitutione ista considerandæ sunt, quia cũ leges institutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipsis, sed oportebit iudicare secundum ipsas.* Non tamẽ debet iudex ita verba legis amplecti & ipsis inhærere vt mẽti, & volun- 41
tati legis fraudẽ faciat, l. nõ dubiũ C. de legi. quia si seruata legis littera, repugnãtis conscientiæ veritatẽ supplãtet, animã occidit, & eius iudiciũ sordescit in cõspectu Dei, & ab

ipsis legibus damnatur, nam verba legis nō sunt calumnianda, sed qua mēte dicta sunt, considerandā l. exhibere, ff. de exhib. cum enim agitur de bona fide, nimia scrupulositas iuris non est sectanda, quia per eam plerunque perniciosè erratur, l. si seruum, §. sequitur, ff. de verb. obligat. l. si fideiussor. §. quædam, ff. mandat. l. posthumus, ff. de iniuſ. rupt. Paul Castrens. cons. 300. Paris de Pute. de syndicat. §. iudices puras num. 12.

42 Curare summopere bonus iudex debet ne quid iudicet, nisi vtraque audita parte, cum Rom. Pontifex in cap. 1. de causa possess. & propriet. dicat contra inauditam partem neque se posse aliquid definire. Elegās est illud Philippi Regis Macedonis, qui cū altera aure occlusa accusatorem audiret, interrogatus cur id faceret, dixit se eam seruare integram reo.

43 Debet iudex miscere lenitatem cum seueritate, & quoddam ex vtraque temperamentum facere, ita vt insit in eo & iuste consulens misericordia, & pie sauiens disciplina, sicut S. Gregorius in moralib. lib. 20. par. 4. cap. 6. relatus in cap. disciplina 45. dist. pluribus sacrarum litterarum locis declarat, & inter alia ex Psalm. 22. Rege Propheta dicente. *Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Virga* (ait S. Gregorius) *percutimur, baculo sustentamur: sit ergo districtio iustitiæ, quæ feriat, sit & baculi consolatio quæ sustentet* Idem probat Iureconsultus in d. l. respiciendū, versic. *Plane*.

44 Et quamuis ita verum sit, debet tamen semper iudex æquitatem, & misericordiam præferre rigori, l. in omnibus quidem maximè, & ibi latè Deci. ff. de reg. iur. l. placuit, C. de iudic. cap. fin. de transact. l. absentem, ff. de pœn. vbi satius est facinus impunitum relinqui nocentis, quam innocente damnari, quia ius est bonum, & æquum, l. si me & Titium, ff. si cert. petat. l. 1. in

45 prin. ff. de iuſ. & iur. Fallit quando rigor est scriptus, quia tunc rigor scriptus præfertur æquitati non scriptæ, glos. Bart. & Salicet. in l. 1. per illum tex. ff. de legib. & glos. Bald. & Salicet. in d. l. placuit. Deci. in d. l. in omnibus num. 10. per l. prospexit, ff. qui & à quib. vnde in d. cap. fin. de transacti dicitur quod quando ius deficit, proceditur seruata æquitate. Nam iudex officium pij 46
patris facere debet can. 1. 23. q. 5. ex D. Augustino dicente. *Imple Christiane iudex pij patris officium; sic succensere iniquitati memineris, vt non in peccatorum atrocitatibus exerceas vlciscendi libidinem, sed peccatorū vulneribus curandi adhibeas voluntatem.* Et iudex patris loco creandus est, §. interim, vbi glos. in auth. de defensor. ciuit. Ioan. Frācif. Pauinus de visitationib. par. 1. q. 10. n. 115. Plaça in epito. delictorum cap. 22. num. 35. Quod etiam sensit Aristoteles lib. 8. Ethic. cap. 10. *Societas* (ait) *patris ad filios, Regni præsefert effigiem.* Eleganter Plinius in panegyr. Traianum Imperatorē laudans dicit eidem. *Ita cum ciuibus tuis, quasi parens cū liberis viuis*, & Seneca 1. de Clemen. *Principi* (inquit) *non minus turpia multa supplicia quam medico funera.* venuste Claudian.

Ignoscere pulcrum
Iam misero, pœnæq; genus vidisse precātem.

Facit ille versus Ouidij.

Si quoties peccant homines sua fulmina mittat,
Iuppiter, exiguo tempore nullus erit.

Ideò dicit Alciat. de præsumpti. reg. 3. præ- 47
sump. 44. num. 3. quod iudicis officium magis exuberat in absoluendo, & propterea licet absens nō possit condemnari, tamen si constat de innocentia, potest absolui. Meminisse bonus iudex debet, quod Anacletus Papa ait in cap. si omnia 6. q. 1. *Si omnia in hoc sæculo vindicata essent, locum diuina iudicia non haberent.* Nam etsi laudata est apud veteres Prætoris cuiusdam seueritas, cuius tribunal scopulum reorum vocabāt: multo tamen maiorem laudem haberet illa vox Neronis, si ex animo prolata esset, aut si ipse in eadem mansuetudine perstitisset, qui subscripturus sententiæ capitis in quendam: *Vtinam* (inquit) *numquam didicissem litteras.* Docet Bart. in l. 1. ff. de his 48
qui sunt sui num. 4. Iudicem ob nimiam seueritatē posse ab officio remoueri. Propterea dicitur, quod apes electus in Regem perdit aculeum, Paris de Pute. de Syndica. verbo. Post Imperatorum num. 9. Extat in 49

Catha-

Cathalonia conſtitutio 40. curiarum anni 1599 qua cautum eſt, ne Iudices Regiæ Audientiæ cauſas decidere valeant ex æquitate, niſi quæ reguletur ac conformetur regulis iuris, & ijs quæ Doctores ſcripſerunt in
50 materia æquitatis. Eſt autem tanta vis iuſtitiæ (quemadmodum M. Tullius lib. 1. offic. extollit) vt nec illi qui maleficio, & ſcelere paſcũtur, ſine vlla eius particula viuere poſſint: nam & Princeps latronum, niſi æqualiter prædam diſpartiat, aut interficietur à ſocijs, aut relinquetur. Et ait S. Ambroſius quem refert Rauaud. in ſpecul. iudic. nu. 33. remota iuſtitia, regna nihil aliud eſſe, niſi magna latrocinia.

51 Non ſolum requiritur à Iudice iuſtitia, & rectitudo in reddendo ius alijs, ſed etiam in vita, & moribus ſuis, vt ſuperius probauimus; vndè dicit tex. in can. 1. 23. q. 2. Iudicem non eſſe in quo non eſt iuſtitia. Facit illud Lucæ in actis Apoſtolorum cap. 1. *Cœpit Ieſus facere, & docere.* Sint ergo Iudices timidi diuinæ iuſtitiæ, ſic Pſalm. 2. *erudimini qui iudicatis terram, ſeruite domino in timore, & exultate ei in tremore,* & S. Chriſoſt. ait; *facile deuiat à iuſtitia, qui in cauſis non Deum, ſed homines pertimeſcit,* tex. in cap. 1. de ſenten. & re iudica. li. 6. l. rem non nouã C. de iudic. Sint Iudices ab omni auaritiæ
52 labe nitidi, quia hoc eſt deterrimum vitiũ iudicum, qui immoderatis ſportulis, & ſalarijs excoriant homines, & quorum oculi munenibus obcœcantur, vt exclamat Rauaud. in ſpecul. iudic. num. 18. & 19. *Cogitate* (inquit) *auari Iudices ſi dictum Diogenis in vita Philoſophorum in vobis militet, qui de Diogene Philoſopho loquens refert Diogenẽ cum vidiſſet officiales furem ducentes dixiſſe. Magni fures paruum ducunt.* Tacitus etiã lib. 1. Hiſtor. *peſsimum* (inquit) *iudicij, & veri affectus venenum, ſua cuique vtilitas.* Vndè Eccleſiaſ. cap. 31. *Qui aurum diligit nõ iuſtificabitur.* Sic Pythagoras aiebat auaritiam metropolim eſſe omnium vitiorum. Conſonat & illud Vergilij Æneid. 3.

Quid non mortalia pectora cogis
Auri ſacra fames?

Scribit Plutarcus lib. 1. moral. Thebis olim poſitas in publico fuiſſe iudicũ ſtatuas, eaſq; ſine manibus, quod indicio eſſet, nihil eos à quoquam accipere debere. Debent enim 53
mundas ſeruare manus Deo, Regi, & legi, vt ait Imperator in auth. de mandat. Princip. 5. oportet. Ne ſint Iudices ſuperbia, & 54
arrogantia elati, quia dicit Eccleſ. cap. 32. *Rectorem te poſuerunt, noli extolli, eſto in illis quaſi vnus ex ipſis.* Et Prouerb. cap. 11. habetur. *Vbi ſuperbia, ibi contumelia, vbi humilitas, ibi ſapientia.* Conſiderent, quod bene Ariſtoteles lib. 8 Ethic. ait, fortunam quo magis proſpera eſt, eo magis formidandam eſſe. Et Cicero 4. ad Herẽnium, *Sapienter* (inquit) *cogitant qui temporibus ſecundis caſus aduerſos reformidant.* Sint Iu- 55
dices inter ſe ſumma beniuolentia, & humanitate coniuncti, & à ſuperbia, & inuidia inter ipſos (quod eſt frequens, & domeſticũ malum) mundi, ne de eis dicantur verba illa elegantiſsima Senecæ in lib. 2. de ira. *Inter iſtos quos togatos vides, nulla pax eſt; maiore grauantur, minori graues ſunt: fœlicem oderunt infelicem contemnunt.* Ne 56
præponantur Iudices mulieribus, & ſcortis obcæcati, quia ex Salomone in Prouerb. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes. Rauaud. in ſpecul. iudic. num. 13. incedant honeſtis veſtibus, capillis non cõptis, neque trinctis, vel fuco ornatis more 57
fœminarum: quare Plutarcus quem refert Simanc. de Cathol. inſtit. tit. 46. num 59. ſcribit Philippum Regem Macedonem ea ex cauſa Iudicem quendam officio ſuo priuaſſe. Narrat Horatius patrem ſuum, cum ſibi virtutis, & officij præcepta traderet, laudandarum actionum exempla ex iudicibus potiſsimum ſumere ſolitum eſſe. *Sic me* (inquit:)

Formabat puerum dictis: & ſic ut iubebat,
Vt facerem quid: habes auctorẽ,
quo facias hoc,
Vnum ex iudicibus ſelectis obũciebat.

Guillelm. le Rouill de iuſtit. & iniuſti. lib. 58
3. cap. 3. num. 9. ſcribit, quod quatuor conſtituunt Iudicem malum ſcilicet amor, timor, odium, & cupiditas prout dicitur in ca. quatuor cum 2. ſeq. 11. q. 3. Paris de Pute. de Syndic. 5. Syndicatur num. 1 notat, quod octo Iudicem peruertunt, nempe timor,

mor, cupiditas, odium, & amor, de quibus
in d. cap. quatuor, rursus impietas erga pau-
perem in iudicio, cap. est iniusta 24. q. 4. ni-
mia seueritas, & nimia remissio, cap. disci-
plina 45. dist. & ignorantia, instit. de oblig-
gat. quæ ex quasi delic. nascun. in prin. &
59 d. cap. quatuor. Expedit Reipub. grauissi-
mas pœnas contra malos, & corruptos iu-
dices constitui: vt fecisse Cambisen Persiæ
Regem, tradit Herodotus lib. 5. & Valerius
lib. 6. c. 3. qui duraturo in omnem posteritа-
tis exemplo, supra iniusti iudicis corium
in loro dissectum eius filium & successorem
sedere iussit: vt cum à paternæ improbita-
tis imitatione paterni supplicij memoria re-
60 uocaret. Boni iudices non debent labori
parcere, neque in laboribus Aduocatorum
confidere, cum supplere debeant in iure,
quæ Aduocatis desunt, vt C. illo tit. sed imi-
tari quæ Traiano Imperatori dixit Plinius
in Panegyr. quod in negotijs Reipub. sem-
per laborabat, & pro refectione laboris sibi
erat laboris mutatio. *Instar refectionis* (in-
quit) *existimat mutationem laboris*, vel imi-
tari quod, vt scribit M. Tullius lib. 3. officio.
dicere solitus erat P. Scipio Africanus se
nunquam minus otiosum esse, quã cum in
otio esset, neque minus solum, quam cum
61 solus esset. Frequẽs est iudicum vitium stu-
dijs & exercitijs ab officio, & professione sua
alienis multum occupari, quæ non leuis dæ-
monis tentatio est, cum legibus & causis li-
tigantium studere teneantur, licet aliquan-
do magnam operam dederint Iurisprudẽ
tiæ: nam litterarum studiũ, vt pulchrè ani-
maduertit Pater S. Maria in Polit. Christia.
cap. 9. comparatur cibo, qui ad victũ quoti-
die repetendus est, quia hodie consumptus
est, qui heri sumptus fuit.

§. 4.

62 DEnum à iudice poscimus maturitatẽ,
qua iudicium quodammodo etiam si
amarũ sit, sua dulcedine temperet, de qua
Sapien. cap. 12. *Tu autem dominator virtu-
tis cum tranquillitate omnia iudicas.* Sic nul
li iudices cathedram iustitiæ obtinere de-
bent, nisi prudentia præditi, & modestia, vt
ait Rauaud. in specul. iudic. nu. 12. latè Bo-
nadill. in politic. tom. 1. lib. 1. cap. 5. & tom. 2.
lib. 3. cap. 11. Et Aristoteles 3. Politic. cap. 3. 63
prudentiã ait propriam esse virtutem eorũ,
qui Rempub. administrant, & S. Bernar-
dus in Cant. sermon. 49. *Discretio* (inquit)
omni virtuti ordinem ponit, & Plato in Me-
none, *Prudentia virtutem ipsam ducit.* Nam
teste Speculatore, tit. de instru. editio. §. 14.
administrator alterius dari non potest, qui
sui moderator esse nequit. Hoc ni mirum
Calistratus iureconsultus significat in l. ob-
seruandum, ff. de offi. præsid. illis verbis.
*Summatim ita ius reddere debet, vt auctori-
tatem dignitatis ingenio suo augeat.* Summã
exigit à iudice prudentiam ad excutiendam
veritatem in causis præsertim criminalibus
Fredericus Schench in tract. de test. lib. n. 67.
& quomodo iudices debent à reis veritatẽ
extorquere, docet Roderic. qq. regul. to. 2.
q. 19. art. 1. Non debet iudex aduersus sub- 64
ditos, etiam quos malos putat, verbis excã-
descere, vt pulchrè notat Amadeus Iusti-
nus de Castello in tract. de syndicat. n. 158.
Ant. Gomez ad ll. taur. in legem 2. num. 4.
& probat tex. in d. l. obseruandum, ibi: *Ne-
que excandescere aduersus eos quos malos
putat*, optimus tex. de iudice iniuriãte sub-
ditos in l. nec 32. ff. de iniur. Roderic. qq. re-
gular. tom. 2. q. 41. art 2. & 3. vbi an prælati
possint contumeliosis verbis afficere subdi-
tos, & quemadmodum in eis dicendis ex-
cedentes puniantur, Caroci. de remed. cõ-
tra præiudicial. sentent. excep. 44. n. 96. vbi
de remedio appellandi, & recusandi suspe-
ctum huiusmodi iudicem, Faz in prax. 6.
p. 1. tom. in procem. num. 45. vbi de contu-
ciante appellanti, clem. vnic. versic. Et ap-
pellationibus, & ibi Zabarel. & Panor. de
excess. lib. prælat. vbi de iudice non deferen-
te iustæ appellationi, & appellantem carce-
rante, aut iniuriosè tractante, vel recusante
audire. Potest tamen iudex in carcerẽ mit- 65
tere subditum, qui verbis aut facto non ex-
hibet sibi reuerentiam, l. continet, ff. quod
met. caus. l. 1. & ibi not. ff. si quis ius dicen.
non obtemper. Angel. in l. iniuriarum, ff. de
iniur. & de respondente irreuerenter, seu
iniuriosè iudici, Garcia de nobilitat. glos. 9.
n. 31.

n.31.32.& 36. Sesse de inhibit. c.9.5.2.n.59. & seqq. Nam,vt ait Speculator, quē refert Rauaud.in specul.iudic.n.33. Sapienti si occasionem dederis,sapiētior erit. Neque vero obstat,quod ait Iustinianus in authen. de mandat.princip.5.deinde competens. iudicem delinquētibus terribilem se ostendere debere: nam terribilem interpretatur Bouadil in polit. tom.2. cap.11. lib.3. n.27. odio delicti, non autem iniuriosis verbis lacessendo delinquentem. Abstinere debet iudex in puniendo ab ira quia,vt ait Cicer. 2.de offic. iratus ad pœnam qui accedit, nūquam mediocritatem illam tenebit quæ est inter nimium & parum.Sed & magis à gaudio in plectendo cauendū: quia vt Claudian. consul Mallij canit, qui fruitur pœna ferus est. Consulit quoque Lipsius politic. lib.4.cap.11. post Tacit. Agricol. ne spectet supplicia,nam & Nero subtraxit oculos,iussitque scelera,non spectauit. Is quoque auctor eod.lib.cap.1. docens quanta prudentia vti debeat aduersus malos, adducit locum Senecæ 1.de clemen. vbi ait nullum animal morosius esse, & maiori arte tractandum quam homo, & subdit Lipsius, *ne animalia quidem cætera domueris sine tractatione, & arte: quomodo ergo speras hominem?* Imò Iudex aliquem damnans ad mortem, vicem illius dolere debet, vt late tradit, & admonet Miranda in ordi. iudic. quæst.28. art.7. concluſ.7. nam vt ait S. Augustin.in epistola ad Marcellinum, vera iustitia compassionem habet,falsa autem dedignationem, & Sueton. Tranquil. in vita Vespasiani eum laudat,quod ex nullius cœde lætatus fuit,sed iusto etiā supplicio plectens sēper ingemuit.

Non debet Iudex facile credere, Roderic. tom.2. regular.qq. q. 8.& 9. artic. 6. Campanilis in diuersorio iuris Canonici, rubr.3.n.13. Non debet esse nimis credulus, neque nimis incredulus, & difficilis ad credendum, l.fin. in prin. cum ibi not. C. de accusatio.& l.fin .cū ibi not. ff.eod. sed mediocris,idest mediam viam tenens, nō declinans ad dexteram, neque ad sinistram, Iacob. de Bellouis. in pract. iudic. 2. par. rubr.de inquisitionib. n.28.& seqq.cum iudex medius esse debeat. Vnde nihil iudicet aut deliberet,nec rēum capiat ad solam relationem partis, etiamsi fidedigna persona videatur, sed informatione semper recepta,sicut iniustè processum fuit contra Ioseph ad solam denunciationem vxoris Putifar Genes.cap.39. Bellouis. vbi supra. Mascard. de probation. tom.1. concluſ.36. nu. 14.& concluſ.35. nu.31. Farinac. tom.1. criminal. tit.4.de carceri.q.27. nu. 111. & seq. Curet admodum si contra potentiores procedat, non solum iustè agere, sed etiam iuste videri agere,fundando,ac roborando quæ facit,vt tutus euadat, sicut aduertit Bouadill. in polit.tom.1.lib.1.cap.11.n 18.

Non debent iudices in sententijs proferēdis præcipites esse,iuxta tex. in cap. Deus Omnipotens 2.q.1. & in l.si vindicari, C. de pœni. quia si iudices rapidissimis pennis ad sententias proferendas volitant, & veloces, ac præcipites sua sibi prudentia causas graues,ac difficiles dirimunt, iudicia non sana, sed praua pronunciant,cap.sciendū 29.dist. cap.graue 35. q.9. l.2. C. de senten. ex breuic.recitan. Felin.in cap Ecclesia S.Mariæ n.14.& 15.de constitution.Rolan. cons. 90. n.43.vol.1 Notabile est quod cēset Ledesma in summ.tom.2. tractat.8. cap.22. concluſ.7. iudicem qui præcipitanter sententiā profert,peccare mortaliter, & teneri ad restitutionem totius damni, quod inde pars sentit. Vnde præcipitatam iudicis voluntatem, nouercam iustitiæ ius appellat clem. pastoralis,5. verum,& ibi Cardin. 1. notab. de senten. & re iudic. & qui celeriter pronunciat, se præcipitat, cap. nullum 30. q.5. sed maturo consilio ex allegatis, & probatis sententias ferant, cap. summopere, & ibi glos.11.q 3.Couar.lib.1.var.resol.cap.1.n.6. iuxta prouerbium Erasmi. *Festina lente.* Menoch. de arbitr. lib.1. q.42. vbi de sententia præcipitanter lata, Mascard de probat. vol 1. concluſ. 241. vbi quod sententia præcipitanter lata est nulla, & ex ea præsumitur dolus,& fraus contra iudicem, Ruginel de appellation. 5.11 glos 3. Mirand. de ordin.iudicia.q.28. concluſ.3.& 9.artic 7 & melius esse iudicem peccare in tempore quam in iure dicit Garcia de benefic. 6. p. cap.2. num. 47. in fin Oportet enim iudi-

cantem

cantem 30.q.5. S.Gregor. moral. 19. super illud Iob 29 *Causam quam nesciebam, diligentissimè inuestigabam*. eleganter Tacit. 1. Histor ait scelera impetu, bona cõsilia mora valescere. & Seneca in prouerbijs, *Ad pœnitendum* (inquit) *properat qui cito iudicat.*

71 Imò expedit interdum iudicem ab insipiẽtibus petere consilium iuxta glo. 1. in cap. ad audientiam de consuetud. vbi Panormitanus refert Bartulum in causis, in quibus cõsulebatur, sæpius cum mercatoribus cõferre solitum fuisse. & monet Chassaneus in Catal. glor. mund. par. 11. conf. 9. ex Speculatore, vt etiam minus peritos consulamus, cum quibus conferre aliquãdo profuit.

72 Debet iudex facilem se admodum præbere in audiendo partes, l. obseruandum, ff. de offic. præsid. ibi, *Obseruandum est ius reddenti, vt in adeundo quidem facilem se præbeat.* Debet omnium desideria audire, l. nec quicquã, § aduocatus, ff. de offic. Proconsul. Paris de Pute de syndicat. verb. Iudex in tribunali n. 1. & contra iudices qui se difficiles in hoc reddunt exclamat, & inuehitur Bouadill in polit. tom. 2 lib. 3. cap. 14. n. 91. 92. & 94. plura tradunt Marta de iurisdict. par. 4. casu 146. & 147. Cassan. cõs. 38. Elegantia sunt verba illa Plinij de Traiano Imperatore loquentis. *Nulla in adeundo difficultas, nulla in respõdẽdo mora, adeũt statim, dimittuntur statim, tandemque Principis fores excluſa negociantium turba non obsidet.* Sic Philippum Macedonem patienter tulisse ferunt obiurgatum ab anicula, cui audiendæ sibi otium esse negauerat: cũ illa retulisset, ne regnaret igitur, si audiendis ac dijudicandis causis vacare nollet.

73 Non debet iudex motus animi sui facile detegere sed multa per dissimulationem transmittere, d. l. obseruandum, ibi, *Neque precibus calamitosorum illacrymari oportet, id enim non est constantis, & recti iudicis, cuius animi motũ vultus detegit* ff. de offic. præsid. & in proœ. ff. 5. his igitur, & l. vbi, C. de falsis cum ibi not. l. iubemus, C. de edili. cap. qualiter & quando 2. nom. de accusatio. Iacob. de Bellouis. in practi. iudicia. par. 2. rubric. de inquisitionib. num. 26. & 27. Debet enim iudex habere & conseruare modum I solent, § non vero id, ff. de offic. Proconsul. l. sed si quid, § sufficienter, l. locum, § ex eo cum ibi not. ff. de vsufruct. Admonet Decian. tom. 2. criminal. lib. 7. cap. 17. num. 36. ne iudices in occulto audiant partes, sed in publica audientia, neque sinant, vt sibi ad aurem loquantur, quia hoc suspicionem inducit, Cardinal. in clem. dispendiosam quæst. 43. de iudic. Ioseph. Mascard. de probatio. concl. 1177. num. 12.

74 Quamquam iudex propter preces rogantium, quæ aliquando importunæ speciẽ vis constituunt, & violentiæ comparantur, Afflict. decis. 69. Barbosa de potestat. Episcop. par. 3. allegat. 104. num. 3. non debet a iustitia deflectere, non tamen debet esse omnino inexorabilis, neque in hoc gloriari: nam vt Cicero ait in epistol. 2. famil. ad Curion. Qui malcuolo sunt animo, deteriores fiunt rogati, & multi Sancti leguntur pro delinquentibus, & litigantibus rogasse iudices. Sed summa prudentia vti

75 debet circa preces rogantium interdũ nimis importunas, & circa vxorem, & filios negotijs litigantium se immiscentes, & pro illis orãtes, quæ quia perbelle tradit, & prosequitur Bouadill. in politic. tom. 2. lib. 3. cap. 10. ipsum allegasse sufficiat. Illud vnũ addam quod refert Tacitus lib. 3. annalium in Senatu Romano Seuerum Cecinam sententiam suam dixisse, ne quis legatus Prouinciæ Roma missus, vxorem secum duceret in Prouinciam, vt omnis mulieribus tolleretur imperitandi occasio. Nã ait Aristoteles lib. 2. politic. capit. 7. *Quid interest mulieres imperium teneant, an viris imperantibus mulieres imperitent?*

76 Non debent iudices esse loquaces, & verbosi, vnde Marcus Mantua in Dialogo, seu tractat. de concilio num. 90. refert iudicem, digitum pollici proximum salutarem à veteribus appellatum fuisse idcirco, quia illo ori admoto silentium hominibus admonemus, & num. 88. silentium vocat cultum Iustitiæ, & quod Pyragorici Diuinum opus opinati sunt, cuius Deus nobis est præceptor, ad quod facit

Psal.

Psal. 61. *Semel loquutus est Deus.* & Eccles. 21. *In ore fatuorum cor illorum, & in corde sapientium os illorum.* Nec tamen iudex tacere debet, vbi loqui oportet; vnde Isaiæ cap. 56. *Canes muti non valentes latrare.* & cap. 6. *Væ mihi quia tacui.* S. Gregor. in cap. sit rector 43. dist. & Eccles. 3. *Tempus tacendi, & tempus loquendi.* & alibi dicit
77 Scriptura. *Vir sapiens tacebit vsque ad tempus.* Sed præcipuè iudices obseruare secretum negotiorum gestorum debent, vnde Peguera in prax. crimin. cap. 8. num. 12. tribus boni iudicis qualitatibus, quas Bartulus desiderauit, quartam adiungit, vt seruet secretum. & num. 19. docet inter pestiue detegentes secreta eorum quæ in Cõcilio tractantur, & geruntur, non solũ lætale peccatũ cõmittere, sed & grauissimis pœnis temporalibus plecti, quod & de consiliarijs Principis, qui reuelant secreta consilia eius, tradidit Paris de Pute. de syndic. in verb. *Excedunt consiliarij.* num. 1. 2. & 3. vbi etiã, quod consiliarius reuelans secreta, dicitur præuaricator, & quod debet remoueri, nisi promiserit non reuelare secreta consilij illiciti, quia potest sine metu periurij reuelare per glos. in cap. ego M. de iur. iurand. in verb. *nulli pandam.* & quod consiliarius qui votum alicuius de Concilio propalauit ei contra quem dictum est, tenetur pœna, l. si quis aliquid, §. instrumenta, ff. de pœn. Iudex quoque sicut notarius reuelans dicta testium ante publicationem tenetur pœna falsi, l. 1. §. qui instrumenta de fals. Stephan. Gratian. discep. forens. tom. 1. capit. 100. num. 55. qua etiam pœna tenetur iudex qui declarat parti sententiam, quam daturus est, Auiles in cap. 1. Prætor. gl. 1. *Promessa.* num. 12. Paris de Pute. de syndic. in verb. *Subijcio subtilem.* num. 7. Eleganter Seneca lib. 4. de virtut. *Vir prudens* (inquit) *secreta non prodit, tacenda enim tacet, & loquenda loquitur.* Osorius lib. 8. de Regis institutio. ait quod iudex consiliarius qui secreta Concilij detegit, Regis proditor, & patriæ euersor existimandus est. Pulchre Tertullianus in Apolog. cap. 30. *Precamur* (dicit) *Imperatoribus vitam prolixam, exercitus fortes, Senatum fidelem, hæc Cæsaris vota sunt.* Animaduertit Pater Ioann. á S. Maria in politic. Christian. capit. 29. §. 3. consiliarios Principis non solum oportere seruare secretum in ijs quæ dicta nocent, sed & in ijs quæ dicta nõ prosunt. Ammianus Marcellinus lib. 21. scribit eos solum apud Persas in Concilio admissos fuisse qui tacere solebant, & ab eisdem capitalem pœnam fuisse impositam contra secreta Concilij propalantes. Refert Vallerius Maxim. lib. 1. capit. 1. Nunquam inter Romanos quemquam fuisse repertum qui ea quæ in Senatu agebantur, detegeret, præter Q. Fabium, qui cum in sua prædia aliquando proficisceretur, atque in itinere Pub. Crassum reperisset, eidem quidquid in Senatu de bello Punico actum fuerat, patefecit, cum sibi falso persuaderet ipsum Crassum alterum ex Senatoribus esse: ob quod à Senatu, quamuis ignorãs peccatier, punitus fuit.

Sicut superbia & arrogantia in iudice 78
vitium detestandum est, ita ipse tamen sua prudentia operam dare debet ne contemnatur in officij dignitatis opprobrium, & iustitiæ administrationis graue malum. eleganter Calistratus in d. l. obseruandum, ibi, *Sed contemni se non patiatur, vnde mandatis adijcitur ne præsides Prouinciarum in vlteriorem familiaritatem Prouinciales admittant, nam ex conuersatione æquali contemptio dignitatis nascitur,* ff. de offic. præsid. text. in l. nec quicquam, §. circa, ff. de offic. Proconsul. & legat. late Gregorius Tholosan. de republic. lib. 8. cap. 4. Gratian. discep. forens. tom. 3. cap. 538. num. 64. & sequentib. Thomas Mieres par. 2. collatio. 6. capit. 17. num. 7. nam contemni solet magistratus, ac negendi frangitur auctoritas, dum nimium seruatur humilitas, capit. quando 86. dist. & nimia humilitas, vel neglectus dignitatis Superiori, & dignitati officit, Concil. Tridentin. sess. 25. de reformat. capit. 17. Debet tamen iudex 79
reuerenter viros honoratos salutare, l. vltim. C. de offic. diuer. iudic. cum etiam á Superioribus debeatur inferioribus honor, l. potioris, §. 1. C. de offic. rector. prouinc. capit. esto 93. distinct. Gratian. dis. forens.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

renſ. tom. 2. cap. 284. num. 15. & 19. Vnde illud, L. Craſſi Senatoris. *Non es mihi Philippe Cõſul, quia nec tibi ego Senator ſum.* Valeri. lib. 6. capit. 8. Cicer. lib. 3. de orat. Sic Plutarc. lib. de præcept. nuptialib. refert quod ſenes hortabatur Plato, vt iuuenes venerarentur, vt & illi erga ipſos verecundiã conſeruarent Chaſſan. in Cathal. glor. mund. par 1. conſider. 21.

80 Oportet iudices magno animo eſſe erga inuidos detractores, & maledicos, vnde Seneca in Medea. *Ars* (inquit) *prima Regni eſt poſſe inuidiam pati.* & Senec. 1. de clemen. *Magni animi* (ſubdit) *proprium eſt placidum eſſe, tranquillumque, & iniurias, atque offenſiones ſuperne deſpicere.* Quã laudabile factum Iulij Cæſaris, qui cum epiſtolas inuidorum ſuorum deprehendiſſet, noluiſſe eas legere, ſed comburi iuſſiſſe fertur, quia (ait Seneca lib. de ira cap. 23.) gratiſſimum putauit genus veniæ neſcire quid quiſque peccaſſet. Pulchra ſunt illa verba eiuſdem Seneeæ lib. 1. de clemẽtia cap. 10. *Nonne agricolæ Ioui maledicunt? nautæ non conuitiantur? quid ergo ignorat hoc Iuppiter? imò ſcit: ſi omnes conuitiatores ſupplicio afficeret, quibus imperaret, non haberet.* Prudens iudex Zoilorum, ſeu detractorum linguis ſurdus fieri debet, ſicut Luna latratibus canum, qui noctu in eam latrare ſolent, ipſa vero quaſi minuta iſta animalia deſpiciens, iter ſuum facit, de quo elegans eſt Alciati emblema 164. vbi de huiuſmodi pulchrum illud carmen.

Et latrat, ſed fruſtra agitur vox irrita ventis.

Et peragit curſus ſurda Diana ſuos.

81 Aſſentatoribus iudices aures, ne præbeãt, quia adulatores (ait S. Hieronymus) ſunt hoſtes, & ſcintillæ diaboli, & propinant pocula mortis. Vnde Iſaiæ 3. *Populeus qui te beatum dicunt, te ſeducunt.*

82 Pluribus igitur pollere virtutibus, pluribus animi dotibus præditum eſſe Iudicem, ſiue Aſſeſſorem oportet, vnde Eccleſiaſ. c. 6.

83 *Conſiliarius ſit tibi vnus ex mille.* Exiſtimat Iuſt. Lipſius polit. lib. 3. cap. 4. bonos iudices ſiue conſiliarios per Principem indice fama quærendos eſſe, non ex commẽdatione, aut precibus paucorum: quia vt ait Plinius in panegyr. ſinguli decipere, & decipi poſſunt: nemo omnes, neminem omnes fefellerũt. & idem Plin. in panegyr. *Tales nos credẽ* (inquit) *qualis fama cuiuſque eſt.*

§. 5.

EX his efficitur, quod pro iudice tanquã 84
pro viro bono, & ſapiente, atque pluribus virtutibus exornato ſemper in dubio præſumitur, l. 1. in fin. ff. de offic. præſid. l. vlt. C. ad l. Iul. repetun. auth. ius iurand. quod præſtat. ab his, in prin. l. 2. C. de offic. ciuil. iudic. l. 1. C. de præd. curial. lib. 10. cap. illud, cap. ad audientiam de præſcrip. latiſſimè Menoch. de præſump. lib. 2. præſump. 67. & ſeq. Maſcard. de probation. tom. 3. concluſ. 1132. Tiraquel. de pœnis tẽperan. cauſa 58. num. 2. Bouadill. in politic. tom. 2. lib. 5. cap. 1. ex n. 199. vbi latè docet 85
quæ probationes contra iudicem requirãtur, Auiles in cap. 1. prætor. gloſ. *Fiel*, n. 29. 86
& in iudicio ſyndicatus cap. 1. ex nu. 11. vbi num. 12. probat iudici fauendum eſſe in ſyndicatu ſine ſcrupuloſa inquiſitione, Alphonſ. Narbona ad ll. regi. lib. 1. tit. 7. lege 31. gloſ. 16. n. 2. & 15. vbi limitat in iudice, qui media pecunia officium adeptus eſt, Gabr. Berar. in ſpecul. viſitatio. cap. 5. vbi nu. 28. limitat in iudice qui ex abrupto, & parte inaudita procedit, & nu. 30. in iudice pedaneo, & ignaro, Paz in practic. 1. tom. 8 par. cap. vnic. n. 15. Ideo non admittitur contra 87
iudicem ſicut contra alios reos iuramentũ in litem, Bouadil. vbi ſup. num. 21. & in dubio præſumitur iudex ex imperitia iudicaſſe, & non doloſe, Iaſ. in l. 1. C. vt omn. iudices tam ciuil. Paris de Pute. de ſyndicat. verb. *Iudex* num. 10. Sic iudex non dicitur 88
inferre metũ, Archidiac. in c. ſi ſacerdos 6. q. 1. Aloyſ. Leo in l. ſi quis in hoc num. 49. C. de Epiſ. & cler. & eius præſentia omnem ſuſpitionem vis & metus, ac fraudis excludit, Ceuallos practi. qq. qu. 234. num 7. Gutier. de iur. confirma. part. 1. cap. 7. num. 10. & 11. & ſtatuto requirente conſenſum mariti, vel conſanguineorum ſupplet quandoque auctoritatem, & cõſenſum 89

illorum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

illorum Tiraq. de legib. connubial. gl. 8. in verb. de son mary num. 20 Roman. cons. 36. Castren. cons. 119. Cancer. p. 1. cap. 1. nu. 99. & 100. vbi de consensu paterno in contractibus filiorum fam. per constitutiones
90 Cathaloniæ requisito. Et pro sententia ipsius, & gestis ab illo præsumitur. Menoc. de arbitr. lib. 2. casu 4. num. 5. Mascar. de probatio. conclus. 35. Maceraten. lib. 1. resol. 50.
91 num. 30 Henric. de exco. cap. 5. §. 3. vbi an liceat contra iudicis sententiam adhærere opinioni aduocati, Garcia de benefi. par.
92 12. cap. 2. num. 168. Gratia. dis. forens. tom. 4. cap. 669. & procedit etiam si à sententia sit appellatum Surd. de alimen. tit. 1. q. 120. num. 11. Couar. pract. cap. 6. num. 6. Scaccia de appella. q. 17. amp. 7. num. 65. Ruginel. de appellat. cap. 1. num. 10 & seq.

93 Qui plura de qualitate iudicis, & quales eligi & esse debeant iudices, scire voluerit, adeat Dionys. Carthusia. super cap. 7 Euangelij S. Ioan. ad illa verba *Nolite iudicare secundum faciem.* Flamin. Cartar. de execut. senten. capto bannito. in præfatio nu. 100. Auiles in cap. 2. præto. in glos. en iusticia, Neuizan. in Sylu. nupti. lib. 5. ex nu. 90. Ioan. Matienço in Dialog. relatur. 3. par. ex cap. 6. Roderic. to. 3. qq. regular. q. 34. art. 2. & 3. Peguera in prax. cri. cap. 7 & 8.

94 Et in specie an exteri vel originarij sint potius assumendi iudices (quæ frequens est disceptatio) Gutier. prac. qq. lib. 1. q. 14. Cenedo Canonic. qq. q. 18. Segura Daualos in directo. iud. Eccles. fori cap. 9. 1. par. Couar. pract. qq. cap. 4. num. 5. Oliba de iur. fisc. c. 13. ex num. 51. Auiles in cap. 4. prætor. in glo. tierra. Menoc. lib. 5. præsump. 12. n. 19. Iustus Lipsi. polit. lib. 3. cap. 4. vbi defendit non exteros aut aduenas creandos esse iudices, quia vt ait Cicer. 2. de orato. ad consilium de Republica dadum caput est nosce rempublicam. Paris de Puteo de syndicat. in verb. assessor. num. 16. cum 3. seqq.

95 In nostra Cathalonia iudices non possunt esse qui non sint originarij, & domiciliati in ea, const. 3. 4. 11. 12. & 16. & tot. tit. *Que tots los oficials en Cathaluña sien Catalans* & const. 14. tit. *De personas prohibidas regir oficis.* Thom. Mier. par. 1. collatio. 6. cap. incip. *Vlterius confirmantes.* Cancer. var. par. 3. cap. 3. num. 108.

EX QVÆSTIONE II.

SVMMARIVM.

1 *Nihil tam Regium est quam iudicare, & Reges ipsi antiquitus iudicabant.*

2 *Omniũ pecuniæ dignitas existimatio, & salus posita sunt in potestate eorum qui iudicant.*

3 *Nulla nobilior Philosophia quam iudicare.*

4 *Iudicandi munus dignitas est.*

5 *Doctores constituti sunt in dignitate, quia iudicandi ius habent.*

6 *Dignitas quid sit.*

7 *Infamis repellitur à iudicando propter dignitatem iudicandi.*

8 *Iudices propter dignitatem iudicandi, nobilitatem habere dicuntur.*

9 *Iudices durante officio, atque etiam tempore syndicatus non tenentur hospitari in domibus suis propter suam nobilitatem.*

10 *Neque ad alia onera realia, seu personalia.*

11 *Iudices perdunt priuilegiũ dignitatis si de furtis & sceleribus conuincantur.*

12 *Iudices sunt ministri diuinæ iustitiæ in terris.*

13 *Iudices sunt capita Reipublicæ, & patres Reipublicæ, & qui eos offendunt pœna parricidij tenentur.*

14 *Iudices sunt loco Regis præpositi in administratione iustitiæ.*

15 *Iudices vocantur Sacerdotes, & aliquando Dij.*

16 *Iudices sunt membra corporis Principis, & num. 34*

17 *Iudex est tutela publica.*

18 *Iudicis ac Principis est eadem conscientia.*

19 *Iudex vtitur eadem auctoritate, quam Princeps habet*

20 *Idem honor debetur Assessori, qui debetur Potestati.*

21 Qua-

21 *Quare iudices sedendo iudicare teneantur.*

22 *Locus vbi ius redditur, appellatur Sacer, & ornatur.*

23 *Olim iudices Sacerdotes erant.*

24 *Index sedere debet in Cathedra præ omnibus aliis.*

25 *Illustres, & superillustres litigare debent per Procuratorem, & quare, & quid seruetur in Parlamento Franciæ.*

26 *Iudiciarium munus falso assumentes, quod crimen committunt.*

27 *Post Diuinam, & Regiam Maiestatem Prætoria numeratur.*

28 *Ad salutandum iudicem omnes ciues cogi possunt, & an ignobiles cogi possint dimittere sedes nobilibus.*

29 *Iudici tenentur reuerentiam præstare etiam exempti.*

30 *Post Principem Regij Consiliarij salutandi sunt quia tanquã a Principe subrogati assumunt qualitatem principalis etiam in honore.*

31 *Princeps honorat eos, qui honorant iudices.*

32 *Omnes honores, & dignitates temporales à Rege tanquam à fonte procedunt.*

33 *Iudices debet Princeps extollere ad sublimiores dignitates.*

34 *Princeps est caput Regiorum Senatorũ, & inter eos connumeratur, & sacri appellantur.*

35 *An Regij Senatores in processionibus possint separari à domino Rege, seu ipsius Locumtenente.*

36 *A Principe loco patrum honorantur, & quare.*

37 *Atrox iniuria dicitur quæ Regijs Senatoribus infertur.*

38 *Selectissimæ laudes Regiorum Senatorũ ex historijs Regum, & probatis auctoribus petitæ.*

39 *Regij Senatores præsumuntur doctissimi & meritissimi, & quare.*

40 *Eligi solent, seu debent in Regios Senatores illi qui alia munera gloriosè gesserunt.*

41 *Regij Consiliarij quam necessarij sint Principi, sicut vera consilia.*

42 *An Princeps ardua negotia possit absque procerum siue consiliariorum suorum consilio expedire.*

43 *Regij Senatores in festis, & processionibus publicis debent ob reuerentiam Principis intereſſe & alijs præcedere.*

44 *A Regiorum Senatorum sententijs non datur appellatio & quare.*

45 *Qui eos offendunt crimen læsæ Maiestatis committunt.*

46 *Non honorantes consiliarios Principis incurrunt pœnam quæ sacrilegij, & qui dubitant an illi digni sint.*

47 *Regij Senatores virtis honoratis reuerẽtiam exhibere debent, & an illis licitum sit appetere, vel petere salutationes.*

48 *De præcedentijs Regiorum Senatorum, & aliorum magistratuum qui agant.*

49 *Regius Cancellarius in Cathalonia præcedit Gerens vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ.*

50 *Regens Cancellariam præcedit omnibus Comitibus, & Marchionibus, & quid in Ecclesia Cathedrali.*

51 *Regij Senatores inter se pro antiquitate sui officij antecedunt.*

52 *Vnus ex Regijs Senatoribus præcedit Regenti Thesaurariam Regiam.*

53 *Locumtenens in officio Magistri Rationalis suæ Maiestatis præst cuicunque Regio Senatori.*

54 *Baiulus Generalis Cathaloniæ præcedit Locumtenenti in officio Magistri Rationalis, & Regenti Regiam Thesaurariam.*

55 *Assessores Baiuliæ Generalis Cathaloniæ sunt consiliarij Regiæ Maiestatis & induunt togam talarem, & vbi sedeant.*

56 *Assessores Baiuliæ Gen Cathaloniæ sunt etiam Assessores officij Magistri Rationalis.*

57 *De præcedentia officiorum Baiuli Generalis, & Magistri Rationalis, & ipsorum officialium inter se.*

58 *Regij Senatores sunt exempti à foro Ordinariorum in Ciuilibus & Criminalibus.*

59 *Similiter Baiulus Gen Cathaloniæ, Assessores, & Officiales dictæ Baiuliæ.*

60 *Intelligitur hoc de officialibus ordinarijs dictæ Baiuliæ, non de delegatis, nisi ratione*

officij conuenirentur.

61 Similiter Assessores, & reliqui officiales omnes Officij Magistri Rationalis nedum Magister ipse Rationalis, & Locũtenens sunt exempti.

62 Nec possunt exemptioni suæ renuntiare, aut iurisdictionem prorogare, vbi declaratio.

63 Iudices non possunt honori, siue reuerentiæ sibi debitæ renũtiare, nec successoribus præiudicare. & n. 64.

64 Iniuria illata publico ministro remitti ab eo non potest, & quare.

65 Licet magistratibus in conscientia suas magnificare, & defendere prærogatiuas sine ambitione, & superbia, & quare.

66 In causis præcedentiarum dantur iuris remedia etiam possessoria, & officium iudicis.

67 Licitum est resistere etiam armata manu contra eum qui ius præcedenti infringit.

68 Actio iniuriarum datur aduersus eum qui non patitur honorem sibi debitum deferni.

69 De vi consuetudinis in præcedentijs, & in eis quemadmodum quæratur ius in possessorio, & in petitorio.

70 Iudicibus debetur idem honor functo eorum officio scilicet tempore syndicatus & tunc offendentes eos ita puniuntur, vt tẽpore officij.

71 Iudicibus Parentes reuerentiam exhibere debent, & se illis postponere.

72 Index ius præcipiendi, cogendique habet in patrem.

73 Maiorem esse auctoritatem Iudicis quã patris, quomodo intelligatur.

74 Iudices in locis suæ iurisdictionis habẽtur pro vicinis durante officio, & tempore syndicatus, & ad quem effectum.

75 Iudices an excusentur à collectis.

76 An Iudex criminalis, vel ciuilis præcedere debeat.

77 Iudex delegatus est maior ordinario, & quomodo hoc intelligatur, & de quo delegato.

78 Iudex ordinarius firmiorem habet iurisdictionem.

79 Iudex ordinarius exemptum qui coram se falsum deponit punire potest extraordinarie, & quid seruetur in Regia Audientia Cathaloniæ.

80 Et quid de iudice delegato.

81 Non procedit si iudex sit laicus, & testis sit clericus, non tamen admittitur iudicis Ecclesiastici inhibitio quoad cognitionem causæ principalis.

82 Si iudex sit Ecclesiasticus, & testis laicus dicto casu est locus præuentioni.

83 DD. qui de hac quæstione tractant, referuntur.

84 Iudex potest punire exemptum delinquẽtem in actu iudiciario.

85 Poterit hoc quoque iudex causarum tantũ Ciuilium qui in criminalibus nõ habet iurisdictionem.

86 Si coram iudice committitur crimen, vel iniuria contra aliquem, procedit ex officio sine accusatione iniuriati.

87 Iudices & magistratus qui ad maiorem Dignitatem promouentur, non amittunt priuilegia, & honores minoris dignitatis.

88 Secus de assumpto à maiori ad minorem Dignitatem.

89 Officialis qui ex Regis licentia deposuit officium, retinet priuilegia, & nomen pristinæ Dignitatis, & an stipendium.

90 Senator electus qui post aliquot menses iurauit, non præcedit ei qui medio tempore creatus iurauit.

91 Inter Senatores & Officiales in officijs quibus administratio annexa est, ille præcedit, qui prius possessionem adeptus est: secus in alijs officijs.

92 Quid si officialis ob Regis seruitium impeditus fuit capere possessionem.

93 Princeps potest alicui concedere officium cum prælatione aliorum magistratuum maiorum, vel minorum.

94 Præeminentiæ & præcedentiæ à voluntate Principum pendent.

DE PRÆEMINENTIA IVDICIS,

QVÆST. II.

1

NIHIL tam Regium est quam iudicare, & hanc originē creādorum Regum fuisse, quod vetustissimum in terris Imperij nomē est, Herodotus, & ab eo mutuatus Cicero tradunt. itaque Reges ipsi antiquitus iudicabant sicut Minos, & alij, vt refert Aristoteles lib. 3. Politic. cap. 10. & 11. atque ideo qui Hebræorum populo summo cum imperio præerant, (vt est Iudic. 2. 16. 18.) nō Reges, sed Iudices vocabantur. & Romulus antequam populum in triginta curias diuisisset, & magistratus creasset, ipse controuersijs præerat, easque decidebat, postea aucto, & ita diuiso populo magistratus creati ius dicere inceperunt, vt meminit Marta in tractatu de clausulis par. 1. claus. 71. num. 2. & 2 probat tex. in l. 2. ff. de orig. iur. nam, vt verè Cicero ait, omnes omnium pecuniæ positæ sunt in potestate eorum qui iudicāt, & non fortunæ modo, sed dignitas, existimatio, salus fidei, religionique eorum, qui iudicia publica exercent, commissa est. Sapientissimus homo Democritus duabus rebus Rempublicam contineri dicebat, pœna, & præmio. earum autem rerum vtraque in manu eorum est qui munus sustinēt iudicādi. Vnde Cantiuncul. de offic. iudic. cap. 2. n. 19. scribit Iudicibus Rempublicam creditam esse, vel à Principe, vel à populo.

3 Eleganter Plinius iunior lib. 7. commentar. statim post necem Caroli, nullam nobiliorem Philosophiam esse inquit quam publica tractare negotia, & iudicare.

4 Iudicandi munus Dignitas est, l. omnem honorem, C. quand. prouoca. nō est necesse. c. vt debitus honor de appellatio. l. cui muneris, ff. de muneric. & honor. Menoch. de arbitra. lib. 1. q. 41. n. 1. Tiraq. de nobilit. c. 28 n. 1. 2. & 4. Bouad. in Polit. tom. 2. c. 1. n. 2. & 23. God. Fabri. lib. 9. tit. 29. defin. 24. n. 1. & 18. sic Bart. in 1. constit. C. asserit Doctores 5 constitutos esse in dignitate quia iudicandi ius habent. & idem dixerunt Collectar. in c. forus de verb. signif. per cap. dudū de electio. Panor. & Io. Andr. in c. quanto de magistr. probat Archidiac. in c. 1. de consuetu. lib. 6. dum ait Dignitatē esse habere iurisdi- 6 ctionē cū administratione, ideoq; vt à cæteris dignitatibus ita ab hac iudicādi infamis 7 repellitur. l. cum Prætor, 5. nō autem, ff. de iudic. probat denique tex. optimus in l. iudices, C. de dignitat. l. 12. qui scriptum est iudices qui se furtis, & sceleribus maculasse conuicti fuerint, honore exutos inter plebeios haberi. vbi notat Bart. iudices censeri 8 nobiles. & Tiraq. vbi sup. n. 1. ex illa lege infert iudices alioqui ignobiles, & plebeios effici tanquā nobiles, & non iam plebeios propter iudicādi munus. God. Fabri. d. defin. 24. n. 1. vbi tenet iudices habere dignitatem, & consequenter nobili arē, Castan. in Cathal. glor. Mund. in 8. par. consid. 11. ideoq; infert Bouad. vbi sup. n. 23. iudices du- 9 rante officio, atque tēpore etiā syndicatus nō teneri ad hospitandum in domibus suis, l. cunctos, C. de Metatis lib. 10. neque ad 10 alia onera realia, nec personalia subeundū, l. iubemus, C. de proxim. sacror. scrinio. lib. 10. sed si de furtis, & sceleribus conuincantur, perdunt priuilegium ex dignitate quæsitū, d. l. iudices. & ibi Luc. de Penna, Auil. in c. 1. Prætor. glos. *donation.* n. 38.

Sunt iudices ministri Diuinæ Iustitiæ in 12 terris, & simulacra Dei can. necis. 15. quæst. 1. ca. non solum, ca. qui malos 23. quæst. 5. & prouerb. capit. 8. *Per me*

Reges

Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, per me domini dominantur & regnant omnes iudices terræ. S. Paul. ad Roman. cap. 13. iuuat Deuteronom. 1. *Quod iustum est iudicate. Dei enim est iudicium.* Paris de Pute. de syndicat. 5. iudices puras num. 12. Alphons. Narbona ad leges Regias lib. 4. titul. 1. lege 20. glos. 18. n. 28.

13 Sunt Reipublicæ capita, vel Reipublicæ Patres glos. in authent. vt iudic. sine quoquo suffrag. 5. ex diuerso versic. *Amarissimis.* vbi Accurti. tradit quod qui iudices offendunt, pœna parricidij tenentur. Castro de lege pœnal. lib. 1. cap. 3 & 4. Sunt

14 loco Regis ad thinistrationi iustitiæ præpositi, Farinac. in prax. crimin. quæst 103. numer. 126. & 199. Narbona vbi supra n. 28. Sacerdotes a iure vocantur in l. 1. ff. de iustit. & iur. Dij dicuntur in sacris litteris aliquando quia Deum supremum iudicem

15 representant, vt Exodi 22 *Dijs non detrahes.* Sunt iudices, & magistratus membra

16 corporis Principis, Azor. in summ. tit. de offic. præfecti prætori orient. C. Guillelm. le Rouille de iustitia & iniustitia lib. 3 cap. 2. num. 11. & probatur in l. quisquis, C. ad leg. Iul. Maiestat. Est iudex tutela publica in medio posita ne quis sua auctoritate sibi ius dicat, l. nullus, C. de Iudæis Paris de Pute. de syndicat. 5. per syndicatores num. 2. *Quid enim* (ait Cassiodor. lib. 4. epistol. 4.) *à bellica confusione pax tranquilla distat, si per eum litigia terminantur.*

17 Et Iudicis, ac Principis est eadem conscientia, argument. text. in cap. cum dilecta de rescrip. & ibi Innocent. ait quod scientia Papæ, & eius Cancellarij est vna: nam Princeps conscientiam suam iudici committit, vt in pacifico statu subditos teneat, reddendo vnicuique quod suum est, Michael Vlcurrun. de regimine Mundi par. 4. quæst 1.

18 num. 15. & quæst 3 num. 3. Et vtitur iudex eodem auctoritate quam Princeps habet, vt inquit text. in procem. Institutio. 5. cumque hoc. ibi. *Vt ipsi nostra auctoritate componant.* Vlcurrun. d. quæst. 3. num. 3. Sic Ecclesiast. capit. 10. ait. *Magnus est iudex,*

19 *& potens est in honore.* Imò aduertit Cassan. in Cathal. gloriæ Mund. 7. par. consideratio. 27. versic. *Aduerte.* eundem honorem deberi Assessoribus, qui debetur ei, cui in causis peragendis assident, ex l. 1. ff. de offic. Assidò. quia sunt collegæ, & consiliarij, l. 1. C. de Assessorib. Sic etiam Christophor. Laufranc. in suo tractat. de præcedentia Doctoris, & militis, numer. 41. notat iure cautum esse quod Assessoribus Potestatis idem fere honor, & eadem immunitas debetur qui & quæ ipsi principaliori Magistratui per l. non parum, C. de Assessorib. Paris de Pute. quoque in tract. de syndicat. verb. *Assessor* num. 6. probat priuilegium concessum Potestati, extendi ad Assessores qui sibi subsunt, ex glos. in l. restituenda, verb. *facundissimi* C. de aduocat. diuerso. iudic. & ex glos cum tex. in l. & sunt. 5 fin. secundum Angel. ibi, ff. de pact. & eundem honorem deberi docet.

Cum iudices sedendo sententias ferre debeant 5 sedebunt in auth. de iudic. Latè Mynoch. de arbitrar lib. 1. quæst. 61. rationem assignat Bald. in l. 1. C. de sentent. ex breuic. recitan. dicens iudicem ad fiat Maiestatis decorem sedere debere, & idē notat Sebast. Vanti. de nullitat. tit. de nullitat. ex defectu processus num. 84. Imò & 22
hoc is vbi ius redditur, sacer appellatur, vt tradit magister Sigismund. Despuol in præfatio. ad 2. par. decision. don Ludouici à Peguera num. 4. vbi secundum Bodin. in sua Demonomania lib. 3. capit. 4. interfunt angeli iudicum mentes ad veritatem dirigentes, vnde refert Thesaur. in præfatio. 23
suarum decision. num. 7. Ægyptios solere in loco iudiciorum sedes aliquot vacuas relinquere, in quibus angeli iudicijs assistentes residerent. & olim apud Ægyptios, iudices sacerdotes erant si credimus Eliano lib. 14. de varia historia capit. 34. Petr. Gregor in syntagm. iur. 2. par. lib. 16. cap. 8. num. 18.

Adeo honorandus est iudex in loco suæ 24
iurisdictionis, vt sedere debeat in cathedra præ omnibus alijs, auth. de iudicib. 5. sedebunt. collatio. 6. & ibi Angel. Specul. tit. de sentētia, 5. iuxta vers. *Item est nulla ratio-* 25
ne modi. & quoniam non decet iudicem

in tribunali ſedere etiam cum illuſtribus, & ſuperilluſtribus, ideo cautum eſt, vt iſti in cauſis ſuis litigent per procuratores, authent. vt ab illuſtrib. §. ſancimus iunct. gloſ. in verbo *indigne*, collation. 5. vbi gloſ. marginaria notat rigorem iſtius, textus ſeruari in Parlamento Franciæ. Lucas de Penna in rubric. C. de apparitorib. præfect. vrbis lib. 12. iudiciarium munus, ſeu officium falſo aſſumentes rei lęſæ Maieſtatis ſunt, l. 3. ff. ad leg. Iul. Maieſtat. Farinac. 4. tom. prax. crimin. q. 114. in ſpec 1. num. 4. Alphonſ. Narbona ad leges Regias lib. 4. tit. 1. lege 20. gloſ. 7. numero 33.

26

Summus ergo iudicibus honor debetur & reuerentia, cap. vt debitus, & ibi gloſ. 1. de appellatio. Tiraquel. de nobilitat. capit. 28. num. 3. Camil. Borrel. in additio. ad Bell. g in ſpecul. Princip. rubr. 1. lit. L, Ariſtotel. lib. 5. polit. cap. 6. Maſtril. lib. 5. de magiſtratib. cap. 3. num. 40. Carol. de Tapia deciſ 3. à num. 104. Matthæus Timpo in ſpeculo magiſtratus 2. par. ſigno 16. Vnde Socin. conſ. 2>. num. 4. volum. 1. & Bal. ab ipſo relatus aiunt poſt Diuinam, Imperatoriam, & Regiam Maieſtatem, Prætoriam numerari, & Bouadil. in Politic. tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. 6. probat primum eſſe Diuinum honorem, ſecundum Regum, tertium vero Iudicum. qui idem lib 5. cap. 1. num. 55. notat cues omnes cogi poſſe ad ſalutandum iudicem quoties eum incedentē per Ciuitatem, vel Oppidum repererint, ſicut ignobiles compelli poſſunt ad dimittēdum ſedes nobilibus ex Gerardo ſingul. 33. verb. nobilis num. 2. & Ioan. Fabro in §. aliam inſt. de bonor. poſſeſſio. Mencha. lib. 1 controuer. illuſtri, cap. 18. num. 18. qui tamē putat quod dictum eſt de nobilibus eſſe ex vrbanitate. Quod hæc debeatur ſalutatio iudicibus, tradit melius idem Bouadil. tom. 2. lib. 3. cap. 1. num. 45. ex l. 1. C. de domeſt. lib. 1. & l. 1. C. de ſilentiar. eod. lib. Platea in l. in ſacris, C. de proxim. ſacror. ſcrinior. lib. 12. Auil. in procem. capit. prætor. gloſ. *ſalud*, num. 2. Stephan. Gratian. diſceptat. forenſ. tom. 1. cap. 184. num. 55. & ſeqq. vbi citat l. ex agentibus 4. C. de princip. agent. in reb. lib. 12. & extendit, vt etiam exempti teneantur præſtare reuerentiam iudici a quo eximuntur, ſuper quo tamen diſtinguit tom. 2. cap. 284. num. 61. & effuſe d. cap. 284. à num. 5. probat poſt Principem qui adoratur non adoratione Diuina quæ Deo debetur, ſed Regia ſubiectione, eius conſiliarios ſalutari debere per tex. in l. 1. verſ. *Noſtra ſerenitate*. & ibi gloſ. in fin. in verb. adoranda. & Ioann. de Platea poſt medi. verſic. *Comites*, C. de ſilentiar. lib. 12. & alia multa quæ congerit: quia huiuſmodi perſonæ repræſentant Principem, l. item eorum, §. Decuriones, ff. quod cuiuſque Vniuerſ. nomin. & tanquam ſubrogati aſſumunt qualitatem principalis etiam in honore, & reuerentia, gloſ. in capit. de cauſa in verb. *quicquid* 2. q. 4.

27

28

29

30

Princeps non ſolum iudices honorat, ſed honorat eos qui iudicibus honorem exhibent, Chaſſan. in Catal. glor. Mund. 7. par. conſider. 10 in fin. Gratian. d. cap. 184. n. 58. iure autem conſtitutum eſt honorari debere eum ab omnibus, qui à Principe honoratur, l. 1. C. de Præpoſ. lab. lib. 12. gloſ. fin. in l. 1. C. de domeſtic. & prætor. eodem lib. nam omnes honores, & dignitates temporales à Rege tanquam à fonte procedunt, Bartol. & Platea in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. idem Platea in l. 1. in fin. C. de ſilentiar. lib. 12. Imò debet Princeps iudices remunerare, & ad ſublimiores dignitates extollere pro laborum ipſorum iuſta compenſatione, l. fin. C. de offic. Prætor. Affr. l. vnic. C. de quæſt. & mag. lib. 12. l. 1. C. de comit. & re milit. venuſtè Franciſc. à Ponte de poteſtat. Proreg. tit. 3. §. 6. num. 5.

31

32

33

Maximē autem honorandi ſunt Regij Senatores, nam Princeps eſt ipſorum caput d. l. quiſquis in princip. l. vnic. C. de præpo. labo. Oſaſc. in procem. ſuarum deciſion. num. 1. Monta. de auctoritat. magni Conci. á num. 129. Capici. deciſ. 130. numer. 11. & Princeps inter eos connumeratur, l. ius Senatorum, C. de dignitat. lib. 12. d. l. quiſquis. ibi. *In quo nos ipſos numeramus.* Oſaſc. in d. procem. inhærentq; Principi ſicut ſtellæ in firmamento Cœli

34

ſecun-

secundum Bald. in l. cum multa, C. de bon. quæ liber. Monta. vbi supra num. 130. Lara de anniuersar. & capellan. lib. 1. capit. 10. num. 39. & sacri appellantur, quia Dei iuditium exercent, secundum Osasc. in d. procem. suarum decisi. numer. 5. & ipsi sunt pars corporis Principis, l. 1. ff. ad l. Iul. Maiesta. d. l. quisquis in prin. ibi *nam & ipsi pars corporis nostri sunt.* vbi glo. & omnes communiter. & est canonizata in cap. si quis 6. q. 1. Alphons. Narbona ad leges Regias par. 1 lib. 2. tit. 5. lege 8. glo. vnic. n. 2. Sigismũ Despuiol in suo procem. ad decisiones dõ Ludouici a Peguera tom. 2. n. 3. Iul. Clar. lib. 5. §. læsæ Maiestatis n. 5. vbi & Baiard. n. 5. Petr. Fontanell. de pac. nup. tom. 1. claus. 3. glo. 1. n. 7. vbi disputat an in processionibus publicis possint Regij Senatores separari à Domino Prorege & Lo-
36 cumtenente Regiæ Maiestatis. Et a Principe loco patrum honorantur, d. l. quisquis. ibi. *Qui à nobis loco patrum honorantur* nam ex existimatione illorũ sua pendet auctoritas, & alias nõ erit iustitiæ locus, nec ea vt decet administrari poterit, quod optimè expendit Francisc. à Ponte de potestat. Proregis, tit. 3. § 6. n. 2. & seqq. vbi citat tex. in d. l. ius Se-
37 natorũ. Vnde dicitur atrox iniuria, quę illis fit, §. atrox, inst. de iniur.

38 Nabucodonosor Rex Danielem cõsiliarium suum appellauit collegam suum Daniel. c. 4. dicens. *Donec collega ingressus est in conspectum meum Daniel.* Rex Pharao ad Iosephum, Genes. 41. sic ait. *Tu eris super domum meam, & ad tui oris imperiũ cũctus populus obediet, vno tantum Regni solio te præcedã.* Theodoricus Rex vt legitur apud Cassiodor. lib. 5. episto. 4. de Senatu suo loquutus est his eloquentissimis verbis. *Est nimirum curarum nostrarum fœlix portio, quæ ianuam nostræ cogitationis ingreditur; pectus, quo generales curæ voluuntur, agnoscit.* M. Tullius in oratio. pro Roscio, Senatum vocat salutem Principis, mentisque publicæ. Octauius Augustus (refert his verbis Alexander ab Alexandro lib. 4. dierum genialium cap. 1.) tanti Senatores fecit, vt singulos nominatim sedentes in Curia salutaret, & nullo se mouente, *vale*, diceret. Conducit quod scribit Plutarc. in vita Catonis, quod cum Romani quidam legati ad Ptolomeum Regem Ægypti venissent, interrogati à Rege quid magis in sua Republica placuisset, responderunt. *Romæ adorari Deos, Magistratus coli bonos præmijs affici, malos supplicijs coerceri.* Aristotel. Rhetor. ad Alexand. Consiliariorum Principis officium dicit eorum quæ inter homines sunt, diuinissimum esse. Inter alias prærogatiuas quibus Regij Senatores Castellæ potiuntur, vna est, eaque non modica inter Curiales quod in absentia quiuis illorum vocatur Dominus, *El señor fulano.* Imò Rex Castellæ Alphonsus in l. 1. titul. 31. par. 2. loquens de Iureconsultis qui in publicis gymnasijs Iurisprudentiam profitebantur, legitur eos vocasse dominos. ibi. *Los señores de leyes.* & quantum Reges nostri Hispaniarum honorent Regia ipsorum Concilia, suosque Regios consiliarios, notant Tarconnota par. 3. lib. 5. & Pater Ioan. Marquez in Gubernat. Christian. lib. 1. capit. 18. §. 2. confert Pater Franciscus Suarez in defensione fidei lib. 4. capit. 3. num. 4. Valençuela in discursu de ratione status & belli 2. par. considerat 2. à num. 48. Bouadil. in Polit. lib. 5. capit. 1. num. 55.

Regij Consiliarij, siue Senatores præ- 39
sumptionem habent pro se, quod sint doctissimi & meritissimi: dicuntur enim de hoc habere Principis testimonium, vt ait Imperator in authent. vt iudices. versicul. *Quis enim non deliget*, ibi, *testimonium quidem habens quod sit optimus.* Vnde ait Cassiodor. lib. 1. epistol. 43. *Quibus fas est de cunctis optimos quærere, videntur semper optimos elegisse* & idem lib. 1. epistol. 12. *Pompa meritorum est Regale iudicium.* & rursus idem lib. 1. epistol. 41. *Recipiat alius ordo forte mediocres, Senatus respuit eximie non probatos.* Ideoque eli- 40
gi solent, seu (vt verius dixerim) debent qui alia inferiora munera gloriose gesserunt, de quibus dici potest, quod Rex Theodoricus de suo secretario apud Cassiodor. lib. 1. epistol. 4. dixit: *Non facili frugalitate fortunæ ad apicem fas-*

eium euolauit, sed ipsis dignitatum gradibus. Nam honoris auctmẽtum non ambitione, sed labore ad vnumquemque cõuenit deuenire, l. contra publicam C. de re militar. l. 2. C. de offic. Magistri Officiorum.

41 Age enim quam necessarij sunt Principi istu Consiliarij ad Reipublicæ regimen? quam magno adiumento ad subleuandũ Reipublicæ põdus? nam vt inquit Horatius, vis cõsilij expers mole ruit sua. & Sallustius de Republica ordinanda epist. 2. ait omnia Regna, nationes, ciuitates vsque eo prosperum Imperiũ habuisse, dum apud eos vera consilia valuerunt. & Aristotel. Politi. lib. 5. cap. 6. impossibile esse docet, vt salubriter Principatum disponat, qui non agit consilio sapientum. Quare Roboam ideo Regnum perdidit, quia consilium suorum cõsiliariorum audire negauit 3. Reg. 12. cap. & transumptiuè in can. Ecclesia. 16. q. 1. Assuerus vero, quia consilio sapientum semper vsus fuit, triumphauit super centum & viginti septem Prouintias. Hester. 1. cap. & omnẽ terram, & cunctas Maris insulas fecit tributarias cap. 10.

42 An autem Princeps ardua negocia possit absque procerum siue consiliariorum suorum consilio expedire, Peregri. de iure fisci lib. 1. tit. habentes iura fiscalia num. 79. & 80.

43 Sic ex l. si quando C. de statuis, & imagi. notatur in festis & processionibus publicis, quæ celebrantur, vel fiunt in honorem Principis, vel ob partam victoriam, vel ob natiuitatem liberorum Principis, vel aliam similem causam, debere huiusmodi iudices propter reuerentiam, & tanquam ornamẽta Principis his actibus interesse, & alijs præcedere, Chassan. in Catal. glor. Mund. par. 7. consideratio. 24. vers. *Ad vnum.*

44 Ab istorum sententijs, nulla datur appellatio auth. quæ supplicatio C. de precib. imperat. offeren. l. vnic. C. de offi. præfec. Prætor. credidit enim Princeps eos, qui ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos esse pro sapientia, ac luce dignitatis suæ, quam ipse foret iudicaturus, d. l. vnic.

45 Qui autem eos offendunt, crimen læsæ Maiestatis committunt ex communi DD. sententia, Decian. criminal. lib. 7. capit. 5. num. 2. Farinac. tom. 4. prax. crimin. q. 12. à num. 64. Alphons. Narbona ad leges Regias par. 2. lib. 4. tit. 1. lege 20. glos. 7. n. 99. Stephan. Gratian. disceptati. forens. tom. 1. cap. 54. & antea Chassan. in Cathal. glor. Mund. par. 7. consider. 1. Imo non honorantes consiliarios Principis incurrunt pœnam quasi sacrilegij adeo, vt dubitandum non sit an per Principem electus dignus sit, cum pro hac dubitatione incurratur etiam dicta pœna, Ioan. de Platea in l. 1. ad fin. C. de domestic. & protec. Cassan in Cata. glor. Mund. par. 1. consider. 4. in fin. Gratian. discep. forens. tom. 2. capit. 284. num. 13. qui eodem cap. à num. 15. quoque tradit quemadmodum & præfati iudices, siue consiliarij è conuerso viris honoratis reuerentiam exhibere debent, & à nu. 29. an illis licitum sit appetere salutationes, vel etiam ipsas petere.

De præcedentijs Regiorum Senatorum fuse Anton. de Gamma decis. 1. & de eorum, ac cæterorum magistratuum, & officialium præcedentijs, latè Mastril. de Magistratibus lib. 4. c. 14. & don Ioannes del Castillo de tertijs debitis cap. 41. ex nu. 17. Stephan. Gratian. discep. forens. tom. 2. cap. 298. & alij relati per Castill. vbi supra num. 28. In Cathalonia Regius Cancellarius in sedendo, & in incedendo præcedit gerenti vices generalis Gubernatoris huius Principatus, ex Regia epistola, quam refert Michael. Ferrer. 3 par. obser. cap. 83. Regens Cancellariam præcedit omnibus Comitibus, & Marchionibus non solum qui sunt in Cathalonia, sed etiam qui sunt in omnibus Hispaniæ Regnis, ex Regia epistola cuius meminit Fontanell. de pact. nup. tom. 1. claus. 3. glos. 1. num. 8. vbi quoque in additionib. num. 2. notat in Ecclesia Cathedrali Barcinonæ fuisse illi per Capitulũ assignatum locum ante Canonicos post Decanum, quæ prima Dignitas est illius Ecclesiæ. Regij Senatores inter se pro antiquitate suæ dignitatis, seu officij antecedunt adeo, vt etiã qui dicũtur Iudices Regiæ Curiæ qui in salarijs sunt longe inferiores, iuxta

anti-

antiquitatem ſuorum officiorum præeant
alijs. Vnus ex Regijs Senatoribus præit Re
52 genti Regiam Theſaurariam qui eſt Lo-
cumtenens in officio, & ideo vocatur Re-
gens Theſaurariã. Sed duo nõ poſſunt præ-
cedere ipſi, imò vbi ſedet Regens Cancel-
lariam, poſt eum Regens Theſaurariam
53 præcedit omnibus Regijs Senatoribus. Sed
& Locumtenens in officio Magiſtri Ratio-
nalis domus, & Curiæ ſuæ Maieſtatis præit
cuicunque Regio Senatori, ex epiſtola Re-
gia, quæ ad hoc ſuborta inter ipſos conten-
tione ſuper ſedendo in Eccleſia Parochiali
S. Mariæ de Pinu tranſmiſſa fuit. Baiulus
54 Generalis Cathaloniæ præcedit dicto Lo-
cumtenenti in officio Magiſtri Rationalis,
& Regenti Regiam Theſaurariam, &
cuicunque Doctori Regij Concilij, vt cer-
nere eſt in congregatione ſiue iunta patri-
moniali, & in congregatione ſiue iunta ha-
bilitationis Curiarum Generalium huius
Principatus, & ita quoq; vidi obſeruatũ ſub
anno 1632. in comitatu Sereniſſimi Infantis
Ferdinãdi in publica proceſſione pro feſtiui
tate ſanctiſſimi Corporis Chriſti Barcinone.
55 Aſſeſſores Baiuliæ Generalis Cathalo-
niæ ſunt Conſiliarij Regiæ Maieſtatis ſicut
Senatores Regiæ Audientiæ: nam illis Re-
gio Priuilegio Philippi domini noſtri Regis
dat. 23. Iulij 1630. quod legitur in lib. 5. Priui-
legiorum Baiuliæ Gen. in Archiuo eiuſdẽ
cuſtodito conceſſum fuit, vt induerent ve-
ſtem telarẽ ſiue togam, & in omnibus pro-
uiſionibus, actibus, & rebus vocarentur Cõ-
ſiliarij Regiæ Maieſtatis, & tales reputaren
tur, ſicut, & quemadmodum Auditores ſi-
ue Senatores Regiæ Audientiæ Cathalo-
niæ, & in locis, & ſeſſionibus publicis ſede-
rent poſt eos, & Aſſeſſorem gerentis vices
Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, vbi
non concurreret Baiulus Generalis huius
Principatus.
56 Iidem qui ſunt Aſſeſſores Baiuliæ Gene
ralis Cathaloniæ ſunt etiam ex Regio Phi-
lippi III. reſcripto Aſſeſſores Officij Magi-
ſtri Rationalis domus, & Curiæ ſuæ Maie-
ſtatis, quod officium auctoritate præcellit
officio prædicti Baiuli Generalis, & Magi-
ſter Rationalis vbiq; antecedit Baiulo Gen.
attamen Locumtenenti in officio Magiſtri
Rationalis præcedit Baiulus Gen. Sed totũ 57
corpus officialium Magiſtri Rationalis etiã
ſi regatur per Locumtenentem in præfato
officio, præit corpori officialiũ Baiuliæ Gen.
ſub Baiulo Gen. exiſtenti, vt vidi in Aduẽtu
Domini noſtri Regis ſub anno 1632.

Regij Senatores ſunt tantum ſubditi do- 58
mino Regi, & eius Locumtenenti, & exẽ-
pti, tam Ciuiliter, quam Criminaliter à foro
ordinariorum, Micha. Ferrer 3. par. obſer.
cap. 302. Similiter in Regio archiuo Baiu- 59
liæ Gen. Cathal. extat priuilegium Regium
Alphonſi 4. dat. 26. Ianuarij 1444. in Re-
giarum Petri Bacet fol. 154. confirmando
alia antiquiora Regia priuilegia, quo Baiu-
lus Gen. Cathal. & ipſius Aſſeſſores, officia-
les, & Miniſtri, nec non Locumtenẽtes Ba-
iuli Gen. & eorum officiales eximuntur, tã
Ciuiliter, quam Criminaliter à foro, & iu-
riſdictione ordinariorum, etiam Guberna-
toris Cathaloniæ ſub grauiſſimis pœnis. Hoc 60
intelligimus de officialibus ordinarijs præ-
dictæ Baiuliæ, non de delegatis, niſi ratione
officij conuenirentur delegati, & ita obſer-
uamus. Concordat cum prælibato Alphon
ſi priuilegio Decretum Regiæ Audientiæ,
in ſupradicto archiuo Plute. 2. in Regiarum
5. fol. 101.

Aſſeſſores pariter memorati Officij Ma- 61
giſtri Rationalis domus, & Curiæ ſuæ Maie
ſtatis, & reliqui omnes officiales eiuſdem
officij, nedum Magiſter ipſe Rationalis, &
Locumtenens, ſunt exẽpti à foro, & iuriſdi-
ctione ordinariorum etiam Gubernatoris
Carhal. vna cũ filijs, & vxoribus per pragm.
Alphonſi Regis dat. 22. Maij 1450. & aliam
Regis Ioannis dat. 8. Martij 1460. in libro
viridi fol. 169. & 327. qui in illo officio extat, 62
in quo etiam legitur declaratio facta olim
per mag. Ioannẽ Caſtello Regentẽ Regiã
Cancellariam, quod ipſi officiales non poſ-
ſunt huiuſmodi exemptioni renuntiare, &
prorogare iuriſdictionẽ ordinarij, quia exẽ-
ptionis priuilegium concernit officium, &
eſt datum contemplatione officij, licet non
conueniantur ratione officij.

Non poſſunt iudices honori, ſeu retieren
tiæ ſibi debitæ renuntiare, tanquam rei

UAB Biblioteca de Ciències Socials

non suæ sed Regis & Reipublicæ, Cœpha. cons. 615. num. 82. cum seq. vol. 5. Castillo de tertijs cap. 41. num. 66. vbi quod nec cæteris præiuditium generari potest ex eo, quod illi aliquādo suo priuato consensu obseruarunt aut induxerunt. Nec iniuria illata publico ministro remitti ab ipso potest, Gandin. de malefic. tit. de pœn. reor. col. 9. glos. *puniri* in cap. 1. de pœnis in 6. Euerar. in topic. legal. loco de tanquam, seu respectiuis. concucit Menoc. cons. 902. num. 81. vbi post Decian. cons. 21. num. 70. lib. 1. ait prælationes, & ea quæ pertinent ad dignitates, esse iuris publici sicut sunt Magistratus, & ideò Magistratum gerentem non posse suo facto illius statum, & ordinem immutare, & num. 74. vers. 3. adiungit quod licet in dignitate positus possit suo ipsius facto sibi aliquod præiuditium afferre, non tamē præiudicare potest quo ad successores, quod etiam scripsit idem Decian. cons. 19. num. 40. & seq. lib. 3. Notauit Mastril. de *Magistrat. lib.* 5 cap. 4 *num.* 1. & post eum multis de more citatis Castillo de tertijs cap. 41 num. 27. in vtroque foro, & absque labe peccati licitum esse Magistratibus, & officialibus suas magnificare, & defendere prærogatiuas, & præeminentias sine ambitione, & superbia. Sane dum quilibet seruat suum gradum, societas conseruatur humana, vt est optim. tex in ca. fin. 89. dist.

65

66 Dantur in causis præcedentiarum remedia iuris etiam possessoria, Bald. in cap. licet causam 19. num 6. & ibi Felin num. 1. de probatio. Purpurat. cons 540. num. 19. ita vt competat quoque officium iudicis, Ioan. Faber in 5. aliam inst. de bonor. possessio.

67 Iaf. in l. si non sortem 5. libertas de condic. indeb. & licitum sit resistere etiam armata manu contra eum, qui tale ius præcedendi infringit, Bald. in l. obseruare §. antequam

68 in fin. de offic. proconsul Menoc. cons. 257. num. 55 lib. 3. cum etiam detur actio iniuriarum aduersus eum, qui non patitur similem honorem decerni, Corduben. in l. si quis à liberis nu. 30 & 32. ff. de liber. agnos. Gerard. singular. 33. Cassan. in Catal. glor. Mund. consider. 8. par. 1. conclus. 29. latè Stepha. Gratia. dis. forens. cap. 110. à num. 14. & cap. 298 num. 11. Lara de anniuers. lib. 1. cap. 24. ex num. 23. qui etiam a num. 69
18. scribit quantum in honorarijs attendenda sit consuetudo post tex qui ita probat in c. cum olim de consuetu. Castillo de tertijs cap. 41 nu. 61. vbi quod ex vnico actu possessionis ius acquiritur in præcedentijs, vt quis cōseruari, & tueri debeat in quasi possessione præcedenti, inter easdem tamen personas, non verò inter diuersas, & nu. 64. vbi quod in materia præcedentiæ de iure Ciuili & Canonico in petitorio iudicio sufficit consuetudo decem annorum siue sit contra ius siue præter ius, & quod sufficit consuetudo facti qualis est obseruātiæ, quæ longum non requirit tempus, sed tātum sic fuisse aliquando seruatum in certis actibus, quod iudicis arbitrio committitur idque, vt dixi, in petitorio, cū in possessorio vnicus & vltimus actus possessionis attendatur, vt secundum hāc possessionem sit iudicandū. quæ antea scripsit Mastril. de Magist. lib. 5. cap. 4. vbi num. 36. subdit quod hæc consuetudo si contra ius commune disponat, non potest extēdi de persona ad personam, neque de casu ad casum. Valençuela Velazq. cons. 34. ex n. 132. vbi latissimè agit de viribus consuetudinis in honoribus & præcedentijs.

Tantus est honor iudicibus debitus, vt 70
functo etiam ipsorum officio tempore scilicet syndicatus offendentes eos, ita puniri debeant ac si durante officio offendissent ob reliquias, & memoriam pristinæ dignitatis, Bald. in l. obseruare 5. proficisci. col 4. vers. 7. *quæritur*, ff. de offic. Proco. & lega. Auil. in cap. 1. prætor. glos. *Durante* à num. 7. Tiraquel. de nobilita. cap. 28. n. 7. Paz in practi. 1. tom. 8. par. cap. vni. num. 15. Bouad. plures allegans in Polit. tom. 2. lib. 5. cap. 1. num. 55. & idem priuilegium. & honor eis debetur finito officio tempore syndicatus, Gratia. tom. 1. dis. forens. cap. 184 num. 60. Auiles vbi supra.

Parentes etiam cessante omni lege Na- 71
turæ filios iudices reuerenter colere, & se illis postponere debent, quod pluribus auctoritatibus confirmant Tiraq vbi supra c. 28 num. 8. & 9. Bouad. in Polit. tom. 2. lib. 3. cap.

3.cap. 2 num. 16. & 17. Chassan. in Catal. glor. Mund. par. 7. consider 24. Gratia. dis. to. cns. c. 284. num. 37. & 44. & refert Aul. Gelli. in 2. noctium Atticarum lib. cap. 1.

72 Valer Max. in tit. de institutis antiquis Sic iure statutum est filium fam. iudicem ius prætiendi, cogendique habere in patrem l. ille a quo 5. vlt. & l. sequen. ff. ad Trebel. & ibi Accurti, l. post liminium 5. filius ff. de captiu. & post lim. reuer. ex quo notat Bal.

73 in l. senium C. qui testam. fac. pos. maiorē esse auctoritatem Magistratus quam patris quod intelligit Firmian. in tract. de Episcopo li. 2. par 1. q. 8. procedere in ijs dumtaxat quæ foris & palam fiunt: in ijs autem quæ domi, & priuatim fiunt, censet quod filius etiam Papa debet patrem reuereri & sibi anteponere, & ita quoqi declarant Tiraquel. Bouadil. & Chassan. vbi supra, & præsertim Gratian. d. n 37. vbi super hoc refert iuditium Tauri Philosophi, & d. n 44. vbi narrat historiam filij Q. Fabij Maximi Consulis Romani. Sic Episcopus patri reuerentiam exhibere debet, quamuis postea in Ecclesia illum præcedat, cum ex diuersis respectibus quis maior & minor dicatur, Hostien. in cap. decorum de ætat. & qualit. Chassan d. p. 7. consider. 59.

74 Illud etiam inter iudicium prærogatiuas connumeratur, quod in locis vbi iudicandi munus exercent, habentur pro vicinis, seu ciuibus durante officio, atque etiam tempore syndicatus ad effectum, vt gaudeant eisdem prærogatiuis, & emolumentis, quibus vicini seu ciues fruuntur. glos. in cap. fin. de Parochi. verb. *habitatores*. & glos. in l. pen. C. de incol. lib. 10. Platea in l. ciues quidem num. 2. eodem tit. Paris de Pute. de syndic. verb. *ciuilitas*, cap. 1. & 2. Auil. in cap 1. prætor. glos. *ni consentiran*, num. 16. & seq. Stephan. Gratian. post alios dis. for. tom. 1. cap. 184. num. 50. & seqq. vbi inquit non solum dici ciues, sed etiam capita ciuium, & sic vti priuilegijs, & beneficijs statutorum loci cui præsunt, & subdit contraere domicilium in loco in quo ratione officij commorantur quo ad multa, non quoad omnia, vt antea exposuit, cap. 181. num. 4. nam in loco officij, non poterunt conueniri, nisi pro ijs, quæ gesserunt ratione eiusdē officij, dummodo ex alio non essent facti illius fori, quia videlicet ibi contraxissent.

Quærit Flores Diez prac. qq. lib. 2. q. 21. 75 num. 256. an iudices excusentur á collectis, & post alios DD. concludit iudices forēses in locis suæ iurisdictionis excusari, in alijs autem non practicari, nec in locis vbi sunt originarij, & habent bona.

An criminalis, vel ciuilis iudex præcedere debeat, disputat Chassan. in Catal. glor. Mund. par. 7. consid. 26. Vincen. de Franc. decis. 388. in quo multum est consuetudini tribuendum quæ in materia præcedentiarum attenditur, cap. cum olim de consuet. 76

Delegatus est maior, & dignior Ordinario, cap. fané 2. de offic. deleg cap. pastoralis, 5. præterea de offic. ordinar. 6. iudicare in auth. de defensor. ciuit. Bellug. in spec. rub. 11. 5. & quæ dicta num. 2. & ibi latè Camil. Borrell lit. B. Rolan. à Valle cōsil. 12. num. 10. vol. 2. Menoch. conf. 51. nu. 9. & 22. vol. 1. & de arbitr. lib. 1. q. 54. nu. 27. Corras. lib. 2. Miscel. capit 19. lib. 3. Alciat. lib. 2. Paradox. cap. 12. Quintilia. Mendos. de monitorijs q. 17. nu. 5. Intellige procedere quoad causam in qua delegati officio fungitur, secus quo ad alias d. cap. sanè, vbi Abbas Panorm. & Felin. Item intellige in delegato Pontificis, & Principis, non autem aliorum inferiorum, vt censent Roland. & Corratius, vbi sup. & Francisc. Marc. decis. 77 72. præterea Ordinarius magis stabilem, & 78 firmam, ac propriam habet iurisdictionē, delegatus autem debiliorem habet ordinario, vt notant Camil. Borrel. vbi supra, & Camillus Platitius in l. 1. in versic. *Delegatam* num 20. ff. de offic. eius cui mandat. est iurisd. quod fuit originale dictum Archidiaconi in cap. si Episcopus 2 q. 6.

Propter offensas aures, & auctoritatem iudicantis, potest Ordinarius exemptū qui coram se falsum deponit, in quem alioqui nullam iurisdictionem habet, etiam si ipse testis speciali priuilegio à præfati iudicis iurisdictione immunis sit, extraordinaria pœna punire, & nihilominus contra eundem poterit competens iudex ad falsi pœnam ordinariam procedere, tex. est egregius, & 79

ibi

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ibi DD. in l. nullum, C. de testib. Peguer. tom. 1. decis. 79. n. 2. & 4. & decis. 60. n. 1. & 2. Bossi. in tit. de falsis n. 103. & 104. Iul. Clar. in pract. q 38. Ferrer 3 p. obser. c. 394. vbi in fin. docet quid seruetur in nostra Re-
80 gia Audientia. Intellige hoc etiam obtinere in iudice delegato, non solum si à Principe delegatus sit, sed etiam si ab inferiore Principis, cui tamen non interdicta sit criminalis punitio, vt declarant Peguer. d. decis. 79. num. 3. Couar. pract. qq. cap 18. n. 8
81 Non tamen hoc locum habet si iudex sit laicus, & testis sit clericus, non enim poterit iudex laicus tanquam incapax, non solum incompetens testem coram se falsum clericum punire, quamquam hoc casu nullo modo admittenda est iudicis Ecclesiastici inhibitio quoad cognitionem & definitionem causæ principalis apud laicum vertentis, qui nihilominus ad effectum pronuntiãdi in ea suam sententiam, cognoscere poterit an clericus falsum dixerit testimonium, Gutier. pract. qq lib. 1. quæst. 24. nu. 1. 2. & 3. Clar. & Couar. vbi supra, Peguer d decis.
82 79. n. 5. Afflic. decis. 230. Si autem iudex sit Ecclesiasticus, & testis laicus, est locus præuentioni inter iudicem Ecclesiasticum, & secularem, quod exponunt Gutier. d. q. 24. n. 4. Peguer. decis 79 n. 6. Afflict. decis. 219
83 Couar. & Clar. vbi sup. Si plura videre velis in hac quæstione an iudex puniat exẽptum coram se falso deponẽtem, de illa præter supra citatos agunt Diaz in prac. canon. verbo *falsi testimonij rei*, n. 2. & ibi additio Zalsedi lit. C, Benedic. in cap. Raynuntius, verb. *& vxorẽ nomine Adelasiam*. n. 434. Bouadil. lib. 2. cap. 17. n. 47. & cap. 18. n. 91. Peguer. in prac. crimin. cap. 26. verf. *Præterea posset*. Marta de iurisdict. casu 128. Genuens. in prax. c. 1. n. 16. Rebuff. in tom. trac. var. in tract. in quibus causis iudices seculares possint n. 88. & seq. Fuscus de visitatio. lib. 2. cap. 21. n. 33. Vanti. de nullitat. ex defec. iurisdict. n. 49. & 50. Roland. vol. 2. conf. 12. Riccius par. 2. decis. 176. 258. 276. & resol. 140. & 144. Auiles in cap. prætor. capit. 48. verb. *Qualesquier Iuezes*.

84 Similiter si in actu iudiciario exemptus delinquat, poterit eum iudex punire Segura Daualos in direct. iudic. Eccles. fori p. 2. cap. 6. Vasq. controuers. illustr. cap. 31. nu. 18. Garcia de nobilitat. glos. 9 n. 2 Gom. tom. 3. cap. 1. n. 48. vt si exhibet falsum instrumẽtum Bouadil. lib. 2. cap. 18. nu. 163. Escobar de ratiocini cap 7. num 28. vbi de clerico qui falsum coram iudice seculari deponit, quod poterit per eundem iudicem secularem puniri, & captis pignoribus in bonis multari. Ricci. par. 2. decis. 258. & d. resol. 140. Pariter iudex causarum tantum ciui- 85
lium, qui in criminalibus causis iurisdictionem nõ habet, si quis in actu iudicij sui delinquit, vt quia pars producit falsum testem, vel testis falsum deponit, vel aduocatus cõmittit delictũ, plectit eum, vt ex multis cõprobat Ferrer 3 p. obser. cap. 194. vbi quid obseruetur in nostro Regio Senatu.

Et vbi esset commissum crimen, vel iniu- 86
ria contra aliquem coram iudice, procedit hic ex officio sine aliqua accusatione iniuriati ex quodam quasi notorio per l. hactenus de fals. Paris de Pute. de syndic. verbo *& aduerte*, n 3. verf. *Fallit vbi esset*.

Probat latè Franciscus à Ponte in tract. 87
de potesta Proreg titul 3. de electione officialium, §. 8. à num. 1. Iudices magistratus, & officiales qui à Rege ad maiorem dignitatis locum promouentur, non amittere priuilegia & honores minoris dignitatis, & ibi num. 7. secus docet de assumpto à ma- 88
iori dignitate ad minorem, & pluribus à n.
9. confirmat eum qui præuia sui Regis li- 89
centia deposuit officium seu dignitatem, retinere priuilegia, præeminentias & prę.ogatiuas, atque etiam nomen pristinæ dignitatis, & officij, licet non habeat administrationem, & an eodem gaudeat stipendio. Nec prætermittam, quod tradit Natta cõs. 90
351. Senatorem electũ qui post aliquot mẽses iurauit, non præcedere ei qui medio tẽpore Senatorum ordinem ingressus est, & iurauit, & confirmatur ex notatis in l. ff. de offic. præfec. august. & in l. obseruare, §. post hæc. ff. de offic. Proconsul. Et inter Senato- 91
res, & alios officiales in officijs, quibus administratio annexa est, ille præcedit, & præfertur, qui prius possessionem adeptus est, licet alius primo nominatus, aut electus fuerit, vt

docet

docet Castillo de tertijs cap. 41. n. 46. secus asserens si dignitas sine administratione sit, & hæc antea tradidit & comprobauit Mastrill. de magistratib. cap. 14. lib. 4. ex n. 34.

92 Quid autem si obsequij seruitium fuit officialis impeditus capere possessionem antequam alius post eum electus, disputat Castill. vbi sup. ex n. 57.

93 Illud compertum est, & omnium DD. placitis, & scriptorum calculis comprobatū posse Principem ex causa, & de potestate ordinaria concedere alicui officium cum prælatione aliorum magistratuum maiorē vel æqualem, aut minorem dignitatem habenti in vti adnotarunt Mastril. de magistratib. lib. 5. cap. 4. num. 75. Franciſc. Alfarus de officio Fiscalis glos. 7. num. 2. Castillo de tertijs cap. 41. n. 47. Stephan. Gratian.

94 discep. forens. tom. 5. cap. 940. n. 6. vbi scribit præeminentias, & præcedentias a voluntate, & dispositione Regum, & Principum pendere. Camillus de Carata cons. 2. n. 72. 7. & 78. vbi quod in præcedentijs sit pro ratione voluntas legis aut Principis.

EX QVÆSTIONE III.

SVMMARIVM.

1 *Inter plures DD. opiniones præfertur communis.*

2 *Communis opinio habet vim consuetudinis.*

3 *Communis opinio ex quibus dijudicetur.*

4 *Communis opinio quæ sit.*

5 *Opiniones quæ Senatui vel Rotæ placuerunt communes efficiuntur.*

6 *Opinio Rotæ Romanæ maioris auctoritatis est quam communis DD.*

7 *Communis opinio accipitur secundū subiectam materiam Theologicam, Canonicam, vel Legalem, vt hic.*

8 *Traditio Hieronymi Ceuallos improbatur.*

9 *Iudex non tenetur sequi communem opinionem quando probabilibus argumentis potest impugnari.*

10 *Iudex confessarius, & Aduocatus primo debet sequi opinionem, quæ textui, deinde quæ rationi, tertio quæ communi opinioni nititur.*

11 *Vnius auctoris sententia aliquando multorum opinioni præfertur.*

12 *Iudex excusatur si omissa communi opinione sequatur opinionem sui præceptoris, & quomodo hoc intelligatur.*

13 *Quando causa, contra quam est communis opinio, est fauorabilis an præferenda sit opinio ipsa communis.*

14 *Opiniones Azorij, & Ceuallos super hoc contrariæ, & Menochij distinctio, quæ placet auctori.*

15 *Anteponenda est opinio, quæ consuetudine, & stilo approbata sit, licet communis sit in contrarium, & n. 16.*

16 *Communis opinio quæ non est vsu recepta non est obseruanda.*

17 *Ad consuetudinem interpretatiuam inducendam quod tempus requiratur, & quid si sit contra iuris communis dispositionem.*

18 *Opinio Sancij Theologi impugnatur.*

19 *In paritate opinionum eligenda est tutior.*

20 *Quæ opinio dicatur tutior.*

21 *Tutior opinio quando sequenda sit, vel nō, affertur insignis distinctio Patris Ioannis Azorij, quæ ratione fulcitur.*

22 *Licet cuique in foro conscientiæ operari iuxta aliorum probabilem opinionem contra propriam, etiam tutiorem, etiam propria opinione tanquam probabiliori retēta.*

23 *Intellectus regulæ quæ disponit, quod in dubijs id quod tutius est, teneamus, & numer. 24.*

24 *Qui probabili opinione ductus quidpiam agit, nullum peccati periculum subit.*

25 *Præualet in dubio opinio pro fauorabili causa, & enumerantur multæ causæ fauorabiles.*

26 *Subditus in dubio parere debet præcepto Superioris, & n. 35.*

27 *Si Superioris præceptum constat esse iustum, subditus parere debet, si iniustum, nec debet, nec potest parere, & n. 29.*

28 *Intellige quando Superior præcipit illud, quod*

quod ad suam iurisdictionem, seu Imperium pertinet. & traditur intellectus ad tex. in can. dominus 11.q.3.

30 Si iudici præsentetur rescriptum, quod est contra ius, supersedere debet, & Principi rescribere.

31 Si constat id quod præcipitur esse peccatũ etiam veniale, subditus nec debet, nec potest obedire alias peccat.

32 Officialis si superioris sui præceptum contineat notoriam iniustitiam, non potest parere, etiam si officium suum amissurus sit, vel gratiam Principis, vel etiam vitam.

33 Præceptum hominis debet esse subordinatum præceptis Dei.

34 Si ex eo quod præcipitur sequatur scandalum, vel detrimẽtum notabile aliorum, non tenetur subditus obedire, si verò præcipitatur sub pœna excommunicationis, nulla est in foro interiori.

36 Licet dominus peccet præcipiendo, tamen subditus non peccat obediendo.

37 Officiales tenentur domino obedire, nisi quod præcipitur, sit notorie iniustum aut malum.

38 Intellectus cap. Pastoralis §. quia verò de offic. delegat.

39 Stephani Gratiani circa hæc traditio an vera sit.

40 An subdito liceat contra propriam opinionem sententiæ, & præcepto Superioris accedere.

41 An Theologorum, Canonistarum, aut Legistarum sententia præferenda, & vbi distinctione resolvitur.

42 Quid in his quæ à iure Diuino originem trahunt, & à Canonistis, & Theologis tractantur, vt in censuris vsuris & alijs.

43 An in collatione beneficiorum Canonista sit præferendus Theologo, vel econuerso.

44 Opinio benignior, & mitior amplectenda est.

45 Opinio sequenda est per quam minus derogatur Iuri Communi.

46 Omnis recessus à Iure Communi est odiosus, & omnis regressus fauorabilis.

47 Prævalet opinio, quæ magis inducit ad ius antiquum.

48 Et opinio quæ magis fauet rationi Naturali.

49 Et quæ minus recedit à proprietate verborum legis.

50 Et opinio per quam lites minuuntur.

51 Et opinio quæ reducit alias ad cõcordiam.

52 Opinio glosæ inter alias magis amplectenda est.

53 Accurtij glosatoris doctrina habet vim communis opinionis, & excusat iudicem in syndicatu.

54 Opinio antiquorum magis sequenda est.

55 Item opinio Sanctorum.

56 Item opinio, quam tenuerunt DD. in cõmentarijs siue tractatibus suis potius quã in consilijs.

57 Item opinio eorũ qui de materia, de qua est illa opinio, librum ediderunt.

58 Item opinio posterior, id est quam Doctor vltimo tenuit.

59 Probanda est in dubio opinio, quæ est cõtra fiscum.

60 Et intelligitur, tam de dubijs quæstionibus facti quam iuris.

61 An in dubio contra fiscum iudicandum sit distinguitur, & traditur distinctionis ratio num. 62.

62 Fiscus non est priuilegiatus, nisi in casibus in quibus inuenitur in iure priuilegiatus.

63 Dos est regulariter priuilegiata, Fiscus autem in casibus lege expressis.

64 Cum quæritur an Fiscus priuilegiatus sit, in dubio contra Fiscum enunciandum est.

66 Peregrini traditio periculosa.

67 Noluit Princeps causam suam fauorabiliorem esse quam causam subditi sui, & exornatur num. seqq.

68 Princeps bonus est beneficum sydus, à quo omnibus beneficia fluunt.

69 Princeps maiorem curam habet subditorum quam fisci, & quare.

70 Nihil magis proprium est Principis quã bonum publicum, & suorum subditorum quærere.

DE

DE OPINIONVM DELECTV.

QVÆST. III.

PRIMVM pro regula obſeruo, inter plures Doctorum opiniones eam præferendam eſſe, quæ communis ſit, Nicola. Eberar. in topic. lega. loco ab auctoritate nu. 14. Hyeronym. Ceuall. commun. contr. commun. in præfat. num. 30. cum ſeqq. Iacob. Menoch. tom. 1. de præſumpti. lib. 2. præſump. 71. num. 1. & 2. Pater Ioan. Azor. inſtitutionum moraliū, par. 1 lib. 2. cap. 13. habet enim vim conſuetudinis, vt docuit Bald. in cap. ne innitaris de conſtitutio. Menoch. ſupra num. 4. & Eberard. num. 14. Communis autem opinio diiudicatur ex numero, & auctoritate Doctorum, non autem ex ſolo illorum numero, vt optimè notat Azor d. cap. 13. nam opinionem aliquam plurimi vnum alium auctorem ſectati docuerunt more ouium, vel volucrum, quæ plures vnam præeuntem ſequutæ, eandem viam arripiunt, vt tradunt Nauar. in manual. cap. 27. num. 189. Deci. conſ. 494. Alexan. conſ. 202. lib. 7. num. 6. vnde Menoch. d. præſump. 71. numer. 39. & 41. & Alciat. de præſump. reg. 1. præſum. 51. num. 2. aiunt communem opinionem illam eſſe quæ habet plures auctores eam firmantes arguendo, & diſputando, non autem ſimpliciter, & perfunctorie, & (vt dicitur) per tranſennam eam ſequentes, vel incidenter aliquid dicentes, & ſubijciunt ſpectandos eſſe Doctores grauiores. quorum ſcripta in auditorijs, & in foro magis accepta ſunt. concordat cum his Ceuallos in d. præfatio. num. 11. & ſeqq. ſic Plinius Iunior ad Traianum Imperatorem conqueritur quod ſententiæ numerantur, non ponderātur. Hinc ſcripſerunt Imol. & Barbati. in c. ſi olim de litis conteſtatio. quos refert Vanti. in tra. de nullit. tit. de nullit. ſenten. ex defec. iuriſd. delegat. n 20. opiniones quæ Senatui, vel Rotæ placuerūt, cōmunes effici, cum in illis præter numerū ſedere ſoleant viri magna eruditione, & integritate præditi, quod etiam notauit Menoch. d. præſump. 71. nu. 13. & Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. tom. 1. cap. 104. num. 56. poſt alios plures aſſeruit Rotæ Romanæ opinionem maioris auctoritatis eſſe quam communis Doctorum. Rurſus communem opinionem accipit Azor. d. cap. 13. iuxta ſubiectam rei cuiuſq; materiam. quare ſi materia eſt Theologica, communem opinionem intelligit, quæ communi Theologorum conſenſu recepta eſt. Si materia legalis eſt, communem opinionem cenſet, quam communis Iuris Ciuilis interpretum conſenſus approbauit. Si materia eſt Canonica, communem opinionem habet, quæ communi Iuris Canonici Doctorum ſenſu confirmatur. & merito. Eaque ratione minus verū exiſtimo, quod docuit Ceualſos in d. præfatio. num. 27. vbi ſimpliciter firmat, quando ſunt duæ opiniones contrariæ altera Canoniſtarum, & altera Legiſtarum, tenendam eſſe ſentētiam Doctorum Iuris Canonici.

Iudicem non teneri ſequi communem opinionem quādo bonis rationibus, & probabilibus argumentis impugnari, ſeu conuinci poteſt, latè tradimus par. 3. quæſtio. 3. ex Iaſon. in auth. nouiſſima, C. de inoffic. teſtam. Cateſian. Cotta in memorab. verbo *Opinio*. Auguſtin. Morla in empor. iur. par. 1. tit. 2. quæſt. 5. num. 6. & alijs pluribus. faciunt notata per Petrum Anton. Lazariū canonicar. qq. par. 2. q. 13. num. 43. vbi docet confeſſarium, iudicem, & aduocatum eligere debere opinionem quæ alicui textui niritur,

nititur, deficiente textu, rationi, deficiente
11 ratione, communem, facit etiam quod animaduertit Azor d.c.13. posse nonnunquam vnius auctoris sententiam, multorum, & maiorum opinioni præferri iuxta id quod dicitur in l. Deo auctore, C. de veter. iur. enucle. cuius verba sunt. *Sed neque ex multitudine auctorum quod melius, & æquius est iudicatote, cum posset vnius forsan, & deterioris sententia multos, & maiores aliqua in*
12 *parte superare.* Menoch. etiam d. præsump. 71. num. 51. post complures DD. affirmat iudicem excusari, si omissa recepta communi DD. opinione, sequutus sit illam, quam aliquando eius præceptor veram esse asseruit, Suarez de Paz in praxi par. 1. tom. 1. tẽpore 1. num. 58. Ceuallos in pract. qq. in præfatio num. 19. Aules in cap. 1. Prætor. gl. f. *fiet* num. 20. quod Ludouic. Bolognin. in authen. habita, C. ne fili pro patr. intelligit, quando præceptor ille erat vir doctus, & solennis, & post alios ita quoque intelligit Boiadil. in polit. tom. 2. lib. 5. capit. 3. num. 28.

13 Difficultas est, quando causa, contra quã est communis opinio, est fauorabilis veluti matrimonij, vel vltimæ voluntatis, an tunc præferenda sit communis opinio, vel potius ab ea recedendum, de qua quæstione præter Menoch. præsump. 71. num. 30. & 31. Ceuallos in præfatio. num. 23. & 24. Azorium cap. 13. in princ. fupracitatos disputant Catelian. Cota in memorabil. verb. *nuptiarum*, Alciat. reg. 1 præsump. 40. Mascard.
14 de probation. vol. 3. conclus. 1138. & varie responderunt, nam Azorius docuit dicto casu postponendam esse communem opinionem: contra autem Hieronymus Ceuallos tradit adhuc standum esse communi opinioni, similiter Cota, & Alciatus, & plures in hanc refert Mascardus, Menochius autem post Neuizan. & Deci, distinguit dicens quando ipsa communis opinio dubia esset, prævalere debere contrariam fauore causæ de qua agitur, quando autem esset clara, secus, quia ita fauendum non est causæ fauorabili, vt alijs fiat iniustitia. & hæc videtur verior conclusio.

15 Secunda sit regula inter plures DD. opiniones anteponendã esse eã quæ consuetudine, & stylo approbata sit, Stephan. Gratian. discep. forens. tom. 1. cap. 158. nu. 14. & 15. & decis. 45. nu. 19. Natar. in manual c. 27. num. 385. Menoch. d. præsump. 71. nu. 22. Azori. institut. moral. par. 1. lib. 2. cap 10. & 13. in prin. qui omnes extendunt etiam si communis opinio sit in contrarium, nam vt ait Roland. conf. 2. num. 8. vol. 2. vera le- 16
gis interpretatio à practica sumitur. Et vt dicit Deci. conf. 638. communis opinio, quæ non est vsu recepta, non est obseruanda, sicut statutum vsu non receptum non ligat subditos, & ideo Gratia d.c. 158. n. 15. Alciat. præsump. 30. reg. 2. num. 3. Ceuall. pract. qq. in præfat. n. 60. concludunt iudicem nõ posse discedere ab opinione approbata per consuetudinem quamuis communis sit in contrarium, & idem quoque sentire videtur Cancer. var. p. 3. c. 12. n. 263. & 264 Præ- 17
dictus quoque Gratian. n. 17. subijcit ad ista consuetudinem interpretatiuam non esse habendam considerationem præscriptionis quadraginta annorum, cum hæc interpretatio, & obseruantia hoc temporis spacium non requirat, sed sufficere in aliquibus actibus ita fuisse in curia seruatum, quod relinquitur arbitrio iudicis secundum. Butri. in cap fin. num. 47. de consuetu. l. & decisiones Rotæ Romanæ, quas citat & regulariter in huiusmodi consuetudine, seu obseruantia interpretatiua iudex potest æstimare illam esse stabilitam paruo tempore, cum diuturnitas in his non exigatur, Aym. conf. 201. num 12. & conf. 294. colum. 13. ante fin. vers. *Amplius dico* benè Flamin. Cartar. decis. 67. num. 29. Lara de anniuer. lib. 1. cap. 5. num. 49. dummodo non fit interpretatiua contra iuris communis dispositionem, Menoch. de arbitrar. cas. 83. in fin. num. 10.

Ex his infertur periclitari opinionem Sã- 18
cij Theologi in suis practicis disputationibus, disput. 44. num. 63. quam refert P. Antoninus Diana resol. moral. par. 2. tractat. 13. resol. 5. & non videtur suum audere iudicium interponere, tenet enim ille auctor posse iudicem iudicare secundum opiniones Duareni, Cuiacij, Donelli, Antonij Fabri, & aliorum,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

rum, quorum mentem magis communiter Iurisperiti non amplectuntur, nec iudicia iuxta talium Doctorum sententias pronunciant, neque obstare quod præfatæ illorum opiniones dicantur solum theoricæ, & non practicæ, imò ad scholarum ludum dumtaxat aptæ; quia quoties aliqua opinio est speculatiuè probabilis, semper in praxi tuto amplecti potest. Sed præter quam quod P. Sanchez de matrim. lib. 7. disp. 7. & alij quorum meminit Diana d. p. 2. tractat. 13. resol. 12. cēsent opinionē speculatiuè probabilē non semper in praxi tuto teneri posse, veritas est quod speculatio illa debet esse ad mores, & praxim, vsumq; Reipub. accommodata, & æquitatis amica, vnde ex Pinelo, & alijs scripsi supra quæst. 1. quod leges in scholis discuntur, & in palatijs digeruntur, & iuris subtilitates quādoque obumbrant veritatem, ac perniciosæ sunt, & recte sensati hominis iudicium conturbant, l. veteris & ibi Bald. nu. 2. & eius additio citans Speculat. & Bart. C. de contra. & commit. stipul. Ias. in §. pænales, n. 41. Ins. de actio. Segur. in direct. iudic. 1. par. cap. 5. indeq; illud verbū omnium Iureconsultorum sermone vsurpatum prodijt *Summum ius, summa iniuria.*

19 Tertia regula sit ex pluribus DD. sententijs eligendam esse tutiorem quando in cæteris opiniones illæ sunt pares c. iuuenis de sponsalib. cap. petitio tua de homicid. cum ibi not. Paris. cons. 92. n. 63. lib. 3. Menoch. d. præsump. 71. n. 3. Azor. inst. moral. par. 1.
20 lib. 2. cap. 12. Ea autem dicitur opinio tutior (vt explicat Azor. d. lib. 2. cap. 16. vers. *Vt in hac re certi aliquid statuam.*) quæ censet id de quo quæstio est, esse peccatum, minus tuta autem appellatur ea, quæ ait non esse peccatum. Verbi gratia est controuersia an peccatum sit eligere minus dignum ad beneficia, vel publicas administrationes, digniori neglecto: tutior opinio dicitur esse ea quæ credit esse peccatum, quia digniorē eligentes peccatum vitamus. Minus tuta dicitur esse, quæ existimat nō esse peccatum, quia si eam sequuti, prætermisso digniori, minus dignum eligamus, peccati periculo nos ipsos obijcimus. Igitur tutior opinio illa vocatur quam sequentes peccatū vitamus.

Difficultas est an semper sequēda tutior 21
opinio sit, quod videbatur affirmandum, cū iure constitutum sit vt in dubijs id quod tutius est teneamus, l. cap. iuuenis, & d. cap. petitio tua: sed distinguit Pater Azorius in d. cap. 16. vers. *His igitur positis.* & concludit primo quod si opinio minus tuta est probabilior, aut certior, eam in operando nobis sequi licet, probabilior autem, vel certior dicitur illa quæ firmiori, & meliori ratione fulcitur. Secundo asserit quod si opinio minus tuta fuerit communis, nobis licet eam in operando sectari, eo maximè quia opinio eo ipso quod est communis, est probabilior. Tertio censet quod quando opiniones sunt æque probabiles, videlicet ex numero, vel testimonio, siue authoritate Doctorum, quamuis non expondere, & momento rationum, iure possumus minus tutam in operando præferre, imò etiam si quæ minus tuta est, minus probabilis habeatur, quia id bene agitur, quod prudēter agitur, qui autem aliorum consilio ducitur pruderter rem gerit; deinde quia (vt subijcit) potest quis ex rationibus à re ipsa sumptis certò iudicare aliquid sibi esse cauendum, & ex principijs communibus, vel extrinsecus petitis, certò item existimare illud esse sibi faciendum. Si cui autem hæc difficilia 22
videantur, adeat Patrem Thom. Sanchez tom. 1. operis moralis lib. 1. cap. 9. ibi nu. 14. post innumeros DD. quos citat, defendit, & tenet licere cuique in foro conscientiæ operari iuxta aliorum probabilem opinionē contra propriam etiam tutiorem, & nu. 15. hoc extendit etiam propria opinione tanquam probabiliore retenta.

Ad argumentum contrarium deductū, 23
ex d. c. iuuenis de sponsalib. quod in dubijs, id quod tutius est, teneamus, respōdet Azorius d. lib. 2. cap. 12. vers. *Ad obiecta,* & cap. 16. vers. *Duo possunt.* & ait eam regulā iuris intelligi in dubijs, non autem in opinionibus, qui enim opinatur vni quæstionis parti assentitur & ideo dubius non est, atq; nusquam in iure habetur, vt inter opiniones tutiorem sequamur, quia non idem est iuris de dubijs quod de opinionibus, nam qui dubitat neutri parti assensum præstat, qui

vero

verò opinatur, vni tantum parti præbet assensum, quamuis non sine aliqua formidine. Obijcies forte. Qui minus probabilem,
24 aut minus tutam opinionem eligit, se periculo peccati cõmittit, quia opinio semper habet dubitationem admixtam partis oppositæ. Respondet idem auctor, eum qui probabili opinione ductus quidpiam agit, nullum peccati periculũ subire: quia quãuis pars opposita esset vera, peccatum in agẽdo deuitat eo quod ex probabili opinione operatur, quemadmodum is qui consilio boni & periti viri aliquid efficit, prudenter, & bene agit, quamuis re ipsa malum sit id quod eligit.

25 Quarta regula proponitur, quod in dubio præualet opinio pro fauorabili causas sic antefertur, quæ fauet matrimonio præsertim iam contracto, doti, testamento, aut libertati, l. quoties dubia, ff. de reg. iur. c. fin. de senten. & re iudic. vel religioni, l. sunt personæ, ff. de religios. & sumpti. funer. siue pupillis, peregrinis, viduis, & alijs miserabilibus personis, seu reis argumento, c. cũ sunt iura partium de reg. iur. lib. 6. & l. fauorabiliores, ff. eod. tit. Neuisan. conf. 26. n. 7. & 8. Ias. conf. 13. in fin. lib. 3. & conf. 112. num. 1. lib. 4. Natar. in c. si quis autem, de pœniten. dis. 7. n. 130. & 131. & in manu. c. 27. n. 286. & seq. Menoch. de præsumpt. tom. 1 lib. 2. præsump. 71. num. 32. 34. & seq. & præsum. 72. num. 14. & 15. P. Azori. institut. moral. par. 1. lib. 2. cap. 15. Agusti. Morla. in empor. iur. par. 1. tit. 2. quæst. 5. n. 11.

26 Quinta regula. Subditus in dubio pare-
27 re debet Superioris præcepto, si dubitet an illud iustum sit necne. nam circa Superioris præcepta distinguitur. Vel enim præceptum constat esse iustum, & obedire subditus debet, vel constat esse iniustum, seu manifestum est iniustum esse, & non tenetur, imò nec potest obtemperare, tex. est in ca. si dominus 11. q. 3. ibi. *Si bonũ est quod præcipit Imperator, iubentis exequere voluntatẽ, si malum; respondeo, oportet Deo magis obedire quam hominibus, hoc ipsum, & de seruis apud dominos, & de vxoribus apud viros, & de filijs apud patres, quod in illis tantum debeant dominis, & viris, parentibusq; esse subiecti quæ contra Dei mandata non sunt.* Hunc locum interpretatur ibidem Archidiaconus procedere, si Superior ille præcipiat illud, quod ad suum imperium, & iurisdictionem pertinet. nam si præcipiat mihi, vt monachus fiam, licet hoc sit bonum, non teneor obedire, quia hoc non pertinet ad iurisdictionem eius, illud enim magis est ex parte animæ, & omnis anima Dei est, c. si habes 24. q. 3. & in anima serui, nihil potestatis habet dominus, c. omnibus 19. q. 2. Insuper est optimus, tex. in c. Iulianus 11. q. 3. cuius verba sunt. *Iulianus Imperator quamuis esset apostata, habuit tamen sub se Christianos milites: quibus cũ dicebat, Producite aciem pro defensione Reipublicæ: obediebant ei. cum autem diceret eis, Producite arma in Christianos: tunc cognoscebant Imperatorem Cœli.* Distinctionem prædictam notat ac tradit glos. verbo *morte*, in c. 2. de maioritat. & obedi. Paris de Pute. de syndicat. in verb. *Resistentia* num. 6. & 7. vbi ait quod si iudici præsentetur rescriptum contra ius, supersedere debet, & Principi rescribere. Pater Vincen. Filliucius moralium quæstionum tom. 2. tractatio. 28. par. 2. c. 5. quæst. 2. n. 90. & 91. vbi asserit, quod quando constat id quod præcipitur esse peccatũ etiam veniale, non tenetur subditus obedire, imò nec debet, sub peccato si obediat c. litteras de restit. spoliat. & ca. quid ergo 11. q. 3. Hoc est quod docet P. Ioa. Marquez de Christiano Gubernatore par. 1. cap 10. officialem, & ministrum, si Superioris sui præceptum cõtineat notoriam iniustitiam, non posse parere, etiam si officium suum nõ parendo amissurus sit, vel gratiam Principis & (quod plus est) vitam, ait enim Apostol. Petr. actor. 5. *obedire oportet Deo magis quam hominibus.* Aliter, vt infert S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 6. ad 3. excusarentur carnifices qui exequentes sententias Tyrannorũ, occiderunt martyres Christi. Nam debet præceptum hominis esse subordinatum, & conforme præceptis Dei, ideoque etiam dicit supra Filliucius quod si ex eo quod præcipitur sequatur scandalum, vel detrimentũ notabile aliorum, nõ tenetur subditus obedire, quia in tali casu obedientia illa esset

contra

UAB Biblioteca de Ciències Socials

contra legem Dei,& ſubijcit quod ſi præcipiatur ſub pœna excommunicationis, nulla eſt in foro interiori, quia iniuſta ex Sylueſt. verbo *obedientia*. §.5. & Abbat.in c.ſi quã do de reſcrip.

35 Tertius caſus eſt quando dubitat ſubditus,an id quod præcipitur,iuſtum ſit, vel an peccatum ſit,nec ne: & tunc tenetur obedire depoſita conſcientia.gloſ.in d. cap. 2. de maiorita.& obedien.verb.*morte*. & gloſ. in can.quid culpatur 23.q.1.in verb. *iniquitas*. Sylueſt. in verb. *Obedientia*. §. 2. Pater Filiuci. qui ſupra d.c 5.quæſt.3.num. 92.eſt ad hoc tex.in d.c.quid culpatur. ibi. *Vir iuſtus ſi forte etiam ſub Rege homine ſacrilego militet, rectè poteſt illo iubente bellare: ſi vice pacis ordinem ſeruans, quod ſibi iubetur, vel non eſſe contra Dei præceptum, certum eſt: vel vtrum ſit, certum non eſt: ita vt fortaſſe reum faciat Regem iniquitas imperandi: innocentem autem militem oſtendat ordo ſeruiẽdi*. vbi gloſ.in verb.*iniquitas* notat,quod 36 licet dominus peccet præcipiendo, tamen ſubditus non peccat obediendo,eſt quoque 37 tex.in ca.in memoriam 19.diſt. Farin.quoque de pœn.temperan. q.97. docet officiales, & miniſtros teneri obedire domino cui ſeruiunt, niſi quod præcipitur ſit notoriè iniuſtum,aut malum, quod eſt etiam communis Theologorum opinio. Præſumitur Princeps ex iuſta cauſa moueri in l.relegati in fin.& ibi gloſ. fin. de pœn. facit tex. in clem. vnic. de probatio. & in c. cum à nobis in fin.& ibi DD. de teſtib.& pro iudice præſumitur,l.2.C.de offic.ciuil. iudi & eius decretum præſumitur ex iuſta cauſa fieri, l. ab ea parte 2. reſponſ. de probatio. iuuat quod ſcribit Iul.Clar.in pract. crimin.q.60. n.15.& 16. mandatum Superioris in delictis excuſare à pœna, modo illud quod quis facit ex mandato Superioris,non ſit de genere prohibitorum,& ideo dicit operarios,& fabros excuſari de eo quod operantur in re alterius ex mandato conducentis ſecundum gloſ. in l. in rem,§.tignum in gloſ. fin. ff.de rei vendic. quæ in hoc communiter approbatur, quamuis iuxta eandem communem opinionem, quando ipſis operarijs facta fuiſſet denunciatio, ſeu proteſtatio, vt ab opere deſiſterent, vel huiuſmodi operarij nocte acceſſiſſent ad laborandum, aut actum clandeſtine feciſſent, non eſſent excuſandi.

Contra reſolutionem in 2. caſu tradi- 38
tam obſtare videtur tex. in capit. paſtoralis, §. quia vero de offici. delegat. vbi habetur, quod ordinarius ad mandatum delegati tenetur exequi ſententiam eius, etiam ſi ſciat illam iniuſtam eſſe, quia non cognitio, ſed exequutio tantum demandatur eidem, & quia ordinarius tenetur obſequi delegato tanquam Superiori. Ad iſtum text. imprimis affertur diſtinctio gloſæ ibidem receptæ, quam citat, & ſequitur Nauar. in manu. capit. 25. num. 15. vt non procedat in ſententia Superioris, quam inferior iudex exequutor ſcit nullam & irritam, ſiue quia errorem contineat intolerabilem, ſiue manifeſtam iniuſtitiam, nam tunc is exequutor exequendo peccaret, ſed procedat tantum in ſententia valida licet iniuſta ſit. Rurſus caſu quo textus ille locum habet, intelligitur vt dictus ordinarius exequi teneatur, niſi apud delegatum efficere poſſit, vt ab hoc onere ipſum abſoluat, ſeu poſtquam debite procurauerit ne fieret exequutio, vti textus ipſe dicit, & dicit ſupra Nauar. Demum gloſa aduertit, quod licet dicta ſententia tempore quo profertur iniuſta ſit, tempore tamen quo exequutioni mandatur, effecta eſt de iuris rigore iuſta, quia pars non appellauit,ideoque ſententia contra ius litigatoris lata, ſi non appelletur, elapſo decendio mandanda eſt exequutioni argumento l. fin. C. vt lit. penden. quia ſpontanea appellationis omiſſio turpitudinem purgat quæ ſententiæ inerat argumen. l.ſi ob turpem, ff.de condic. ob turp. cauſ. vt aliquis ſit litium finis, cap finem litibus de dolo,& contumac. Et hunc quoque intellectum ad dict. §. quia vero. tradit Leſius de iuſt. & iur. lib.2. capit.29. dubit.10. num. 91. & Couar. variar. lib.1. capit.1. num. 10. verſic. *Sed & ſi*. & Marquez de Chriſtian. Gubernat. part. 1. 39
capit. 10. His ſic poſitis, & diſcuſſis videan ſuſtineri poſſint quæ ad propoſitum

de iudice requisito ad exequendum sentẽtiam notorie iniustam tradit Stephan. Gratian. discep. forens. tom. 1. cap. 146. à n. 1. vsq; ad num 21.

40 Quærit P. Ioan. Azorius institutionum moralium par. 1. lib. 2. cap. 17. q. 9. an subdito liceat contra propriam opinionem sententiæ, & præcepto Superioris accedere. & post Cordubens. lib. 3. suarum quæstionum q. 9. respondet licere si hæc probabilis sit, quia vt ipse antea probauit, cuique integrũ est, contra propriam opinionem in aliorum probabilem sententiam ire, & animaduertat, vt subditus Superiori iubenti obedire, & parere debeat, opus esse vt existimet Superioris sententiam esse probabilem: sicut etiam necesse est vt sentiat sibi ius esse iuxta Superioris sententiam agere: nam alioqui contra conscientiam delinquet. De his etiam scripsit P. Antonin. Diana resol. moral. par. 2. tract. 13 resol. 10. & par. 2. tract. 3. Miscellanea resol. 59.

41 Sexto controuerti solet an Theologorũ opinio, an vero Canonici, aut Ciuilis iuris interpretum sententia sit præferenda, quãdo hi aliter sentiunt atque illi. Et imprimis cum P. Ioan. Azorio institutio. moral par. 1. lib. 2. cap. 17. quæst. 3. concludimus in re Theologica, atque cum agitur de foro cõscientiæ, & an aliquid in conscientia liceat nec ne, opinionem Theologorum esse Iurisprudentium sententiæ anteponendam, maximè Iuris Ciuilis peritorum, nam Iureconsulti potius res tractant, quatenus ad forum iudiciale pertinent. In re autem legali, & ad forum exterius spectanti cum eodem Azorio respõdemus Iuris interpretes Theologis anteferendos esse. Maior difficultas est

42 in censuris, matrimonijs, vsuris, decimis, & similibus, quæ à iure Diuino originem trahunt, res tamen sunt Iuris Canonici, & de ipsis, tum à Theologis tum à Pontificij Iuris cõsultis disseritur, & disceptatur. Hic certè regulariter Theologorum opinio postponitur sententiæ Canonistarum, & tenuerunt Petr. de Ancarra in disputatione illa incipiẽti. *Antiquis, & modernis temporibus.* Alexand. cons. 1. lib. 5. Paris. cons. 67. n. 31. lib. 4. Menoch. de præsump. tom. 1. lib. 2. præsum. 71. n. 49. Nicol. Eberar. in topic. legal. loco ab auctoritate n. 7. & non diffiteur Azorius quamuis Theologus loco citato, quia materiæ illæ sunt res iuris Canonici, & solent (inquit Azorius) in ipsis peritiores esse Iuris Canonici Doctores quam Teologi; Subijcit tamen in illis quæstionibus, in quibus disputatur an hoc, vel illud sit iuris Diuini, fere semper præferendam esse opinionem Theologorum. confert Perez de 43
Lara de anniuersar. lib. 2. cap. 3. n. 31. vbi cõmunem quandam DD. distinctionem refert in ea quæstione an in collatione beneficiorum Canonista sit præferendus Theologo, vel è conuerso.

Septimo inter duas, plures ve opiniones 44
illa est amplectenda quæ est benignior mitior, & humanior ad tex. in c. odia de reg. iur. li. 6. c. eslote illo tit. in antiq. l. Arrianus ff. de actio. & oblig. l. proxime, ff. de his quæ in testam. delent. Gigans in suis Singularib. singulari 6. Thomas Grammaticus cons. 5. ciuili n. 46. Præpositus in c. si vir n. 2. de cognatio. spirituali Gregorius Lupus in l. 1. tit. 7 par. 4. in verbo *à bendiciones* in fin. Ceuallos commun. contr. commun. in præfatio. num. 42. Pater Azorius institutio. morali. par. 1. lib. 2. cap. 11. quia vbi ius non reperitur expressum in humaniorem partem declinandum est, c. fin. de transactio. l. benignius, ff. de legib. l. semper in dubijs, ff. de regul. iur. Natar. in c. si quis autem de pœnit. dist. 7. n. 130. & 131. & in manua. c. 27. n. 280. Augustin. Morla in empor. iur. par. 1. tit 2. q. 5. nu. 11. & 12. sic in obscuris minima pœna imponenda est, ex l. semper in obscuris de reg. iur. & ex c. disciplina 75. dist.

Octauo, in opinionum conflictu est po- 45
tius sequenda opinio per quam minus derogatur dispositioni Iuris Communis argumento eorum quæ tradunt DD. in l. 2. C. de noxal. lib. & in l. si quando de legat. 1. Bec. in cõs. 12. n. 43. Surd. dec. 174. n. 25. quia omnis recessus à Iure Communi est odiosus, & 46
omnis regressus ad Ius Commune est fauorabilis, l. si vero, 5. de viro, ff. de solut. matri.

Nono, præualet opinio quæ magis indu- 47
cit ad ius antiquum, & primæuum, Veniza. cõs. 69. n. 8. Aym. Cravet. cõs. 174. n. 7. late

Decia.

Decia.respon.74.n.53.cum seq.vol.3.Surd. decis.272.n.34.

48 Decimo opinio quæ magis fauet rationi naturali, Fabius Turret. in cons. 5. nu. 18. Hieronym. Ceuall. commun. contr. commun. in præfatio.n. 42.

49 Vndecimo opinio, quæ minus recedit à proprietate verborum, quibus legem conceptam esse constat, Beroi.cons 118. sub nu. 16.lib.2.Ioan.Petr.Fontanel. de pact.nuptial. tom.2.clausul.5.glos.8.part.9. numero 34.

50 Duodecimo opinio, per quam lites minuuntur,& illis occurritur, l. quidam existimauerunt in fin. ff. si certum petat.l. æquissimum in prin. de vsufr. c. finem litibus de dolo,& contum.Decian.respons.70. n.40. lib.2.

51 Decimotertio opinio, quæ alias conciliat,& ad concordiam reducit, glos. & ibi Abbas n. 4. in c.scientes de censib. Peralta in l.cum ita legatur. §. à legatario num. 4. de legat. 2. Cephal.cons.240 num.21.lib.2. Anthonin.Thesau.dec.2. n.16. Ceuall in d præfatio. n.56.& 57. Gomes. in 5 rursus n.14.inst.de actio Curti. iun. cons.10. nu. 1. in fin. Menoc.de præsum.tom.1. lib.2.præsump.71.n. 47.

52 Decimoquarto inter plurium Doctorũ opiniones amplectenda magis est opinio glosæ. notant Nicol. Eberard. in topic. legal.loco ab auctoritate n. 14. Iacob. Butrigar. in l.1.C qui prosun iurisdictione,Cinus in l.1. C.de action. & obligat. Salicet. in l. quamquam, C. de senten. quæ sine certa quantitat. Bal. in l. cum hæreditas, C. de posit. latè Ceuall. in d. præfatio.num.61.& seqq. vbi pluribus auctoritatem glosæ multis citatis Doctoribus extollit. Bouadill. in

53 polit.tom.2.lib.5.cap.3 num.28. vbi quod Accursij doctrina habet vim cõmunis opinionis,& iudex qui eam sequitur, excusatur in syndicatu.

54 Decimoquinto opinio antiquorũ, Ioann. Petr. de Ferrarijs in practica sua nona in forma capitulorum quando testes producuntur ad æternam rei memoriam, in fin. Nicol. Eberard. in topic. legal. loco ab auctoritate num. 16. Pater Ioan. Azorius institit. moral. par. 1. lib. 2. cap. 17. quæst.1.ib prin.

Decimosexto opinio Sanctorum ad tra- 55
dita per Natar. in man.cap.27.n.285.Menoc. de præsumpt.tom.1. lib.2. præsum.71. num.23.

Decimoseptimo opinio,quam tenuerũt 56
Doctores in commentarijs,siue tractatibus suis,potius quam illa,qua in cõsilijs affirmarunt, Silua Nuptia. lib.5. n.26.Menoch. d. præsump.71.n.49.Ceual. cõmun.cont.cõmun. in præfat. n.55. & colligitur ex Bart. in l. si pater n.2. C. de instit. & substit.& ibi Iacobin. num. 15. Alexand. cons 185. n.25. vol.2.

Decimooctauo opinio eorum, qui de 57.
materia ex qua est ea sententia,librum aliquem siue tractatum ediderunt, ad ea quæ docet Pater Azorius qui supra lib.2.cap.13. Alciat. de præsumptio. regul.1. præsum.51. num.2.

Decimonono opinio posterior, scilicet 58
quam Doctor vltimo loco affirmauit, & probauit Iaf. in l. si idem cum eodem, §. vltim. ff.de iurisdict.om. iud. Curti.Seni.in cons. 72. num. 41. & in cons.73. num. 40. lib.1. *præsumitur enim posterior opinio diligentius considerata* Roman.cons.327.Netuzan. lib. 5. sylua nuptia. num. 32. circa finem.

Vigesimo probanda est in dubio opinio 59
quæ est contra fiscum, ad text. in l.non puto, ff.de iur. fisc. cuius verba sunt *Non puto delinquere eum, qui in dubijs quæstionibus contra fiscum facile responderit*, Menoch. de præsumptio. tom. 1. lib. 2. præsump. 71. num. 36. Peregrin. de iur. fisci lib. 6. titul. 6. num. 23. vbi textum illum 60
intelligit tum de dubijs quæstionibus facti veluti respectu probationum, tum de dubijs quæstionibus iuris. Sed hoc quod in du 61
bio contra fiscum iudicandum sit, distinctionem recipit, nam vel causa fisci est lucratiua,& priuati causa, cum quo fiscus contendit, onerosa, vel è conuerso fiscus agit de damno vitando. & priuatus certat de lucro captando, vel vtriusque & fisci, & priuati causa est lucratiua, vel est vtriusque causa onerosa. Primo casu procedit regu-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sa, quod in dubio contra fiscum iudicandum est, Couarru. variar. resolut. lib. 1. cap. 16. num. 1. Hieronym. Gabriel. cons. 173. in fin. lib. 2. Menochi. vbi supra lib. 2. præsumpti. 72. num. 5. 6. & 7. Ioan. Gutier. de iurament. confirmat. par. 1. cap 16. num. 68. ex quibus constat hanc sententiam communem esse, quæ confirmatur quoque in l. in summa, ff. de iur. fisci, cuius verba sunt. *In summa sciendum est omnium fiscalium pœnarum petitionem creditoribus postponi.* in l. quod placuit, ff. illo titul. in l. vnic. C. de pœnis fiscalib. lib. 10. quæ est Alexandri Severi. Secundo casu quando fisci causa est onerosa, priuati vero lucratiua, pro fisco in dubio iudicandum est, glos. Odoffred. Lucas de Penna, Ioann. de Platea, & Iacob. Rebuffus in l. 1. C. de iur. fisc. lib. 10. Couarru. variar. resolut. lib. 1. vbi supra cap. 16. num 2. Menoch. d. præsumptio. 72. num. 8. Ioan Gutier. d. cap. 16. numer. 68. qui plures refert dicentes hanc sententiam communem esse. Tertio, & quarto casu quando vtriusque, & fisci, & priuati causa est lucratiua, vel onerosa, magna est inter Doctores cõtrouersia quorundam affirmantium pro fisco in dubio iudicandum esse, quorundam vero negantium, vt constat ex Menochio d. præsump. 72. num. 10. & sequentibus & numer. 12. & sequentibus, Peregrino de iure fisci lib. 6. titul. 6. à num. 21. Illud scio quod fiscus non est priuilegiatus, nisi in casibus in quibus in iure inuenitur habere priuilegium, in alijs autem vitur iure priuatorum, & priuato æquiparatur, & probat tex. in l. vnic. C. de conduct. & procurat. prædior. fisci lib. 11. notat glos. in l. item veniunt, §. in priuatorum, verbo *in publica*, ff. de petitio. hæredita. docet quoque Menochi. d. præsump. 72. num. 2. 3. & 4. vbi idem subdit dotem à fisco differre, quoddos est regulariter priuilegiata, fiscus autem in casibus lege expressis. Peregrin. de iur. fisci lib. 6. titul. 1. num 3. vbi asserit quod cum quæritur an fiscus priuilegiatus sit, in dubio contra fiscum enuntiandum est per text. in d. l. non puto, ff. de iur. fisc. quem sic post Decium, Ripam, Didacum, & Caballinum intelligit. Quamobrem Menochi. d. præsump. 72. numer. 7. & num. 9. in fin. postquam resoluit inter fiscum, & priuatum si fiscus certet de lucro captando, & priuatus de damno vitando, pronunciãdum esse in dubio contra fiscum: si autem fiscus contendat de damno vitando, & priuatus de lucro captando, iudicandum esse in dubio pro fisco, rationem subnectit quia in dubio inter priuatos ferenda sententia est contra eum qui agit de lucro captando, & ad commodum eius qui agit de damno vitando, licet alij alias rationes adduxerint. Per hæc periclitari videntur ea quæ in fisci fauorem tradit Peregrin. qui supra lib. 6. tit. 6. à num. 21.

Non in leuem admirationem rapit animi magnitudo, integritas, & rectitudo Principis qui nolit causam suam fauorabiliorem esse quam causam priuati subditi sui. Quam elegantia sunt verba illa Senecæ lib. 1. de clemen. cap. 3. *Illius Principis magnitudo stabilis fundataque est, quem omnes tam supra se esse quam pro se sciunt; quo procedente non tanquam malum aliquod aut noxium animal è cubili prosiliret diffugiunt, sed tanquam ad clarum ac beneficum fidus, certatim aduolant.* Itaque Principem appellat *beneficum fidus*, à quo omnibus beneficia fluunt. Profitetur Iustinianus in l. 1. C. de secund nup. se maiorem curam habere subditorum quam fisci. & idem in Nouel. de Prouinciarum præsidibus, *Pluris (inquit) à nobis sit subditorum opulentia quam reditus qui offeruntur Imperio.* & idem loquendo de tollendis, vel moderandis tributis, in auth. vt iudices sine quoquo suffrag. ait: *Imperium & Fiscus abundabit vtendo subiectis locupletibus.* & vt habetur in eod. auth. in §. cogitatio. verus Principis thesaurus non est fiscus, sed subditi opulenti, & vassalli diuites, quia tandem in necessitatibus sua omnia sunt, & Rex Henricus Tertius in l. 25. titul. 18. lib. 6. nouæ recopilatio dixit: *Que el bien, y vtilidad del Rey consiste en el bien del Reyno.* Sic Petrarca in epistola ad Senescallum Siciliæ, scribens consiliario Regis Siciliæ admonet eum, vt Regi cõsulat, quod malit subiectos abun-

62 63 64 65 66 67 68 69

abundare quam fiscum, & intelligat diuitis Regni Dominum inopem esse non posse.
70 Ideo nihil magis proprium est Principis quã bonum publicum, & suorum subditorum vtilitatem quærere, l. Imperialis in prin. C. de nupti. Tiber. Decia. cons. 25. nu. 62. Camil. Borrel. cons. 1. à num. 134. Ioseph. Ramon. cons. 24. num. 157. & cons. 37. num. 111. Petrus Ferdinand. Nauarret. in Politic. discursu 2. & 18. Optimè huic loco conueniũt quæ Plinius in Panegyrico ad Traianũ Imperatorem expressit his verbis. *Quæ præcipua tua gloria est, sæpius vincitur Fiscus cuius mala causa nũquam est, nisi sub bono Principe.*

EX QÆSTIONE IV.

SVMMARIVM.

1 VEtus iudicandi modus cum tribus tabellis, & impugnatur.
2 Iudex debet pronuntiare, vel sic, vel non.
3 Alia antiqua iudicandi forma per verbum, Ampius. Vnde rei ampliati, & causa ampliata dicuntur.
4 Regulariter propter difficultatem, vel obscuritatem causæ non licet iudici rem dimidere inter litigantes.
5 Iudicium rusticorum illud dicitur.
6 Arbitratores taxantur litigiosam rem diuidentes, vbi de iure partium constat.
7 Fallit quando circa articulum causæ decidendæ duæ aut plures sunt sententiæ siue opiniones contrariæ æquè probabiles.
8 Distinguitur an illa æqualis probabilitas cadat in iure an in facto.
9 Si cadat in facto, res est dimidenda, vel concordia facienda inter partes, & quidã DD. distinguns hoc casu inter Ciuilia, & Criminalia.
10 In dubijs facti quæstionibus iudex potest ex aliqua parua coniectura in alterã partem flecti.
11 Licet iudici in dubijs quæstionibus secundum iuris rationis, & æquitatis dictamẽ arbitrari, atque etiam causam per medium scindendo.
12 Si quis substitutus est ei qui ex duobus supremus morietur, & non apparet quis prior mortuus fuerit, vterque substitutus erit.
13 Prælatus præsumitur, tam de bonis patrimonialibus, quam de bonis prælaturæ acquisiuisse, si non apparet de quibus acquisierit.
14 Prælatus patrimonialia habens, fructus suæ Ecclesiæ, seu beneficij præsumitur prius consumpsisse pro suis alimentis.
15 Vir præsumitur lucrum fecisse, tam ex primo, quam ex secundo matrimonio, si nõ apparet ex quo lucratus sit, licet quidam DD. aliter senserint.
16 Refertur exemplar Regiæ Audientiæ, quo partes compulit ad concordiam.
17 Sententia DD. tenentium quando in facti quæstionibus duæ sunt sententiæ siue opiniones contrariæ æquè probabiles, rem non esse dimidendam, aut faciendam concordium, sed pro reo iudicandum, & hæc sententia impugnatur.
18 In possessorio retinendæ possessionis à pluribus intentato, quando vtriusque probationes sunt pares, vel nihil probant, res est dimidenda secũdum Bartulum, contra verò Menochius.
19 Variæ in hoc articulo fuere opiniones DD. & quæ. & num. 21.
20 In possessorio retinendæ, quoad substantiam iudicij vterque est reus, & actor, licet aliud sit quoad ordinem iudicij contra tamen Gratianus.
22 In possessorio retinendæ à pluribus intentato quando neuter probat possessionem, Senatus Pedamontanus iudicauit in fauorem eius, qui titulum exhibuit, & quare.
23 In dicto interdicto non dicuntur probationes pares quando vtraque partium probauit possessionem, sed altera ostendit titulum, & quare.
24 Quid seruauerit Regium Concilium, quãdo vtraque pars cum armatis hominibus ad capiendam possessionem properabat in exemplari de quo hic.
25 Solet Regium Criminale Concilium manutenentiam concedere primo possessori, quã-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

do imminet periculũ ne partes veniãt ad arma cõtendẽtes super possessione, licet inter eas dẽ partes pẽdeat iudicium Ciuile interdicti, Interim. & referũtur nõnullæ decisiones.

26 *Quando in interdicto retinendæ à pluribus intentato dicentur casus clari, sed non ambigui, ita vt pro alterutro iudicandum sit.*

AN PROPTER DIFFICVLTATEM, VEL OBSCVRITATEM CAVSÆ, liceat iudici rem, de qua litigatur, inter litigantes diuidere.

QVÆST. IV.

1 ANtiquitus cũ causa erat obscura, iudices differebãt sententiam, & pronunciabãt non liquere. vtebantur enim tribus tabellis, in quibus aderat *A*, pro absoluto. *C*, pro condemnato. *N. L.* pro, *non liquet*. Veterem hunc iudicandi morem enarrat Stephan. Gratia. discep. forens. tom. 1. cap. 72. nu. 42. Huius quoque modi iudicandi meminit Antonin. Thesaur. dec. 32. n. 6. in fin. & eum reprobat 2 idem Thesaur. dec. 206. n. 8. quia iudex debet pronunciare, vel sic, vel non. *5. curare*, inst. de action. l. quare, ff. de iudic. Loquitur de ea forma iudicandi antiqua Iur. cõsultus in l. Pomponius 36. ff. de re iudic.

3 Sic etiam quando causa erat ambigua, *Amplius*. pronũciabatur, vt refert Gratian. vbi supra. vnde ampliati rei sunt, quorum damnatio differtur, aut quia coram sistendi testes sunt, aut quia nondum planè liquet vel de crimine, vel de pœnæ modo. Sic Valer. lib. 8. ait. *L. Scipio Æmilius Cottam apud populũ accusauit, cuius causa grauissimis testimonijs erat cõfossa, septies ampliata, & ad vltimũ octauo iudicio absoluta est.* Et auctor ad Herennium, siue M. Tullius Cicero, siue quisquis ille sit, lib. 4. inquit. *Quid fuit iudices quare istum hominem nefariũ ampliaueritis?*

Concludendum est regulariter propter 4 difficultatem, vel obscuritatem causæ non licere iudici rem diuidere inter litigantes, quia vbi certa est iuris determinatio, nullatenus via facti amplectẽda est, l. Nesennius in fin. & ibi Bald. ff. de nego. gest. illud enim 5 vt glos. vlt. ait in *d. l.* Nisennius & Boeri. dec. 42. n. 39. dicitur iudicium rusticorum qui rem de qua litigatur, inter partes diuidunt, contra quod est tex. in l. quæsitum, §. si quis eodem instrumento & ibi Alberic. ff. 6 de fund. instruc. & inde Bald. supra dicto loco inquit arbitratores imperite, ac perperã agere cum in definiendis quæstionibus à iure decisis, eam eligũt viam vt partim vni, partim alteri assignent. ita concludit Paris de Pute. in tract. de syndicat. in verb. *de arbitrarijs eorum*. n. 13. Iacob. Menochi. de arbitrar. iud. lib. 1. quæst. 56. n. 1. notant DD. in c. afferte de præsumptio.

Limitatur conclusio, vt nõ obtineat quã- 7 do ea est obscuritas, & difficultas causæ, quod circa ipsius causæ decidendæ articulum duæ aut plures sunt sententiæ, siue opiniones contrariæ æque probabiles: Et tunc 8 aut illa æqualis probabilitas, siue dubium accidit in iure, & in ijs quæ sunt iuris, & hoc late tradidimus, & resoluimus infra par. 3. quæst. 3. ad quam recurrendum est: aut accidit in facto, & ijs quæ facti sunt, nempe quia vtraque pars testimonijs, seu instrumẽtis æque probabilibus factum, & intentum

sium probet, quod hucremisimus discutiẽdum. Et hoc casu concludendum est rem
9 esse diuidendam, seu concordiam faciendã esse inter partes. ita ex Theologis tuẽtur, & tenent Sayr. in claui Regia lib. 1. c. 11. nu. 12. & 13. ex Salon, & alijs, Vincentius Filliucius moralium quæstionum tom. 2 tractatio. 21. cap. 4. num. 144. Thom. Sanchez tom. 1. oper. moral. lib. 1. cap. 9. num. 45. qui dicunt concordiam faciendam esse in ciuilibus, in criminalibus faciendum reo. ex nostris sentiunt, & concludunt Antonin. Thesaurus dec. 89. num. 4. vbi alios allegat, & Augustin. Morla in empor. iuris par. 1. tit. 2. quæst. 5. num. 18. qui prædictam etiam distinctionem inter ciuilia & criminalia obseruat, & sequitur. Faciunt ad hanc opinionem multa quæ congerit Tiraquel. de iure primogeniorum quæst. 17. in 4. opinione vbi præsertim numer. 7. allegat glosam in can. si testes in 1. glos. magna. versic. *Si autem testes ex omni parte.* 4. q. 3. & in cap. in nostra, etiam in glos. magna post medi. de testib. voluisse quod si partes æqua ſiter de iure suo probauerint, res, si diuidua est, vtriq; 10 adiudicanda est. Quamquam in dubijs facti quæstionibus iudex potest ex aliqua parua coniectura in alteram partem flecti, vt sentit Petr. Fontanella de pact nuptia to. 2. 11 clauſ. 6. glos 2. part. 7. num. 46. licet enim iudicibus in dubijs quæstionibus secundum iuris rationis & æquitatis dictamen arbitrari, vt tenet Menoch. lib. 1. de arbitrar. casu 13. num. 15. quod extendit Escobar de computationibus cap. 9. num. 7. vt etiam arbitrari possit, causam per medium scindendo.

12 Confirmatur præfata opinio ex l. duobus ff. de vulgar. & pupil. substit. & ex l. qui duos ff. de reb. dub. quibus cauetur, quod si quis fuerit substitutus ei qui ex duobus supremus morietur, si ambo in eadem naui simul mortui fuerint, nec apparet vter eorũ prior, posterioruè decesserit, censendi sunt tanquã vterque vltimus decessisse videatur, propterea que vterque substitutus erit. & nihil interest an certum sit duos simul mortuos esse, an verò certum quoque sit eos non simul mortuos, sed incertum vter prior mortuus fuerit, vt videre licet ex tex. notab. in l. qui ex liberis in princip. ff. de bonor. possess. secun. tabu. quem ad id multum commẽdant Paul. Castren. Fran. Areti. & Iaſ. in d. l. ex duobus, expendit fuse Tiraquel. vbi supra num. 1. qui alias præterea plures leges ad propositum inducit. Confert quoque 13 tex. in can. 1. 12. q. 4. vbi disponitur quod si Prælatus durãte Prælatura, aliqua bona acquisiuit, & non apparet an ex bonis patrimonialibus an vero ex bonis Prælaturæ acquisiuerit, præsumitur, tam de his, quã de illis acquisiuisse. Sed fructus Ecclesiæ præ- 14 sumitur prius consumpsisse pro suis alimentis, vt ex Caualcano decis. 44. numer. 120. par. 2. declarat Escobar tom. 2. variarum computationum cap. 9. num. 4. vbi etiam 15 defendit stante statuto de lucris matrimonij quærendis, lucra quæ tempore morris patris existunt, diuidi debere inter filios primi & secundi matrimonij, pro rata temporis quo vtrumque matrimonium duraut, ex quantitate dotis cuiuslibet mulieris, quando non constat in quo ex illis matrimonijs lucrum factum fuerit, quia non est maior præsumptio pro vno quam pro alio matrimonio, quicquid alij quos refert, & refutat num. 1. 2. & 3. tenuerint pro secundo matrimonio.

Secundum prædictam opinionem obser- 16 uari vidi in nostro Regio Senatu in quo doctissimi viri sedent, in causa in illo vertente inter pian. eleemosynam panis Sedis Gerunden. agentem ex vna, & nobilem don Ioannem Sarriera reum conuentum ex altera partibus ad relationem Consultissimi Regij Senatoris Hieronymi Astor, in qua Aduocati officium pro pia eleemosyna gerebam, & gesserat antea insignis noster Iacobus Cacerius, nam postquam sæpius tum in voce, tum in scriptis, pluribus editis allegationibus, magnificos Iudices informauimus, instantem pro sententia Procuratorẽ agentis dimisit relator dicẽs decreuisse Senatum, quod partes concordarent. hoc decretum loco sententiæ fuit. difficultas autẽ eius causæ in facto erat. similiter in alijs causis noster Senatus partes compulit ad concordiam.

17 Alij sunt Doctores qui censent dicto casu rem non esse diuidendam, aut faciẽdam concordiam, vt supra conclusum est, sed pro reo iudicandum, quos refert Antonin. Thesaur. d. dec. 89. num. 4. & antea citat, & sequitur Nicola. Boerius dec. 42. n. 39. ad fin. sed contra illos respõdet Thesau. d. n. 4. & multa cumulat Tiraq. qui supra de iure primogeni. q. 17. in 4. opinio. vbi maximè n. 7. 9. & 10. multas auctoritates congerit.

18 Prædictam opinionem, quod res diuidatur, tenent aliqui etiam obseruandam esse in causa possessoria nempe in remedio retinendæ possessionis à pluribus intentato, quando vel nihil probant, vel vtriusque probationes sunt pares. fuit ista opinio Bartoli in l. si duo eolum 1. vti possidetis, quod diuidatur eo casu possessio per medium, & vnus vnam partem, alter alteram possideat, & hanc Bartuli sententiam non spernendam, ait Thesaur. dec. 206. num. 11. sed refert & reprobat eam Menochi. de retinen. possess. remed. 1. quæst. 87. num. 755. cum 2. seqq.

19 In hoc enim articulo varij admodum fuere Doctores, octo opiniones latissime recenset & discutit Menochi. d. q. 87. à numer. 739. vsque ad num. 780. terdecim Thesaur. d. decis. 206. complures Augustin. Beroi. in c. licet causam de probatio. ex quibus præcipuæ sunt, scilicet vna quod diuidatur possessio, vt dictum est, altera quod reus absoluatur quamquam in dicto casu quo ad substantiam iudicij, vterque est reus, & actor, licet aliud sit quo ad ordinem iudicij, vt notat Menoch. qui supra num. 761. & Thesau. d. dec. 206. num. 1. & 12. sed contrarium defendit Stephan. Gratian. discep. forens. tom.

20 3. cap. 402. num. 6. tertia quod sequestretur possessio apud tertium non suspectum, vel ad manus curiæ ne partes veniant ad arma, iuxta l. æquissimum de vsufr. & hæc sequestratio practicatur in feudis, & in beneficijs Ecclesiasticis, vt obseruant Menoch. d. q. 87. n. 739. 742. & 757. & Thesaur. d. dec. 206. num. 6.

21 Senatus Pedemontanus in interdicto retinendæ à pluribus intentato in casu dictæ decisionis Thesauri, cum neuter probaret possessionem, censuit iudicandum in fauorẽ alterius eorum, qui titulũ exhibuerat, licet nihil commune habeat proprietas cum possessione, & in hoc remedio metiamur ius ex possessione, non autem ex titulo vulgat. l. naturaliter, 5. nihil commune, ff. de acquiren. possess. imò nec constaret eum qui titulum concesserat, tempore concessionis possidere, nam qui titulum exhibuerat, negari non poterat aliquid plus præstitisse quam aduersarius. Sicut nec dicuntur in interdicto retinendæ, probationes pares quando vtraque 23
partium probauit possessionem, sed altera ostendit titulum, tunc enim licet in possessorio iudicio pro hac parte declarandũ est, quia dicitur habere magis iustam possessionem, quasi paritas probationum reducatur ad imparitatẽ propter potiora iura possidendi, vt late confirmat Gratia. d. c. 402. à n. 1. In nostra R. Aud. vidi quod cum inter 24
Illust. Marchionẽ de los Velez, & Marchionẽ del Vilar filios Illustriss. dominæ Menciæ de Zuniga & de Requesens Comitissæ de Benauent ex primo & secundo matrimonio, orta fuisset post matris suæ mortẽ quæstio super capienda possessione Baroniarum de Mertorell, Castri veteris de Rosanis, & aliorum prædictæ Comitissæ in hoc Principatu Cathaloniæ, quia quisque eorum cum armatis hominibus ad capiẽdam eam possessionem properabat, per Regium Criminale Concilium die 29. Nouemb. 1617. ad vitanda scandala fuit in dictis Baronijs, & illarum iuribus, & emolumentis ad relationẽ mag. Michaelis Rollan iudicis Regiæ Curiæ appositum sequestrum, donec per iudicem competentem fuisset ius dictum, & fuit sequestrator nobilis don Geraldus de Guardiola, durauitque sequestrum vsq; ad annum 1622. quo in fauorẽ Marchionis de los Velez in Consistorio Vallisoleti lata sen
tentia fuit. Solet etiam nostrum Regiũ Cri 25
minale Concilũ manutenentiam, seu assistentiã primo possessori concedere, quando imminet periculum ne partes venirent ad arma contendentes super possessione, licet inter easdem partes pẽdeat iudicium ciuile interdicti quod *interim*, appellant & ita fuit conclusum in Regio Criminali Cõcilio tẽpore Locumtenẽtis Generalis Marchionis

de

de Almaçán in cãusa vertẽte inter nobilẽ Michaelem de Cardona ex vna, & nobilẽ Ludouicum Descallar ex altera, item tempore Locũtenẽtiæ Ducis de Alcala in causa inter Archiepiscopum Tarraconæ ex vna, & Ciuitatem Tarraconæ ex altera super possessiõne exercitij iurisdictionis Vicarij creati per Archiepiscopum, item in causa vertente inter Comitem de sancta Columba ex vna, & illius matrem ex altera super possessione loci, & termini de Pons, quæ declaratio fuit facta 19. Martij 1622. referẽte magnifico Ludouico Bestus tunc iudice Regiæ Curiæ, concedendo assistentiam dicto Comiti primo possessori, non obstãte causa ciuili interdicti *interim*, inter easdem partes vertẽte: cum saluitatibus tamẽ quod non fieret præiudicium, nec partibus ius accresceret, neque decresceret, sequendo doctrinam, l. si quis ad se fundum, & ibi DD.
26 C. ad l. Iuli. de vi public. Quando autem in remedio retinendæ à pluribus intentato dicantur casus clari, seu non ambigui, ita vt pro alterutro iudicandum sit, late explicat Menoch. de retinen. possess. remed 3. d. q. 87. vbi vndecim casus ponit, in quibus certa datur determinatio, & post illos vndecim casus alium addit Thesaur. d. decis. 206. n. 14. vers. *Ego post illos casus.*

EX QVÆSTIONE V.

SVMMARIVM.

1 *IVDEX non tenetur sequi consilium consultoris, siue illum ex dispositione statuti, siue ex partium voluntate, & conuẽtione accipiat.*

2 *Qui consilium petere debet, sufficit, vt petat, quãuis minimè sequatur, & num. 5.*

3 *Non valet conditio legato adiecta, si arbitratu Titij nupserit: valet tamen testatoris præceptum, vt filia nubere non possit absque consilio Titij & quare.*

4 *Quando lex consilij obliget.*

6 *Consilium potest haberi ab eo qui illud negocium tractare prohibetur.*

7 *Si in compromisso dicatur quod arbiter, seu arbitrator teneatur pronunciare secundum consilium certi sapientis, non tenet compromissum secundum aliquos.*

8 *Dicta clausula in cõpromisso nihil operatur secundum Speculatorem.*

9 *Alij tenent dicto casu esse illud consilium assumendũ, non tamẽ necessario sequendũ.*

10 *Si dicatur in compromisso quod pronuncietur habito consilio sapiẽtis, vel secundũ cõsiliũ sapiẽtis, nullo sapiẽte expresso, valet cõpromissum, & quæ sit ratio differentiæ.*

11 *Non potest secundũ Innocentiũ fieri commissio delegato cũ clausula, quod teneatur pronunciare secundum consiliũ delegantis.*

12 *Iudex non potest à partibus compelli accipere Consultorem.*

13 *An iudex indigeat Consultore, conscientiæ eius standum est.*

14 *Procedit quãdo iudex propter peritiã suæ scientiæ electus est.*

15 *Potest iudex sumere assessorem absque voluntate partium.*

16 *Iudex necessario sequi tenetur sapientis consilium si statuto ita caueatur, licet quidam DD. contrarium defendant.*

17 *Imò si non sequatur sententia est nulla.*

18 *Statutum disponens quod iudex pronũciet de consilio, vel iuxta consilium, aut secundum consilium sapientis, intelligitur imponere iudici necessitatem sequendi illud.*

19 *Contrarium tenent alij, quando statutum loquitur per verbum, de consilio.*

20 *Auctor cum alijs approbat priorem sentẽtiã, quæ etiã in hac Prouincia obseruatur, n. 22. & saltem procedit quãdo versamur in iudice illiterato. num. 23.*

21 *Dictio, de. causam materialem, seu substãtialem regulariter significat.*

24 *Si statutum velit sententiã fieri per iudicẽ cũ consilio sapientis, non ligat ad sequendũ illud & similiter si loquatur per verbũ, ex consilio, vel per verbum, habito consilio.*

25 *Gratiani, & Gonçalez super his cõtrariæ opiniones vbi suam profert auctor.*

26 *Quid obseruetur super his in Ciuitate Barcinonæ circa intellectum priuilegij Caroli Imperatoris.*

27 *Vbi statutũ disponit, quod iudex sequatur consilium sapiẽtis an teneatur illud sequi, si sibi iniustum videatur. & distinctione resolnitur.*

28 *Vbi*

28 Vbi ſtatutũ arctat iudicẽ ſequi conſilium ſapientis, intelligitur, niſi cõtineat manifeſtũ iuris errorẽ, vel manifeſtã iniquitatẽ.

29 Dicta diſtinctio maximè procedit quando ſtatuitur iudicem ſequi conſilium certi ſapientis, non ſic ſi incerti.

30 Si iudex de conſilio aſſeſſoris iniuſtam protulerit ſententiam, tenetur in ſyndicatu ſi ipſe elegerit ſibi aſſeſſorẽ, ſecus ſi ipſe nõ elegerit, ſed fuerit ſibi datus à Superiore.

31 Qui alterius conſilium ſequi tenetur, de ipſo ſequuto accuſari non debet, ſed eligens aſſeſſorem accuſabitur.

32 An iudex qui ex ſtatuto tenetur petere, & ſequi conſilium ſapientis, præſumatur ſequutus. & num. 34.

33 Præſumitur ſequutus ſecũdum Vantium, ſi partes tẽpore prolationis ſententiæ fuiſſent præſentes, & non contradixiſſent, vel ſi iudex in ſententia eam ſolennitatem enunciaſſet.

35 Quid obſeruetur in Cathalonia.

36 Vbi imperiti iudices admittuntur, ſtatutum præcipiens iudicem ſumere conſultorem, intelligitur diſponere, quod iudex ſequatur eius conſilium.

37 Si ſtatuto cauetur pupillum aliquid facere cum conſilio agnatorum, capitur conſilium pro conſenſu, & quare.

38 Quandoque aſtrictus conſilium petere, tenetur & ſequi vrgente ſubiecta materia.

39 Imperiti qui habita relatione, & conſilio aſſeſſoris cauſas decidunt, ſicut contingit in aliquibus Vniuerſitatibus Cathaloniæ, an in foro conſcientiæ ſequi aſſeſſoris votum teneantur.

40 Dicti iudices ſi quid iniquum ſequendo conſilium ſui aſſeſſoris fecerint, excuſantur in ſyndicatu, ſecus ſi periti eſſent.

41 Vel elegerint ſibi aſſeſſorem.

42 Qui aſſeſſorem habet, & quem debet cõſulit, & eius conſilium ſequutus male iudicat, nõ peccat, aſſeſſor autem & conſultor ſic cum obligatione reſtituendi.

43 Periculoſa ſunt Procerum, ſeu proborum hominum Vniuerſitatum iudicia, quando ab aſſeſſoris conſilio recedunt, & quare.

44 Vbi iudex tenetur pronunciare cum conſilio ſapientis, licet non debeat ſequi, debet tamẽ petere, & expectare, alias ſententia eſt nulla.

45 Si conſulendus ſit nominatus intuitu dignitatis, & deceſſerit, expectatur ſucceſſor, ſi autem ſit priuata perſona, & moriatur, libere poteſt actus exerceri, & quid ſi plures ſunt conſulendi.

46 Conſultor aſſumptus nõ poteſt nouas probationes, ſen inſtrumenta recipere.

47 Conſiliarij Barcinonæ, qui prætermiſſis aſſeſſoribus cauſas Confratriarũ ex priuilegio decidũt, nulliter iudicant, licet nõ teneantur ſequi votum illorum, & quare.

48 Si iudex ad inſtantiam partium alicui ſapienti cauſam conſulendã remiſerit an teneatur expectare eius conſilium ſub vitio nullitatis, & diſtinguitur.

49 An ſola petitio quod cauſa remittatur ad cõſiliũ ſapiẽtis, ſuſpẽdat iudicis iuriſdictionẽ.

50 Si iudex dicat, pronũcio prout in cõſilio ſapientis, an ſentẽtia valeat. & diſtinguitur.

51 Niſi iudex vltra prædicta verba, adijciat verbum, condemnamus, vel abſoluimus, ſententia nulla eſt ſecundum Peguera.

52 Opinio huius Doctoris impugnatur ab auctore.

53 Si iudex loco ſententiæ legat conſilium ſapientis, ſententia non valet.

54 Si iudex in prolatione ſentẽtiæ dicat abſoluo, vel condemno, quod Titius voluerit, ſententia non valet, & quare.

55 An iudex inſtante tempore inſtantiæ poſſit pronũciare ſecundũ formã cõſilij veturi.

56 Si cõuenerũt partes, vt voto alicuius certi ſapiẽtis ſtarent, & à iudice confirmationẽ illius peterent, an ſi contra ius latum ſit, teneatur iudex confirmare, & ſequi, & diſtinguitur.

57 Qui promiſit præcepto alicuius obedire, intelligitur ſi iuſtum ſit.

58 Si libertus iurauerit dare ſe tot operas quot patronus arbitratus ſit, intelligitur de æquo arbitrio.

59 Qui promiſit ſententiã alicuius ratã habere, intelligitur de iuſta & iuri conſona.

60 An iudex teneatur ſequi, & confirmare vota calculatorum electorum.

61 Quid ſi calculatores eſſent electi cum poteſtate arbitrandi.

CON-

CONSILIVM SAPIENTIS
QVANDO IVDEX NECESSARIO SEQVI teneatur vel non.

QÆST. V.

RO regula cõstituo, siue iudex ex dispositione statuti teneatur sumere consultorẽ, siue ex partiũ voluntate & cõuentione accipiat, nõ tamen teneri cõsilium eius sequi, Pacius Scala in tractat. de consilio sapientis cap. 25. lib. 3. Asin. in praxi iudiciorum lib. 1. §. 25. cap. 10. vers. *Primus casus*, & vers. *Tertius casus*, & vers. *Quartus casus*. Vanti. de nullitat. sententia. ex defect. iurisdictio. num. 152. Auiles in cap. 1. Prætor. in glos. *à las partes* num. 21. in fin. qui plures citant. ratio est, quia qui consiliũ petere debet, sufficit vt petat, quãuis minimè sequatur, vt expendunt August. Morla in empor. iur. tit. 12. quæst. 10. num. 7. & Iacob. Cancer. var. par. 3. cap. 7. nu. 288. probantes, quod licet non valeat tanquam matrimonij impeditiua conditio illa legato adiecta, si arbitratu Titij nupserit, valet tamen testatoris præceptum, vt filia nubere non possit absque consilio Titij, quia arbitrium sequendum est, consilium autem sufficit si petatur. Gonçal. sup. regul. Cancella. 8. de mansib. & alter. glos. 46. num. 75. vbi inde latè tradit quibus casibus consilium obliget. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 380. vbi forte distinguit quando lex consilij liget ad peccatum mortale, vel veniale. Competibilia enim sunt, quod quis consilium habeat, & illud non sequatur c. cum in veteri de electio. & c. cum olim de arbitr. Vndè Bald. in c. bonæ 2. nom. de postulat. prælat. inquit conscientiã consilij, non autem præcepti sine peccato sperni posse, nam consilium debet dumtaxat quis animaduertere & apud semetipsum explorare, an sibi expediat illud sequi d. c. cum olim l. 2. in fi. ff. mand. not. glo. & ibi DD. in c. nullus ex cõsilio de reg. iur. lib. 6. Ideò consilium potest haberi ab eo, qui illud negotium tractare prohibetur, vt probat Marta de iurisdic. par. 4. centu. 2. casu 174. num. 11.

Lanfrancus de Oriano in tractat. de arbitris in 5. membro num. 1. & 2. tenet quod si in compromisso dicatur, quod arbiter, seu arbitrator teneatur pronuntiare secundum consilium certi sapientis v. g. Petri Iurecon sulti, compromissum non tenet, l. item si vnus §. item Pomponius, ff. de arbitr. quod etiam voluit Vanti. do nullitat. ex defect. iurisdict. num. 152. vers. *Idem si hoc fuisset*. & Specul. in tit. de arbitr. §. sequitur. vers. *Sed quid si dicatur*. quem refert Menochi. de arbitr. iud. lib. 1. q. 23. num 7. scribit eã clausulam in compromisso positam nihil operari, quoniam arctaret arbitrum pronũtiare secundum illud consilium cum tamẽ liberam habeat potestatem arbitrari d. §. idem Pomponius. Et aliqui quorum meminit Menoc. qui supra in ea opinione fuerunt quam Scala qui supra d. c. 25. in fine probat, esse assumendum eo casu consilium hoc, attamen vno ore concludunt, non esse necessario sequendum, & fusius idem Scala lib. 1. de consilio sapientis cap. vlt. quamquam si dicatur in compromisso, quod pronuntietur habito cõsilio sapientis, vel secundũ consilium sapientis nullo certo sapiente expresso, concludit Lanfranc. vbi supra valere cõpromissum, quia in primo casu licet arbiter teneatur requirere consiliũ sapiẽtis, nõ tamẽ illud sequi tenetur, quod etiã voluit Vanti. d. loco, in secũdo vero casu iudex cogitur incertũ sapientem eligere quo modo nõ aufertur arbitriũ sicut quãdo sapiẽs cer-

tus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

11 tus est, quinimo Innocent. in cap. si pro debilitate de offic. deleg. quem refert Lanfran. vbi supra num. 2. sentit neque delegato posse fieri commissionem hoc adiecto expresse quod pronunciare, vel sententiare teneatur secundum consilium delegantis, quod dicit Lanfran. valde notandum fore.

12 In casu quo iudex non ligatur statuto sumere Consultorem, non potest à partibus

13 petentibus sapientis consilium, compelli accipere, quia fortasse non indiget Consultore, super quo conscientiæ iudicis standum est qui non cogitur explorare alterius consilium, sed per se ipsum causam decidere potest, Bart. in l. ille, aut ille, §. cum in verbis delegat. 3. Ioan. Andr. in Speculat. de requis. consil. ver. *consil.* Bald. in l. ancill. in pri. per illum tex. C. de fur. & conf. 370. lib. 1. Van-

14 ti. de nullitat. ex defect. iurisdic. n. 148. Auises in cap. 1. Prætor. in glos. *a las partes* n. 23. qui intelligit procedere vbi iudex propter peritiam suæ scientiæ electus est ad officiū iudicandi. Codex Fabrian. lib. 7. tit. 15. defi. 17. Aym. cons. 140. in causa spolij, vers. 2. *Opponitur*. Alexan. cons. 62. *visa* lib. 2. Paris. cons. 155. vol. 4. quod maximè procedit si res apud iudicem non sit dubia puta, quia super articulo de quo disputatur, habeat casum legis, vel decisionem Doctorum, vt supra ci-

15 tati notant. Econuerso autem potest iudex dare, siue sumere Assessorem, seu Consultorem absque voluntate partium, quia iudicium redditur in inuitum, not. per Innocen. & Bald. in c. super quæstionum in glos. *ex quo semel* in fin. de offic. deleg. Tho. Mier. par. 1. collatio. 2. cap. 60. vbi de causa feud. agi oport. versic. *Item nota* Mantica decis. 5. num. 4. vbi multis citatis hanc veriorem, & receptiorem vocat. Super quo tamen vidēdus est Marta de iurisdictio. par. 4. caus. 173. & late dixi infra quæstio. 19. vbi videas.

16 Si statuto caueatur, vt iudex sequi teneatur sapientis consilium, tunc iudex necessario illud sequi debet Bart. Castren. & Alex. in l. si conuenerit, ff. de re iudicat. Angel. cōs. 216. Bald. in l. obseruare, §. quod proficisci 31. q. ff. de offic. Proconsul. & legat. Asin. in praxi iudic. lib. 1. §. 15. cap. 10. vers. *Tertio limitatur*. & vers. *Quarto limitatur* Ioan. Bertachi. in tractat. de Episcopis lib. 2. par. 1. nu. 86. Vanti. de nullitate ex defectu iurisdict. n. 152. vers. *Si igitur*. & vers. fin. quicquid cōtrarium defendāt relati per eundem Asin. d. cap. 19 in prin. n. 2. quia eorum opinio nō est vera. Imò si non sequatur, sententia est 17 nulla, Vanti. de nullitat. ex defect. iurisdict. num. 152. vers. *Si autem statuto*. Asin. d. §. 25. cap. 11. Cancer. var. resol. par. 2. c. 2. n. 251. & par. 3. cap. 17. n. 390.

Sed quarto per quæ verba intelligatur 18 statutum imponere iudici necessitatem sequendi consilium sapientis. Asin. d. cap. 10. vers. *Tertio limitatur*. ait quod quando disponit quod iudex de consilio sapientis, vel iuxta, aut secundum consilium iudicare teneatur, & ita subijcit voluisse Cynum, Bar. & alios in l. id quod pauperibus, C. de Epis. & cler. & summa. Angel. in verb. *consilium*. ver. *seu*, §. 4. & Francū in c. nullus col. fin. de reg. iur. lib. 6. & Cagnolum in l. consilium num. 11. ff. de reg. iur. contrarium tamen re- 19 peri tenere Vātium de nullitate ex defect. iurisdict. n. 152. vers. *Idē si hoc fuisset*. & vers. *Et instantibus*. quando statutum disponeret quod iudex de consilio sapiētis iudicare teneretur. Sentit idem quod Vantius, Sylvest. in summ. verb. *consilium*. nu. 2. & 4. Credo 20 veriorem sentētiam Asinij, quam etiā probat, & tenet Petr. Cenedo in suis singularib. singul. 10. de præpositione *de*. n. 7. post Ioan. Andre. in c. nullus ex consilio ex nu. 10. de reg. iur. in 6. Burat. cons. 90. vol. 1. ex nu. 42. & cōfirmatur quia ista dictio *de*, causam ma- 21 terialē, seu substātialē regulariter significat, vt cum dicit nus *cultellus est de ferro*, id est *ferreus*, Bald. in l. ex hoc iure n. 14. ff. de iusti. & iur. Tiraq. in tract. cessān. caus. limi. 20 n. 32. vers. *Hæc enim dictio*. & idē Cenedo, n. 1. & 4. Et ita in hac Prouincia vbi Assessores habent votum decisiuum, cōmunis stylus curiarum recepit, quod in proferenda 22 sententia dicitur magistratus de cōsilio sui assessoris, ita declarare. & saltē procedit sen- 23 tentia Asinij quando versamur in iudice illiterato in quibus terminis loquitur, & tenet Pute. de syndica. verb. *consilium*. numer. 2. Si autē statutū iubeat sententiā cū cōsilio sa- 24 piētis per iudicem ferri, nō intelligitur liga-

ri

ri iudex ad sequendum consilium, sed ad petendum, Sylvest. vbi supra num. 2. Cened. vbi supra num. 7. qui idem dicit de dictione, *ex consilio*, & de dictione, *habito*
25 *consilio*. Attigit hunc articulum Gratian. dis. for. tom. 3. cap. 524. num. 2. & 3. & post plures quos citat, docet quod si dictum sit, quod iudex pronunciet de consilio, & voto alicuius, sequi illud tenetur: secus si dictum sit, cum consilio, & voto. Gonçalez tamen super reg. 8. cancella. glos. 46. reprobat hãc differentiam inter verbum, *de consilio*, & verbum, cum consilio, dicens hæc verba idẽ importare, & de iure non reperiri fundatã talem differentiam, sed eius opinionẽ verã non censeo, & credo vltra DD. fundari in communi vsu loquendi qui debet attendi.
26 In Ciuitate Barcinonæ cum priuilegiũ Caroli Imperatoris eidem Ciuitati concessum dat. 16. Nouemb. 1537. disponat quod Cõsiliarij dictæ Ciuitatis cum consilio suorum Aduocatorum, vel alterius eorum sint iudices causarum, confratriarum, artificum, & fabrotum, obseruatur quod dicti Assessores habent dumtaxat votum consultiuum in vim dicti priuilegij.

Quæro secundo, vbi ex dispositione statuti iudex tenetur sequi sapiẽtis consilium,
27 an si sibi illud iniustum videatur, teneatur sequi, pro vtraque parte citat plures Doctores Asini. d. §. 25. c. 10. vers. 4. *Limitatur.* n. 1. & 2. quorum alij affirmatiuam, alij negatiuam multis argumentis defendunt. verã mihi videtur conciliatio istarum opinionum, & distinctio quam tradit Socin. Iun. cons. 63 lib. 1. quod aut soli iudici, non omnibus palam iniquum & iniustum videtur dictum consilium, & tunc iudex sequi tenetur, aut vero euidenter, & notorie iniquum
28 est, & tunc non tenetur. Faciunt tradita per Paridem de Puteo de syndicat. verb. *Potestas qui tulit.* num. 3. vbi docet quod si statutum arctat iudicem sequi consilium sapientis, intelligitur nisi tale consilium contineat manifestum iuris errorem, vel manifestam iniquitatem, quia semper cẽsetur in eo statuto excepta manifesta iniquitas licet generaliter loquatur, argum. l. vnde si neruæ, ff. pro soci. & l. creatur, §. Lucius, ff. mandat.

Præfatam conciliationem, ac distinctionem 29
intelligerem maximè procedere quando statuto caueretur, vt iudex sequeretur consilium certi sapientis sibi à superiore assignati, nam si iudex solum deberet sequi consilium incerti sapientis per ipsum sibi eligẽdi, non ita deberet sequi eius consilium, si arbitraretur iniustum. Faciunt quæ in q. 13. 30
infra scripsimus ex doctrina Menochij de arbitrar. casu 253 n 3. & 5. & Cancer. p 2 c. 2. à num. 148. & aliorum, quod si iudex de consilio assessoris iniustam protulerit sententiam, tenetur in syndicatu si ipse elegerit sibi assessorem, secus si ipse non elegerit, sed fuerit sibi datus à Superiore. Sic dicunt Iaf. 31
in l. si conuenerit n 19. ff. de re iudic. Felin. in cap. pastoralis n. 8. de iudic. Hieronym. Portoles in scholijs ad Molin. §. Assessor n. 3. quod qui alterius consilium sequi tenetur, de ipso sequuto accusari non debet, & subdit ibi Portoles quod tunc ipsa Ciuitas eligens assessorem, accusari potest ad interesse, vt asserit Conrad. in pract. titul de sentẽt. num. 32. & Deci. in l. si quis in conscribendo n. 17. C. de pact.

Quæro tertio, an quando iudex ex dispo- 32
sitione statuti *consilium sapientis* petere, & sequi tenetur, præsumatur petijsse & sequutus fuisse. Et reuera non præsumitur, sed necesse est ex actis legitimè constare Bald. in l. 1. col. pen. vers. *Extra quæro.* C. ne lice. tertio. prouo. Ancarra. in c. canonum statuta in verb. *Similem quæstionem.* de constitutio. Alex. cons. 59. lib. 4. Abbas in c. illa in fin. de accusatio. Felin. post Butri. Imol. & alios in c. cum venerabilis in verb. *Fallit quarta.* de exceptio. Vantius de nullitat. ex defect. iu- 33
risdict. n. 153. & seqq. qui tamen dicit præsumi si partes tempore prolationis sententiæ fuissent præsentes, & non contradixissent, vel si iudex in sententia eam solennitatem enunciasset, vt quia proferendo sententiam assereret se de voto talis sapientis sententiare, vt dicit fieri ex stylo dominorum de Rota, & alios tamen refert tenentes nedum de 34
hoc constare debere, sed etiam oportere, quod consilium à iudice aperiatur, & legatur. Apud nos obseruatur, quod præterquã 35
quod iudex in sententia affirmat se de consilio

UAB Biblioteca de Ciències Socials

filio sui assessoris pronunciare, assessor ipse se subscribit sententiæ, & vbi fieri debet insequendo conclusionem in concilio, vel cõsistorio enunciatur in sententia, & alias cõstat de conclusione in libro conclusionum, licet non in processu.

36 Quando statutum quod iudici præcipit sumere consultorem, vellet hominẽ imperitum esse iudicem, vel disponeret vbi imperiti iudices admittuntur, tunc ea legislatoris mens esse præsumitur ne à consultoris consilio recedatur, & ideo necessario sequendum est, Imol. in cap. cum olim de arbitr. Cagnol. in l. consilij nu. 3. ff. de reg. iur. Asini. in prax. iudi. lib. 1. §. 25. cap. 10. vers. *Primo limitatur* n. 2. Auiles in cap. 1. Prætor. in glos. *a las partes*. nu. 22. Gonçalez super reg. 8. Cancel. glos. 46. num. 82. & 83. qui

37 alios citant. Facit quod notat Sylvest. in sum. verb. *consilium*. nu. 1. 4. si statuto cauetur, vt pupillus certum quid faciat cum duorum agnatorum consilio, ibi capi consilium pro consensu, quia pupillus non habet discretum iudicium, & probatur ex l. impuberibus, ff. de suspec. tutor. Panor. in

38 d. capit. cum olim, nam idem Sylvest. ait quod quamquam ex propria significatione vocabuli, astrictus consilium petere, illud sequi non tenetur, quandoque tamen fit impropriatio vrgẽte subiecta materia, quod per aliquot casus declarat.

39 Sed quæro si statuto, vel Regio priuilegio expresse caueatur, vel consuetudine ita receptum sit quod iudices qui sunt illiterati & imperiti, habita relatione assessoris, & reddito eius consilio, causas decidant, & dictus assessor habeat dumtaxat votum consultiuum, sicut in aliquibus Vniuersitatibus Cathaloniæ, vt in Ciuitate Barcinonæ & Ilerdæ proceres, siue probi homines facta relatione per assessorem, & præmisso ipsius voto tantum consultiuo iudicant, nunquid isti iudices saltem in foro conscientiæ sequi assessoris consilium teneantur? certè si assessor habet votum dumtaxat consultiuum, index non debet sequi consilium illius iniquum, vt tenet Bart. in l. si conuenerit, ff. de re iudic. & sequuntur ibidem Alex. nu. 11. & Ias. num. 16. Auiles in cap. 1. Prætor. in gl. *a las partes*, num. 20. vers. *Et facit illud.* & vers. *Et ista opinio.* attamen in dubio iudex tenetur sequi consilium sui assessoris, vt dicit Lucas de Penna in l. omnes iudices, C. de Decurionib. lib. 10. sequitur Grego. Lop. in l. 2. tit. 21. par. 3. verbo *si entendieren.* & in l. 1. glos. 2. eod. tit. & pa. quando autem iudex est ignarus, & imperitus vti communiter sunt dicti proceres, seu probi homines, tenetur sequi consilium sui assessoris, vt tenet Anton. de Butrio in cap. cum olim, col. fin. vers. *Et puto.* de arbitr. Cattelian. Cotta in memoral. verbo *Decretum maioris iudicis*, versic. *Secundo bene facit.* Vnde concludit Auiles vbi supra num. 30. ad fin. quod iste iudex si quid iniquum sequendo consilium sui assessoris fecerit, excusatur in syndicatu, secus si peritus esset. Aduerte tamen quod præfatus iudex imperitus, & ignarus aliquid iniquum iuxta consilium sui Assessoris faciens, si ipse elegerit sibi assessorem, tenetur in syndicatu de facto sui assessoris, vt tradit, & Regij Senatus decisione confirmat Cancer qui sup. var. par. 2. c. 2. à n. 148. Animaduertit Natar. in manu. cap. 25. n. 15. quod qui assessorem habet & quem debet consulit, & eius consilium sequutus male iudicat, non peccat, assessor autem & consultor sic cum obligatione restituendi, c. statutum, 5. assessorem de rescrip. lib. 6. Panor. & Anto. in c. tua nos de homicid. Deci. post & ante alios in l. consilij de reg. iur. Periculosa admodum sunt illa memoratorũ proborum hominum iudicia quando ab assessoris consilio recedunt, occidunt enim animas suas putantes se obsequium præstare Deo, & eo maximè quia aduocatorum qui facile tenebras mentibus eorum effundũt, cauillationes, & fallacias discernere nesciũt, cumque hoc casu se potius ignaros & imperitos quam assessorem eruditum, & expertum decipi credere deberent, fidem illi statim adimunt, vel ignarum, vel malũ hominem reputantes eum cum magno iustitiæ discrimine, & honoris sui assessoris, imò illius tribunalis dispendio, quod quam graue malum sit expendit Bouad. in polit. to. 1. lib. 1. cap. 12. n. 40.

In casibus quibus iudex non tenetur sa- 44

pientis

pientis consilium sequi, si tamen statuto caueatur, vt cum consilio sapiẽtis pronunciet, tenetur petere, & expectare sapientis consilium alioquin sententia est nulla, glos. celebris in cap. non est de consuet. lib. 6. quæ ait quod si sententia proferenda est cum alterius consilio, si eo non expectato proferatur, non valet sententia, neque opus est appellatione, & Ioan. And. ibi. Innocen. in capit. si pro debilitate de offic. delega. Imol. & scribentes in c. cum in veteri de electio. Vanti. de nullitat. ex defectu iurisdic. n. 152. versic. *Si vero fuerimus.* & vers. *Si autem statuta.* Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 9. ex nu. 1. vbi etiam num. 7. tradit quid si iudex proprio motu petierit consilium sapientis. Facit Cancer. var. resol. par. 3. cap. 17. num. 390. & par. 2. cap. 2. num. 251. Ioan. Bertachin. in tractat. de Episcopis lib. 3. par. 1. numer. 87. Auguſt. Morla in emporio iur. tit. 12. q. 10. n. 2. vbi constituit regulam quod qui tenetur facere aliquem actum cum consilio alterius, si consilium nõ petatur, actus nullam habet firmitatem, & declarat, vt si consulẽdus sit nominatus intuitu dignitatis, si decesserit, sit expectãdus successor, si autem sit persona priuata, & moriatur, tunc libere actus possit exerceri, si autem multorum cõsilium desideretur, tunc omnes sint consulendi, & si dissentiant, standũ sit maiori parti. Stephan. Gratian. discep. forens. tom. 1. c. 123. num. 27. & 28. vbi eandem ponit regulam quam dictus Morla. Is autem consultor assumptus, vt de iure iudici consulat, non poterit nouas probationes, seu instrumenta recipere, Bart. in l. 1. §. quæsitum, ff. de appellatio. & relatio. Arisminn. Tepat. par. 1. tit. 74. cap 6.

Ex his infertur ad Cõsiliarios Barcinonæ qui ex Regio priuilegio habent potestatem iudicandi causas Cõfratriarum cum consilio assessorum domus Ciuitatis, vel alterius eorum, & tamen aliquando prætermissis assessoribus causas decidunt, & sententiam dicunt audiendo partes in domibus suis priuatis ex nimia cupiditate dominandi, quod pessimum exemplo est, & de iure nullum, quia petere consilium requiritur pro forma, & non seruata forma priuilegij, vel statuti, actus non subsistit c. dilecta de rescrip. l. diligenter. ff. mandat. l. cum hi, §. ait Prætor ff. de transact. Vanti. qui supra nu. 152. & Morla vbi supra n. 2.

Quinimò scribit, & probat Vanti. d. loco num. 151. quod cessante statuto, vel rescripto, si iudex ad instantiam partium alicui sapiẽti causam consulendã remiserit, tenetur expectare eius consilium, sed si ad hoc eidẽ consulenti terminum aliquem præfixerit, & terminus diu lapsus sit, ferentia postea absq; dicto consilio pro lata valebit, si autem eam protulerit termino adhuc pendẽte, & consilio non exhibito. si iudex pronunciauerit de partium consensu, valebit, sed si partibus inuitis pronunciasset, tunc si antequam pronunciet, per suam interlocutoriam huiusmodi remissionem reuocauerit, & postmodum diffinitiuè pronunciet, consilio sapientis aliter non expectato, sententia erit valida, quia cum remissio fuerit interlocutoria, potuit per iudicem reuocari, vulgat. l. quod iussit, ff. de re iudic. quod etiam docuit Lãcellot. de attentat. p. 2 cap. 9. nu 11. cum 2. seqq. si autem iudex dicta remissione aliter non reuocata, ac cõsultatione pendẽte processerit, tunc videtur quod processus non teneat, quia consultatione & dilatione data pendentibus officium iudicis conquieuit, l. siue pars, C. de dilatio. vti pluribus probat videndus d. loco Vantius, Lancellot. vbi supra, qui etiam num. 15. tradit an sola petitio quod causa remittatur ad consilium sapiẽtis, suspendat iudicis iurisdictionem.

Quæritur si iudex dicat, *pronuncio pro vt in consilio sapientis continetur*, an sententia valeat. Et vbi cõsilium est à sapiente datum, & exhibitum, valere sentẽtiam tenet Pute. de syndicat. in verb. *an si iudex* num. 4. vbi plures citat, si autem consilium non fuerit exhibitum, nõ valere sententiã dicit Vanti. de nullitate ex defectu iurisdictionis nu. 155. & 156. vbi intelligit, dummodo instantia nõ haberetur, quia tunc posset eo modo pronũciare. & hanc etiam quæstionem tradunt Pacius Scala in tractat. de consilio sapientis, cap. 12. lib. 4. Asin. in prax. lib. 1. §. 25. cap. 12. & his notat citatis Pegue. in prax. ciuil. rubr. 24. n. 7. vbi concludit idem quod diximus, sed

48

49

50

51

51 sed intelligit quod nisi iudex vltra supradicta verba, *pronuncio prout in consilio sapientis continetur*, adijciat verbum, *condemnamus*, vel *absoluimus*, nemo esset condemnatus, vel absolutus, sed ea sententia expectaret post se aliam condemnationis, vel absolutionis, quia solum videtur continere aliquem esse condemnandum, vel absoluendum ad notata per Alexan. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verb. oblig. & per Bart. in l. 1. C. si aduers. libe. quod tamen ego verum non
52 credo, & infra in quæst. 15. latius discutiã, & impugnabo. Sed quid si nec iudex dicat,
53 *pronuncio, prout in consilio sapientis* sed cum acceperit illud, volens definire negocium, sententiam proferat, legendo solum consilium sapientis, vt aliquibus idiotis contingit? respondet Maranta de ordin. iudic. par. 6. de decisor. iudi. num. 13. constanter affirmãs prælibatam sententiam non valere, sed nullam censeri, ac nullíter latam. Si iudex di-
54 cat in prolatione sententiæ, *absoluo, vel condemno illud quod Titius voluerit*, probat Spino in specul. testam. glos. 5. principali nu. 21. sententiam non valere, quia sententia per se debet esse certa, & non debet pendere ex declaratione tertij, l. item si vnus, §. Pomponius de arbitr. §. curare instit. de action. communis secundum Bero. in c. si pro debilitate in princ. de offic. deleg. DD. in c. per venerabilem de electio. Sarmient. lib. 1. selecta. cap. 17. num. 5. Si iudex processum
55 causæ commiserit, vt consilio sapientis decidatur, & instet tempus instantiæ, & consilium nondum veniat, consulit Auiles in iudicio syndicatus, forma secretæ syndicationis, verbo *condenar* num. 10. vt ad vitãdam pœnam pronunciet in omnibus, & per omnia secundum formam consilij venturi, & subdit valere sententiam, licet ex interuallo consilium veniat, & ita tenere Paulum de Castro in l. non quemadmodum in fin. de re iudicat. & Baldum in l. cum iudex, seu in l. cum eorum, C. de senten. & Salicetum in d. l. cũ iudex, & sequi Socin. in cons. 124. vol. 1. n. 5.

Insuper quæro si conuenerunt partes, vt
56 voto alicuius certi sapientis starent, & à iudice confirmationem illius peterent, veluti si in causa computorum concordarunt, vt rationalium, siue calculatorum cõformi iudicio adstringerentur, & iudex illud confirmaret, an si contra ius latum sit, teneatur iudex confirmare, & sequi, an vero ipse secundum quod ius disponit, iudicare possit. Hãc quæstionem ponit Franciscus Muñoz de Escouar de ratiocinijs administratorum, cap. 32. ex n. 24. & distinguit docens, quod si partes viso conformi calculatorum voto, à iudice petierunt, vt illud confirmaret, tunc etiamsi iniustissimum sit, confirmare tenebitur argum. tex. in l. si conuenerit, ff. de re iudic. cuius verba sunt. *Si conuenerit inter litigatores quid pronuncietur, non abs re erit iudicem huiusmodi sententiam probare.* & argum. tex in c. scienti de reg. iur. lib. 6. si autem partes antequam rationales votũ proferrent, pactum inierunt, vt illud seruarent, & iudex confirmaret, neque partes ipsæ, neque iudex voto iniustò stare tenebuntur: quia illa conuentio implicitam habet conditionem, si iustum sit votum, argum. tex in c. quintauallis de iur. iuran. vbi qui promisit 57
præcepto alicuius obedire, intelligitur si iustum sit: & argum. tex. in l. si libertus 2. nom. 58
ff. de oper. libert. vbi si libertus iurauerit dare se tot operas, quot patronus arbitratus sit, videtur tantum obligatus, si æquum arbitrium sit: & argum. doctrinæ Socini cons. 159. vbi dicit, quod si quis promittat alicuius sententiam ratam habere, intelligitur 59
dummodo iusta, & iuri consona sit.

Vbi nulla partium conuentio super hoc 60
interuenit, si dubitatur an iudex teneatur sequi, & confirmare vota calculatorum electorum, dicas verius esse quod reprobare potest vota omnium calculatorum, vel si sibi visum fuerit, modificare, Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. §. 6. num. 3. 1. par. Escobar de ratioci. cap. 32. num. 23. in fin. qui tamen cap. 8. ex num. 24. latius hunc articulum agitans, & discutiens limitat, nisi calculatores electi essent nõ simpliciter, sed cum potestate arbitrandi, quia super reddendis rationibus arbitri nominari possunt.

EX

EX QVÆST. VI.

SVMMARIVM.

1 IVdex pœnam in legibus expressam augere vel minuere non potest.
2 Indices qui pœnas lege expressas augent vel minuunt, grauiter puniuntur.
3 Procedit si iudex sine iusta & rationabili causa augeat vel minuat, alias potest.
4 Extenditur siue pœna sit imposita per ius Commune siue per statutum, quo vltimo casu aliqui dissentiunt.
5 Iudex etiam si iurauerit seruare statuta, potest ex causa alterare pœnas statutorum. & num. 8.
6 Iudex ex causa potest alterare pœnam legalem etiam si esset ipso iure imposita à lege.
7 Iudex ex causa potest leges & statuta etiam iurata transgredi.
9 Iudices inferiores possunt alterare pœnam ex causa cohærente delicto, non tamen ex causa extrinseca, nisi Principe consulto.
10 Iudex non potest minuere pœnã parti applicandã ob damnum eidem datum, imò neque Princeps, qui si de facto remiserint, peccant & ad restitutionem tenentur.
11 Iudex non potest cum reo componere nec eum quo ad fiscum relaxare, nisi parte læsa satisfacta & anguidaticum illi dare.
12 Iudex qui minuit pœnã legis vel statuti, exprimere debet causam in sententia, & an generaliter vel specialiter exprimere debeat.
13 Intellectus glosæ in cap. 3. de pœnis.
14 Aliud est dispẽsare super crimine & eius pœna, & aliud rigorem legis pœnalis ex aliqua causa sententiando temperare.
15 Iudex quando reus non est capax pœnæ, legalis, potest illam in aliam commutare.
16 Iudex quando lex relinquit pœnã arbitrio eius taxandã, quemadmodum taxare debeat.
17 Quoties lex pœnam nõ taxat aut apponit, censetur arbitrio iudicis illam relinquere taxandam.
18 Ex quibus causis possit iudex pœnã legis minuere, augere, vel mutare.
19 Iudex ex consuetudine delinquẽdi potest augere pœnam legis.
20 An ex defectu plenæ probationis possit iudex pœnam legis minorare arbitrio suo.
21 Franciscus Sarmiento in hac quæstione aciem ingenij sui pluribus argumentis exercet.
22 Dubia probatio nihil prodest & satius est impunitum relinquere facinus quam innocentem damnare.
23 Sententia media semper iniqua est, & quare.
24 Probatio non potest minuere pœnam delicti sicut nec auget nec minuit delictum.
25 Is qui ex defectu plenæ probationis pœnã minuit, potius de iure constitutionis quã latigatoris pronunciat.
26 Minorari per iudicem potest legis pena ratione culpæ, quæ habere potest maius & minus & casus referuntur siue exẽpla.
27 Minui potest legis pœna in casu præsumptionis, quando factum illud, ex quo oritur præsumptio ad aliquod delictum, est de perse crimen speciale, illudque leuius.
28 Iudex potest aliquando non definitiuè absoluere reum, sed ab observatione iudicij si super venturam probationem speret.
29 Quando aliquem deliquisse suspicionibus tantum constat, reum iudex mitiori pœna, non legis ordinaria condemnare debet & quid quando probatur præsumtione iuris & de iure vel præsũptione legis secundũ quam de delicto constet.
30 Tunc dubia probatio nihil operatur, quãdo verè dubia est ita vt iudex nõ possit

sit animum ad vnam vel alteram partem applicare.

31 Sententia media quando sit iniqua: & respondetur ad argumentum Franciſci Sarmiento.

32 Reſpondetur ad argumẽtum Frãciſci Sarmiento quod probatio non poteſt mutare factum nec pœnam delicti.

33 Inter duo facta contraria dari poteſt tertiũ nempe dubium: & reſpondetur Franciſco Sarmiento.

34 Sententia Franciſci Sarmiento in praxi reprobatur.

35 An Inferior dominus iuriſdictionis poſsit iuuando conſtitutionem Superioris ſtatuere augendo pœnam illius. & n. 42.

36 Inferior non poteſt condere ſtatuta contra ius Commune.

37 Domini recognoſcentes Superiorem non poſſunt ſtatuere coarctando libertatẽ ſubditorum contra ius Commune.

38 Legatus non poteſt ſtatuere contra ius Cõmune.

39 Reprobatur opinio DD. tenentium inferiores à Principe poſſe ſtatuere contra ius Commune.

40 Inferior an poſsit ex cauſa ſtatuere cõtra ius.

41 Si contra ius ſtatutum, ſit nihil operatur confirmatio Superioris in forma communi cum tanquam generalis non extendatur ad ſtatuta, niſi quatenus ſint iuſta & honeſta & iuri Communi non contraria.

42 Aliud eſt diſponere contra legẽ & aliud præter legem vel iuuando legem.

43 Inferior poteſt iuuare iuriſdictionem ſui Superioris per pœnæ adiectionem.

44 Si ſint duo in loco Domini alter iuriſdictionis Ciuilis, & alter Criminalis aliquando vnusquiſque poſsit idem ſub pœna prohibere.

45 Duobus ſtatutis pro eadem re diuerſas pœnas imponentibus, nec facta in vno mentione alterius, non cenſetur prius ſtatutum correctum per poſterius.

46 Lex poſterior præcedentem non tollit; niſi quatenus ei contrariatur.

47 An officiales & Magiſtratus inferiores à Principe poſsint delinquentibus pœnas remittere, minuere, componere, vel commutare per viam gratiæ & diſpẽſationis.

48 Quid quo ad bona & pœnas, quæ dictis officialibus applicantur.

49 Quid in generali Gubernatore Cathaloniæ

50 Facultas indulgendi in delictis, gratias concedendi, & bannitos reſtituendi ſoli Principi reſeruata eſt.

51 Iudices ordinarij nec bannitos remittere nec gratiam delinquentibus facere poſsũt.

52 Mandatum iuriſdictionis non extenditur ad remittendũ delinquentibus pœnas & indulgendum in delictis.

53 Index neq. ad clamorem populi poteſt gratiam facere delinquenti, poteſt tamen executionem accelerare, ſi aliter tumultus ſedari non poteſt.

54 Ius indulgendi & remittendi delictorum pœnas, cõſuetudine ab inferioribus à Principe acquiri poteſt.

55 Epiſcopi de conſuetudine generali faciunt gratiam de omnibus delictis, etiam poſt latam ſententiam.

56 Barones de conſuetudine ante ſententiam faciunt vaſſallis gratiam delictorũ, quando adeſt partis remiſsio; ſecus poſt ſententiam. & obtinet etiam in Cathalonia.

57 Quid pendente cauſa appellationis, ſi à ſẽtentia Baronis appelletur.

58 Facultas remittendi pœnas delictorum reſidet apud Barones, ſi à Principe in inueſtitura illis data ſit.

59 An conſuetudo quod Barones gratiã faciant delictorum, firma ſit. & 58.

60 An facultas aggratiandi delicta poſsit ab inferioribus à Principe præſcribi.

61 Si index in ſententia condemnationis reſeruauerit miſericordiam domini, an Barones & alij inferiores à Principe officiales poſsint gratioſe poſt ſententiam remittere pœnam.

62 Auctoris ſententia contra multorum praxim & fundatur.

63 Princeps poteſt omnes pœnas pecuniarias & corporales remittere, etiã poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactam.

64 Et quæ ſit ratio.

65 Princeps facilis eſſe non debet in remittendo delinquentibus pœnas.

66 Ratio

66 Raro illud contingere debet.
67 Princeps nō potest remittere delinquētes vbi adest instantia partis læsæ.
68 Fallit propter bonum cōmune Reipublicæ & traduntur exempla.
69 Et an propter res prospere gestas.
70 Boni publici cura incumbit Principi.
71 Si transfuga multos alios demonstrauit, potest ei per Principem indulgeri.
72 Si damnatus ad mortem est vir magni roboris vel insignis artificij & vtilis Reipublicæ, iudex debet consulere Principem & sententiam exequutioni non mandare.
73 Et hoc casu Princeps sine partis iniuria potest reum liberare.
74 An iudex post sentētiam possit per viam iustitiæ ex causa pœnam legis minorare.
75 Si iudex damnauit aliquem ad mortem, & postea constet de innocentia cōdemnati, non potest illum absoluere & suam sententiam reuocare nisi Principe consulto.
76 Potest iudex pœnam à se per sententiam inflictam, incontinenti reuocare.
77 Possunt iudices regulariter in sententia sibi reseruare diminutionem pœnæ ipsius ve declarationē, modo declaratio non sit pœnæ per sententiam definitæ contraria. & 78.
79 Quando iudex processit de facto ad puniendum reum, potest & ipse reuocare, & 80.
81 Factum de facto potest per eūdem iudicem reuocari.
82 Praxis non nullorum iudicum super hoc impugnatur.
83 Possunt iudices mulctas etiam postquā irrogatæ fuerint, remittere, & diminuere, ex causa tamen paupertatis vel alia iusta causa. & 85.
84 Similiter & banna.
85 Tutor potest remittere debitoribus minoris ob nimiam paupertatem.
86 In aliquibus partibus iudices & magistratus etiam sine causa solent relaxare mulctas & in quibus mulctis hoc procedat
87 Officialis propter paupertatē potest remittere collectam vel aliud onus.
88 Iudex etiam post latam sententiam potest commutare pœnam pecuniariam in corporalem ad instantiam fisci ob defectum æris.
89 Et an hoc procedat in mulctis, quæ imponuntur arbitrio iudicis extraordinem.
90 Iudex sententiam contra hæreticum mitigare & mutare potest si viderit expedire.
91 Iudex an possit dilationes & terminos à iure præfixos extendere, vel coarctare. & distinguitur. & n. 93.
92 Iudex sententiando pendente termino à se dato, non censetur eum reuocare, sed nulliter dicitur pronunciare.
94 Quid quando lex prohiberet terminū prorogari, an iudex ex causa possit prorogare.
95 Quid qnando terminus est præfixus iurisdictioni iudicis.
96 Ex causa licet à regulis iuris recedere.
97 Tempus 30. annorum, quod datur hæredi ad hæreditatem adeundam, an possit per iudicem mutari.
98 Tempus proponendarum exceptionum à iure constitutum an possit per iudicem ex causa mutari.
99 Traditio Francisci Ripa circa hæc impugnatur.
100 Intellectus regulæ, quæ habet non posse auferri per hominem, quod indulgetur à lege.
101 Intellectus regulæ, quod factum Prætoris iuri derogare non potest.
102 Tempus datum ad appellandum an per iudicem prorogari possit.
103 Reprehenditur glosa in c. pia §. si quis igitur de exceptio. lib. 6.
104 Infertur circa hæc ad obseruantiam Regiæ Audientiæ in causis quæ vocantur, cōpareant partes, quod iuri conformis sit.
105 Quæ sint causæ ob quas dilationes legales possunt per iudicem prorogari vel minui.
106 Iudex an quando à iuris dilatione ex causa recedit, debeat rationem exprimere.
107 Absentia vel impedimentum aduocati vel procuratoris an sit iusta causa.
108 Iudex qui non potest nouam dilationem concedere, potest veterem prorogare antequam finita sit.

109 *An à parte sit opponendum de lapsu termini, vel iudex ex officio debeat non audire partem procedentem extra terminum. & num.116.*

110 *Si partes concordent appellatum esse, nisi appellatus excipiat non esse appellatum intra decēdiū, iudex nō debet id excutere.*

111 *Leges seu statuta terminos partibus in iudicio statuentia intelligi debent parte petente, & quare.*

112 *Quid circa cautiones à lege, seu statuto requisitas, & alios actus tendentes in alicuius fauorem.*

113 *Statutum cogens iudicem ad aliquid intra certum tempus faciendum intelligitur parte petente.*

114 *Vbi constitutiones disponunt, vt iudices intra certum terminum sententiam dicāt, intelligi debent parte petente.*

115 *Limita nisi aliud ex mente legis, vel statuti conijceretur, & ibi exemplum in casu constitutis tit. de arbitris, & arbitratorib. quod tamen controuertitur.*

117 *An sufficiat si pars opponat de lapsu termini in allegationibus iuris, vel debeat opponere in processu.*

DE IVDICIS ARBITRIO CIRCA EA, QVÆ LEGIBVS EXPRESSA SVNT.

QVÆST. VI.

1 DRIMO quæro, vtrū pęna in legibus expressa, augeri, vel minui à iudice possit. Et dicas non posse per tex. in l. 1. §. 1. ff. ad Sen. Turpil. vbi Marcellus ita ait. *Si autē pronunciauerit, calumniatus es. condemnauit eum, & quamuis nihil de pœna subiecerit, tamen legis potestas aduersus eum exercebitur. nam vt Papinianus respondit, facti quidem quæstio in arbitrio iudicantis est, pœnæ verò persecutio non eius vōluntati mandatur, sed legis auctoritati reseruatur.* can. si quem ad fin. 2. q. 3. cap. fin. de transactio. ibi. *In his tamen in quibus ius non inuenitur expressum.* l. prospexit. ibi. *Durum est, sed ita lex scripta est*, ff. qui & à quibus. cum alijs pluribus cōgestis per Franciscum Sarmiento selecta. interpreta. lib. 1. cap. 1. Augustin. Morla in empor. iur. par. 1. tit. 1. q. 10. n. 2. imò iudices 2
qui vel augent, vel minuunt pœnas lege expressas, grauibus ipsi puniuntur, vt probāt & pœnas, quibus illi plectuntur, recensent Tiraq. de pœn. temperan. in præfat. n. 13. 14. & 15. Iul. Clar. sententia. lib. 5. §. fin. q. 85. n. 10. Menoch. de arbit. q. 96. n. 11. & 12. Farin. prax. crim. p. 1. q. 17. n. 6. Sed hæc procedūt 3
& locum habent, si iudex absolutè, & ad libitum suum voluerit pœnas minuere, vel augere, non enim potest. Tamē ex iusta, & rationabili causa bene valet iudex augere, vel minuere pœnam ordinariam à iure impositā pro aliquo delicto, seu maleficio secundum communem opinionem, l. quid ergo §. pœna grauior, & ibi DD. ff. de his qui notan. infa. glos. in l. & si seuerior, C. ex quib. caus. infam. irrog. Tiraq. in d. præfat. n. 16. cum 2. seqq. Couar. li. 2. va. c. 9. n. 8. Iul. Clar. d. q. 85. n. 10. Menoch. d. q. 96. n. 14. Augus. Morla d. q. 10. n. 5. 12. & 18. Peregr. de iur. fisci lib. 4. tit. 8. numer. 24. latissimè Farin. d. quæst. 17. à num. 7. Auiles in capitulis prætor. cap. 1. glos. verb. *Derechamente.* Extende siue agatur de pœna imposita per ius 4
commu-

commune, in quo fere omnes consentiunt, siue etiã agatur de pœna imposita à statuto, quo casu licet aliqui tenuerint contrarium, magis tamen communis opinio ex identitate rationis est quod possit iudex etiã pœnas statutarias ex causa minuere, Iul. Clar. num. 10. Tiraquel. num. 20. Paris de Pute. de syndicat. in verb. *Iuramentum officialis.* num. 8. vbi quod iudex etiam si iurauerit seruare statuta, potest ex causa alterare pœnas statutorum. Menoch. num. 16. vbi sup. Plaça lib. 1. delictorum cap. 33. num. 5. Bossius tractat. causarum crimin. tit. de pœnis num. 10. Extende item, etiam si huiusmodi pœna esset ipso iure imposita, Panor. cons. 22. lib. 1. Tiraquel. qui supra n. 24. Farin. d. quæst. 17. num. 23. Facit theorica illa Doctorum asserentium iudicem ex causa posse leges, & statuta etiam iurata transgredi, Innocent. in cap. 1. de constitution. Cattellian. Cotta in memoral. in verb. *Decretum maioris iudicis*, & in verb. *Armorum offendibilium*, Lazari. canonicar. qq. par. 2. q. 5. n. 58. Guido Pap. decis. 206. per tot. vbi etiã probat quod iudex etiam si iurauerit seruare statuta, potest ex causa alterare pœnas statutorum.

Limita in iudicibus inferioribus: isti enim quamquam possunt alterare pœnã ex causa cohærente delicto, non tamẽ ex causa extrinseca, nisi Principe consulto, DD. in c. de causis, & ibi præsertim Deci. numer. 18. vbi communem profert, de offic. deleg. Bossius num. 10. Clar. num. 10. Menoch. numer. 18. Augusti. Morla num. 18. ad fin. Farin. n. 67. vbi supra. Limita insuper in pœna parti applicanda ob damnum eidem datum, illa enim à iudice minui non potest, imò neque à Principe, qui si de facto eam remiserint, peccant, & ad restitutionem tenẽtur, glos. in verb. *Concedi*. & DD. omnes præsertim Decius num. 9. in l. venia, C. de in ius vocan. Grammat. cons. 34. num. 1. & 2. Menochi. num. 1. & 2. Augusti. Morla num. 10. vbi supra, Soto de iusti. & iur. lib. 4. quæst. 5. artic. 4. Farinac. d. quæst. 17. num. 71. qui in eo quod attinet ad Principem videdus est. Cancer. var. par. 2. in noua editio. capit. 11. de pace & treug. num. 111. & 112. 113. & 114. vbi loquitur, tum de iure communi, tum de iure Cathaloniæ, & quod iudex non potest cum reo componere, nec eum quoad Fiscũ relaxare, nisi parte læsa satisfacta, & an saltẽ guidaticũ illi dare. Animaduertit Iul. Clar. qui supra n. 10. post Iacob. de Beluis. in prac. crimin. tit. de fuga reorum nu. 62. & Menchaca controuers. illustri. cap. 14. n. 5. & refert Menoch. num. 17. vbi supra, & late tradit Farin. qui supra q. 17. n. 62. & seqq. iudicem qui minuit pœnam à iure, vel statuto impositam, exprimere debere causam in sententia, propter quam mouetur ad illam minuendam, sufficere tamen si causam in specie nõ exprimat, sed dicat ex iustis causis animum suum mouentibus id facere.

Inferas ad intellectum glosæ in cap. 3. de pœnis, quæ asserit iudicem, qui non potest super crimine dispensare, neque etiam posse minuere pœnam à lege statutam. quia id verum est postquam iuxta legem ipsa condemnationis sententia lata fuerit, tunc enim non potest iudex pœnam mitigare, qui dispensare super eo crimine non valet. At ante sententiam, siue quando iudex sententiã profert (quo casu quæ hactenus scripsimus, intelligenda sunt, vt ex DD. citatis, & maximè ex Iul. Clar. vbi supra nu. 10. vers. *Scias etiam liquido constat*) potest, etiam si dispẽsandi potestatem non habeat, legis pœnam minuere, sicuti & augere aliud enim est dispensare super crimine, & eius pœna, de quo articulo inferius disceptabitur; aliud rigorẽ legis pœnalis ex aliqua causa sententiando temperare, vt bene post alios explicant August. Morla qui supra q. 10. n. 18. Farinac. prax. crim. p. 1. q. 17. n. 25.

Illud dubiũ non est, quod notat Iul. Clar. d. q. 85. n. 11. iudicem, quando delinquens non est capax pœnæ quæ à iure pro delicto imponitur, posse illam in aliam commutare. Sic etiam nemo dubitat quando lex relinquit pœnam arbitrio iudicis taxandã (vt relinquit quoties à lege nõ taxatur, vel non apponitur secundum Syluestrum in summa, verb. *Iudex*. 1. & Armilla etiam in verb. *Iudex*. ex capit. fin. de transactio. Peguer. tom. 1. decis. 1. numer. 3. Michael. Vlcurrun. de regimine mundi

par.1.4.quæst.principal. numer.30. per text. in §. in summa Instit. de iniur. ibi, *officio iudicis extraordinaria pœna, id est arbitraria.*) posse ac debere iudicē ex causa, & pro qualitate delicti temperare pœnam, debet tamen tunc potius ad misericordiam quam ad seueritatem declinare, vt docent Sylvest. qui supra, Alfisus à Castro de lege pœnali lib.2.cap.12.conclus.3. S. Thom.q.67.art.4 ad 1.

18 Ex quibus causis possit iudex pœnam à lege impositam minuere, vel augere, seu mutare multi tradiderunt, & præsertim Luc.de Pen. in l.1. C. de colonis lib.11. Alfons. de Castro lib. 2. de potestat. leg. pœnal. cap. 12. & 13. Peregrin.de iur.fisci lib.4. tit.8. numer. 25. Iul. Clar. in pract. crimin. quæst. 60. Farinac.p.1. prax. crimin. quæst. 17.num.10. Augustin. Morla d. quæst. 10.

19 numer. 18. & antea num. 12. vbi docet iudicem ex consuetudine delinquendi posse augere pœnam pro crimine à lege imposita.

20 Quæro 2. An ex defectu plenæ probationis possit iudex reo pœnam pro aliquo crimine lege etiam determinatam minorare arbitrio suo. Tradunt DD. in c. afferte de præsumption. Francisc. Sarmiento selectar. interpret. lib.1. capit.1. Menochi. de præsumption. lib. 1. præsump. 97. Antoni. Gomez var. tom.3. cap.12. numer. 25. Iul. Clar. lib. 5. sentent. §. fin. quæst.20. num.6. Petr. Caballus in tractat. de homicid. num. 260. & 309. complures refert Petr. Cened. in collectan. ad ius Canon. collect. 62. & 127.

21 Ex his Francisc. Sarmiento vir doctissimus ca.1. ingenij sui aciem exercet, probans pluribus argumentis, quam ipse tenet, negati-

22 uam opinionem. Et his præsertim vtitur acutissimis argumentis. Primum. Aut clarè constat Titium occidisse, & pœna ordinaria puniendus est, aut non constat, & absoluendus venit, aut probatio est dubia, vt iudex non firmet animum suum, & itidem est absoluendus, cum dubia probatio nihil prosit, l. duo sunt Titij, ff. de testament. tutel. & satius sit impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnari, l. absentē, ff. de pœn. nam sententia media sem-

23 per iniqua est dum vel innocentem onerat, vel nocenti iustam delicti pœnam non irrogat, vt ait tex. in l. seruos, C. ad l. Iul. de vi publ. & respiciendum est iudicanti ne quid durius, aut remissius cōstituatur quam causa deposcit, l. respiciendum, ff. de pœn. Denique sumere in pœnis hoc medium innocētibus miserum, noxijs non satis seuerum esse dignoscitur, vt dicit tex. in l.1. C. de custod. & exhib. reor. Secundum. Nam qualitas fa- 24
cti potest, & debet minuere delicti pœnam, sicuti & culpam minuit, l. si adulterium, §. Imperatores, ff. ad l. Iu. de adult. l. Graccus, C. eod. probatio autem minuere non potest, cum illa non augeat, vel minuat delictum, quo circa nec Claudianus in l. aut facta, ff. de pœn. nec Alexander 3. in c. sicut dignum de homicid. dum qualitates, quibus delictum, vel minuitur, vel augetur, recensent, hanc qualitatem ex ipsa probatione referunt, cum probatio sit quid extrinsecum post delictum consummatum superueniens, ideoque nec factum, neque eius qualitatem mutat, ergo nec pœnam, vt in l.1. ff. de pœn. in princ. Sicque is qui ex de- 25
fectu plenæ probationis pœnam minuit, potius de iure constitutionis quam litigatoris pronunciat contra l.1. §.1. ff. quæ sentēn. sin. appel. rescind. & idem occidisse, & non occidisse pronunciare videtur, cum nec pœnam, vt homicidæ imponat, nec vt innocentem absoluat: non enim tertium constitui potest, vt occiderit, & non occiderit, quia natura, vel lex non admittit duo pugnantia in vno subiecto, l. vbi repugnantia, ff. de reg. iur, & omnia facta sunt individua, vt est vulgare.

His Franciscus Sarmien. opinionem suā 26
erudite, & ingeniose tuetur, qui tamen (vt vides) fatetur minorari posse legis pœnam, non quidem ex defectu probationis, sed tamen ratione culpæ, quæ habere potest maius & minus, vt si minor, si iusto dolore motus, si irritatus quis deliquerit, ad tex. in d. l. Graccus, & in d. §. Imperatores, si excesserit modum in se defendendo, ad tex. in l. vt vim, ff. de iustit. & iur. & subdit etiam 27
minui pœnam in casu præsumptionis, quando factum illud, ex quo oritur præsumptio

tio ad aliquod graue delictum, eſt de per ſe crimen ſpeciale, illudque leuius, tunc enim punitur non vt præſumptio, ſed vt ſpeciale crimen. Addit quoque poſſe iudicem 28
aliquando mediam viam in abſoluẽdo eligere, vt abſolutio non fiat diffinitiuè, ſed ab obſeruatione iudicij, ſi ſuperuenturam probationem ſperet ad tradita per Couar. li. 1. var. cap. 1. n. 8.

His tamen non obſtantibus contra opinionem Franciſci Sarmiento frequentiſſima iudiciorum praxis obſeruat, & communis Doctorum ſententia pugnat, vt ex ſupra citatis DD. liquet & præſertim ex Menochio qui ſupra lib. 1. præſum. 97. vbi concludit, quod quando aliquem deliquiſſe cõſtat ſolum modo ſuſpicionibus hominis, vel etiã legis, vel præſumptione hominis non violẽta, reus mitiori pœna non pœna legis ordinaria condemnandus eſt: ſed ſi eum deliquiſſe probatur præſumptione iuris, & de iure, vel præſumptione legis, ſecundum quã de delicto conſtet, ſiue quod ſpecialiter lex imponat certam pœnam illi delinquenti conuicto ea iuris præſumptione, ſiue quod lex præſumptionem illam probet in aliquo genere delicti, quamuis certam pœnam ob id non ſtatuat, pœna tunc ordinaria puniendus eſt. 29

Argumentis Franciſci Sarmiento reſpõdet Menochius, & ad primo loco ſuperius traditum dicit, quod tunc dubia probatio nihil operatur quando vere dubia eſt, & iudex nullo modo applicare poteſt animum ad vnam, vel alteram partem, & ita loquitur tex. in d. l. duo ſunt Titij, cætera verò quæ in eodem contrario obijciuntur, procedunt, vel cum delictum eſt certum, & pœna certa, vel cum eſt omnino incertum, ſeu de eo tantum leuis aliqua ſuſpicio, aut præſumptio extat, debet enim iudex commenſurari pœnam delicto, c. non afferamus 24. q. 1. non tamen hinc fit quod omnino impunitũ relinquere debeat eum, quem ſuſpectũ maximè habet. Ad 2. loco ſupra propoſitum ait quod nec probatio reuera mutabat factum illis caſibus, in quibus, vel in cauſis capitalibus, vel in pecuniarijs via media fuit à legumlatoribus electa, & tamen media illa 30 31 32
via electa fuit, ita igitur permiſſum eſt iudici ne ex toto condemnet, nec ex toto abſoluat, & quamuis tertium dari non poſſit inter occidiſſe, & non occidiſſe, dari tamen poteſt hoc modo tertium nempe dubium an occiderit, vel non occiderit ſicuti datur tertium an teſtator de vno ſenſerit, vel de altero, iuxta l. & hoc Tiberius, ff. de hæred. inſtit. confert l. antiqui, ff. ſi pars hæred. petat. cum alijs: Sic non obſtat naturam, vel legem non admittere duo pugnãtia in vno ſubiecto, & facta eſſe individua, cum vt dictum eſt, ſit dare medium nempe probabilis dubitationis. 33

Ego vero illud vnum ſubijciam, quod ſi ſententia Franciſci Sarmiento in foro reciperetur, prout recepta non eſt, nec expedit Reipublicæ recipi, omnia penè delicta impunita remanerent, & ſerperet libere admodum omne malum contra l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. c. vt famæ de ſent. excom. cum delicta regulariter ſint difficilis probationis, quia vt Chriſtus Dominus ait, qui malè agit, odit lucem. 34

Quæro 3. an inferior officialis iuriſdictionem *habens poſſit iuuando conſtitutiones* Superiorum ſtatuere augendo pœnas earũ, veluti ſi Superioris conſtitutio quid prohibeat ſub certa pœna, poſſit inferior idem quoque prohibendo, præconium, ſeu bannum promulgare, ſiue ſtatuere, adijciendo & aliam pœnam, vel impoſitam augendo. Videbatur dicendum non poſſe cum habeat neceſſe parere, ideoque inferior non poteſt condere ſtatuta contra ius commune, Surd. conſ. 48. n. 9. lib. 1. qui loquitur in Communitatibus, Socin. conſ. 272. n. 8. lib. 2. poſt Caccialup. in l. omnes populi q. 4. in prin. ff. de iuſt. & iur. qui loquuntur in Dominis recognoſcentibus Superiorem, qui neque poſſunt ſtatuere coarctando libertatem ſubditorum contra ius Commune, Rota diuerſo. deciſ. 780. num. 7. p. 1. vbi etiam quod neque Legatus poſſet ſtatuere contra ius Commune. Farinac. in prax. crimin. par. 1. quæſt. 6. nu. 2. ante finem, vbi teſtatur communiter reprobari opinionem eorum qui dixerunt inferiores à Principe poſſe cõtra ius Commune ſtatuere, Crauet. 35 36 37 38 39

40 conf.314.n.2.& nu.3.verſ.2. *Reſpondeo.* vbi ramen ait inferiorem poſſe ex cauſa ſtatue-
41 re contra ius. Sed neque ſi contra ius ſtatutum eſſet, aliquid operaretur confirmatio Superioris in forma communi, quæ tanquã generalis non extẽditur ad ſtatuta, niſi quatenus ſunt iuſta & honeſta,& iuri communi non cõtraria, Alex.conſ.59.n.9.lib.1. Dec. in r. b. .de confirmat. vtil.vel inut. num. 2. Bart.in l.1.ff.de his qui ſunt ſui, vel ali. iur. late Pariſ.conſ.33.num.14.lib.1.Rota diuerſ. deciſ.103.num.27. p. 2. Stephan. Gratian. diſcep.forenſ. tom.2. cap. 245. num.38. & 45.

42 Sed aliud eſt diſponere contra legem,& aliud præter legem,vel iuuãdo legem,ideoque verè concludendum eſt inferiorẽ poſſe iuuando conſtitutiones Superiorum,& augendo pœnam ſtatuere, vbi tamen diſponat circa materiam ad ſe pertinentem, non obuiando alijs regulis, gloſ. in clem.ne Romani in verb.*tolli*.de electio. Felin.in cap.1. num.12. col. 8. ad med. verſ. *Et prohibitus.* & verſ. *Et ad rationem.* de ſponſalib. Imol. & Cardinal in cap.ex tuæ de cleric.non reſiden. Dec.conſ.199.*Viſis & diligenter cõſideratis.*num.3. circa fin. Crauet. conſ.314. n.2. Stephan.Gratian. d.c.245. numer.47. Iacob.Cancer.var.par.2.capit.2.num.178.
43 vbi ait inferiorem poſſe iuuare iuriſdictionem ſui Superioris per pœnæ adiectionem.
44 Et ad id quod diximus de materia ad officialem ſtatuentem pertinente optimus eſt prædictus Cancerij locus à num. 184. vbi docet in officiali inferiori eã dimetiẽdam eſſe ad validitatem ſtatutorum à fine ſtatuentis,vt ſtatuat pro caſibus ſuæ iuriſdictionis, ſicque probat quando duo ſunt in loco Domini,alter ſcilicet iuriſdictionis ciuilis,& alter criminalis,euenire poſſe,vt vnuſquiſq; circa idem ſtatuat,& idem ſub pœna prohibeat,ſi dominus Criminalis tendat ad vitanda delicta ad ſe pertinentia,& Ciuilis ad caſus ſuæ iuriſdictionis, quod antea tradidit
45 Celſ.Hugo conſ.86.n.6. Eſt autem ſciendũ quod ſi vnum ſtatutum imponit certã pœnam,& aliud poſtea ſtatutum imponit aliã,
46 non facta prioris mentione, pro eadem re, non cenſetur prius ſtatutum correctum per poſterius, quia lex poſterior præcedentem non tollit, niſi quatenus ei contrariatur, vt notat.Bar.in l.1.5.hoc autem edictum n.7. ff.de nou.oper.nun.vbi pro ſtatutis notandũ ait,Socin.iun.conſ.131. num.35. vol.1. docet etiam,& exemplo firmat Cancer.var.par.1. cap.11. in noua editione nu.6. vide quoque Gratian. deciſ.218. num. 4. in additon. & Menochi.de arbitrar.caſu 521.n.13.in fin.& de præſum.lib.6.præſum.,8.n.38.

Quæro 4.expoſuimus ſuperius 1.loco an 47
iudices per viam iuſtitiæ poſſint pœnam lege expreſſam delinquentibus ſententiando minuere, vel augere, quæro modo an per viam gratiæ, & diſpenſationis officiales, & magiſtratus inferiores à Principe, & Poteſtates Superiorem cognoſcẽtes poſſint delinquentibus pœnas remittere, minuere, componere,vel commutare.Reſpõdeo negatiue ex communi,& receptiſſima omniũ DD. ſententia,Couar. pract. qq. c.34.nu.5. ad fin. Iul. Clar. recepta. ſentenc.5.fin.q 85. num.10.circa med.Peregr.de iur.fiſci lib.4 tit.8.num.17.& 20. Farinac. praxis crimin. par.1.q.6. à num.1. maximè num. 2. vbi ta- 48
men ait ſecus eſſe quo ad bona, & pœnas, quæ eis applicantur, atque ipſos remittere, & condonare eas non prohiberi. Bouad. in Polit.tom.2.lib.4. cap.5.n.67.& 68.& lib.5. cap.3.num.117.Iacob. Cancer. var.reſolut. par.2 cap.2.n.141.& 142.vbi ad generalem 49
Gubernatorem Cathaloniæ ex mente Regij Senatus extendit.Rebuff.in praxi tit. de forma Vicariatus num.176.& 177.Diaz de Luc.in prax.crim.canon.verb.*in exilium mitti*.num.2. & 3.& ibi additio Ignatij Salzedo, Agia de exhibendis auxilijs, fundamẽto 13. Thom.Zerol.in prax.Epiſcopa.par.1. verb. *Hæretici.* verſ. *Ad tertium.* Pet.Cenedo canon.qq.q.9. n.31. Ratio eſt quia facultas in- 50
dulgendi in delictis, & gratias concedendi, & bannitos reſtituendi ſoli Principi ſupremo Imperialia,ſeu Regalia iura habenti reſeruata eſt,l.1.§.fin.ff.de quæſtio.l.relegati, ibi. *Et nemo poteſt commeatum, vemeatumue dare,niſi Imperator ex aliqua cauſa.* l. ad beſtias,5. ex prouincia, ff. de pœnis, l.acta, §. de amplianda, ff. de re iudic. cum alijs pluribus congeſtis per Peregrin. Farinac.&

Cancer,

51 Cancer. locis citatis. Sic iudices ordinarij nec bannitos remittere, nec gratiam delinquentibus facere possunt, Bart. Alberic. & communiter DD. in d.l.relegati.l. fin.ff. de offic. procurat. Cæsar. Paris de Put. de syndic. in tit. de Potestat. iud. num. 4. Anto. Gomez tom. 3. de delic. tit. de exilio, & relegati. num. 4. Ofasc. decis. 101. num. 6. Menochi. de arbitr. q. 92. num. 6. Peregrin. de
52 iur. fisc. lib. 5. tit. 2. num. 3. maximè quoniam iudices ordinarij, prout eis iussum, & legitimum videbitur, iudicare, non autem pœnas remittere, & indulgentias concedere habent, quia ad hoc mandatum iurisdictionis non extenditur, l. pœnam, C. de pœn. quã rationem ad hoc reddidit Farinac. d. q. 6.
53 num. 11. Sic Paris de Pute. de syndicat. in verb. *An si tempore* num. 1. probat quod iudex neque ad clamorem populi potest gratiam facere, & relaxare pœnam, quamuis eius executionem possit accelerare, si aliter tumultus sedari non potest.

54 Limita conclusionem extante contraria consuetudine, quia ius indulgendi, & gratioſe remittendi delictorum pœnas, cõsuetudine ab inferioribus à Principe acquiri potest. Ofasc. conſ. 66. num. 38. vbi ad fauorem Baronum loquitur, Aloysi. Ricci. in collectan. decis. par. 3. collect. 661. vbi dicit
55 Episcopos de cõsuetudine generali, & quasi possessione, in qua manutenẽtur, facere gratiam de omnibus delictis etiam post latam sententiam, & se ita decisum retulisse in Curia Archiepiscopali Neapolitana dec. 55.
56 Vincent. de Franchis dec. 370. num. 1. vbi tradit Barones de consuetudine ante sentẽtiam facere gratiam de delictis vassallorũ quando adest partis remissio, secus post sententiam, quod etiam in Cathalonia seruari testatur noster Cancerius qui supra cap. 2. num. 141. & nos testamur, & scribit ibi Frãchius i num. 13. quid pendente causa appel-
57 lationis si à sententia Baronis appelletur, an adhuc possit Baro gratiam facere. ad quem articulum decidendum iuuant tradita per
58 Gutier. prac. qq. lib. 1. q. 35 à num. 2. Et quãuis Farinacius qui supra q. 6. num. 2. ad fin. dicat de simili consuetudine se libere non confidere, tamen fatetur num. 3. hanc aggratiandi facultatem residere apud dictos Barones, si ea à Principe in inuestitura illis data sit, quod indubitatum vocat Vincenti. de Franc. qui supra num. 1. & idem Farinac. n. 13. subijcit posse etiã iudices ordinarios gratias facere, & bannitos remittere, si hanc in specie habeant à Principe concessam facultatem, quod notauit Socin. sen. conſ. 83. nu. 3. lib. 4. Cur ergo consuetudine induci illud 59
legitime non potest cum ex tacito Principis & populi consensu oriatur, vulgat. l. de quibus, ff. de legib. An hæc aggratiandi fa- 60
cultas possit ab inferioribus à Principe præscribi exactissime, Ofasc. decis. Pedemontana 101. à num. 14. & conſ. 66 n. 38.

Sed an vbi Barones, & alij similes inferio- 61
res à Principe delinquentibus pœnas solum ante sentẽtiam gratioſe remittere possunt, possint & post sentẽtiam, si iudex in eadem condemnando reum certa pœna, nisi misericordiam, & gratiam Domini reseruauerit; videntur posse ad tradita per Rebuffum in prax. tit. de forma Vicariatus num. 176. & 177. Cancerium par. 2. var. cap. 2. nu. 142. Riccium par. 3. collect. 661. contrarium ta- 62
men existimo verum, & audiui declaratum in hac Regia Audientia, & censuit Aloysi. de Leo in l. 3. C. ex quib. caus. infam. irrogat. num. 11. cum hoc in fraudem fieri videatur, argumento l. non dubium, C. de legib. & quod vna via prohibetur, nec alia permitti debet, c. cum quid de reg. iur. lib. 6. licet sciam apud multos practicari.

De Principe non dubitatur ipsum posse 63
omnes pœnas nedum pecuniarias, sed etiã corporales remittere, etiam per sententiam & condemnationem inflictas, ac etiam si sententia in rem iudicatam transierit, & ita omnes affirmare testãtur Iul. Clar. in prax. q. 59. & Oddus de restit. in integr. lib. 1. q. 92. artic. 2. num. 12. & docent Farinac. in prax. crim. par. 1. quæst. 6. num. 1. & 2. vbi rationẽ 64
affert, quia cuius maiestas immediate offensa est, immediate quoque iniuriam, & offensam remittere potest. Peregrin. de iur. fisc. lib. 4. tit. 8. num. 15. & 17. August. Morla in empor. iur. par. 1. tit. 1. q. 10. n. 14. qui duo 65
posteriores admonent Principem in hoc facilem esse non debere ne alioquin delicta

maneant

maneant impunita ad l.si operis,C.de poen. cum publice interſit, vt delicta in aliorum exemplum puniantur,l. ita vulneratus, ff.ad
66 l.Aquil.ideoque Caietanus q. 67. art. 4. & alij Thomiſtæ dicũt hoc raro cõtingere poſſe.De hoc pro foro conſcientiæ, Soto de iuſtit.& iur lib.5.q.4. art.4.in poſteriori concluſione.Nauar.in manu.cap.25.n.14.

67 Limita concluſionem de Principe,vt nõ procedat,vbi adeſt inſtantia partis læſæ, de quo per dictũ Morla n.19.& 13.poſt S. Thomam q.67.art.4.Nauarrum cap.23.nu.14. S.Antoninum 3.p.tit.9.cap.2.§.5. & tit.29. cap.1.§.7. Silueſtrum in ſumma verb.*iudex* 1.q.11.& alios,& per Menochium de arbitr. q.96.num.1.& 2.& per Peregrin. d.titul.8. num.16.& 18. qui multum libere loquitur & contraſcripta per eundem Menochium.

68 Cæterum illud certum eſt, quod licet pars non remittat iniuriam,ſi tamen plurimum expedit bono communi,poteſt Princeps totam poenam remittere, vel commutare in aliam ſiue poſt ſiue ante ſententiam,vt ſi vir tempore belli Reipub. neceſſarius capite plectendus eſſet, Alfonſ. à Caſtro lib.2.de l. poenal.c.12. concluſ.2. Soto lib.5. de iuſt.& iur.q.4.art.4. Morla d.q.10. num.16. Franciſc. à Ponte de poteſta. Proreg. titul.10. §. de ſaluo conducto num.1.& 3.vbi exempla ponit,& ibi etiam quid de Principe indulgente propter res proſpere geſtas, ſine
69 partis remiſſione. Rationem reddit Morla, quia bonum publicum, cuius cura Principi incumbit,præferendum eſt priuato,l.vni.§. fin.C.de caduc.tollen.gloſ. in ca. ius gene-
70 rale 1.diſ. Facit tex.in l.non omnes,§.fin.de re milita.vbi dicit tex.quod ſi trasfuga multos alios demonſtrauit,poteſt ei per Principem indulgeri;& tex. in l. ad beſtias, ff. de
71 pœnis, vbi quod ſi eſt condemnatus ad mortem aliquis vir magni roboris,vel inſignis artificij qui eſſet vtilis Reipub. iudex debet Principem conſulere, & non mandare ſententiam exequutioni, cuius textus argumẽto Paris de Pute,de ſyndicat. in verb. *An ſi tempore* n.2.notat quod licet aliter Princeps
72 non poſſit damnatum ad mortẽ ſine partis iniuria liberare,tamen ſi perſona ſit ſtrenua, & ſingularis artificij,& vtilis Reipub.poteſt.

Quæro 5.reſolui ſupra in priori diſceptatione iudices in viam iuſtitiæ poſſe ex cauſa poenam legibus expreſſam delinquentibus in ſentẽtia minuere vel augere. Quæro modo an idem poſſint & poſt ſententiam per eandem iuſtitiæ viam. Dic non poſſe, quia poſtea quam iudex aliquam ſententiando inflixit poenam,dicitur functus officio ſuo, l. poſtea quam,ff.de re iud.l diui fratres,ff.de poen. vnde ex poſt facto non poterit ſuã ſententiam tollere,mutare,nec in aliquo alterare,l.1.§.ſi quis vltro,ff.de quæſtio.vbi ſi iudex condemnauit aliquem ad mortem,& poſt ſententiam conſtet de innocentia condemnati, non poteſt illum abſoluere, & ſuã ſententiam reuocare,niſi Principe conſulto. notant ibi Bar.& communiter D D. Couar. pract.qq.c.34 num.5. ad fin. Bouad.in Polit.tom.2.lib.4.cap.5.num.67. Anton. Gomez tom.3.c.de tortur.reor.num.33.Oſaſc. deciſ.101. num.8. Oddus de reſtit. in integ. lib.2.q.92. art.3.num.21. Iul. Clar. in prax. crim.q.85. num.10.verſ.*Scias etiam*. Farin. in prax.crim.p.1.q.11.num.12 & 20.& q.17. num.61.

Limita ſi fiat incontinenti,quia poteſt iudex poenam à ſe per ſententiam nominatim inflictam,incontinenti reuocare, l.Paulus 1. ff.de re iudic. quam latiſſime explicat Felinus in c. qualiter 1.de accuſat. & docet Couar. vbi ſupra.

Limita item ſi iudex in ipſa ſententia facultatem mitigandi,ſeu declarandi poenam ſibi exceperit,ſeu reſeruauerit,poſſunt enim iudices regulariter in ſententia ſibi ipſis reſeruare diminutionem pœnæ, ipſiuſvè declarationem: modo declaratio contraria nõ ſit pœnæ per ſententiam definitæ, ad tradita per Bouadil. in Polit. tom.2.lib.5. cap.3. num.117.Couar. qui ſupra dicta q.34.nu.5. ad fin. Petr.Cenedo pract.qq.q.9.n.31.

Inſuper limita quando iudex proceſſit de facto ad puniendum reum aliqua poena, tunc enim poteſt ipſe reuocare, Diaz de Luc.in prax. verb. *In exilium mitti*. num.3. vbi docet, quod ſi clericus eſſet de facto in exilium miſſus,bene poſſet per eundem iudicem reuocari,& ibi additio Ignaſij Salzedo, quæ ait quod depoſitus de facto,etiam de

81 de facto reſtituitur. Et quod factum de facto, poſſit per eundem iudicem reuocari, probat tex. in l. 1. 5 hoc edictum, ff. ſi mulier vent. nom. gloſ. in l. minor, in princip. in verb. *ſecundus*, ff. de cuictio. cum alijs pluribus cõgeſtis per Salzedo dicto loco, & per Tiraq. poſt leges connubiales, gloſ. 5. num. 15. Sebaſtian. Vanti. de nullitatibus, in parte. Quid
82 ſit nullitas. num. 16. Hinc Bouadilla in Polit. tom. 2. lib. 5. cap. 3. num. 117. eorum iudicum fraudes deteſtatur, qui cum legitimè reum pœna debita condemnauerint, vel interq; poſtea eundem à pœnæ debito gratioſe ſubleuare, cum eo conueniunt, vt de nullitate ſententiæ dicat, & illam nullam declarant ad liberandum delinquentem.

83 Limita præterea in mulctis, nam illas poſſunt iudices, etiam poſtquam irrogatæ fuerint, remittere, & diminuere, non tamẽ abſolutè, ſed ex cauſa paupertatis illius condẽnati, vel alia iuſta cauſa per tex. in l. eos, C. de modo mulcta. in fin. & in l. illicitas, 5. fin. ff. de offic. præſid. vbi Bar. & Bald. Bouad. in Polit. tom. 2. lib. 4. cap. 5. n. 68. Auiles in c. 1.
84 Prætor. gloſ. *Derechamente. n. 6.* vbi ait ſe ita pluries feciſſe, & ſubdit n. 7. idem eſſe in banno, quod poteſt remitti propter paupertatem per iudicem etiam ex poſt facto. Eſ-
85 cobar de ratiocin. cap. 24. n. 11. vbi inquit iudicibus licere mulctam remittere pauperibus condemnatis, vt in l. fin. C. de mod. mult. quod ad tutorem extendit erga debitores minoris ob nimiam paupertatem. Pe-
86 regrin. de iur. fiſc. lib. 4. tit. 8. n. 19. vbi addit in partibus ſuis de facto etiam citra cauſam paupertatis magiſtratus relaxare mulctas, & quandoque in totum, & aduertit cogitandum an iſtud verum ſit in mulctis incidenter adiectis ob contemptam iuriſdictionem iudicis, ſecus verò ſit in mulctis principaliter impoſitis, quaſi quod hæ ad fiſcum irreuocabiliter pertineant. facit quod notat Paris de Pute. de ſyndicat. in verb. *Paupertas.*
87 num. 1. officialem propter paupertatẽ poſſe remittere collectam, vel aliud onus.

88 Limita quoque quia iudex etiam poſt latam ſententiam poteſt commutare pœnam pecuniariam in corporalem ad inſtãtiam Fiſci ob defectum æris per regulam, l. fin. ff. de in ius vocand. quod qui non habet in ære, luat in corpore, notat Riccius in collecta. par. 3. collect. 661. Theſaur. deciſ. 232. Peregrin. in d. tit. 8. n. 20. Auiles vbi ſu- 89
pra n. 6. vbi notat ſecundum Iaſonem hanc regulam procedere in pœnis quæ à iure imponuntur limitatæ, & certæ, ſecus in multis, quæ imponuntur extra ordinem arbitrio iudicis, quia has poteſt iudex remittere propter paupertatem.

Limita denique in ſententia contra hæ- 90
reticum per tex. in c. vt commiſſi, 5. nec non de hæretic. lib. 6. per quem textum ſpeciale eſt in hoc crimine, vt iudex poſſit ſententiam mitigare, & mutare, ſi id viderit expedire, nec eſt ad hoc neceſſarium, quod facultas mitigandi pœnam fuerit in ipſa ſententia à iudice excepta, ſeu reſeruata, Couar. prac. qq. cap. 34. nu. 5. ad fin. Zerol. in prax. Epiſcop. par. 1. verb. *hæretici*, verſ. *Ad tertium.* Petr. Cened. can. qq. q. 9. n. 31.

Quæro 6. An poſſit iudex dilationes aut 91
terminos à iure præfixos, & ſtatutos extendere, vel coarctare. Dico quod quandoque lex dilationem tribuit, non expreſſò ipſius tempore, quod eſt deinde iudicis miniſterio declarandum, & hoc caſu arbitrio iudicis erit illud diffiniendum: & non ſolum po- 92
terit definire, verum etiam definitum mutare, & reuocare, quamquam ſententiando pendente termino á ſe dato, non cenſetur eum reuocare, ſed nulliter dicitur pronunciare, vt notat optimè Gratian. deciſ. 144.
Quandoque lex dilationem ſtatuit, & dies, 93
ſeu tempus illius exprimit, & præfigit, & tũc terminus ille à lege ſic ſtatutus, non poteſt à iudice prorogari, vel limitari, poteſt tamen ex aliqua iuſta cauſa. ita ſentiunt DD. in l. 2. ff. de re iudica. Dyn. in c. indultum 17. n. 11. vſque ad n. 15. de reg. iur. Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 52. n. 3. 6. & 7. Stephan. Gratian. diſcep forenſ. cap. 289. n. 22. Cancer. var. reſol. par. 2. cap. 16. n. 36. & par. 3. cap. 16. à nu. 146. Paz in prac. tom. 2. par. 5. cap. vnic. nu. 5. & veriorem dicit idem Men. n. 3. quamuis 94
fallat vbi à lege ipſa prohiberetur prorogari, ex traditis per Fuſcũ de viſitatione lib. 2. cap. 5. de edicto exam. n. 11. & an poſſit pro- 95
rogari quando eſt præfixus iuriſdictioni iudicis

UAB Biblioteca de Ciències Socials

dicis scribit Gutier. de iur. confir. par. 3. c. 5.
96 numer. 14. & 16. Ratio est, quia ex causa licet à regulis iuris recedere, l. si hominem, ff. mandat. Deci. in capit. cum sit Romana num. 13. de appellatio. & argumento sunt tex. in d. l. 2. & in l. 4. §. si quis condemnatus ff. de re iudic. l quid ergo, §. pœna grauior,
97 ff. de his qui notan. infam. Sic hæredi datur tempus triginta annorum ad hæreditatem adeundam, l. licet, vbi glos. C. de iur. delibera. & tamen petentibus creditoribus, vel legatarijs potest iudex statuere tempus hæredi intra quod adeat, l. si quis instituatur hæres, §. sed si bonorum, ff. de hæred. instit. l. fin. §. 1. C. de iur. delib. notat post alios Ildefonsus Perez de Lara de anniuersari. & capellan. lib. 2. cap. 9. numer. 48. Sic
98 quoque ex c. pastoralis de exceptio. iuncta communi opinione Abbatis, & aliorũ ibi, tempus proponendarum exceptionum à iure statutum potest per iudicẽ ex causa mutari. Alia exempla congerit Augustin. Morla in empor. iur. par. 1. tit. 2. quæst. 25. à num. 2 ad num. 5.

99 Fateor Franciscum Ripa in d. l. 2. ff. de re iudic. num. 14. complures allegasse Doctores tenentes iudicem etiam ex causa nõ
4 posse prorogare, vel coarctare legales dilationes, & hanc opinionem innumeros DD. sequutos esse ait Morla d. q. 25. num. 6. Sed nostra sententia est verior teste Menochio vbi supra, & vt video, communior, & in praxi seruatur, quod sensit Ripa qui supra n. 14.
8 conferunt etiam tradita per Lara vbi supra
100 num. 48. Neque obstat non posse auferri per hominem, quod indulgetur à iure, c. indultum de reg. iur. lib. 6. quia, vt explicat post Dynum Gratianus d. cap. 239. nu. 22. procedit quãdo sine aliqua cognitione cau-
101 sæ hoc fieret. Neque vrget quod factũ Prætoris iuri derogare non potest, ex l. 1. ff. de ferijs, & l. 5. C. ad l. Iul. de adult. quoniam vt probatur ex eadem l. 1. §. 1. de ferijs, secus est ex aliqua iusta causa. Neque denique
102 conuincit tex. in l. nemo, C. de tempo. appel. vbi tempus datum ad appellandum, nec rescripto Principis prorogatur, nam neque
4 textus iste dicit non posse prorogari ex causa, prout ex causa posse prorogari defendit Paz in prac. d. cap. vnic. n. 5. & ex consensu partium posse prorogari tenent citati per Cancer var. p. 3. c. 12. n. 38. in fin. licet alios referat contrarium asserentes.

Inferas malè loquutam fuisse glosam, 103
verb. *octo dierum* in c. *pia*, §. si quis igitur. de exceptio. lib. 6. dum (si credimus Tiraquello de retract. lignagi. §. 8. glos. 2. nu. 14.) tenet tempus statutum in eo tex. ad probãdum excommunicationis exceptionẽ, etiã ex causa per Iudicem prorogari non posse.
Inferas quoque optimam esse obseruantiã 104
nostræ Regiæ Audientiæ in causis, quas vocant. *Compareant partes.* in quibus, quãdo, si dilationes constitutionum Principatus seruarentur, res esset tempore peritura, vel iurisdictio euanesceret, vtun causis officialiũ temporalium, proceditur per dilationes breuiores, & arbitrarias, ac declaratur in forma prouisionis, quod est conforme traditis per Menochium d. casu 52. n. 14. & 16. & probat Cancer qui supra p. 3. cap. 16. à numer. 146.

Causas ob quas dilationes prorogari, vel 105
coarctari possunt, enumerant Bart. in l. 2. num. 5 ff. de re iudic. Abbas in c. 1. num. 7. de dilati. Ripa in d. l. 2. de re iudic. num. 26. latè Menoch. d. casu 52 à num. 9. & Augustin. Morla par. 1. tit 2. q. 25. à nu. 8. ex quibus Abbas num. 8. & Menoch. num. 22. post alios. DD. subijciunt rectè facere iu- 106
dicem, si in casibus, in quibus à iuris Cõmunis dilationibus ex causa recedit, causam exprimat. An & quando absentia, vel impe- 107
dimentum aduocati, vel procuratoris sit iusta causa concedendi dilationem, seu dilationem iuris prorogandi, docent Felin. in c. 1. vt lite non contesta. Mascard. concl. 10. incip. *Absentia* latè Vincen. Carocius de remed. contra præiudicia. senten. exceptione 22. quæst. 28. num. 24. & seqq.

Sed & Bartolo. Cepola in tractatu cautelarum cautela 13. cautè animaduertit iu- 108
dicem, qui vel secundum ius Commune ad tex. in c. vltra tertiam de testib. & Lancellotum in suis institutionibus canonicis lib. 3. tit. de probationib. §. dabunt autem. vel iuxta ius aliquod statutarium, non potest nouã dilationem sine causa concedere, posse ta-

men

men veterem, antequam finita ſit, ſine cauſa prorogare, quia non eſt noua dilatio, ſed eadem, quod antea notauit Angelus in l. fin. ff. de feriis, Paul. de Caſtro in l. 1. C. de dilat. & Speculat. in tit. de teſtib. §. nũc dicamus Bald. in l. 1. in fin. C. quo modo & quan. iud.

09 Quæro 7. circa prædicta, an à parte ſit opponẽdum de lapſu termini, vel iudex ex officio debeat non audire partem procedentem extra terminum veluti ſi lapſo termino iuris reus recõueniat actorem, vel actor opponat exceptionem litis ingreſſum impediẽtem, an iudex debeat ex officio huiuſmodi reum reconuenientem, vel actorem excipientem repellere. Verius eſt, quod ſit opponendum à parte, & ita notat Iaſ. in repetitione, l. ad monendi num. 12. cum ſeqq. ff. de iur. iuran. & in l. vniuerſa in 1. notab. C. de precib. Imper. offeren. Anton. Oliban. de actionib. par. 1. lib. 3. cap. 4. nu. 25. & 26.

10 Iuuat etiam Iacob. Cancer. var. reſol. par. 1. cap. 17. de appellationib. num. 50. vbi poſt Felin. in c. quo ad conſultationem in fin. de ſen. & re iud. ait, ſi partes concordent appellatum eſſe, niſi appellatus excipiat non eſſe appellatum intra decendium, iudicem non debere id executere. Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. cap. 268. num. 15. faciunt, & tradita per collegam meum don Acaſium

1 de Ripoll var. reſol. cap. 6. num. 59. Rationem aſſignat Oſiban. vbi ſup. poſt Iaſ. dd. locis, & poſt Benitend. deciſ. 55. quia leges ſeu ſtatuta ſimiles terminos ſtatuentia, intelligi debent parte opponente, quia ſunt huiuſmodi leges auctoritate publicæ, ſed vtilitatem priuatam principaliter reſpiciũt.

2 Quam theoricam circa cautiones à lege, vel alios actus tendentes in fauorem alicuius, pluribus ſimilibus comprobat, & aliquibus caſibus limitat Stephan. Gratian. deciſ. 202. in additio ex n. 1. & diſcep. foren. to. 2.

13 cap. 325. n. 13. Confert quod tradit Micha. Ferrer. 3. par. obſeruantia. cap. 76. ſtatutum cogens iudicem ad aliquid intra certum tẽpus faciendum, intelligi parte petente, ſicq; dicit, vbi conſtitutiones diſponunt, vt iudices intra certum terminum ſententiam dicant, intelligi debere petente parte. Iuuant & ſcripta per Cancer. var. reſol. p. 3. cap. 17.

14 deſcendent. & earum exequut. numer. 257. & ſeqq. vbi tamen limitat, niſi aliud ex mẽte legis, ſeu ſtatuti deduceretur, ideoq; Regij Senatus deciſionem defendit, qua cenſuit in caſu conſtitutionis 5. tit. de arbitris & arbitratorib. cautionem ab ea cõſtitutione requiſitam ad exequendam pendente appellatione ſententiam arbitralem præſtari debere, licet non fuerit à parte petita. Idem Cancer. p. 2. c. 14. n. 165. in noua editio. & p. 1. c. 21. n. 16. vbi d. Senatus deciſionem controuertit. De illo etiam articulo an pars 116 debeat opponere de lapſu termini, vel iudex ex officio debeat nõ audire partẽ procedentem extra terminum, agit Seraphin. de priuileg. iurani. priuile. 149. Sed an ſuf- 117 ficiat ſi pars opponat de lapſu termini in allegationibus iuris. Reſpondet Gratian. qui ſupra d. c. 268. n. 18. non ſufficere, cum opponi debeat in proceſſu cum diſtinctione tamen, de qua Bart. in l. eum qui ita 55. §. qui ita ſtipulatur num. 4. de verb. obligat. Aym. conſ. 150. num. 2. in prin. verſ. *Simile videmus.* Guid. Pap. deciſ. 221. num. 6. & quod vbi aliquid eſt opponendum, non ſufficit ſi opponatur *in allegationibus iuris, ſed debet in proceſſu* opponi, repetit idẽ Gratian. deciſ. 122. n. 6.

EX QVÆSTIONE VII.

SVMMARIVM.

1 *Conſultationes iudicis ad Superiorem permiſſæ ſunt, & aliquando neceſſariæ.*

2 *Si iudex cauſam teſtibus, & inſtrumentis indagauerit, & in ea definienda anceps ſit Principem conſulere debet.*

3 *Superior mortaliter peccat, ſi ſine cauſa cõſultationibus iudicum reſpondere recuſat.*

4 *In Cathalonia Regium Concilium tenetur ex conſtitutione reſpondere inferiorum iudicum conſultationibus.*

5 *In Aragonia omnes officiales Iuſtitiam Aragonum conſulere, eiſdemque Iuſtitia Aragonum reſpondere tenentur.*

6 *Iudi-*

6 Iudicem super quæstione facti Superiorē consulere non oportet, sed super quæstione iuris tantum.

7 Alexander tertius de facto consultus noluit respondere.

8 Index qui super facti quæstione Superiorem consulit, imperitum & inutilem se ostendit & quare.

9 Ex facti consultationibus suspicio oritur iudicem ad vitandum laborem, & curam negocij, vel odium partium, illas ad Superiorem interponere.

10 Extra casus in iure statutos iudices abstinere debent à referendo Principi ea quæ in facto consistunt. & num. 11.

12 Facti consultatio ad Principem in l. tribuni. & in l nemo C. de re milita. lib. 12.

13 Facti consulatio ad Principem in l. Palatinos 2. C. de colla. fund. fiscal. lib. 12.

14 Si ius non recipiat probabile dubium, nec iudex super quæstione iuris consulet Principem, nec Princeps ei respondere tenetur.

15 Intellectus fori Aragonum & constitutionis Cathaloniæ vnicæ tit. Que la Real Audientia haje de respondre a las consultas dels ordinaris.

16 Stante statuto, quod consilium sapientis adhibeatur, adhiberi non debet, si casus est clarus.

17 Similiter si casus sit in iure expressè devisus.

18 Recusare responsum Superior potest, si nō exprimatur quare casus dubius sit.

19 Etiam super quæstione iuris dubij non debet facile moueri iudex ad consulendū Superiorem & quare.

20 In Regno Castellæ Regium Concilium respuit consultationes iudicum inferiorū.

21 Pœnæ iudicum consulentium Principem doloſe ad diferendam litem.

22 Casus in quibus iudex Superiorem consulere debet.

23 Vnus est si iudex à potentibus impediatur in administratione iustitiæ.

24 Qui tenetur capere & præsentare malefactorem, si non possit propter impotentiā, debet hoc iudici superiori nunciare.

25 Iusticiarij debent significare Regi Castra & ciuitates, quarum incolæ in soluendis collectis se exhibent renitentes.

26 Si quis clericorum per vim defendat eos, qui ad supplicium vehuntur, ad Principem refertur.

27 Propter defectum iurisdictionis, & propter competentiam iurisdictionis inter duos iudices, relatio fit Superiori.

28 Quando de interpretatione, vel intellectu legis quæritur, ad Principem recurritur.

29 Legis ciuilis interpretatio in quantum concernit clericos, spectat ad Papam, in quantum autem concernit laicos, ad Imperatorem.

30 Quantum ad vnam causam etiam iudex potest interpretari legem, nisi esset dubiū ita arduum vt certus intellectus dari non posset. & quid in Legato Principis.

31 Quando agitur de interpretatione Regij priuilegij, Princeps adeundus est.

32 Intellectus ac distinctio Aloysij de Leo circa hoc.

33 Alius intellectus & distinctio Iacobi Cancerij.

34 Alius intellectus & distinctio Michaelis Ferrerij.

35 Alius intellectus & distinctio Iacobi Calicij.

36 An de sententijs Principis idem dicendū sit quod de priuilegijs.

37 Infertur aduersus praxim Regiæ Audientiæ circa euocationem causarum prætextu quod agatur de interpretatione Regiorum priuilegiorum.

38 Leges & Canones edicta rescripta priuilegia statuta vltimæ voluntates consuetudines & contractus vndè interpretationem capiant.

39 Quando Princeps iniustum aliquid iudici præcipit seu contra ius, supersedere debet, Principi rescribere, & secundam iussionem expectare.

40 Quid si emanat secunda Principis iussio iniustum aliquid præcipientis.

41 Opinio aliquorum DD. indistinctè tenentium secundam iussionem Regis exequi debere.

42 Hæc opinio refutatur.

41 Opinio aliquorum DD. indistincte tenentiũ secundã iussionẽ Regis exequi debere.

42 Hæc opinio refutatur.

43 Conciliarij Principis, quibus ex officio incumbit Principi consilium dare, seu eius nomine iustitiam ministrare, si Principi aliquid iniustum præcipienti, etiam si eis bis idem præceptum fuerit, obediunt, & contrarium ei non suadent, grauiter peccant.

44 Tenentur quatenus in eis est, resistere & Principem à proposito retrahere sub peccato mortali.

45 Melius est vt iudex pro suæ conscientiæ exoneratione renũciet officio, quã iniustũ præceptum exequatur. & num. 47.

46 Officiales minores quorum non est tanta auctoritas vt Principem à suo proposito retrahere possint, & exequutores qui nullam causæ cognitionẽ habent, possũt præceptum Principis iniustum exequi nec id exequendo peccant, secundum opinionem Hieronymi Portoles.

47 Hæc opinio si Principis præceptum manifeste iniustũ est, multis auctoritatibus & argumentis impugnatur.

48 In foro exteriori Nuncij & exequutores qui ad præceptum Principis seu alterius Superioris aliquid iniustum vel cõtra ius exequuntur, in syndicatu non tenentur.

49 Hoc procedit in delictis leuibus, secus in atrocibus, quamuis minoretur pœna quidquid sit de mandato Principis.

50 In Cathalonia Regium reseriptum contra constitutiones illius habetur ipso facto pro nullo & nullus iudex vel officialis ei obtemperare debet.

51 Idem in Aragonia constitutum extat.

52 Quando periculum vel damnum in expeditione negocij incurrere potest, iudex Superiorem consulere debet & ad eum relationem transmittere.

53 Quando iudex ex aliqua iusta causa legẽ transgreditur, Principem consulere debet.

54 Iudici licet ex causa transgredi leges & statuta, etiam iurata.

55 Limitatur in iudicibus maioribus, secus in minoribus.

56 In maioribus causis decisioni Principis reseruatis & super arduo graui & difficili facto iudex Principem consulit.

57 Illustres personæ in criminalibus cõdemnari & puniri non debent, nisi consulto Principe. & num. 60. & 61.

58 Fallit si illustris persona committeret delictum contra alium pariter illustrem.

59 Fallit item si ex delicto admisso graue generaretur scandalum, nec aliter in populo posset tumultus sedari.

61 In Cathalonia nobiles siue militari priuilegio gaudentes non possunt in Criminalibus à Regio Vicario puniri, ex generali Cathaloniæ consuetudine.

63 Intelligit Cancerius vt per Regem seu Regium concilium & non per Regios Vicarios aut alium corporaliter puniri nequeant in Cathalonia quod ita sit de iure Communi.

64 Intellectus circa id per Petrum Fontanella traditus siue opinio eiusdem.

65 Barones in Cathalonia de causis personarũ militarium nec in Ciuilibus nec in Criminalibus cognoscere possũt, sed in Ciuilibus cognoscit Regius Vicarius.

66 Princeps consulendus est, quando excellẽtis peritiæ artifex ad mortẽ damnatus est, & quare.

67 Extenditur si damnatus fuerit ad torturam.

68 Rursus extenditur ad quãcũque pœnam, propter quã Respublica dãno afficeretur, licet ex illa pœna mors vel mortis timor non procedat.

69 Azo insignis Iureconsultus capite damnatus fuit & in eum proclamantem de l. ad bestias de pœnis exequuta sententia.

70 Regula prædicta fallit in latrone manifesto seditioso factioso & id genus sceleratissimo, cui nec Princeps debet pœnam remittere ob egregium illius artificium.

71 Potest iudex arbitrio suo ob personæ dignitatẽ & excellẽtiã pœnã ordinariã legis minuere, non tamen omnino indulgere.

72 Illustres personas & in dignitate positas non esse pœna mortis pro homicidio puniẽdas de iure, nisi contraria existat consuetudo, tenuit Anton. Gomes.

73 Iudex

UAB Biblioteca de Ciències Socials

73 Iudex regulariter pro condemnando & puniendo delinquentem non debet Principem consulere.

74 Ius deportandi in insulam ad quẽ spectet, & quomodo, & an Princeps circa insulã assignandam consulendus sit.

75 Præses Prouinciæ in insulam relegare potest, si tamen insulam sub se habeat, alias pronunciare potest se in insulam relegare & scribere Principi vt insulam assignet.

76 Si furiosus habens dilucida intervalla homicidium committat, Principi seu Regio Concilio referre iudex debet.

77 Intellectus glosæ ad l. diuus 14. ff. de offic. præsid. & n. 78.

79 Si post latam sententiam constiterit de innocentia rei, supersedere iudex debet, & Principem seu Regium Concilium consulere.

80 Si reum de homicidio testibus conuictum iudex innocentem sciat, Principẽ cõsulere debet, & quare.

81 Si iudex à quo, noluerit appellationẽ admittere, & appellans obtinuerit coram iudice ad quẽ, Principi seu Regio Concilio referendum est vt iudex primitiuus puniatur.

82 Iudex non admittens appellationem ad Superiorem, peccat.

83 Ex forma cõmissionis deducitur an Principi referendum sit.

84 Iudex Superiorem consulens debet consultationis copiam partibus apud acta edere.

85 Vel integra acta processus ad Superiorem transmittere.

86 An in relatione facienda necessaria sit partis citatio.

87 Qualiter puniatur pars relationẽ ad Superiorem transmissam aperiens.

88 Cuius expensis transmittenda sit causa ad Superiorem consulenda.

89 Quando Princeps vel Superior difficile adiri & consuli potest, excusatur à consulendo iudex, qui alias consulere tenebatur.

90 Relatione pẽdente nihil per iudicem innouari potest: sed eius officium sub decreto nullitatis conquiescit.

91 Amplia etiam Principe mortuo, cui erat relatio facta quia dicitur facta dignitati. & n. 95.

92 An & quando iudex relationem causæ à se factam reuocare possit, & causam prosequi.

93 Limita prædictam regulam, nisi ad sedãdum tumultum expediret accelerare punitionem, non expectato Superioris consulti responso.

94 Limita item nisi expiraret inter in iurisdictio iudicis consulentis, & per Superiorem non inhibiti.

95 Relatio sicut appellatio iurisdictionẽ suspendit.

96 In Cathalonia nomine Principis consulendi regulariter Proregem & eius Regium Concilium intelligimus.

97 Prorex in Cathalonia Alter nos est, & idem tribunal, nec ab eo ad Regẽ appellatur aut recurritur, & absente Rege omnia potest, quæ Rex ipse, si præsens esset, nõ nullis dũtaxat exceptis, quæ per iura Patriæ & mores maiorum à Regia Corona non separantur.

QVIBVS CASIBVS IVDEX SVPERIOREM CONSVLERE DEBEAT.

QVÆST. VII.

ONVS Iudex nõnunquam Superiorẽ consulit, nec huiusmodi cõsultationes sunt in iure improbatæ, sed permissæ & aliquãdo necessariæ, ita vt iudex consulere Superiorem teneatur l. 1. & ibi Bart. & alij l. 2. & 3. C. de relatio. c. intimasti de appellatio. l. vltim. C. de legib. glos. in l. diuus Marcus ff. de offic. præsid. glos. in l. 1. §. quæsitum & ibi Imo. ff. de appellatio. glos. in auth. vt iudices non expectent sacras iussio. Speculat. li. 2. par. 2. tit. de relation. §. 4. Marant. in specul. 3. par. 6. partis principalis q. 1. num. 7. Petr. Gregor. in syntag. iur. 3. par. lib. 50. cap. 1. n. 16. Bellug. in spec. princip. rubr. 37. num. 5. Lancellot. de attentat. 2. par. capit. 8. de attentatis relatione pendente nu. 5. Cletzeli. in tractat. de appellatio. cap. 4. num. 38. vbi id Plinium in suis ad Traianum litteris significare docet & ex Baroni. 4. anna. Eccles. anno 385. num. 21. & alijs confirmat. tradit quoque Bouadill. in polit. tom. 1. li. 2. cap. 21. num. 202. Neuisan. cons. 13. num. 2. Auil. in cap. prætor. 6. glo. *notifiquen.* num. 6. & cap. 20. glo. *saber.* Alphons. Narbon. ad leges regias lib. 1. tit. 3. lege 35. glo. 5. num. 4. vbi quod si iudex causam testibus & instrumentis, aliisq. vestigijs veritatis, vt loquitur Constãtinus in l. vbi falsi. 22. C. de fals. indagauerit, & in ea definienda anceps & dubius sit, Principem cõsulere debet. Hieronym. Portoles. ad Molin. §. consultatio. n. 1. & 4. vbi post Gofr. Imol. Neuis. Luc. de Penna & Afflic. tenet Superiorem mortaliter peccare si sine causa consultationibus iudicum inferiorum respondere recusat. Quare in Cathalonia extat constitutio vnica tit. *Que la Real Audientia responga a las consultas dels ordinaris*, vol. 1. constitution. vbi cauetur Regiũ Concilium teneri respondere inferiorum iudicum consultationibus. Sic quoque in Aragonia omnes officiales aliquod probabile dubium habentes, Iustitiam Aragonum consulere debent, eisdemque Iustitia Aragonum respondere tenetur, vt post Molin. notat Portoles. ad eum in d. verb. consultatio n. 1.

Hic primum mente colendum est iudicem regulariter super quæstione facti Principem vel alium Superiorem consulere nõ oportere, sed super quæstione iuris tantum l. eum quem temere 79. §. iudicibus ff. de iudic. vbi Vlpianus ita ait. *Iudicibus de iure dubitantibus Præsides respondere solent, de facto consulentibus non debent Præsides consilium impartiri, verum inbere eos prouti religio suggerit, sententiã proferre, hæc enim res non nunquam infamat & materiã gratiæ vel ambitionis tribuit.* hactenus iure cõsultus. glo. ibi & in l. 1. verbo *consulat.* & ibi Salyc. C. de relatio. glos. in auth. vt iudices nõ expectẽt sacras iussiones. glos. in l. diuus Marcus ff. de offic. præsid. quare Alexander 3. de facto consultus noluit respondere in cap. de mulcre 6. de sponsa. sic quoque Callistratus in l. 3. §. ideoq. vers. *Tu magis scire poteris.* ff. de testi. respõdit iudicẽ magis scire posse an sit probatum delictum. merito ergo Vlpianus inquit hãc rẽ nonnunquã infama-

8 famare nam vt declarat Narbona d. l. 35. glo. 5. num. 31. iudex qui facti quæstionem Superiori detulit, & super eam eundem cõsolit, imperitum satis & inutilem se ostendit cum quæstionem illam non audeat discernere, q̃ iam ipsius potestati ius reliquit, merito quoque subiungit Vlpianus hanc rem materiam gratiæ & ambitionis tribuere, nam vt explicat Bouadill. d. c. 21. num. 200 ex facti consultationibus suspicio sub oritur
9 iudicem aduitandum laborem & curam negocij vel odium partium, illas ad Superiorem interponere. ideoque in authent. Iustiniani cauetur vt iudices sacras siue Imperiales iussiones non expectent. Vnde Auiles in cap. prætor. 6. glo. *notifiquen.* n. 5. animaduertit extra casus in iure statutos iudices abstinere debere à referendo Principi
11 ea quæ in facto consistunt, aliquando tamẽ relatio facti mittitur ad Principem, Platea in l. si grauius in fine principij C. de dignitat. li. 12.

12 Sic in l. tribuni 11. & in l. nemo 13. C. de re milit. lib. 12. si tribuni in deputato loco nõ extiterint, sed per possessiones diuagẽtur ad Principẽ referri necesse est vt seuerissimè in eos animaduertatur: & in l. Palatinos
13 2. C. de colla. fund. Fiscal lib. 12. si Palatini qui à Comite rerum priuatarum ad Præsides cum publicis litteris destinantur vt scilicet Fiscales pensitationes exigant, temere versati fuerint, per ordinarios iudices referri ad Principem oportebit vt in eos acerrimè vindicetur.

14 Nec super quæstione iuris iudex cõsulet Superiorem, si ius sit clarũ ita vt probabile dubium non recipiat, tunc enim neque Superior consultus respondere tenetur, l. 2. C. de legib. & ibi Bald. nu. 3. Alex. in l. iudices in fin. C. de iudic. Deci. in c. intimasti. nu. 6. de appellatio. Late Hieronym. Portoles. in scholijs ad Molin. verbo, *consultatio.* num. 2.
15 5. 6. & 7. vbi hoc casu Iustitiam Aragonum officialibus consulentibus nõ teneri respondere docet. fuse quoq. noster Cãcer. var. pdr. 3. cap. 10. ex n. 81. vbi sic etiã interpretatur constitutionem vnicam tit. *Que la real Audiẽcia haje de respõdre à las cõsultas dels ordinaris.* Hinc est quod stãte statuto quod cõ
16 silium sapientis adhibeatur, adhiberi non debet, si casus clarus sit, vt tenet Bart. in l. Iste aut ille 5. cum in verbis ff. delegat. 3. Alexand. cons. 145. volum. 5. Cephal. cons. 201. num. 3. volum. 2. Similiter si casus sit 17
in iure expresse decisus, Superiorem non esse consulendum insinuant Auiles d. cap. prætor. 6. glos. *notifiquen.* num. 6. Bouadill. dict. cap. 21. num. 202. Sed & recusare 18
responsum iuste Superior poterit, vbi in consulatione clare non exprimitur quare casus consultatus dubius sit, vt declarat Neuizan. cons. 13. num. 3. Purpurat. in l. de quæstione num. 3. & 7. C. de pact. Specul. in tit. de relatio. 5. qualiter in lib. 2.

Nec facile moueri iudex debet ad con- 19
sulendum Superiorem etiam super quæstione iuris dubij, laborat enim suspicione quod consilium petit ad liberandum se ab onere eius negocij vel ne pars postea condemnata odio eum prosequatur, vt expendit Bouadill. dict. cap. 21. num. 199. & 200. vbi satius arbitratur ne iudex inferior Regiũ Concilium consulat, quia in suo Regno Regium Concilium huiusmodi consulta- 20
tiones respuit nec certum responsum reddit. Caueant autem iudices ne dolosè ad 21
differendam litem similes ad Principem consultationes transmittant, nam pœnas luent relatas in l. 2. C. de legib. quod aduertit Narbona d. lege 35. glos. 5. num. 6. Barbosa in l. eum quem temere 5. t. n. 32. & 33. ff. de iudic.

Complures in iure sunt casus in quibus 22
iudex Superiorem consulere debet. Primus sit si à potentibus impediatur in admi- 23
nistratione iustitiæ iuxta notata per Guido Pap. singul. 201. sic tenet Bald. in l. si qui latrones C. de his qui latron. occultare. num. 3. & ibi Bart. & Alex. in additi. quod qui
tenetur capere & præsentare malefactorẽ. 26
si hoc non potest propter impotentiam, debet tamen hoc iudici Superiori nunciare. & Luc. de Penna in l. missi opina- 25
tores C. de exactor. tribut. lib. 10. docet quod iustitiarij debent significare Regi Castra & Ciuitates quarum incolæ insoluendis collectis se exhibent remittentes, vt in authentic. vt iudices sine quoquo

suffrag.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ſuffrag.5.volum.& in l.2.C. de offic. rector.
26 prouin. Similiter in l. addictos 7. C.de Epiſcopa. Audient. decernitur vt ſi quis Clericorum aut monacorum per vim & vſurpationem defundere eos qui ad ſuppliciũ vehuntur vel detinere cupiant & vindicare, ne in eoſdem vindicta debite ſumatur, cõmiſſi criminis narratio ad Principem referatur, vt pro arbitrio ſuo quid fieri oporteat, præcipiatur. Et propter defectum iuriſdictionis relatio fit Superiori, vt tenet gloſ. in l. 1. C. de relatio. verbo. *conſulat* in fin. Alex. in Iudices C. de iudic. num. 5. & propter competentiam iuriſdictionis inter duos iudices, vt notat Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 21. num. 202.

28 Secundus caſus ſit quando de interpretatione vel intellectu legis quæritur, tunc enim ad Principem recurrere neceſſe eſt, nam eius eſt interpretari, cuius & condere l. 1. l. cum de nouo & l. fin. verſ. *Si enim* C. de legib. Morla in empor. iur. tit. de legib. q. 11. n. 21. Faquin. controuerſ. iur. lib. 1. c. 3. verſ. *Tertia eſt cõcluſio.* Alphonſ. Modic. dubit. iuris. 1. p. 5. lex eſt. dubit. 15. num. 1. Aloyſi. de Leo in l. omni innouatione 11. n. 4. C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi ait legis diuinæ
29 vel Canonicæ interpretationem pertinere ad Papã & ſimiliter legis ciuilis in quãtum concernit clericos per tex. inc. 1. de iuram. calum. in quantum autem concernit laicos ſpectare ad Imperatorem per l. fin. C. de legib. quia eius eſt interpretari cuius eſt condere. Hoc intelligit verum Aloyſi. de Leo
30 d. num. 4. generaliter, quantum autem ad vnam cauſam, etiam iudicem poſſe interpretari ſubdit ex Innocen. in c. cum ſpeciali de appellatio. & ex glo. in c. 1. de poſtulat. prælat. niſi eſſet aliquid ita arduum vt certus intellectus dari non poſſet tunc enim Principem adeundum eſſe docet ex l. pen. & fin. C. de legibus. & ex Panor. in c. 1. de iura. calum. qui in d. c. 1. de poſt. prælat. ſcribit etiã quid in legato Principis. His adde circa adeundum vel conſulẽdum Principem ſeu legiſlatorem pro declaranda mente legis, optimam diſtinctionem quam ex Leonardo Leſio & Vincentio Filliucio notaui, & tradidi infra quæſt. 18. num. 28. quam nolo hic repetere, cum facile ibi videri poſſit.

Tertius caſus ſit quando agitur de inter- 31
pretatione Regij priuilegij, circa quam imprimis Aloyſi. de Leo in dict. l. omni innouatione 11. num. 7. hanc adhibet diſtinctionẽ. Aut dubium eſt ſuper poteſtate concedentis an ſcilicet potuerit illud impartiri, & tunc nulli inferiori à Principe licet interpretari ex reg. Panormit. in c. cum veniſſent de iudic. Aut dubium eſt ſuper validitate vel ſurreptione, & poteſt inferior iudex ſecũdum communem DD. & ſæpe ita iudicauit ſacrum Neapolitanum Concilium etiã quod ſit iudex laicus, vt refert Afflic. deciſ. 220. n. 9. Aut dubium eſt circa verba ſolum, & tũc 32
ſi caſus eſt clarus & facile decidibilis, poteſt inferior cognoſcere ad præiudicium partiũ & eſt communis DD. concluſio ex notatis per Innocen. in c. cum ſpeciali de appellati. ſi vero caſus eſt dubius, ad Principẽ attinet interpretatio, ſi eius præſentia facile haberi poteſt argumento d. cap. cum veniſſent & in l. ex facto ff. de vulgar. & pup. ſubſtit. ſi autem facile nõ poteſt Princeps adiri propter loci diſtantiam, poterit inferior interpretari per rationem naturalem & veriſimilẽ quæ notari poteſt per expreſſa verba, pro quo eſt caſus in d. l. ex facto 5. ſecundo. Aut dubiũ verſatur circa Principis intentionem, & decidi non poteſt ſine dubio magno, & tunc interpretatio eſt ſolius Principis. facit q. ad prædicta tex. in c. venerabilem de electio. & Speculat. in titulo de leg 5. nunc oſtendendum.

Iacobus Cancer. var. p. 3. c. 3. num. 145. 33
& 146 aliter diſtinguit, nempè. Aut contenditur Principaliter & per ſe de valore priuilegij, ſeu de interpretatione verborum ipſius de eius mente, vi, & poteſtate & tunc cauſa pertinet ad Principem ſeu ipſius Regium Concilium per textum in d. cap. cum veniſſent in dict. lege ex facto in dict. l. fi. C. de legibus & in l. finali ff. de conſtit. v. g. ſi eſt conceſſum priuilegium immunitatis tibi & deſcendentibus tuis perpetuo, & dubitatur an appellatione deſcendentium uepos ex filia tua contineatur. Aut nõ contenditur de iure priuilegij, nec Principis mẽte, ſed de facto

partium veluti ſi eſt datum priuilegium exemptionis à gabellis alicui Vniuerſitati & eius ſingularibus & controuerſia ſit an tu ſis incola illius loci & conſequenter priuilegio gaudeas, tunc quia non de iure priuilegij ſed de facto partium quæritur, inferiorum iudicum cognitio eſt ex Bald. in c. 1 apud quem vel quos feud. controuer. in vſib. feud. & ex Butrio in d. c. cū veniſſent. Hanc Cancerij diſtinctionem poſt eum laudat dō Ioan. Caſtillo de tertiſſimè comprobat dō Ioan. Caſtillo de tertijs c. 41. nu. 192. Præterea (Cancerius ſubdit) iudex inferior incidenter, quatenus iuuat negociū principale in cauſa deductū, poterit de priuilegio cognoſcere & ipſum interpretari ſi de priuilegio, excipiendo vel replicando agitur, ex Abbate, Felin. Deci. & alijs in d c. cum veniſſent.

34 Michael Ferrer. 1. par. obſer. Regiæ Audiētiæ c. 24. infraſcripta vtitur diſtinctione. Aut quæſtio eſt de priuilegio, aut de priuilegiato. De priuilegio vt puta cū id de quo quæritur, tangit iuriſdictionem Principis vel patrimonium eius, vel quando intētio Principis in priuilegio diſponentis eſt dubia & ambigua & interpretatione indiget, & tunc ſolꝰ Princeps cognoſcit. De priuilegiato, cū diſceptatur an qualitates in priuilegio requiſitas habeatis qui eo frui deſiderat vt ſi priuilegium nobilibus vel Doctoribus tributū ſit, & quæritur an nobilis ſis vel doctor & conſequenter illo vti valeas, & tunc etiā inferior cognoſcere poteſt, ex Bal. in c. 1. n. 3. apud quem vel quos controuer. deb. decid. in vſib. feu. & ex Ioan. Andre. in c. cum tempore de arbitr.

35 Iacob. Calici. in margarita fiſci 8. dubio in prærogatiua 74. diſtinguit in modum ſequentem. Aut tractatur directè de conceſſionibus & priuilegijs Regijs ſcilicet ſi ſunt iuſta vel iniuſta, valida vel inualida, & ſolus Princeps iudex eſt. Aut tractatur indirectè de priuilegijs puta ſi iuuāt cauſam, vel ſi ſūt vera vel falſa vt in d. c. cum veniſſent cū ibi notat. per Innocen. & Anto. de Butri. & tūc iudex ſeu officialis inferior cognoſcere poteſt. Quid in ſententijs Principis an idem 36 dicendum ſit quod de priuilegijs latè Vincen. de Franc. deciſ. 398. vol. 2.

Ex his infertur, quamcunque ex ſupra traditis amplectamur diſtinctionem, nō videri iuri conformem praxim noſtræ Regiæ Audiētiæ quæ indiſtinctè ab ordinarijs omnes ad ſe cauſas eo prætextu quod agatur de interpretatione regiorum priuilegiorū euocat, licet de facto priuilegij ſeu de priuilegiato vt ſupra loquebamur, dumtaxat quæratur, magiſq. videtur à cōſtitutionibus Cathaloniæ aliena, quibus præcipitur vt cauſæ Vicariæ intra Vicariam, & Baiuliæ intra Baiuliam vertantur, niſi qualitas aliqua ſeu regalia vt euocentur, concurrat. de quo aliquādo cum eſſem aduocatus Ciuitatis Barcinonæ, acerrimè conqueſtus ſum, ægrè enim ferebat Ciuitas quod hoc videbatur cedere in graue præiudicium ſuarum iuriſdictionum. 37

Generaliter leges & canones & edicta, reſcripta & priuilegia & ſtatuta, vltimæ voluntates, conſuetudines & contractus interpretationem capiunt vel à conſueto modo interpretandi vel à ſimilibus, vel à iuribus ſcriptis. de lege eſt tex. in l. ſi de interpretatione & in l. non poſſunt. ff. de legib. de edicto Prætoris in l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdic. omn. iud. de priuilegijs & beneficis in l. beneficij. ff. de conſtitut. Princip. & in l. 1. §. in intrio ff. de offic. præfec. vrb. de vltimis voluntatib. in l. librorum de legat. 3. de contractibus in l. veteribus ff. de pact. de conſuetudinibus in l. de quibus ff. de legib. de ſtatutis in l. Cæſar ff. de public. & vectig. & in l. 2. C. de noxal. de reſcriptis in cap. cauſam & c. licet de præbend. 38

Quartus caſus ſit quando Princeps aliquid iniuſtum iudici præcipit ſeu cōtra ius, tunc enim ſuperſedere debet & Principi reſcribere, atque ſecundam iuſſionem expectare l. ſi vendicari, & ibi Bald. & Salycet. C. de pœn. cap. ſi quando vbi Innocen. Zabarell. Imol. Panor. Bellam. Felin. Deci. Ripa & Nauar. multa notant, de reſcript. gloſ. in §. deinde in auth. de mandat. Princip. Paris de Pute. de ſyndicat. in verb. *Reſiſtentia*. num. 6. Neuizan. in ſylu. nupt. lib. 6. num. 29. ante finem Grammat. vot. 31. & vot. 32. numer. 13. Aymon conſil. 319. numer. 19. verſiculo *Quarto reſpondeo*. 39

Menoc.

Menoc. de arbit. casu 333. num. 6. Iul. Clar. in prac. §. fin. q. 60. num. 16. Couar. li. 2. var. c. 8. num. 1. Bossi. in tit. de homicid. num. 96. & 97. Asinan prax. §. 31. lim. 11. alios plures refert Hieronym. Portoles ad Molin. in verbo, *consultatio.* num. 17. & 18.

40 Sed quid si emanat secunda Principis iussio iniustum aliquid præcipientis. Dixi latè supra in quæstione 3. de opinionum delectu sub quinta regula. Vltra ibi dicta nonnulla hic valde notanda subnectam.

41 Hieronym. Portoles. id d. verb. *consultatio.* num. 20. asserit quosdam non leuis auctoritatis DD. indistinctè tenere secundam iussionem Regis exequi debere ex quo de eius clara voluntate cōstat & huius opinionis nonnullos refert, inter quos citat Bossi. in tit. de homicid. num. 96. & 97. & Iulium Clarum. §. fin. q. 60. num. 17 quem citare

42 voluit. num. 16. Sed ista opinio falsa est vt conuincitur ex fusè per me traditis in d. regula 54. & per eundem Portoles. loco citato ex num. 21. & per Gabriel Berart in specul. visitat. cap. 25. ex num. 119. sub 57. excusatione vsq. ad num. 130. & per Vincē. Caroci. in tractat. de exceptionibus contra sententias. excep. 22. q. 31. num. 20. imò etiam per eundem Iul. Clar. eadem q. 60. num. 16.

43 Dico igitur primo, quod consiliarij Principis quibus ex officio incumbit Principi, seu eius Locumtenenti generali consilium dare seu eorū nomine iustitiam ministrare, si Principi aliquid iniustè præcipienti, etiam si eis bis idem præceptum fuerit, obediūt

? & contrarium ei non suadent, grauiter peccant, quia magis humanam quam diuinam Magestatem obseruant & venerantur Luc. de Pēna in l. omnes iudices C. de decurio. li. 10. Capic. decis. 132. num. 2 & pluribus relatis Auctoribus Neuiza. in sylu. nup. li. 6. num. 49. Autles in cap. Prætor. 1. num. 31.

44 latissimè Carrer. in prac. num. 110 tenētur enim quatenus in eis sit, resistere, & Principem à proposito retrahere, alioquin desinquunt & mortaliter peccant, Grammat. vot. 31. num. 9. & 17. Cepol. caute. 214. & 215. num. 2. Portoles. d. verb. consultario. n. 21. 22. & 23. Berar. vbi supra ex num 123. & (vt vno verbo multa congeram) aliquā plurimi grauissimi, tum Theologi tum Iurecōsulti scriptores relati per supradictos Portoles, Berar. Caroci. & me ipsum profusè locis citatis, adde Felin. in c. consanguinei nu. 8. de reiudic. vbi ait melius esse vt iudex pro 45 sitæ conscientiæ exoneratione renunciet officio quam iniustum præceptum exequatur.

Dico 2. quo ad officiales minores quorū 46 non est tanta auctoritas vt Principem a suo proposito retrahere possent, atque etiā quo ad exequutores qui nullā causæ cognitionē habēt, tenet Portoles vbi supra num. 24. eos posse præceptum Principis iniustum exequi nec id exequendo peccare, ex quo ad ipsorum officium non pertinet iudici cōsulere & illicita ei dissuadere per tex. in c. pastoralis §. qui vero de offi. deleg. in quam sententiam non nullos DD. allegat. Sed hæc 47 opinio, si Principis præceptum manifestè iniustum sit, non est vera, vt alicitur & comprobatur ex per me traditis in d. quæstion. 3. de opinionum delectu sub d. regula 5. vbi etiam communem DD. intellectum ad d. §. qui vero, obseruauimus & deducitur etiā ex congestis per Berar. vbi supra ex num. 123. videndus est præsertim S. Thom. 2. 2. q. 64. artic. 6. ad 3. vbi ait quod aliter excusarentur carnifices qui exequentes sentētias tyrannorum, occiderunt martyres Christi: & Pater Ioan. Marques vir doctissimus de Christiano gubernatore par. 1. cap. 10. vbi docet officialem & ministrum, si Superioris sui præceptum contineat notoriam iniustitiam, nō posse parere, etiam si officium suū non parendo amissurus sit, vel gratiā Principis, & (quod plus est) vitam: quia secūdum Apostolum obedire oportet magis Deo quam hominibus. Pater Vincen. Filliuci. è Societate Iesu moral. qq. to. 2. tractati. 28. par. 2. cap. 5. quæsti. 3. nu. 90. & 91. vbi scribit, quod quando constat id quod præcipitur, esse peccatum, etiam veniale, peccat subditus si obediat.

Dico 3 In foro exteriori Nuncij & exe- 48 quutores qui ad præceptum Principis, seu alterius Superioris aliquid iniustum vel cōtra ius exequuntur, in syndicatu non tenen-

rur, quia præceptum iudicis eos à syndicatu excusat. ita censent Cepol. cautel. 214. nu. 1. Catald. de syndic. num. 32. Alex. cons. 11. n. 8. & 10. vol. 3. Gram mat. dec. 36. n. 81. cum seq. Portoles hos & alios refers in d. verb. *consultatio.* num. 25. & 26. vbi ita decisum
49 memorat. Sed nec ista sententia est perpetuo vera iuxta notata per Iul. Clar. in prac. §. fin. q. 60 num. 16. vbi Cataldini opinionem limitat in delictis leuibus, dicens in delictis atrocibus mandatum Superioris nunquam excusare secundum communem de qua Ias. in cons. 136. post med. lib. 1. quamquã in atrocibus propter mãdatum Superioris, mitius puniri subdit vt sentut glo. 1. in l. 2. C. de sepul. violat. quam DD. teste Didaco
50 communiter approbãt & hoc quicquid sit de mandato Principis. In Cathalonia constitutione Ferdinandi primi curiarum anni 1413. cap. 7. & constitutione Ferdinandi secundi curiarum anni. 1481. cap. 22. quæ sunt constitutiones 7. & 11. in ordine tit. *de obseruar constitucions.* expresse cauetur quod si à curia domini Regis vel eius Locumtenentis generalis in Principatu Cathaloniæ aliquod rescriptum, seu præceptum contra constitutiones Cathaloniæ emanauerit, ipso facto habeatur pro nullo, & nullus iudicum vel officialiũ ipsi obtemperet. Idẽ
51 in Aragonia constitutum est vt in foro 1. de iuramento præstando, & notauit Portoles. d. verbo *consultatio.* nu. 17. & 19. nam quo ad reseruata subditi censentur liberi, Bart. cons. 59. lib. 1. Ancarra. cons. 437. quos sequitur Surd. cons. 323. nu. 5.

52 Quintus casus, quo iudex Superiorem consulere debet, sit quando periculum vel damnum in expeditione negocij incurrere potest, tunc enim ad Superiorẽ merito relationem transmittit, vt mandet qualiter vel in negocium determinare, nec tenetur se periculo illi subijcere, Bald. in l. quæ ex relationibus C. de legib. & ibi quoque Bart. & Paul. de Castr. qui asserunt relationem inferioris iudicis, seu officialis aliquãdo esse necessariam, aliquando probabilem & aliquãdo temerariam, Auil. in cap. prætor. 22. in glo. *relacion.* & cap. 20. in glo. *nos lo haga luego saber.*

Sextus casus sit, quando iudex ex aliqua 53
iusta causa legem transgreditur, tunc iure optimo Principem consulit vt notat Bouadill. in polit. to. 1. lib. 2. cap. 21. n. 202. nã iu- 54
dex potest ex causa transgredi leges vel statuta, Innoc. in c. 1. de constitutio. Alex. cõs. 65. lib. 1. Andre. Sicul. in tractat. de præst. Cardinal. in 9. quæst. primæ partis, Catell. an. Cotta in memoral. verbo, *Decretum maioris iudicis*, & verb. *armorum offendibilium* Guid. Pap. quæst. 206. vbi ad statuta iurata extendit. Lazari. canon. quæst. par. 2. q. 5. nu. 55
58. Sed limitatur procedere solum in iudicibus maioribus: secus autem in minoribus ita Bald. in auth. hodie C. de iudic. Ias. in l. pen. ff. de condic. ob causam. Cotta in d. verbo, *Decretum maiores iudicis.*

Septimus casus, deducitur ex natura ipsius causæ, vt quia sit de maioribus causis decisioni Principis reseruatis veluti in c. vt debitus de appellatio. c. maiores de baptis. Lancellot. de attentat. 2. par. cap. 8. de attẽtatis relatione pendente num. 3. vel super aliquo arduo graui & difficili facto, Aberic. in rubr. C. de relation. Platea in l. si grauius in fin. princip. C. de dignitat. lib. 22. Bouad. vbi supra c. 21. num. 202. 56

Octauus casus, quoniã illustres personæ in criminalibus condemnari & puniri non debent, nisi consulto Principe l. qui cædem pen. ff. ad leg. Cornel. de sicar. ibi. *vt & cõsulto prius Principe & iubente id fiat.* & ibi Bart. & communiter DD. l. fin. C. vbi Senatores vel clarissimi. & ibi Paul. Salycet. & communiter DD. docet Anton. Gomes. 57
variar. resoluti. to. 3. cap. 3. n. 2. vbi tamen 58
asserit non procedere si illustris committeret delictum contra alium pariter illustrem quia tunc subdit posse eum condemnari ab ordinario. Alponc. Narbona ad leges regias 59
lib. 1. tit. 3. lege 35. glo 5. num. 7. vbi limitat nisi ex delicto admisso graue generetur scãdalum nec aliter in populo possit tumultus sedari, tunc enim nulla ad Principem relatione facta licere iudici delinquentem pœnis subdere per d. l. qui cædem in fi. scribit. Bouadil. in politic. tomo 1. lib. 2. capite 21. num 202. Tiraquel. de pœnis temperan. cauſ. 31. nu. finali Parlador. lib. 2. rer. quotidi.

tidi. cap. 2. num. 20. Auiles in cap. 6. prætor. glo. *notifiquen.* n. 1. & Ioan. de Platea in
60 l. cum adoptiuum C. de decuri. li. 10. dicit quod quando decuriones & principaliores Ciuitatis crimẽ capitale committunt, debet Principi reſcribi de pœna imponenda per l. moris §. iſte cum glo. & l. diui fratris in fin.
61 ff. de pœnis. Sed & idẽ Narbona d. glo. 5. n. 23. obſeruat non licere Præſidi decurionem damnare niſi ad Principem recurratur vt ſententiam proferat iuxta d. l. diui fratres §. de decurionibus. & l. 1. §. ſimili modo ff. quando appell. ſit.

62 Hinc in Cathalonia nobiles ſiue militari priuilegio gaudentes non poſſe in criminalibus à Regio Vicario puniri notat Calici. in prærogatiua militari n. 29. & 30. & in vſat. placitum mandetur n. 4. verſ. 18. vbi ait, id eſſe ex conſuetudine generali Cathaloniæ. ſequitur Mier. in Curia Barcinon. Regis Petri 2. anni 1283. c. 56. incip. *itẽ quod nullus miles.* quod eſt conſtitutio 2. ſub tit. de iur. fiſc. in 1. volum. conſtit. n. 9. Petr. Fontanel. de pact. nupti. tom. 1. clauſ. 3. glo. 3. nu. 38. Iacob. Cancer. var. par. 2. cap. 2. in noua editione nu. 138. & id ipſum videtur ſentire ſententia Regis Petri 3. in 2. vol. conſtitut. tit. *de iuriſdictio de tots Iutges* cap. 6. ibi. *Attẽdentes quod ad nos ſolum pertinet iudicare, & cognoſcere de perſonis generoſis &*
63 *non ad alium quemcumque.* Sed hoc quod milites in Cathalonia per dominum Regẽ, ſeu Regium Concilium & non per alium puniantur, intelligit Cãcer. vbi ſupra d. c. 2. nu. 140. & 141. vt corporaliter milites per Vicarios Regios puniri nequeant inconſulto Prorege, quia iure cõmuni illuſtres perſonæ capite plecti non poſſunt inconſulto Principe d. l. diui fratres & d. l. 1. ff. quand.
64 appell. ſit. Voluit tamen contra d. Fontanella Regium Vicarium eſſe iudicem competentem perſonarum militarium in Cathalonia etiam in criminalibus licet male faceret capite plectendo perſonam militarem inconſulto Prorege, poſſetque etiam
65 euocari cauſa ad Regium Concilium. Illud planum eſt in hac Prouincia Barones non poſſe cognoſcere de cauſis perſonarum militarium, nec in ciuilibus, nec in criminalibus, ſed in ciuilibus cognoſcit Regius Vicarius conſt. *ſi negu* tit. *de iuriſdic. de tots Iutges.* & latè poſt antiquos ſcriptores Cancer. & Fontanell. locis citatis.

Nonus caſus, quando excellentis peritiæ 66
artifex dãnatus fuerit, tunc enim Princeps adeundus & conſulendus eſt vt ob eximiũ artificium liberetur propter vtilitatem Reipublicæ vt eleganter ait Iureconſultus in l. ad beſtias 31. ff. de pœnis. ibi. *Sed ſi eius roboris vel artificij ſint vt dignius populo Romano exhibere poſsint, Principem conſulere debet.* quem tex. ſummopere commendant & ornant claſici omnes ibidem, Paris de Puteo de ſyndicat. verbo, *Pœna.* cap. 1. in fin. Iul. Clar. lib. 5. ſenten. §. fin. quæſt. 60. n. 26. Baiard. ad eundem n. 97. Tiraquel. de pœn. temperan. caſu 50. Anton. Gomez tom. 3. var. cap. 13. n. 36. Couar. li. 2. var. cap. 9. n. 6. Alphonſ. Narbon. ad leges regias lib. 1. tit. 3. lege 35. glo. 5. ex n. 35. profuſe Farinac. to. 3. praxis criminalis de pœnis temperandis quæſtion. 98. cauſa 15. à num. 134. cum ſeqq.

Ampliat Anton. Gomez vbi ſupra vt hoc 67
etiam obtineat in tortura vt ſcilicet peritiſſimus *in arte non debeat torqueri*, quia ex tortura facile mors ſequi poteſt ex l. dãnatum. §. quamuis. ff. de pœn. ſed Alphonſ. Narbon. loco citato n. 36. extendit ad quã- 68
cumque pœnam quæ Rempublicam dãno afficeret itavt à pœna a iudice inſita reus ob inſignẽ peritiam liberetur, licet ex ea mors vel timor mortis non procedat. Quod, vt cõ 69
memorat Alciat. lib. 9 parerg. cap. vlti. non fuit obſeruatum in Azone celebri iurecõſulto, qui capite damnatus fertur & in eum dedicta leg. ad beſtias, proclamantem executa ſententia.

Fallit in latrone manifeſto, ſeditioſo, fa- 70
ctioſo. & id genus ſceleratiſſimo quia poterit eũ iudex etiam inconſulto Principe morti tradere nec etiam Princeps debet illi pœnam remittere & facinora eius impunita relinquere propter egregium artificiũ ipſius, Tiraquel. de pœnis temperan. caſ. 49. à n. 13. & caſ. 50. n. 2. quem ſequitur Baiard. vbi ſupra num. 98 Farinac. dict. cauſ. 15. num. 185. per tex. in l. ſi quis filio

exhæredato §. hi autem omnes, ff. de iniuſ. rupt. Narbon. d. glo. 5. n. 40. & 41.

71 Cenſet Couar. lib. 2. var. cap. 9. n. 6 poſſe iudicem arbitrio ſuo ob perſonæ dignitatē & excellentiam pœnā ordinariam legis minuere & in leniorem permutare, nō poterit tamen omnino indulgere & ab omni pœna immunem ſeruare vt arbitratur Alphonſ.

72 Narbon. d. glo. 5. num. 39. Anton. Gomez var. tom. 3. cap. 3. n. 2. probat iure communi inſpecto, niſi contraria conſuetudo exiſtat, illuſtres perſonas & in dignitate poſitas non puniri pœna mortis pro delicto homicidij, ſed leuiori, & ſic deportationis ad quod iura allegat n. 1.

73 Regulariter iudex pro condemnādo, & puniendo delinquente non debet Principē conſulere, l. ſi quos in fin. C. de offic. præfec. prætor. Speculat. tit. de relatio. §. 2. vbi citat tex. in c. cuſtos 27. q. 1. & c. ſi homo & l. cōſtitutiones de appella. Auiles in c. 6. prætor. glo. ſ. *non ſiquem* num. 2. Sic ait Lucas de Penna in l. ſeruum domini C. de delator. li. 10. iudices eſſe debere diligentes ad maleficia punienda, ita vt ad Principem non crimina, ſed vindicta perueniat per d. l. ſi quos. nam eo ipſo cenſetur iudicantium culpa ſi ad Superiorem citius deueniat delinquentium culpa quam vindicta c. peruenit 18. diſt. c. ſacerdos 27. q. 2. d. c. ſi homo. Innoc. in c. ſicut de accuſat. Platea in l. quotiens C. de iuer. aduoca. li. 12. vbi nec crimina, nec pœna imponenda, eſt Principi intimanda, ſed abſolutè culpa punienda.

74 Decimus caſus quando quis in inſulam deportatur; nam ius deportandi habet Præfectus vrbis, non Prætor, vel Præſes Prouinciæ, ſed cum præſes videt aliquem deportandum, poteſt de hoc ferre ſententiā, mittere tamē poſtea debet ad Principem qui aſſignet huic damnato inſulam ſi hæc ſententia illi placuerit, l. inter pœnas 6. & ibi glo. ff. de interdic & relegat. l. ſi quis filio 6. §. eius ff. de iniuſt. rupt. l. 1. §. deportatos ff. de legat. 3. l. 1. ff. quando appella. ſit. Cletzeli. in tract. de appella. cap. 4. nu. 38. Alphonſ. Narbon. ad leges Regias li. 1. tit. 3. lege 35.

75 glo. ſ. n. 33. & 34. In inſulam verò relegare Præſides rectè poſſunt, dum tamen inſulam ſub ſe habeant, ideſt inſula circunſcribatur terminis ipſius Prouinciæ, cuius adminiſtratio eis commiſſa eſt: quod ſi non habeant, pronunciare poterunt ſe in inſulam relegare & ſcribere Principi, vt inſulam aſſignet, l. relegatorum 7. ff eod. Narbona vbi ſupra num. 34.

Decimusprimus caſus, quia ſi homicidiū aliquis perpetret, qui non fuerit ita furore detentus, vt continua mentis alienatione omni intellectu careat, ſed interuallis quibuſdam, referri ad Principem, ſeu Regium Cōcilium debet l. diuus 14. ff. de offic. præſid. Sed ſtatim in hac ſpecie opponitur, non rectè videri fieri Principi relationem, quod hic de quæſtione facti agebatur vtrum homicida ſanæ mentis fuerit necne delicti tēpore, ſuper quæſtione autem facti Principē vel alium Superiorem conſuli non oportet, ſed ſuper quæſtione iuris, vt ſupra ſcripſimus, & probat tex. in d. l. eum quem temere 79. §. fin. de iudic. Quare glo. ſ in d. l. diuus. verbo. *impartire*. quam ſequitur Petr. Barboſa ibidem nu. 29. interpretatur eam legem, quod ibi cauſa ad Superiorem non defertur, vt facti quæſtionem decidat, ſed relatio fieri iubetur, vt facti qualitate perpenſa Princeps iuris quæſtionem determinet & pœnam iuxta criminis atrocitatem impartiatur.

Decimusſecūdus caſus, nam ſi iudex reū ſua ſententia condemnauerit, & poſt latam ſententiam conſtiterit de innocentia rei, ſupeſedere debet & Principem, ſeu Regiū eius Concilium conſulere ne innocens puniatur l. 1. §. ſi quis vltro ff. de quæſtion. l. mortis §. ſed enim ff de pœnis Tiber. Decia. 2. tom. crimin. lib. 7. cap. 49. n. 51. Gigas in tit. qualiter in crim. læſ maieſt. proced. q. 16. num. 2. & 3. Bouadill. in polit. tom. 2. li. 3. cap. 15. num. 80. & tom. 1. lib. 2. cap. 21. num. 202.

Similiter ſi iudex certo ſciat (quia fortaſſe vidit) non Petrum, ſed Ioannem interfeciſſe hominem, exteteq; teſtium multitudo contra Petrum teſtantium ipſum homicidam fuiſſe, cum debeat ſecundum allegata & probata ſententiam dicere c. iudicet 3. q. 7 l illicitas §. veritas ff. de offic. Præſidi.

Prin-

Principem consulere debet ne contra propriam conscientiam sententiam proferat, vt docet S. Thom. 2. 2. q. 64. art. 6. ad 3. argumentum, Petr. Augustin. Morla in empor. iur. tit. 2. quæst. 1. num. 24. Alphons. Narbon. ad leges regias li. 1. tit. 3. lege 35. glos. 5. nu. 42. vbi pro hac sententia expendit tex. in d. l. 1. §. si quis vltro, in fin. ff. de quæstion.

81 Decimustertius casus, si quisquã ab aliqua sententia appellauerit, & iudex à quo, noluerit appellationem admittere & causa coram iudice ad quem prosequuta, vicerit, ad Principem seu Regiũ concilium referri necesse habet, vt ille ab non admissã appellationem digno supplicio afficiatur, l. a proconsulibus. 19. in fin. verb. C. de appellatio.

82 Peccat certe iudex si appellationem ad Superiorem non admittat, Nauar. in manua. cap. 25. n. 13. D. Antonin. 3. p. tit. 9. c. 14. §. 2.

83 Decimusquartus casus, cõstituitur ex forma commissionis puta si Principis rescripto cautum sit vt iudex causam cognoscat & referat vel vsq. ad sententiam exclusiue ius dicat, vt in cap. constitutus de appellatio. Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 8. de attentat. relati. penden. n. 4.

84 Si iudex de iure dubitans vult consulere Superiorem, debet consultationis capiã partibus apud acta edere vt si alicui litigatorũ displiceat, statim apud acta cõtradicat. tex. sunt expressi in l. 1. & 2. C. de relation. in c. intimasti de appellatio. glo. verbo, *Imperatori*. in can biduum. 2. q. 6. alias posset appellari glo. in c. cum olim magister de offic. delegat. Auiles in cap. Prætor. 20. in

85 glos. *Saber* n. 1 versic. *Et tene*. Sed tutius fortasse erit integra acta processus ad Superiorẽ transmittere iuxta tradita per Menoc. de arbitrar. iudic. casu 236. n. 6. & in relatione facienda non esse necessariam partis citationem notauit Lancellot. dict. cap. 8. n. 13.

87 Quod si relatio parti clausa & sigillata tradatur vt eam consulendam Superiori offerat & illam aperuerit, qualiter puniatur, docent Philip. Franc. & Dec. in d. c. intimasti. Speculat. in tit. de relatio §. qualiter n. 2 in fi. l. b. 2. & indicat tex. in d. c. cum olim magister & in c. olim de referip.

88 Consulori cum causam ex suo officio iudex transmittit, communi litigãtium impẽsa transmittit & expectat responsum quia vterq. eorum ad sui commodum litem finiri desiderat, Boeri. q. 303. n. 5. Ias. in l. ad personas egregias n. 3. ff. de iur. iuram. Menoc. de arbitr. iud. casu 228. n. 25. alias cõsultatio ad Superiorem expensis petentis fit, Bartol. in l. postulauerit in prin. ff. de adulter. l. Boua dil. in polit. to. 1. li. 2. cap. 21. n. 207. Cuius sumptibus fieri debeat consultatio tradit quoq. Io. de Anic. conf. 135. n. 6. Chas. rub. 4. §. 7. in verb. *si nec est*. n. 36. Bald. in l. hæc actio §. sed & si ff. fin. regund. & in l. 3. ad fin. C. de adulter.

89 Quando Princeps vel Superior. difficile adiri & consuli potest, excusatur à consulendo iudex qui alias consulere cum tenebatur l. si quis filio §. hi autem ff. de iniust. rupt. Bart. & DD. in l. 1. §. si plures ff. de exercitor. Abb. Felin. & DD. in c. ex parte de constituti. Bouadil. in polit. to. 1. lib. 2. c. 21. num. 118. in fin. vbi num. 203. & 204. valde commendat vt cum fit relatio, sit illa certa & fidelis. Auil. in cap. prætor. 1. glos. *Derechamente* num. 22.

90 Relatione causæ per iudicem ad Principẽ facta & relationis præsentatione subsequuta, nihil per iudicem innouari potest sed eius officium silere debet adeo vt gesta per ipsum, processus q. & sententia ipso iure nulla sint, siue ex natura causæ, siue ex forma commissionis, siue etiam ex voluntate ipsius iudicis relatio facta sit, c. licet de offic. delega. l. ex eo C. de appel. l. 1. C. de relat. Specul. in tit. de rela. §. effectus. post prin. Marãt. in tit. de appella. n. 7. Ruin. conf. 77. li. 5. Auiles in c. prætor. 20. glo. *Saber*. n. 1. vers. *Et relatio*. latè Lancellot. par. 2. cap. 8. de attentatis relatione pendente ex nu. 6. vbi

91 ampliat, quod nec etiam Principe mortuo cui erat relatio facta, potest iudex hac relatione pendente in causa procedere, quia non dicitur facta personæ, sed dignitati: &

92 docet an & quando iudex relationem causæ à se factã reuocare possit, & causam prosequi. Bouadil. to. 1. lib. 2. cap. 21. num. 205. & 206. vbi limitat nisi ad sedandum tumultum, vel seditionem aliquam expediret ac-

93 cele-

celerare punitionem non expectato Superioris consulti responso : item limitat nisi
94 expiraret interim iurisdictio iudicis consulentis, qui non fuisset per Superiorem inhibitus nec causa euocata ad illum extitisset. Hieron. Portoles ad Molin. verbo, *Cõsultatio.* num. 9. vbi cum d. ampliatione Lancelloti transit. nam relatio sicut appellatio iurisdictionem suspendit d. c. licet.

95

96 Obserua pro hoc Principatu Cathaloniæ quod quando diximus Principẽ cõsulendũ esse, regulariter in Cathalonia intelligere debemus Regiũ Cõcilium Excellentissimi Locumtenentis generalis Regiæ Maiestatis: nam is apud nos non secundum locum
97 post Regem obtinet, sed eundem, & *Alternos* vocatur, nec ab eo ad Regem est appellatio aut recursus, imò est idem tribunal & Rege absente omnia potest, quæ ipse Rex posset, si præsens esset, non nullis dũtaxat exceptis quæ per iura patriæ & mores maiorum nõ separant a Corona Regia, vt prosequitur Anton. Oliba de iure fisci cap. 4. num 58. & num. 61. & contineri ita solet in regio priuilegio, quod dominus Rex ad nouum pro tempore Proregem transmittere solet & notari seu registrari consueuit in domibus Deputationis Regni & Ciuitatis Barcinonæ, quæ huiusmodi clausulas ad vnguem attendunt.

EX QVÆST. VIII.

SVMMARIVM.

1 RAtione vitandi scandali receditur à iure.

2 *Causa vitandi scandali absoluitur quis à iuramento licito.*

3 *Mala tolerantur vt effugiantur scandala grauiora & hinc tolerantur meretrices.*

4 *Iniustè ac nulliter excommunicatus interdum tenetur seruare excommunicationem ratione vitandi scandali.*

5 *Licitum est diuisionem iam factam retractari & aliam de nouo fieri ob vitanda scandala.*

6 *Intellectus Panormitani ad regulam cap. 3. de regul. iur. in antiq.*

7 *Intellectus Panormitani improbatur.*

8 *Communis DD intellectus ad d. regulam cap. 3. de regul. iur. in antiq.*

9 *Scandalum in d. regula accipitur pro scãdalo passiuo, quod est peccatum proueniens ex bono vel opere, vel dicto alterius.*

10 *Scandalizari est peccare exemplo vel causa alterius.*

11 *Regula præd. cta intelligitur non de omni veritate, sed de sola illa, quæ est necessaria ad salutem siue illa vitæ, siue disciplinæ, siue iustitiæ sit.*

12 *Non licet docere & prædicare falsam doctrinam propter vitandum scandalum, cũ ad salutem necessarium præcise sit non docere falsam doctrinam.*

13 *Non potest Superior compellere iudicem ad mutandum suam sententiam, nisi sit euidenter iniusta, vel erronea : nec si iudex iustam iudicio suo dixit sententiam, debet mutare eam, etiam si inde Superior iratus scãdalizetur & in peccatum ruat. & num. 14.*

15 *Lex charitatis, quæ dictat vt plus te quã proximum ames, eadem præcipit vt plus in te quam in proximo peccatum euites.*

16 *Non potest quis ob euitandam mortem sibi inferendam eligere, vt aliquod peccatum mortale committat.*

17 *Intellectus tex. in cap. 2. de noui operis nunciatio.*

18 *An concedi debeat ante omnia restitutio possessionis spoliato, cum scandalum inde est futurum & ibi ratio n. 21.*

19 *An iudex possit cogere partes ad concordiam vt euitentur scandala. & ibi ratio num. 21.*

20 *Apud iudicem est sub sequestro retinenda possessio quando alias inter partes contendentes futurum esset scandalum, & ibi ratio n. 21.*

22 *Iudex publicè existens in peccato mortali, condemnando reum similis criminis, mortaliter peccat propter scandalum. & ibi ratio n. 23. & 24.*

25 *Secus est in iudice, qui occulto irretitus est scelere quantumcumque grauissimo,*

ni

nisi excommunicatus vel suspensus sit. & quare.

26 Iudex publicè existens in peccato mortali, condemnando reum similis criminis, non peccat mortaliter, si non sequatur scãdalum.

27 Adultera non tenetur reuelare suum crimen cum iactura vitæ aut famæ suæ, nec hoc modo fraudatis satisfacere, etiam si aliter id efficere non possit. & qua sit ratio.

28 Nemo tenetur se ipsum prodere quando crimen est occultum & omni suspicione carens & tunc de illo interrogatus, non tenetur fateri illud. & quare.

29 Confessarius de crimine pœnitentis interrogatus non tenetur illud propalare & quare.

30 Intellectus Nauarri ad regulam dict. cap. 3. de regul. iur. in antiq & de duplici scandalo pusillorum & Phariseorum.

31 Metu ingressus & professus religionem, si postea ad sæculum reuertatur, potest vxorem ducere, non obstante scandalo, quod aliquibus pro huiusmodi cõiugio oriretur, & quare.

32 An rerum Ecclesiasticarum repetitio, cuius ocasione oritur scandalum, fieri possit.

33 Quid si Prælatus speret minori cũ scãdalo res Ecclesiæ posse alio tempore repeti, an tunc differenda repetitio sit.

34 Intellectus tex. in c. nihil cum scandalo de præscriptio.

35 Laudatur S. Thomas Archiepiscopus Cãtuarien sis, qui cũ scandalo Regis & totius Regni bona Ecclesiæ repetere conatus est. & quare.

36 Nemo tenetur ad relinquenda bona spiritualia, seu temporalia propter scandalũ proximi, quod patitur eo quod non acquiescit rationi & monitioni probabili sibi reddite.

37 Non tenetur quis pati rapinam aut furtũ eo quod raptor vel fur scandalizetur per repetitionem à se coram iudice competente petitam & quare.

38 Intellectus tex. in cap. 2. de noui oper. nũciatio, quod intelligitur de scandalo pusillorum, non de scandalo Phariseorum.

39 Consiliarius in exponenda sua sententia in Consistorio salua conscientia quid facere possit vel non possit, quidque debeat obseruare.

40 Cum nullum timetur incommodum, debet Consiliarius dicere quod sentit, nec aliter ei fas est.

41 Quicquid incommodi instare videatur, nunquam licet falsum dicere aut aliter quam quisque sentiat.

42 Si malum quod sibi Consiliarius timet, graue sit, malum autem, quod pro veritate tuenda Reipublicæ impendeat, leue: potest ita se gerere, vt neque assentiat, neque dissentiat nempè vtendo verbis ambiguis & liceret etiam illi hoc casu continere se domi nec ad Consistorium ire.

43 Cum graue Reipublicæ damnum immineat, tunc quodcunque malum subeundum sit, semper expromenda est sua cuique sententia clare & libere, cum ea tamen qua decet reuerentia & modestia; nec licet Consistorium fugere.

QVEM-

QVEMADMODVM IN IVDICE INTELLIGATVR REGVLA CAP. 3. de reg. iur. in antiq. quod vtilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur.

QVÆST. VIII.

Dmirãdũ videtur, quod ex Beda in homilijs pro regula proponit textus in cap. Qui scandalizauerit. 3. de regu. iur. in antiq. vtilius scandalum nasci permitti, quam veritas relinquatur. nam ratione vitandi scandali recedit̃ à iure cap. quoniam de iur. patro. glo. pen. in c. 2. de oper. noui nunciat. Crauc. cons. 294. num. 8. Stephan. Gratia. dis. for. tom. 4. cap. 658. num. 7. & 8. & causa euitandi scandali absoluitur quis à iuramento licito Oldr. cons. 95. col. pen. in fin. per tex. in cap. authoritate 15. q. 6. imò mala tolerantur, vt effugiantur scandala grauiora, & hinc tolerantur meretrices glo. 1. in cap. inter opera de sponsal. Iaf. in l. 1. col. 12. C. de sum. Trin. & fid. catho. S. Augustin. lib. 2. de ordin. cap. 4. S. Thom. 2. 2. q. 10. art. 11. & li. 4. de regim. Princip. c. 14. iuuat tex. in c. duo mala 13. dis. & Matthæi cap. 18. ibi *qui scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria & demergatur in profundum maris*, & ibi. *Væ mundo à scandalis, Væ homini illi per quem scandalũ venit* S. Tho. 2. 2. q. 43. artic. 5. Inde Ioan. Gutier. can. qq. cap. 4. à num. 36. docet interdum iniustè ac nulliter excommunicatũ teneri seruare excommunicationem ratione vitandi scandali, & Aymo. Crauet. cons. 264 n. 7. probat licitum esse diuisionem iam factam retractari & aliam nouam fieri ob vitanda scandala.

Panormitanus post Innocentium in cap. officij de pœnit. & remis. & Felin. in c. nihil cum scandalo de præscri. asserunt regulam dicti cap. qui scandalizauerit. procedere in iudice & in teste, non in alijs, cum extra iudicium & testimoniũ, veritas omitti possit ob scandalum vitandum. Sed eorum intellectum falsum esse perhibent ac reprobant Adrian. in 4. senten. tractat. de restitutio. Ioan. Medin. de cõtracti. quæst. 3. causa 4. Alphons. à Castro de potesta. leg. pœna. lib. 2. cap. 11. Didac. Couar. in regula. peccatum par. 1 num. 4. versic. *Quarto ex his deducitur.* Ioan. Gutier. can. qq. cap. 38. num. 20. & 21.

Communis intellectus regulæ dicti capit. qui scandalizauerit. quem tenent Castro & Gutier. locis citatis, ac Couar. vbi supra num. 4. in versic. *In hoc tandem scandalo*, idem Castro de iusta hæretic. punitio. cap. 20. S. Thom. in 4. quæst. 43 art. 7. & 8. & alij quos ipsi allegant, est vt regulam illam de triplici veritate intelligamus nempe vitæ doctrinæ, & iustitiæ, quod veritas vitæ, doctrinæ atque iustitiæ omittẽda non est propter vitandum scandalum: scandalum autem in ea regula accipiamus pro scandalo passiuo, quod est peccatum proueniens ex bono, vel opere, vel dicto alterius, aut saltem ex eo dicto seu facto, quod nec malum est, nec mali imaginem habet, & contingit in eo qui scandalizatur, nihil enim aliud est scandalizari quam peccare exẽplo vel causa alterius vt bene explicat Couar. qui supra

num.

11 num. 4. verſic. *Eſt & aliud ſcandalū.* Rurſus præfata regula intelligenda eſt non de omniveritate, ſed de ſola illa quæ eſt neceſſaria ad ſalutem, ſiue illa vitæ, ſiue diſciplinæ, ſiue iuſtitiæ ſit vt præcitati DD. & præſertim Gutier. d. cap. 38. num. 22. exponunt.

12 Exemplū ad eam regulam poni poteſt circa veritatem doctrinæ ex S. Thoma d. q. 43. artic. 6. ad ſecundum. & ex Couar. vbi ſupra num. 4. verſ. *Primum.* nec non ex Alexandro Halēſi 2. par. quæſt. 189. membro 6. quia non licet nec licuit vnquā falſum docere & prædicare, vtcunq; ſcandalum etiam maximum immineat, nec poſſit aliter vitari, quam ſi falſum prædicetur & doceatur, cum ad ſalutem neceſſariū præciſe ſit non docere falſam doctrinam.

13 Circa veritatem iuſtitiæ exemplū proponi poteſt in iudice, quem Superior velit compellere vt mutet ſuam ſententiam, quod nō poteſt Superior facere, niſi ſententia ſit euidenter iniuſta vel erronea: iuxta tradita per Stephan. Gratia. diſ. forenſ. to. 1. cap. 147. num. 12. & 13. & conducit idem auctor cap.

14 146. num. 13. nam ſi iudex iuſtam iudicio ſuo dixit ſententiā, nō mutabit eam, etiam ſi inde Superior iratus ſcandalizetur & in

15 peccatū ruat. Lex enim charitatis, quæ dictat, vt plus te quā proximū ames, eadem præcipit vt plus in te quam in proximo peccatum euites. peccaret autē iudex omittēs veritatem iuſtitiæ, igitur veritas per iudicē omittenda non eſt vt ſcandalum & ſic peccatum proximi euitet vt interpretantur S. Thom. d. q. 43. artic. 7. & 8. Adrian. quod-

16 libet. 1. artic. 2. & 3. Couar. vbi ſupra num. 4. verſic. *In hoc tandem ſcandalo.* Similiter de veritate vitæ adhiberi exemplum poteſt in metum paſſō, qui etiam propter euitādam mortem ſibi inferendam non poteſt eligere vt aliquot peccatum mortale committat ad notata per Couar. ad 4. Decreta. par. 2. cap. 3. §. 4. num. 3. verſic. *Primo non eſſe metum.* vndè ait Ariſtot. 3. ethic. c. 1. *propter quæcunque duriſsima non eſt quid turpe agendum.*

17 Sic intelligitur tex. in cap. 2. de noui oper. nunciat. dum vult illud, quod ita peccatum eſt vt nullo pacto abſq. mortali culpa vel omittatur vel committatur, minimè eſſe vel committendum vel ommittendū ob vitandum ſcandalum: ne quod rectum eſt, & rationi conſonum, turpiter prætermittatur. & ita eū textum intelligit Couar. in regul. Peccatū. par. 1. num. 4. verſic. *Septimo ab eadem radice.*

Ex eo quod diximus regulam dicti cap. qui ſcandalizauerit. intelligendam eſſe de ea ſola veritate, quæ neceſſaria ad ſalutem eſt, ſiue illa vitæ, ſiue doctrinæ, ſiue denique iuſtitiæ ſit, inferas ad tradita per Iacobum Menoc. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. à n. 319. quæſt. 29. vbi quærit an tunc concedi 18 debeat ante omnia reſtitutio, cum ſcandalū inde eſt futurum. & ex glo. in ca. imprimis 2. q. 1. & alijs innumeris DD. quos citat, affirmat concedendam non eſſe. quod tamē ex Ruin. conſ. 37. num. 3. verſ. *Nec etiam obſtat.* lib. 4. intelligit quando imminet ſcādalum & certum quodammodo eſt, ſecus ſi dubium. Sic ſecundum Bartolum in l. 19 æquiſſimum de vſufr. & in l. ſi de meis §. recepiſſe de arbitr. poteſt iudex cogere partes ad cōcordiam, vt euitentur ſcandala. 20 & Decius in l. vlt. num. 6. C. de edic. diu. Adri. tollen. & in l. ſi ſuper poſſeſſione nu. 7. C. de tranſ. ſcripſit apud iudicem eſſe ſub ſequeſtro retinendam poſſeſſionem, quando alias inter partes contendentes futurū eſſet ſcandalum. Ratio iſtorū eſt, quia 21 his caſibus veritas iuſtitiæ eū tali ſcandalo & peccato non eſt neceſſaria ad ſalutem, ſed damnoſa: ideoq. non eſt inconueniens veritatem illam iuſtitiæ, quæ vel in reſtituēdo ſpoliatum poſſeſſione, vel in declarādo ius partibus, vel in dando poſſeſſionem cōfiſlit, omittere.

Inferas item ad ſcripta per Dominicum 22 Soto de iuſt. & iur. lib. 3. quæſt. 4. artic. 2. ad 2. & Auguſtinum Morla in empor. iur. par. 1. tit. 2. quæſt. 30. num. 3. vbi docent iudicem publicè exiſtentem in peccato mortali, condemnando reum ſimilis criminis, mortaliter peccare propter ſcandalum. 23 Nam hic veritas iuſtitiæ, quæ in puniendo ſeu condemnando reum dicti criminis conſideratur, non eſt neceſſaria ad ſalutem, nempè vt ſententia tunc per iudicem illum

feratur,

feratur; cum possit vel proferri per alium iudicem, vel per eundem acta pœnitentia
24 sui peccati. Ratione præfati peccati mortalis, quod iudex iudicando committit, tradit ex S. Thoma Soto vbi supra, quia tunc iustitia in vilipendium apud populum venit, scilicet qui videt non habere eandem
25 vim in iudice, quam exercet ipse in subditos. Dixi iudicem publice in peccato mortali existentem: nam iudici, qui occulto irretitus est scelere, quātūcumq. grauissimo, nisi excōmunicatus vel suspensus sit, subditos condemnare siue de eodem crimine
ℓ siue de alio, licet: saltem non peccat mortaliter secundum communem sententiam, de qua S. Thom. 3. par. q. 64. Soto qui supra in versic. *Colligimus ergo sententiam.* Morla d. q. 30. num. 2. licet enim peccator sit, prudentiam habere potest, & animum seruandi vnicuiq. ius suum, & ad vsum iurisdictionis nō requiritur sanctitas in persona.
ℓ quod etiā notauit Eman. Rodrig. in sum.
26 in ordin. iudiciar. cap. 12. num. 1. & nel. 1. vbi post Petrum Nauarra & Cordubam censet neque iudicem publice existentem
ℓ in peccato mortali, condemnando reum similis criminis, peccare mortaliter, si non sequatur scandalum.

27 Circa veritatem vitæ infert Ioan. Gu-
ℓ tierrez cano. qq. cap. 38. num. 22. mulierem adulteram non teneri reuelare suum crimen cum iactura vitæ aut famæ suæ, nec hoc modo fraudaris satisfacere, etiam si aliter id efficere non possit, secundum receptissimam Theologorum & Canonistarum sententiam, quia non est necessarium ad salutem, hanc veritatem propalare cum periculo mortis vel infamiæ, & ideo ad tol-
ℓ lendum scandalum mariti nempè vxoris ipsius necem, non est inconueniens veritatem istam vitæ omittere. Et addit ille Doctor quod si regula de qua agimus, non intelligeretur de sola veritate, quæ ad salutē
28 est necessaria, multa inde sequerentur
ℓ contra communes traditiones: sequeretur enim ex præfata regula quod interrogatus de crimine suo occulto, de quo nulla habetur suspicio, obligaretur fateri illud. Et tamen hoc est falsum, quia nemo tenetur seipsum prodere, quando crimen est occultum & omni suspitione carens. Sequeretur quoque cōfessarium de crimine pœnitentis interrogatum, teneri illud propalare, quod nemo ex Catholicis concedet, veritatem enim illam dicere non est sacerdoti necessarium, imò necessarium est illi eam tegere.

Nauarrus cons. 5. alias cons. 9. incip. 30
Nobilis. lib. 1. tit. de ips quæ vi met caus. fiu. nu. 11. & 12. constituit duplex scandalum, alterum scilicet pusillorum, à quo Matth. 18. dicitur cauendum esse, & alterū Pharisæorum, à quo Matth. 15. dicitur non esse cauendum, quia cæci sunt & duces, & eorū, vt ibidem habetur, & est doctrina S. Tho. ab omnibus recepta 2. 2. q. 43. art. 2. pe. & vlt. & de scandalo Pharisæorum intelligit Nauarrus regulam dicti cap. qui scādalizauerit, de reg. iur. in antiq. Vtilius esse scādalum nasci, quā veritas relinquatur, ideo- 3
que resoluit metu ingressum & professum religionem, si postea ad seculum reuertatur, liberum esse à Religione, posseq. vxorem ducere, non obstante scandalo, quod aliquibus pro huiusmodi cōiugio oriretur, quia esset Pharisæorum scandalum, nam licet initio quo ad aliquos esset scandalum pusillorum eo quod bona fide crederent illum esse verum professum aliqua ratione quæ sibi videretur bona, potest tamē facile fieri, vt desinat esse scandalum pusillorum & incipiat esse Pharisæorum, monendo illos falli, reddendo rationem veram & iustam.

Sic Couar. in regul. peccatum. par. 1. n. 6 31
in versic. *Nono à supradictis.* adnotat quod si scandalum procedat ex ignorantia vel infirmitate, tunc scandalum illud tollendū est per congruas admonitiones, & interim differri poterit ad tempus repetitio rerum Ecclesiasticarū cuius occasione oritur scādalum: sed si scandalum ex malitia procedat, repetenda sunt Ecclesiarum bona non obstante scandalo secundū D. Tho. Subdit tamē Couar. rationi consonū esse quod aliqui præfatæ doctrinæ S. Tho. addunt 33
nēpe quod si Prælatus speret & suspicetur minori cum scandalo res Ecclesiæ posse alio tempore repeti, differenda est repetitio in

illud

illud vsq. tempus, etiam si scandalum sit
34 malitiosum. Secundum prædicta intelligitur tex. in c. nihil cum scandalo de præscrip. quo responsum est Prælatos posse iuste omittere rerum Ecclesiæ repetitionem ob scandalum vitandum, atq. etiam secundū prædicta laudatur S. Thomas Cantuarien-
35 sis Archiepiscopus qui cum scandalo Regis & totius Regni bona Ecclesiæ repetere conatus est, tex. in c. sicut dignū de homicid.

36 Sic quoque S. Thomas 2.2.q.43. artic. pen. & vltim. concludit neminem teneri ad relinquēda bona spiritualia, neq. temporalia propter scandalum proximi quod patitur, eo quod non acquiescit rationi & monitioni probabili sibi reddituæ.

37 Sic denique Nauar. qui supra conf. 5. alias conf. 9. lib. 1. tit. de ijs quæ vi met. caus. fi. num. 12. asserit non teneri quem pati rapinam, furtum, & vsurpationem iniustam suorum bonorum eo quod raptor fur & vsurpator scandalizetur per repetitionem à se coram iudice competēte pētitam & vsq. ad sententiam exercitam; quia id esset
38 præberē occasionem furtis, & rapinis. ideoque textum in cap. 2. de noui oper. nunciat. quatenus habet, pro vitando scandalo relinquenda esse illa, quæ sine peccato mortali relinqui possunt, intelligit Nauarrus de scandalo pusillorum & infirmorum, non autem de scandalo Phariseorum & malignorum.

39 Ad propositum textus in d. cap. qui scādalizauerit 3. de reg. iur. in antiq. pertinent etiam scripta Patris Hieronymi Plati è Societate Iesu in libro quem edidit de Cardinalis dignitate & officio cap. 28. de sententia in consistorio dicenda, vbi vt clarius liqueat quid in ea exponenda per Cardinalē seu consiliarium, salua conscientia fieri possit aut non possit, hunc articulum quibusdā quasi pronunciatis (vt ipse loquitur) breui
40 explicat & declarat. Primum est. Cū nullum impendet malum, nec est ratio timendi vllum ab vllo incommodum, tunc quidē debet Cardinalis siue consiliarius dicere quod sentit, nec aliter ei fas est. Atq. hoc constat inter omnes nec ab vllo vertitur in cōtrouersiam. Alterum est. Quicquid mali, 41
quicquid incōmodi instare videatur, nunquā licet falsum dicere, aut aliter quā quisque sentiat, hoc est probando quod probari dū nō putet, aut contra improbando quod rectum esse iudicet. Atq. hoc intelligitur vt nec aperte liceat, nec tacite velut assurgendo aut aliquo exhibendo signo quod communiter ita accipi soleat. Tertium est. 42
Si malum quod sibi Cardinalis siue consiliarius timeat, gratiæ sit, malum quod pro veritate tacenda Ecclesiæ vel Reipublicæ impendeat, leue: potest ita se gerere vt neque asserat, neque dissentiat, nimirum vtendo verbis ambiguis: & hoc etiam tempore liceret continere se domi, nec in Consistorium ire, aliquo quæsito præ 43
textu. Quartum ac postremū illud est. Cū graue Ecclesiæ seu Reipublicæ damnum imminet, tunc quodcunque malū subeundum sit, semper expromenda est sua cuiq. sententia: neq. vllus hic est dissimulationi locus, non tacendo, non dubio taciendo, non fugiendo Consistorium; sed clare & libere, cum ea tamen, qua decet reuerentia & modestia repugnandum est. Si nihil aliud Cardinalis, aut consiliarius qui hoc facit, officium suum facit: si autem deinde alij impediunt, ipse certe culpa caret. Quò spectat illa speculatoris parabola de qua est apud Ezechielem 33. qui si gladium videns venientē, non insonuerit buccina, quicquid damni sequutum fuerit, de eius manu requiritur. Sin autem ipse cecinerit buccina, sed quispiam negligentia sua, quia se non custodiuit, perierit, sanguis eius super ipsius caput. speculator autem innoxius manet.

EX QVÆST. IX.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis in quo differat ab actione & quid sit.*

2 *Iur parti competens ad impetrandum officium iudicis, differt ab actione. Officium iudicis improprie dicitur parti competere.*

3 Ofi-

3 *Officium iudicis non præsupponit obligationẽ, actio autem ab obligatione oritur.*

4 *Libellus quemadmodum concipiatur in actione, & quemadmodum in officio iudicis.*

5 *Officium iudicis debet misericorditer implorari.*

6 *Officium iudicis denegare quandoque iniuria est & appellari potest.*

7 *Qui tenetur solum officio iudicis, nõ cõstituitur in mora per interpellationem: sed is qui actione obligatus est.*

8 *Per actionem quis dicitur magis arcte obligatus quam per officium iudicis.*

9 *Non ita succurritur habenti officium iudicis, sicut actionem habenti.*
Per actionem dicitur efficacius quæsitum ius, quam per officium iudicis.

10 *Iuramento Notarij non statur super amissione instrumẽti: cum iure actionis teneatur: secus in eo qui ad edẽdum tenetur officio iudicis.*

11 *Quando agitur ad exhibendum actione mandati, non sufficit probatio amissionis scripturarum per iuramentũ: secus si agatur ad exhibendum ex edicto Prætoris de edendo, ex quo oritur officium iudicis.*

12 *Iuramento administratoris non statur super amissione libri rationum & quare.*
Aduersus dictum administratorem non obstante dicto iuramento, iurari potest in litem.

13 *Iuramento pastoris nõ statur ad probandũ mortem ouiũ sine eius culpa accidisse, & quare.*

14 *Quando quis tenetur ex contractu, non potest probare casum fortuitum per solum iuramentum, nisi damnum esset minimũ & iurans bonæ vitæ & famæ.*

15 *Alimenta iure actionis debita peti possũt pro tẽpore præterito: secus si iudicis officio debeantur. & declaratur.*

16 *In alimentis præteritis cessat ratio pietatis, quæ in præsentibus & futuris, & sic etiam priuilegia.*

17 *Alimenta iudicis officio debens nõ tenetur ea præstare, si alimentarius habeat vnde se alat: secus si debeantur iure actionis.*

18 *Alimẽtarius tenetur præstare operas præbenti sibi ex dispositione iuris alimenta, secus si alimenta ex dispositione hominis debeantur.*

19 *Omnia alimenta quæ ex iuris dispositione, & nõ ex testamẽto vel stipulatione debẽtur, iudicis officio debentur.*

20 *Magna differentia inter interesse sortis principalis debitum ex officio iudicis, vel ex partium conuentione.*

21 *Pater ab onere dotis dandæ liberatur, si is qui filiam eius virginem violauit, dotem cõtulit: hic vero nõ excusatur, quando pater filiæ dotem largitus fuit. & quæ sit ratio differentiæ.*
Pater tenetur tantum officio iudicis dare dotem filiæ: qui autem stuprum commisit, dotem puellæ iure actionis debet.

22 *Complures differentiæ inter actionem & officium iudicis remissiue.*

23 *Iure actionis debetur quod ex aliqua obligatione inter partes contracta vel quasi contracta debetur.*

24 *Ex legis dispositione oritur actio, quãdo verba legis referuntur ad partem.*

25 *Quando verba legis impersonaliter proferuntur, ius lege inductum actio est.*

26 *Officium iudicis inducitur, quando verba legis referuntur ad iudicem affirmãdo & referuntur exempla.*

27 *Officium iudicis inducitur quãdo actus in lege promissus sua natura non ad officium partis sed magistratus spectat. In reliquis autem casibus ius per legem inductũ erit actio vel exceptio.*

28 *Restitutio in integrum officium iudicis est, non actio, & quare.*

29 *Si lex exprimit actionẽ, vel officium iudicis, aut exceptionem: id sine dubio ex eadem lege inducetur, quocunque verba legis dirigantur.*

30 *Diuersæ species officij iudicis.*

31 *Officium iudicis nobile quid sit.*

32 *Officium iudicis mercenarium quid sit.*

33 *Officium iudicis aduersarium quid sit.*

34 *Iudex officium suum non impertitur, nisi parte petente. & procedit tum in officio iudicis nobili tum in mercenario.*

35 *Cautio de dãno infecto debet à iudice postulari.*

Iurex

36 Iuramentum ſuppletorium vt deferatur à iudice in ſupplementum probationum, an neceſſe ſit quod pars à iudice petat. referũtur contrariæ DD. opiniones.

37 Intellectus propoſitionis quod iudex officiũ ſuum non interponit niſi parte petente.

38 Quando officium iudicis reſpicit principaliter publicam vtilitatẽ, irrequiſitus illud adhibet.

39 An inhibitio abſque partis inſtantia decerni & exequi per iudicem poſsit.

40 Iudex ratione publicæ vtilitatis ne delicta maneãt impunita, ex officio ſuo parte non petente ſupplet.

41 Iudex ex officio parte non petente compellit ad præſtandum cautionem de nõ offendendo inimicum, & cogitur quis hanc cautionem præſtare non ſolum pro ſe, ſed etiam pro familiaribus, ſocijs, & cõſortibus, niſi illi eſſent inimici ſui.

42 Iudex ex officio ſupplet fauore fiſci. Pro fiſco quilibet agere pot eſt.

43 Iudex fauore Reipublicæ ex officio ſupplet. Tertius admittitur pro intereſſe Reipub. etiã ſi ſua priuatim non interſit.

44 Iudex fert ſententiam in cauſis Fiſci & Reipublicæ nemine poſtulante. Iudex frumentis in foro publico vendendis ex officio pretium imponit.

45 Intellectus tex. in l. eos & in l. iudicibus C. de appellatio.

46 Iudex procedit ex officio nemine petente in his, in quibus agitur de honore ipſius vel præiudicio eius iuriſdictionis. Sic poteſt nemine petente excommunicare vel mulctare contumaces, denegareque eis iuriſdictionem & inhibitiones facere pro ſuo honore.

47 Quando vertitur periculũ animæ, iudex officium ſuum non petitum impertitur.

48 Sic in cauſa vſurarum, in quo tamen affertur diſtinctio.

49 Ex officio compellit creditorem paratum ad vſurarum exactionem, vt deſiſtat.

50 Ex officio cogit non ſoluentem decimas, vt eas ſoluat.

51 Similiter procedit quando vult inquirere ad correctionem peccati & ad pœnitentiam peragendam. & num. 52.

53 Si iudex ſcit aliquem excommunicatum, debet eum ab agendo repellere, parte non excipiente.

54 Quando officium iudicis concernit cauſam vel actum pium, illud nemine petente exercet.

55 Sic in cauſa libertatis, alimentorum, dotis.

56 Cauſa dotis eſt cauſa pia.

57 Iudex poteſt cogere patrem negligentem ad dotandum filiam prærubore virginali non petentem.

58 Iudex dat curatorem dementi coram ſe litiganti, & aduocatos pupillis & miſerabilibus perſonis non petentibus.

59 Tertius pro intereſſe pupilli auditur in cauſa illius.

60 Iudex Eccleſiaſticus ex officio requirit clericum à laico detentum.

61 Iudex in quibus caſibus officium ſuum interponere non ſolum poſsit, ſed etiam teneatur & puniatur, niſi interponat, dummodo non poſsit prætendere probabilem ignorantiam.

62 Iudex officium ſuum non petenti non impertitur, quando concernit priuatam tantum vtilitatem, nec concurrit periculum animæ, nec cauſa pia.

93 Iudex procedit nemine petente in his quæ veniunt acceſſorie & in conſequentiam petitorum in ſua cauſa.

64 Sic condemnat ad reſtitutionem pignoris ſoluto debito, licet hæc reſtitutio non petatur. & num. 65.

66 Iudicium idem eſt de his quæ veniunt in conſequentiam, quod de principali.

67 Sic ex officio iudex condemnat ad reſtitutionem fundi petiti vna cum fructibus non petitis.

68 Idem eſt de vſuris ſeu intereſſe ſi pecunia petita ſit tacito de vſuris, maximè ſtante in libello clauſula, debitam iuſtitiã miniſtrari.

69 Poteſt iudex ex officio condẽnare victum victori in litis expenſis non petitis, non tamen tenetur. & latius de hac quæſtione num. 72.

70 Clauſula qua partes de expenſis proteſtãtur.

tur, vtilis est, quia per eam censetur interpellatus iudex vt victum victori ad expensas condemnet.

71 Quid seruetur in Parlamento Franciæ & ibi notatur error Guidonis Papæ.

72 Expensæ litis pro vt fructus & interesse rei petitæ debentur iudicis officio, non iure actionis, nisi fuerint in stipulatũ deductæ.

Post latam sententiam peti non possunt, nec peti possunt iudicio separato.

74 Potest iudex in his quæ veniũt ex natura & substantia iudicij, officium suum parte non petente exercere ad priuatã vtilitatẽ.

Sic potest inducere probationes interrogãdo partes, vel repellẽdo testes alias in iudicio inductos.

75 Et inquirere veritatem instrumenti in iudicium deducti & conditionem, probitatẽ & famam testium productorũ, informãdo se secretè sine citatione partis, & si cognouerit eos improbos esse, potest illis fidem detrahere.

76 Quãdo actioni sui natura inest exceptio, potest iudex ex officio absque partis petitione super exceptione pronunciare.

77 Sic potest ex officio iubere declarari libellum vel exceptionem generalem.

78 Sic potest ex officio lacerare libellũ ne faciat acta frustratoria & reijcere libellum deuiantẽ ab antiqua & consueta practica & stilo.

79 Sic ex officio repellit aduocatũ & procuratorẽ inhabilem, & partem calũniantẽ.

80 De stilo Regiæ Audientiæ & cruce S. Eulaliæ, qua signat petitiones partiũ euidẽter impertinentes, à qua supplicari potest.

81 Potest & tenetur iudex agẽtẽ sine actione repellere ex officio parte nõ oponẽte, imò si non repulerit, tenetur in syndicatu.

82 Excusatur si pars sciat actionis defectũ & non opponat.

83 Ampliatur in iudice qui habet arbitrium cognoscendi & terminandi lites.

84 Index ex officio curare debet ne iudicium & acta quæ corã eo fiũt, reddãtur elusoria.

185 Sic nemine petente inquirere potest an litigantium personæ sint legitimæ.

86 Sic potest cogere procuratorem ad exhibendum mandatum vel cauendũ de rato.

87 Extenditur etiam si reus cõfiteretur procuratorem habere mandatum.

88 In iudicialibus nisi aduersarius opponat de mandato, cẽsetur in procuratorẽ cõsentire: secus in extraiudicialibus.

Executio fieri potest contra falsũ procuratorem, si fuerit condemnatus.

89 Potest iudex ex officio mandare supersederi in iudicio particulari propter vniuersale.

90 Iudex appellationis potest sententiã primam supplere in his quæ natura litis & causæ postulat.

91 Potest iudex ex officio repellere articulos siue positiones impertinentes, etiam si pars forsan ignara id non animaduertat.

92 Potest iudex ex officio parte non petente sese informare de quantitate, aut valore rerum vbi de debito aut rebus constat.

93 Sic iudex ex officio potest, non tamen tenetur dare primam dilationem probatoriã parti non petenti.

94 Iudex primitiuus ex officio nemine petente potest appellanti præfigere terminũ ad prosequẽdum appellationẽ. & an possit ex interuallo.

Ad iudicem spectat curare ne lites fiant immortales & diffugijs litigãtiũ obuiare.

95 Stilus Curiarum & præsertim Curiæ Ecclesiasticæ circa assignãtionem dicti termini & declarationẽ desertionis causæ lapso eodem termino.

96 Non potest iudex testes & instrumenta numquam in iudicium inducta inducere.

97 An iudex possit ex officio deferre iuramẽtũ suppletorium parte nõ petẽte, examinatur quæ verior sit opinio & refertur quid seruet Regia Audientia.

98 Iudex non potest cõdemnare vltra petita.

99 Sententia debet esse conformis libello.

100 Nec arbitrator potest condẽnare in aliquã sit petitum, nedum iudex ordinarius.

101 Iudex super facto deducto ex vno casu & probato ex alio, nõ potest ferre sentẽtiã super probato non deducto neque petito.

102 Supremi iudices si iudiciũ sit corã eis intẽtatum ex vna causa & probatũ ex alia, possunt ferre sententiã super causa probata & non deducta. & illustratur exemplo.

103 Su-

103 *Supremi iudices iudicare tenentur sola facti veritate inspecta, vt Princeps.*

104 *Supremi iudices officium suum parte etiam non petente interponere debent.*

105 *Index datus cum clausula vt sola facti veritate inspecta iudicet, potest cõdẽnare in alio quã sit petitum, & quemadmodũ intelligatur.*

106 *In causa parua atque in possessorio summarissimo licet vnum fuerit deductũ, & aliud sufficienter probatum, tamen actor debet obtinere.*

107 *Quãdo est vnũ petitum, & postea discussum est inter partes de alia materia nõ petita, potest iudex super hoc pronunciare.*

108 *Per clausulam, ius & iustitiã ministrari, narrato facto censetur deducta omnis actio, quæ ex narratis colligi potest.*

Non procedit vbi fuit intentata actio certa, neque quando ex prosequutis actor voluit se adstringere ad certum remedium.

109 *Coram Principe sufficit narrare factũ & petere iustitiam, & intelligitur omni meliori modo.*

110 *Ad regulam quod iudex non potest condẽnare vltra petita, terdecim limitationes Felini ad brevia capita reducuntur.*

111 *Si actione legis Aquiliæ agens simpliciter petij damnum emendari, iudex potest condemnare ad duplum. & quare.*

112 *Si accusando aliquem peto condemnari in amputatione capitis, iudex potest condemnare eum ad relegationem. & quare.*

In libello accusatorio non requiritur conclusio: quia illa stat in dispositione iuris.

113 *Si emptor agit actione quanto minoris, potest iudex condemnare venditorem ad redhibendum. & quare.*

114 *Sub verbo minus, continetur etiam id quod nihil est.*

115 *Quando ius vel consuetudo non permittit præstari id quod petitũ est, potest iudex cõdẽnare in alio propter necessitatẽ iudicij.*

116 *Si petatur diuisio bonorũ, potest iudex vni assignare omnia bona, & eũ condemnare vt soluat æstimationẽ partis socio & quare.*

117 *Quare facta petitione principalis, possit iudex condemnare in expensis litis.*

118 *In his quæ sunt correlatiua seu connexa petitis, & ex eodem fonte procedunt, potest iudex ferre sententiam.*

119 *An iudex appellationis possit addere, & adimere, & aliter reformare sentẽtiã primi iudicis ad fauorem eius qui non appellauit. & n. 123. vbi quid si appellatus peiat ex diuersa causa. & n. 125.*

120 *Appellatus potest appellatione vti non minus quam appellans.*

Appellans inuito appellato non potest renunciare appellationi.

121 *Vt iudex appellationis suppleat in fauorem appellati, pars ipsa appellata præsens sit, tenetur petere.*

122 *Beneficium restitutionis in integrum minori ad probandum concessum, efficitur commune maiori litiganti aduersario.*

124 *An victor qui non appellauit, possit in causa appellationis aduersarij obtinere expensas, quas iudex primæ instantiæ omiserat, vbi Stephani Gratiani limitatio improbatur.*

126 *Iudex appellationis non potest reformare vel supplere sententiam ad fauorem appellati quãdo capitula primitiuæ sentẽtiæ essent diuersa, & victus appellasset solũ in parte & partibus. & quare.*

127 *Quid seruet Regia Audiẽtia Cathaloniæ circa quæstionẽ reformãdi sentẽtiã primitiuam in fauorẽ appellati in criminalibus.*

128 *Intellectus regulæ, de qua in rubro & nigro C. vt quæ desunt aduocatis iudex suppleat.*

129 *Quando pars deduxit in iudicio factum, ex quo resultat iuris præsumptio, & eam allegare prætermisit, an iudex possit supplere. vbi Menochij & Mascardi contrariæ traditiones.*

130 *Iudex quãdo sibi vt iudici ex actis processus de facto cõstat, potest supplere in facto.*

131 *Iudex supplet de facto in causa dotis & in causa pia, & ea quæ concernit publicam vtilitatem. & 132.*

133 *Iudex vbicũque videt bannitũ, qui ex forma statuti non potest esse in iudicio, potest eum repellere de facto.*

134 *Supplet de facto fauore publicæ vtilitatis vt sit litium finis.*

135 *Quando vnus solus litigat, iudex potest supplere de facto pro parte absente.*

136 *Factum notorium non potest iudex supplere nisi allegetur, allegatum tamen non indiget probatione.*

137 *Consuetudo notoria non est probanda, sed alleganda.*

138 *Notorium non indiget allegatione, quãdo resultat ex actis.*

139 *Notorium quando probari debeat.*

140 *Notorium an indigeat protestatione.*

141 *Exceptiones debent à parte opponi, vt iudex teneatur de illis rationem habere, etiam si de ipsis iudici ex actis constet. & referũtur complures exceptiones in exempla.*

142 *Pactũ de nõ petendo nõ repellit agẽtem, nisi allegetur per reũ, etiã si de eo cõstet in iudicio ex confessione actoris. & quid de exceptione doli & metus.*

143 *Fallit dicta theorica in exceptionibus quæ insunt actioni vel obligationi & quæ sint istæ.*

144 *Quando exceptio inest ipsi obligationi, sufficit allegari in allegationibus iuris: at quando venit extrinsecus necesse est quod opponatur in processu.*

145 *Quãdo exceptio ex eodem instrumẽto, quod executioni mandatur, euidenter resultat, licet à parte non opponatur, potest iudex ex officio super illa pronũciare executionem modificando.*

146 *Iudex qui calculi errorem agnouit, potest parte non petente ex officio in sentẽtia dicere, quod addictio fiat pro tãto minus, in quantum est erratum in rationibus.*

147 *Si ex eodem contractu prouenit actio & exceptio, perinde est quærẽti gratia exceptio, sicut & actio.*

148 *In exceptionibus, in quibus iudex, cum non oponantur, supplere non tenetur, an possit si velit ex æquitate.*

149 *Opinio Iacobi Cancerij super hoc.*

150 *Cancerij opinio multis argumentis refutatur.*

151 *Quod dictum est iudicem posse supplere in facto, quando de facto cõstat iudici vt iudici ex actis processus, non procedit in exceptionibus & his quæ per viã exceptionis perimũt actionem sed in his quæ ipso iure tollunt actionem.*

Præscriptio non ipso iure, sed per viam exceptionis perimit actionem.

152 *Si creditor sub cõditione vel in diem incertã agat, potest per iudicem ex officio repelli parte nõ opponẽte, si ex processu cõstet esse debitum conditionale vel in diem incertam.*

153 *In his in quibus partis consensus vel renunciatio nihil posset operari, potest iudex supplere de facto, parte non excipiente, si ex processu constent.*

154 *Iudex numquam in causa concluditur quin semper recipere probationes ex officio suo possit.*

Conclusio in causa censetur facta quo ad partes, sed non quo ad iudicem.

155 *Post conclusum in causa non possunt fieri interrogationes ad partis instantiã, bene tamen ex iudicis officio.*

156 *Iuramentum suppletorium potest iudex ex officio deferre etiam post conclusum in causa: sed pars petere debet hoc iuramentum ante conclusum in causa.*

157 *Iudici numquam in causa concludi falsũ est secundum Menochium. quid tamẽ facere possit iudex post conclusum in causa.*

158 *In causis summarijs semper vsque ad sententiam interrogationes fieri possunt etiam ad partis instantiam, quia in his iudicijs non concluditur in causa.*

159 *Iuramentum suppletorium loco sentẽtiæ est. & Menochij opinio defenditur.*

160 *An Menochij opinio vera sit. vbi auctoris sententia.*

161 *Ex magna causa & æquitate potest iudex post conclusum in causa admittere probationes: dato tamen æquitatis cõcursu iudicandum est contra negligentem.*

162 *Officium iudicis datur vbi deficit actio.*

163 *Seruus qui non potest agere, intentat officium iudicis pro alimentis.*

164 *Officium iudicis datur religioso ad cõsequendum legatum, cum agere non valeat. Sic quoq. datur eidem officium iudicis cõtra Monasterium si ratione studiorũ vel pro reditu ad patriam contraxit debita.*

165 *In-*

165 *Iudex ex officio compellit exequutores testamentorum ad exequendum relicta fratribus minoribus, cũ ipsi sint incapaces iudiciorum.*

166 *Quando Monasterium ad bona obuenta non habet actionẽ, intentat officiũ iudicis.*

167 *Error factæ calculationis quando per modum actionis retractari non potest, per officium iudicis retractatur.*

168 *Quando ei qui iuranit vsuras nõ repetere, præclusa est via agẽdi, iudex ex oficio procedit.*

169 *Quando propter dolum partis sublata est via agendi, iudex ex officio procedit.*

170 *Prouisus in beneficio ad nutum amobili, si ex malitia & sine causa fuerit remotus, poterit officio Superioris restitui in quo tamen caute est agendum & quare. Dicto beneficiato à moto nõ cõpetũt remedia possessoria, & potest sine culpa & sine causæ cognitione à moueri, cessãte malitia.*

171 *Pater qui ad dandum dotem filiæ iure actionis non cogitur, officio iudicis compellitur.*

172 *Præfixo per statutum termino parti ad dicendum de nullitate, nõ censetur sublatũ officium iudicis. & n. 175.*

173 *Si ex statuto tollitur omnis actio & prohibetur omnis molestia, censetur etiã sublatum officium iudicis.*

Sublatum est officium iudicis eodem tempore quo ipsa actio, quãdo succederet loco actionis.

174 *Sublata exceptione, adhuc datur officiũ iudicis.*

Statutum statuens terminum ad dicendum de nullitate, intelligitur tam agẽdo, quam excipiendo.

176 *Plura iudicis officio fieri possunt, quæ ad partis instantiam fieri prohibentur.*

177 *Lex statuẽs præscriptionẽ actionis, non cõprehẽdit officiũ iudicis, cũ sint diuersa. Quãto tempore præscribatur officio iudicis.*

178 *Prohibita appellatione nõ cẽsetur prohibitum officiũ iudicis & querela. Et quid in causis reclamationum in Cathalonia.*

179 *Prohibita appellatione nõ est prohibitus recursus ad Superiorem. & quid in causis criminalibus.*

180 *Sublata appellatione non est sublatũ ius dicendi de nullitate sententiæ, nisi nullitas incidẽter & accessorie cum appellatione proponeretur. & ponũtur exempla in Cathalonia in sentẽtijs Visitatorũ Generalis & in sentẽtijs cõfirmatorijs sentẽtiarum iudicum tabulæ.*

181 *Omnes leges prohibentes appellationẽ seu reuisionem sunt odiosæ.*

182 *Sublata appellatione à difinitiua, nõ cẽsetur sublata ab interloquutoria.*

183 *Appellatio potest per priuilegiũ prohiberi. Vbi de priuilegio Consulatus Logiæ maris, quod prohibet appellationẽ, & de obseruãtia ipsius priuilegij in Regia Audientia.*

184 *Vbicũque reus habet ius excipiẽdi potest implorare officiũ iudicis principaliter & loco actionis vt actori silentiũ imponatur, An debeat experiri corã iudice actoris vel ipsius rei.*

Potest quis agere ad declarationẽ iuris sui quando dubitat molestari.

185 *Vbicũque timeo ne mihi vis vel molestia fiat, possum super hoc petere officium iudicis vt prohibeat.*

186 *Exemplum in socio finita societate.*

187 *Exemplum in legatario, qui petit se declarari dominum & possessorem ex causa legati.*

188 *Contraria DD. sententia & fundamẽta ipsius contra assertionem n. 184. tradita.*

189 *Probatur & defenditur prior sententia & ibi quid in praxi obseruetur.*

190 *Respondetur argumentis contrarijs.*

Differentia inter l. diffamari C. de ingẽ. & man. & l. si contendat ff. de fide iussor.

191 *Ex omni cõtracta iudicialis oritur officiũ iudicis, super quo proceditur exequutiuè. & an etiam verum sit in iudicio iudicis delegati.*

192 *Cõputatio rationũ apud acta inter partes facta obtinet iudicis officio paratã executionẽ secus si cõputa fuissent extra iudiciũ etiam præsente tabellione approbata.*

193 *In causis executiuis nõ proceditur iure actionis, sed officio iudicis implorato quis ad soluendum compellitur.*

194 *Iudicis officio siue arbitrio relinquũtur, quæ lege non definiuntur.*

195 *Quare iudex auxilium legis appelletur.*

196 *Iudicis officio siue arbitrio relinquitur quando aliquid dicatur fieri incontinenti. Quæ dicatur causa ardua. Quis vocetur pauper. An sit deneganda audientia. Quãiũ esse debeat tẽpus torturæ. An quis sit fideiussoribus relaxandus in criminalibus*

197 *Debet iudicis arbitrium esse regulatum & quomodo.*

198 *Regulariter iudex in arbitrariis reprehẽdi non potest, nec condemnari, maximè si habuit bonum animum.*

199 *Quæ iudicis arbitrio cõmittantur, remissiue.*

200 *Iudex tempore necessitatis ex officio cogere ad vẽdendum iusto pretio potest habentes victualia licet nõ habeã destinata ad vendendum.*

201 *Iudex dicto casu cogere potest ad vẽdẽdũ minori pretio quã attenta magna raritate rerum publicè venderentur, habita tamen aliqua ratione prædictæ raritatis, quæ iustum pretium auget.*

202 *Potest iudex tempore magnæ necessitatis compellere clericos pro annona Reipub. ad vendendum egentibus frumẽtum quod super est alimentis suis & suæ familiæ. An iudex laicus possit tempore imminẽtis necessitatis sequestrare grana decimarum Ecclesiasticorum ad prouisionem Reipub.*

203 *Potest iudex secundũ casus exigentium statuere vt nõ trãsportentur fruges extra territorium.*

204 *Officio iudicis possunt tempore famis cõpelli diuites ad dandum eleemosinam.*

205 *Officium iudicis implorare possunt pauperes cõtra medicos & aduocatos vt gratis curent eos infirmos & eis litigantibus patrocinentur.*

206 *Eleemosina officio iudicis peti potest, nõ iure actionis.*

207 *Ex officio iudex capit res priuatorum veluti animalia pro iustitia exequenda.*

208 *Cõmune Ciuitatis potest capere animalia ad ferẽdũ salmas causa mittẽdi frumẽtũ in exercitum.*

209 *An his casibus debeat emendari dãnum passo vel pretiũ offerri & an totũ pretiũ, & ex quibus pecuniis & n. 211.*

210 *Debẽt DD. casibus capi animalia locari solita antequam alia capiantur.*

212 *Princeps quoties publicæ vtilitatis causa alicui ius aufert, debet dãnũ resarcire quod tamen fallit duobus casibus hic expressis.*

213 *Iudex ex officio publicatis etiam & didiscitis testimonijs potest alios testes interrogare. Et quid in Criminalibus, & quid in Cathalonia. & quid si id faciat ad suggestionem partis n. 215. Casus in quibus testes didiscitis testificatis recipi possunt.*

214 *Iudex ex officio supplet repetendo testẽ cum declaratione sui.*

216 *Iudex ad defensionem in criminalibus, etiam ad instantiam partis didiscitis testificatis nouos testes recipere potest.*

217 *Ex officio iudex repellit testes inhabiles & quemadmodum hoc intelligatur cum distinctione.*

218 *Iudex ex officio reijcit interrogatoria captiosa & quare & quemadmodum hoc intelligatur.*

219 *Iudex ex officio motu proprio reuocat attentata & dicitur officium nobile.*

230 *Iudex ex officio in criminalibus dat reo non petenti terminum ad se defendẽdum, alias tenetur in syndicatu.*

231 *Iudex ex officio non petito pœnã minuit curat vt innocẽtia iniuste dãnati liqueat, quærit defensiones criminosi, assumit probationes innocẽtiæ absẽtis, & an teneatur*

232 *Ex officio non petito repellit excõmunicatum agentem, & an similiter periurum in quo referuntur contrariæ sententiæ.*

233 *Ex officio iudex potest pro reo supplere si constat de calũnia accusatoris. & an pro accusatore supplere possit.*

234 *Ex officio inquirit fauore pupillorum in causa suspecti tutoris.*

235 *In Cathalonia ex officio tenetur carcere relaxare milites & fœminas pro debitis similib⁹ captos & an dd. milites & fœminæ suo priuilegio renũciare possint vt capiãtur*

236 *Ex officio nõ petito pupillis & miserabil⁹ personis tenetur aduocatos & procuratores assignare, & dare curatorẽ prodigo & suspectũ remouere, & aliũ deputare. & num. 237.*

238 *Ex officio subuenit vassallis a domino oppressis.*

239 *Ex officio non petito pronunciat appellationẽ desertã & quemadmodũ hoc intelligendum Ioannes Gutierrez senserit.*

240 *Doctrina Stephani Gratiani contraria traditioni Ioannis Gutierrez.*

241 *Termini iudiciorũ regulariter cẽsentur dati fauore partium, sicque si non opponãt de lapsu termini, iudex non potest de ipso rationem habere.*

Reconuẽtio quæ per iura Cathaloniæ infra octo dies fieri debet, debet post octo diesper iudicem admitti si pars non oponat.

242 *Iudex in dubio debet declarare appellationem non esse desertam & quare.*

243 *Iudex appellationis ex stilo licet nõ possit infirmare sententiam, quæ per desertionem transiuit in rem iudicatam potest tamen confirmare.*

244 *Iudex incompetens quia sua iurisdictio expirauit, potest condemnare in expensis & declarare appellationem desertã, parte etiam non opponente.*

245 *Iudex procedens ex officio suo cõtra furem, potest condemnare inquisitum ad restitutionem dammum passo, etiam si pars non petat.*

246 *Iudex ex officio potest se informare extraiudicialiter de cõsuetudine notoriæ: secus de ea quæ non est notoria, quia hæc est probanda. Et potest se informare ex officio denotorio. n. 248. Et supplere in his quæ sunt consuetudinis notoriæ & quomodo hoc intelligatur. n. 249.*

247 *Potest parte absente & non citata informare se de vsu & obseruantia respiciẽte ordinem iudicij: secus de ea, quæ spectat ad decisionẽ litis, quia debet plene probari, & quæ sit ratio differentiæ.*

250 *An iudex suspectus suspicione iuris & de iure, debeat se ex officio parte non opponente abstinere & quid de alijs iudicibus.*

Qui dicantur iudices suspecti suspicione iuris & de iure.

251 *Quemadmodum se gerere debeat iudex qui propter suspicionem occultam velit abstinere.*

252 *Iudex ex officio inquirit cõtra aduocatos cauillosos & tumultuosos & repellit aduocatum de lite pacisentem.*

253 *Officium iudicis imploratur contra eum qui nõ patitur alicui honorem decerni. & datur etiam actio iniuriarum, & de quo honore intelligatur, vnde iura contraria conciliantur.*

254 *Prioritas in sedendo vel eundo si acquisita sit, defendi potest armis, & an sufficiat vnicus actus vt acquiratur quasi possessio dictæ prioritatis.*

255 *An iudex officio suo possit solui facere debitum naturale.*

Non potest quis capere possessionẽ ob debitũ naturale.

256 *Iudex qui arbitrium in iudicãdo habet, potest compellere ad soluendum debitum naturale, & his creditoribus, qui efficacẽ actionem non habent.*

257 *Per iudicis officium consulitur filijs cõtra patrem dissipãtem patrimoniũ suum, ita vt dos materna filijs salua non sit. Vbi de remedijs contra patrem dilapidantem bona dotalia vel aduentitia filiorum vel propria ipsius patris.*

258 *Contractus qui cursu temporis efficitur grauatorius, officio iudicis reducitur ad æquitatem & quomodo fiat. & ibi exẽplũ de obligato ad procurationem præstandam omnibus fratribus Monasterij, cũ numerus eorum nimis creuerit.*

259 *Iudex ex officio pœna extraordinaria punit producentem coram eo in causa Ciuili falsum instrumentũ, qui nihilominus pœna ordinaria punietur per suum iudicẽ in iudicio ordinario.*

260 *Sic extraordinarie punit deponentem falsum coram eo in causa Ciuili, licet alias exemptus sit.*

261 *Sic quoties quis in actu iudicij eius delinquit.*

262 *Iudicis officium implorare potest vir claro & puro sanguine natus, si alius corrupto & maculato sanguinei ortus nomen illius assumat, licet alias cessante fraude & præiudicio possit quis extraneum nomẽ sumere, relicto ascendentium, & multo magis nomen maternæ familiæ.*

263 *Insignis artifex officio iudicis prohibere potest alicui vti suo signo ne inducatur cõfusio mercium.*

264 *Iudex ex officio videns instantiam perituram, potest parte non petente deuenire ad sententiam vt sit finis litium.*

Sententia ferri nõ potest, nisi petatur, alias est nulla ipso iure.

265 *Sufficit quod vna pars instet pro sentẽtia, licet feratur pro eo qui non instat.*

266 *Iudex ex officio mittit notarium ad testatorem, quando venientes ab intestato eũ testari non patiuntur.*

267 *Ex officio vẽdi facit bona ex hæreditate defuncti, vt possit cadauer illius sepelirí.*

268 *Detentori expulso licet non competat interdictum possessorium ad recuperandam suam tenutã, competit iudicis officiũ probata per eum iusta causa detentionis.*

Exemplum in conductore domus finito cõductionis tempore per locatorem expulso, qui habebat iustã causã detinendi propter expensas in re factas vel aliam.

269 *Possessor spoliatus nõ probata causa possessionis restituitur: non vero detentor eiectus, si iustã detentionis causam non probauerit, nisi agat contra tertiũ, non cõtra verum dominum & possessorem rei.*

270 *Quod si eiectus non erat solum detẽtor, sed loco possessoris habebatur, licet nõ esset possessor.*

271 *Deiectis detẽtoribus ex sentẽtia Nattæ probata iusta causa detentionis, competit remedium can. restituenda 3. q. 1 non solum officium iudicis.*

272 *In dubio potius præsumitur possessio, quã detentio.*

In dubio possessio præsumitur iusta. & declaratur.

273 *Officiũ iudicis deficiente actione datur contra eum qui cum aliena iactura locupletatur.*

274 *Sic datur officiũ iudicis aduersus rẽ iudicatã, quæ propter cessationẽ causæ & propter ius superueniẽs capit iniqua fieri & ibi quatuor remedia ad impugnandã rem iudicatam.*

275 *Iudicis officium datur aduersus sentẽtiã & rem iudicatam notorie iniustam.*

276 *Et vbi pars ex dispositione statuti non posset allegare nullitatẽ, iudex ex officio posset illam attendere.*

Declaratur constitutio 6. tit. de appellatiõs.

277 *Nullitas notoria quæ sit.*

278 *Ei qui propria auctoritate potest & vult aliquid facere, datur petenti officium iudicis, vt illi assistentiam & familiã eõcedat ad vitanda scãdala, teneturq. iudex dare absque partis citatione.*

279 *Contraria opinio Iacobi Cancerij impugnatur, & prior exemplis à foro petitis confirmatur.*

280 *Debet dicto casu iudicem adiens protestari quod vult vti propria auctoritate, alias requireretur citatio, & amitteret ille ius propriæ facultatis.*

281 *Debet iudex dicto casu quantum fieri potest, certus fieri partẽ posse propria auctoritate vti.*

282 *Quando iudex procedit ex officio, an requiratur citatio partis.*

283 *Ex officio iudex prohibet partibus accessum ad possessionem propter rixas vitandas.*

Sic prohibet ne vnus transeat ante domum alterius.

Sic timentem inimicum facit associari per suam familiam.

284 *Iudex quando processit ex officio, citari potest ad defendendum quod fecit: secus quando ad partis instantiam processit, & quæ sit ratio differentiæ.*

285 *Quando Iudex ex officio agit, an possit fidem adhibere testibus non iuratis.*

An possit iudex habẽs arbitriũ pronũciãdi vel facultatẽ iudicãdi sola facti veritate inspecta, vel si datus sit cũ clausula vt arbitrio suo adhibeat fidem testibus.

286 *Quotiescũq. debet stari assertioni alicui, semper debet præcedere iuramentum, & ibi multa congeruntur exempla.*

Quid in iudice iudicante secundum propriã conscientiam.

Quid in viro nobili & magnæ excellentiæ.

287 *Si conuenerit standũ esse simplici verbo creditoris circa damna & interesse, creditor tamen tenebitur iurare de calumnia si à debitore petatur.*

288 Quan-

288 *Quando iudex procedit ad informandum animum ſuum, poteſt teſtes ſine iuramẽto recipere.*

289 *An officium iudicis concurrat cũ auxilio ordinario.*

Actio communi diuidundo concurrit cum officio iudicis.

Actio in rem, concurrit cum officio iudicis.

290 *Verum eſt, vbi datur remedium ordinarium, denegati extraordinarium, ſi tamen extraordinarium vtilius non ſit ordinario: alias ſecus.*

291 *Minori habenti remedium ordinarium, non denegatur reſtitutio in integrum, quoties per hanc plenius illi ſubuenitur.*

Reſtitutio in integrum eſt officium iudicis.

292 *Verum iudex motu proprio parte nõ petẽte poſſit concedere minori reſtitutionem in integrum. & quid in Eccleſia.*

293 *Si minor rem venditam repetat, videtur petere reſtitutionem in integrum in conſequentiam.*

294 *Iudex Eccleſiaſticus an ſupplere poſſit negligentiam iudicis laici & econuerſo.*

295 *Ex officio tenetur procedere iudex inquirendo, & puniendo delicta & purgando Prouinciam malis hominibus.*

296 *Corpora exhumari facit, vt appareat an vulnera ſint lætalia. Et an tunc ſit obtinẽda licentia à Vicario.*

297 *Dicitur iudex ex officio procedere in Criminalibus, quando procedit per viam inquiſitionis, non accuſationis.*

298 *Iudex etiam in Criminalibus ad priuatam vtilitatem non procedit officio ſuo, niſi petatur: bene tamẽ ad vtilitatem publicã. Sic in criminibus publicis & an in crimine adulterij marito non petente.*

299 *Modus procedendi per inquiſitionem extendit ſe ex diſpoſitione Iuris Canonici ad omnia crimina.*

300 *Per electionẽ actionis Ciuilis intentatæ à parte, non eſt præcluſa iudici via criminaliter ex officio procedendi, nec ſto caſu iudex criminaliter procedendo, pendente iudicio ciuili a parte introducto, dicitur attentare, imo tunc iudici pars adhærere poterit.*

301 *In Cathalonia regulariter in omni crimine proceditur per inquiſitionem, & proceſſus criminales ſũt fiſci, licet aliquãdo accedat partis inſtantia, quæ acceſſorie venit. & ſic reputatur proceſſus fiſci non partis inſtantis, & quis ſit effectus.*

Si tamen iudex moneretur ſolum ad partis inſtantiam, perinde erit ac ſi procederetur ad ſolam partis inſtantiam, quamuis fiſcus ſit in cauſa. & quæ ſit ratio differẽtiæ.

302 *Quid ſeruetur in Regno Neapolitano, & quid in Regno Franciæ.*

303 *Iudicis officium exuberat in deuiando ſcandala, rixas. & facti vã. & ibi multa traduntur exempla.*

304 *Si parantur arma contra poſſeſſorẽ beneficij ad vim inferendam, iudex etiam laicus de cauſa cognoſcit.*

305 *Quẽadmodũ Regiũ Cõciliũ ex officio nobili & regia regalia cognoſcat de recurrẽtibus ad illud ab oppreſſione Eccleſiaſticorũ.*

306 *An & quando ad vitanda ſcãdala & rixas poſſit iudex ex officio ſequeſtrare poſſeſſionem apud tertium.*

307 *An præceptum iudicis inhibitorium de non turbando aliquem in poſſeſſione, reſoluatur in ſimplicem citationem ſtante comparitione inhibitio.*

308 *Plures caſus in quibus iudex procedit ex officio, remiſſiue.*

309 *An iudex officio ſuo nobili poſſit partes in cauſa ciuili cogere ad cõcordiã & cõpromiſſum.*

310 *Caſus fallentiales huius regulæ.*

311 *Propter metum ſcandali & armorũ iudex nõ debet ſtatim cõpellere partes ad tractationẽ ſi poſſit occurrere celeriter expediẽdo cauſã vel ſequeſtrãdo poſſeſſionem ſine præiudicio partiũ, vel cogẽdo partes cauere de non offendendo & innouando.*

312 *An in cauſis criminalibus poſſit iudex officio ſuo cogere partes ad concordiam.*

313 *Vbi eſt timor probabilis rixæ, poteſt iudex ex mero officio ſine alicuius partiũ petitione cogere eas ad pacẽ id eſt ad præſtãdũ mutuam cautionem de ſe non offendendo. An hæc cautio ſit præſtãda ſolũ hypothecabonorum, vel etiam cum fideiuſſoribus.*

Si fuerit præſtita ſine tẽporis præfixione, expirat finito officio iudicis Loci.

314 *Litis*

314 *Litis contestatio an requiratur quando iudex ex officio procedit.*

315 *Quando iudex ex officio sine causæ cognitione procedere possit.*

316 *Quæ iudicis officio expediuntur, partibus absentibus expediri possunt.*

317 *Officium iudicis propter clausulam (ius & iustitiam ministrari) parte alias non petente impertitur.*

318 *Si iudex potest aliquid ex officio facere, & non faciat, an incurrat aliquam pœnã vbi late distinguitur & explicatur.*

319 *Officio iudicis quanto tempore præscribatur, & quantum duret vt implorari, possit.*

320 *Quid quando officium iudicis mercenarium, deseruit actioni.*

321 *Quid quando deseruit exceptioni.*

322 *Quando officium iudicis habet causam ex iure, quod in futurum semper instat, semper durat, quia semper nascitur. & declaratur exemplo.*

323 *Quando grauamen est successiuum, nãquam præscribitur tempori ad appellandũ.*

QVÆ POSSIT AVT DEBEAT EX OFFICIO IVDEX,

QVÆST. IX.

1 DIFFERT officiũ iudicis ab actione, vt explicat Bartol. in l. 1. ff. de iurisdict. om. iudic. n. 10 quia actio cõpetit parti & est ius petendi in iudicio quod sibi à parte debetur, in princ. Instit. de action. officium autem iudicis est ius competens ipsi iudici & est ius faciendi ea quæ sibi vt iudici facienda incumbunt l. ius dandi & ibi DD. ff. de offic. præsid. & quamuis officium iudicis detur ad commodum partis, ideoque parti competat ius impetrãdi officium iudicis, vndè improprie dicitur parti competere officium iudicis, adhuc tamen hoc ius impetrandi officium iudicis, non est idem quod actio: sed similitudinẽ habet cum ea, l. actionis verbo ff. de actio. & obligat. vt declarant glos. & Dyn. in princ. Inst. de actio. & Bart. qui supra n. 10. & 11. est enim differentia quia actio oritur regulariter ex obligatione l. licet §. ea obligatio ff. de procur. officium iudicis nõ præsupponit obligationem l. qui per collusionem ff. de actio. empt. l. quintus ff. de annu. legat. quare super actione debet formari libellus concludendo partẽ teneri ad aliquid dandum vel faciendum, super officio autem iudicis fieri debet libellus cõcludendo iudicem debere vel posse facere id quod petitur. Hinc etiam officium iudicis debet misericorditer implorari quia nõ præcedit obligatio sed iudex ex officio suo potest facere, licet quandoque esset iniuria si denegaret vt l. 1. §. pen. ff. de aqua quoti. & æsti. ideoq. est inducta appellatio à sententia super officio iudicis lata si deneget vt l. 1. C. si sæpi. in integr. resti. postu. Bar. in l. 1. ff. de iuri sd. om. iud. Fel. in c. per tuas de testib. & notat Anton. Lazari. qq. canonic. par. 1. sectio. 1. quæst. 18. num. 20. post dd. Bart. & Felin. iudicem iniuriam inferre denegando officium suum nobile impartiri petenti, ideoque appellari posse. Inde quoque fit quod per interpellationem factam parti, quando solum officio

2

officio iudicis cogi potest, non constituitur in mora vt loco citato Bart. probat, & probatur l. cum postulassem iuncta doctrina Bartoli ff. de dam. infect. quia iudex cogit partem hoc facere: non autem pars est obligata ad hoc faciendum, vndè est à iudice postulandum seu impetrandum, non à parte. optimè Stepha. Gratia. disceptat. forens. tom. 2. cap. 262. num. 26. vbi ait obligatum actione constitui in mora per interpellationem l. mora ff. de vsur. l. si ex legati ff. de verb. oblig. non autem eum qui tenetur officio iudicis, quia requiritur litis contestatio ex Corne. cons. 205. lib. 2.

8 Inferas quod per actionem quis dicitur magis arcte obligatus quam per officium iudicis d. l. qui per collusionem 5. fin. ff. de acti. emp. d. l. quintus ff. de annu. legat. Grat. respons. 211. ad fin. lib. 1. vnde non ita succurritur habenti officium iudicis, sicut ei qui habet actionem cum per eam dicatur efficacius quæsitum ius, quam per officium

10 iudicis, Gozadi. cons. 103. num. 18. Deci. in l. 1. ff. de iurisdic. om. iudic. qua propter non stabitur iuramento notarij super amissione instrumenti cum teneatur iure actionis Io. de Amicis cons. 101. in fin. Bald. in l. fin. C. de eden. & post Io. Andre. Innocē. Abbat. & alios Seraphinus priuil. iuramē. 37. num. 8. in fin. quod non est in eo qui tenetur ad edendum officio iudicis Bero. cōs. 9. num. 5. lib. 3. cum alijs per Bursat. cons. 285. num. 13. lib. 3. late Gratian. d. cap. 262. à num. 18. vbi differit quando allegās amissionem scripturæ, iuramento probet amissionem & præsertim num. 46. & 47.

11 tradit quibus casibus posset agi contra aliquem ad exhibendum actione mandati vel alia actione, non sufficere, si vellet per suum iuramentum probare amissionem scripturæ, quæ petitur exhiberi, sed requiri probationes manifestissimas l. si creditor C. de pignor. acti. Alex. cons. 58. num. 5. lib. 1. at quando teneretur ad exhibendum non iure actionis, sed officio iudicis ex edicto prætoris de edendo, ex quo oritur officium iudicis l. si quis ex argentarijs 5. ex hoc edicto ff. de edend. l. 1. C. eod. tit. tūc posse solo sacramento amissionem rei probari glo. in c. cum olim. 1. nom. in verb. *sine reprehensione* de priuil. Bart. in l. si quis ex argentarijs 5. pen. de eden. & in l. huiusmodi 5. si ita de legat. 1.

Facit Muñoz de Escobar de ratiocin. 12
cap. 10. num. 2. & 3. vbi quod cum administratori ex natura sui officij incumbat librum rationum conficere & illum diligēter custodire, si dicat confecisse sed perdidisse eum, non est illi credendum etiam si iuret, nisi alias casu fortuito illum perdidisse probet. & inde similem constituit iste auctor regulam in omnibus qui iure actionis ad aliquid custodiendum tenentur. & num. 39. addit quod aduersus dictum administratorem non obstante præfato iuramento locum habet iuramentum in litem.

Et optimè cap. 18. num. 37. & 38. docet 13
non sufficere solum pastoris iuramentum ad probandum mortem ouium sine eius culpa interuenisse, cum pastor conueniatur iure actionis & non officio iudicis & 14
subdit ex Mascardo & alijs quod vbi quis tenetur ex cōtractu, nō potest probare casū fortuitū per solū iuramētū *nisi damnū esset minimū*, & iurās vir bonæ vitæ & famæ.

Similiter cum per actionē quis arctius 15
obligetur quam per officium iudicis, inde fit quod alimenta debita iure actionis, etiā pro tempore præterito peti possint secus si alimenta iudicis officio deberentur: tunc enim solum peti possunt futura, nisi alimētarius ad se alendū pro tempore præterito pecuniam mutuo accepisset, quia tunc petere posset dicta alimenta præterita aut dictum debitum pro alimentis contractum, ita Bart. in l. libertis quos 5. manumissis ff. de alimen. & cibar. legat. & in cons. 211. Paul. de Castro in l. diuortio num. 6. ff. solu. matrim. Cauala. in tractat. de tutor. num. 241. Laur. de Pinu cons. 67. num. 16. Aflic. decis. 10. num. 3. & 4. Surd. de alimēt. ti. 1. quæst. 31. num. 40. Anton. Gomez in l. 80. Taur. num. 13. alios congerit ad hoc Cancer. var. par. 1. cap. 16. de alimen. num. 19. in noua editio. & rationis ratio est quo- 16
niam in alimētis præteritis cessat ratio pietatis quæ in præsentibus & futuris viget, ideoq. cessant & priuilegia quæ alimētis futuris

turis cõcedũtur, vt notat Scaccia de appel-
17 la. q. 17. limit. 17. n. 14. Sic etiam quando quis tenetur ad alimẽta iudicis officio, non tenetur ea præstare si alimentarius habeat vndè se alat vt not. in l. si quis à liberis §. sed & si filius & ibi Bar. & DD. ff. de liber. agn. secus si debeantur iure actionis l. libertis quos §. manumissis & ibi Bartol. & alij ff. de alimen. & cibar. legat. Bald. in l. de alimentis C. de transacti. Hinc etiam alimentarius tenetur præstare operas suas illi qui ei alimenta præstat, quando alimenta debentur ex dispositione iuris: secus si ex dispositione hominis debeantur, Bart. in dict. l. diuortio num. 3. & Paul. num. 10. glo. in
19 l. sicut ff. de oper. libert. Capici. decis. 24. Stepha. Bertran. cons. 177. num. 5. volu. 2. omnia autem alimenta quæ debentur ex iuris dispositione, & non ex testamento vel stipulatione, debentur iudicis officio, Lara in l. si quis à liberis §. soluere ff. de liber. agnosc. Vincen. de Fran. decis. 605. nu. 8. Fabia. de Anna cons. 71. Anton. Thesaur. decis. 44. quod tamen limitat Cancer. dict. par. 1. c. 16. n. 36.

20 Sic etiam percipitur differentia quam multis comprobat Flamin. Cartar. decis. 38. de interesse sortis principalis debito ex officio iudicis, vel ex partium cõuentione, nam primo casu creditor recipiens sortẽ principalem sibi debitã, nõ potest postea petere interesse, etiam si sortem recipiendo de interesse protestatus sit, quod est verum si creditor sortem recipiens expresse debitorem liberet à sorte, secus si simpliciter sortem recipiat cum dicta protestatione. Secundo autem casu in quo interesse ex conuentione partium deberetur & sic iure obligationis & actionis si creditor sortem recepisset & debitorem à sorte soluta liberasset, saluo iure sui interesse, non dicetur tunc interesse remissum sed peti posset quia actio & obligatio de interesse posset per se subsistere. hæc distinctio est de mẽte Bartoli & aliorum in l. si. ff. de eo quod certo loco & secundum eam decisum fuit in rota Reipublicæ Genuensis teste Cartario d. decis. 38. num. 17.

21 Huc spectat quod sensit Petrus Fontanella de pact. nup. tom. 2. claus. 5. glo. 5. p. 1. àn. 108. vbi cũ quæreret discriminis rationem quare pater ab onere dotis dãdæ liberetur, si is qui filiam eius virginem violauit, dotem contulit, hic vero non excusetur, quando pater filiæ dotẽ largitus fuit, existimat differentiæ causam esse quia ex recepta & communi opinione pater tenetur tantum officio iudicis, non iure actionis ad dãdum filiæ dotem vt late defendit Andre. Fachin. controuers. iur. lib. 13. cap. 78. Spino de testam. glo. 10. num. 32. qui autem stuprum cõmisit, dotem puellæ iure actionis debet, nimirum præcedente obligatione ex delicto inter virum & mulierem contracta, qua ille damnum illatũ resarcire tenetur vt institut. de obligat. quæ ex delic. nascun. iuncto tex. in cap. 1. de adulter. Complures differentias inter actionem & officium iudicis tradunt Purpurat. in l. 1. à n. 116. ff. de iurisd. omn. iudic. Sebastia. Sapia in l. ius dicentis nu. 47. & 51. ff. illo tit. Aretin. in pri. institut. de actionib. num. 5. Ias. num. 60. & seqq. Benincasa n. 315. & seqq. & in §. seq. num. 457.

Quomodo dignoscatur oriri actionem vel officium iudicis, prima regula est iure actionis deberi quæ ex aliqua obligatione inter partes contracta vel quasi contracta debentur, vt notant Bart. in l. 1. num. 10. ff. de iurisdict. omn. iudi. Stepha. Gratia. discep. forens. tom. 2. cap. 262. num. 23. Anton. Oliban. de actio. par. 2. lib. 1. cap. 14. num. 41. Petr. Fontanell. d. claus. 5. glo. 5. par. 1. num. 114. Anton. Gomez in l. 80. Taur. num. 13.

Ex legis autem dispositione oritur actio, quando verba legis referuntur ad partem vt in l. 2. ff. ad leg. Aquil. ibi. *quanti ea res in eo anno plurimi fuerit, tantum æs dare domino damnas esto.* Bald. in rubr. C. de cõdic. ex lege, Bart. in l. 1. num. 6. ff. illo titul. & Ias. num. 6. Oliba. de action. par. 1. lib. 3. cap. 3. num. 70. Fontanell. d. claus. 5. glo. 5. par. 1. num. 113. Sed & quando verba legis impersonaliter proferuntur, eo casu ius lege inductum actio est vt in auth. sacramenta puberum C. si aduers. vendit. ibi. *custodiantur.* Bart. in l. Arriani C. de hæretic.

26 retic. Oliba.d.cap 3.num.72. At officium iudicis inducitur, quando verba legis referuntur ad iudicem affirmando, hoc est cũ factum committitur iudici explicãdum directo vt restituere in integrum, decernere alimenta, mittere in bonorum possessionẽ, decernere bonorũ possessionem, decreta
27 interponere l. iubere cauere ff. de iurisdic. omn. iudic. vel quando actus in lege iubẽte prouisus vetante vel permittente est talis qui non potest pertinere ad officium priuati, sed debet ex natura sua pertinere ad officium Magistratus licet ad priuati vtilitatem expectatur, in reliquis autem casibus quocunque verba legis dirigantur, erit ius per legem inductum, actio vel exceptio, Salicet.in l.1.C.de condic. ex lege B.art. Bald.& Lal. vbi supra Oliba d.cap. 3.num.71.& num.73. Fontanell. d. cl.uſ. 5 glo.5.par.1.num.113. Lara de anniuersarijs li.2.c.8. num.45. Ceuall. commun.
28 contra commun. quæst. 536. num. 12. Et quod restitutio in integrum sit officium iudicis, non actio, probat Bart. in l. in causæ 2. nominis num. 2. ff. de minorib. 25. anno. tunc quia verba edicti de minoribus referũtur ad iudicem. ibi. *Quæ res erit aduertã.* tum etiam per tex. in l. quod si minor ff.
29 de minorib. Sane hæc dicta sint in casibus dubijs & vbi in ipsa lege non disponitur quale sit ius ipsa lege inductum, nam si lex ipsa exprimit appellationem actionis, aut officij iudicis, vel exceptionis, vt quia ait competere actionem, vel dari officium iudicis, aut exceptionem, id procul dubio ex eadem lege inducetur quocunque verba legis dirigantur vt Bart. in d. l. Arriani notat, & post eum anima duettit Oliba. d. c. 3.num.75.

30 Tres species officij iudicis ponit Bartol. communiter receptus in l. 1. num. 12. ff. de iurisd. scilicet nobile, mercenarium, & aduersarium, latè de officio iudicis nobili mercenario persecutorio extraordinario generalissimo & similibus speciebus Rebuf. in l. actionis verbo 34. ff. de verb. sig. & in l. pecuniæ verbum 2.178. §. persecutionis & §. hoc verbum eod. Additio ad Azon. in sum. rub. instit. de offic. iud. Neuiza in sylua nupti. li. 3. num. 31. Corasi. in d. l. 1. ff. de iurisd omn. iud. Ceuall. q. 40. Garcia de nobilit. glos. 5. nu. 20. Officium iudicis nobile est quod per se stat veluti quando iudex inquirit, restituit in integrum, dat tutores, interponit decreta & huiusmodi siue suo motu siue ad petitionẽ alterius faciat. Mercenariũ est quod per se non stat sed deseruit actionis quæ in iudicio proponitur. Aduersarium est quod nõ deseruit actioni sed ei aduersatur nempe quando loco exceptionis directe proponitur vel deseruit exceptioni propositæ.

31

32

33

§. I.

34 TRadũtur generales quædã in hac materia propositiones & cõclusiones quas opere pretium erit percurrere intelligere & declarare. Et imprimis in ore omnium DD est illa quod iudex officium suum nõ impertitur nisi parte petente ex l. 4. §. hoc autem iudicium, vbi Bart. & omnis schola DD. notat ff. de damno infect. l. de pupil. §. qui opus & ibi gl. *auctore* ff. de oper. nou. nunci. L. 2. in pri. ibi *vt prætor adeatur* ff. de curat. bon. dan. l. 1. §. magistratibus in pri. ibi *si moniti* ff. de magistr. conuen. l. si quis instituatur ff. de hæred. instit. Gomes. in §. 1. num. 37. inst. de actio. Bossi. in prac. crim. tit. de inquisitione num. 72. Bart. in suis qq. q. 14. num. 1. Ripa in d. §. hoc autem iudicium num. 38. vbi ait procedere & in officio iudicis nobili & in mercenario. Mendoça de inhibitionib. q. 54. Muñoz de Escobar de ratiocin. cap. 8. num. 9. & 10. Oliba de action. par. 1. lib. 3. c. 3. n. 71. & 72. vbi licet officium iudicis competat iudici, sicut actio competit parti, asserit quod tamen illud iudex petenti concedit. Tira. in l. de priuilegijs piæ causæ prin. l. 152. Barbosa in l. si eum dotem in prin. num. 44 ff. solut. matrim. Cacialup in repet. l. ad monendi num. 171. de iur. iuran. Aloysi. Ricci. in collectan. decisio. par. 2. collect. 411. Paris de Pute, de syndica. §. Iudex qui potest. num. 5. vbi quod iudicis officium intelligitur habere conditionem si fuerit postulatũ. Sic dicit tex. in d. §. hoc 35

autem

autem iudicium. quod cautio de damno
36 infecto debet à iudice poſtulari. Hinc iuramẽtum ſuppletorium vt deferatur à iudice in ſupplemẽtum probationum, neceſſe eſt quod pars à iudice petat & non poteſt iudex illud deferre niſi pars ob eo petat vt deferat, ſecundum communem opinionẽ de qua teſtãtur eam tenẽtes Capici. deciſ. 35. num. 1. Maranta de ordin. iudici. 6. parte tit. de iuramento, eius differentia & vſu, 6. requiſito num. 10. Menochi. de arbitrar. iudic. caſu 464. num. 28. Plotus de in litem iurando §. 50. num. 8. imò peti debet ante concluſionem in cauſa vt ijdem DD. ſtatim aduertunt, eandẽ tenuerunt Ruin. conſ. 35. num. 6. li. 5. Bart. in l. admonendi num. 60. de iur. iuran. Anton. de Butri. in cap. fin. de iur. iuran. Angel. & late defendens Iaſ. in d. l. admonendi, quamquam Stepha. Gratian. deciſ. 36. ex num. 11. contrarium cenſet ſcilicet iudicem poſſe parte etiam non petente deferre huiuſmodi iuramentum ſuppletorium & quidẽ quãdocunque ſibi videbitur etiam poſt non cluſum in cauſa, quod aſſeruerunt Alex. conſ. 53. num. 5. lib. 1. Abbas in d. cap. fin. §. ſane ad fin. de iur. iuran. Maſcard. concluſ. 954. num. 47. Seraphin. de priuilegijs iuramenti priuil. 33. num. 195. Aluar. Velaſq. conſultatio. 45. nu. 19. lib. 2. de cuius opinionis veritate cito dicam.

37 Intellectus præfatæ propoſitionis quod iudex officium ſuum non interponit, niſi parte petẽte, optimè elicitur ex diſtinctione Bartoli in d. §. hoc autem iudicium. n. 2. vbi non nullos caſus diſtinguit quibus & alios addam & res efficietur iudicio meo
38 clariſſima. Primus caſus eſt quando officiũ iudicis reſpicit principaliter publicam vtilitatem, & tunc iudex irrequiſitus officium ſuum adhibet, l. congruit l. illicitas ff. de offic. præſidis §. 1. & §. quoniam vero in auth. vt nulli iudic. ita præter Bartolũ Paulus Alexan. & Ripa in d. §. hoc autem iudicium. Salycet. in l. abolitio C. de abolitionib. Guillel. Benedict. in c. Rainuntius num. 60. par. 1. de teſtam. Stepha. Gratia. deciſ. 106. num. 3. Baldus Nouel. in tract. de dote 6. par. priuilegio 18. n. 1. Anton. Gomez l. 36. taur. num. 2. vbi quod quotieſcunq; bonum publicum verſatur, iudex debet ſe interponere. Mendoça de inhibitio. q. 54. vbi tractat an inhibitio abſq. partis inſtantia decerni & exequutioni demandari poſſit per iudicẽ. Sic do Ludouic. à Peguer. tom. 1. dec. 196. num. 20. dicit 40
iudicem ratione publicæ vtilitatis quæ verſatur ne delicta remaneant impunita, ſeu inſufficienter punita iuxta l. ita vulneratus ff. ad leg. Aquil. ex ſuo officio parte non petente ſupplere. Hinc iudex ex officio 41
parte non petente compellit ad præſtandum cautionem de non offendendo inimicum vbi eſt timor probabilis rixæ & ne partes veniant ad arma vt tradit Vincen. de Franchis deciſ. 359. late Iacob. Cancor. var. par. 2. cap. 11. ex n. 50. in noua editio. quam cautionem non ſolum quis cogitur preſtare pro ſe ſed etiam pro familiaribus ſocijs & conſortibus, Gomez var. reſol. lib. 3. cap. 7. num. 16. niſi illi eſſent inimici ſui & maleuoli vt declarat Stepha. Gratian. 42
deciſ. 133. ex num. 8. Hinc etiam fauore fiſci iudex ex officio ſupplet Bart. in l. ſi vacantia C. de bon. vacan. lib. 10. Marſil. in ſingula. 570. Peguer. d. deciſ. 196. num. 21. & in prax. ciuil. rub. 27. num. 55. nam & fiſcus adeo priuilegiatus eſt vt quilibet pro eo agere poſſit Bart. poſt gloſ. in rubr. ff. de popul. actio. Peregri. de iur. fiſc. lib. 7. ti. 2. num. 17. Similiter iudex fauore Reipub. 43
ex officio ſupplere poteſt iuxta notata per Feli. in c. cum ſuper de ſenten. & re iudic. num. 14. vbi aſſerit licet tertius non habens intereſſe in cauſa, admitti non poſſit ſi ſe opponat, tamen illum debere admitti pro intereſſe Reipub. etiam ſi ſua priuatim nihil interſit, & notauit Bar. in l. vbi pactum num. 10. & 11. C. de trãſacti. Propterea iu- 44
dex fert ſentẽtiam in cauſa fiſcali vel Reipub. nemine poſtulante Catal. de Boncompagnis de Syndicatu num. 134. licet alias ſit contra l. ad peremptorium de iudici. Sic frumẽtis in foro publico vendendis ex officio imponit pretium Guid. Pap. ſingul. 304. & 306. Hinc quoq. exponuntur tex. 45
in l. eos in fin. & in l. iudicibus C. de appellatio. vbi iudex officium ſuum exercet nõ

petente

petẽte parte, quia respicit reuerentiam alterius iudicis quæ est persona publica, vt explicat Bart. in d. §. hoc autem iudicium n. 1. & 2.

46 Similiter quãdo agitur de honore ipsius iudicis & generaliter in ijs in quibus paratur præiudicium iudici vel iurisdictioni, cum & hæc publica causa sit, potest iudex exercere officium suum nemine petente, Bar. in l. si quis libertatem ff. de peti. hæred. Ripa in d. §. hoc autem iudicium num. 64. & seqq. & nu. 67. facit tex. in l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtemp. vnde potest nemine petente excommunicare vel mulctare contumaces c. 1. & ibi Ripa in 7. notab. de iudic. & potest denegare iurisdictionẽ contumacibus quam propter contumaciã offenderunt l. sed si per prætorem §. sed si dum decreto ff. ex quib. caus. ma. & inhibet pro suo honore absq. partis instantia Mendoça de inhib. q. 54. in fin.

47 Secundus casus sit quando vertitur periculum animæ, & tunc iudex officiũ suũ non petitum impertitur per tex. in cap. cũ nobis olim de electio. glos. in cap. cupientes §. cæterum verb. *contumacia.* de electio. lib. 6. Specul in tit. de disp. & alleg. §. vlti. versic. *probationes.* in fin. per tex. in c. cum inhibitio de clandest. desponsati. Tiraquel. de priuileg. piæ causæ priuil. 152. Capici. decis. 175. Nauar. cons. 10. lib. 5. tit. de vsur. Cãcer. var. par. 2. cap. 3. num. 41. in noua ditio. Gutier. de iura. confirm. par. 1. cap. 2. num. 19. Menoc. cons. 109. in fin. Sanchez lib. 10. disput. 9. num. 30. & 31

48 Sic iudex in causa vsurarum ex officio nemine petente procedit, Minad. decis. 39. Peguer. tom. 1. decis. 35. in pri. & num. 1. & 2. vbi tamen sequitur distinctionem

49 Bartho. Socini. & ex officio potest compellere creditorem paratum ad vsurarum exactionem, vt desistat cap. tuas cum ibi not. de vsur. Et cogit ex officio non soluentem

50 decimas vt eas soluat Cardin. in clem. dis-

51 pẽdiosam de iudic. 23. quæst. Sic similiter procedit quãdo vult inquirere ad correctionem peccati & ad prenitentiam peragendam. DD. in cap. 1. quod ita intelligunt, de offic. ordin. Innocen. in cap. ad nostram 2. de iur. iuran. & potest iudex ex officio 52
obuiare peccato euidenter imminenti, nõ considerato an parti competat remedium necne vt notat glo. in d. c. cupientes §. 1.
Et si scit aliquem publicè ex communi- 53
catum, ipsum debet ab agendo repellere etiam si ab aduersario non excipiatur c. exceptionem de exception.

Tertius casus est quãdo officiũ iudicis 54
cõcernit causã piã vel actũ piũ, & tũc iudex illud nemine petẽte exercet l. ne quicquam §. vlti. vers. *Plerunque* vbi Bartol. notat ff. de offic. pro cons. l. profectitia §. sed & si proponas ff. de iur. doti. l. qui erat hæres ff. fami. ercisc. Bart. num. 1. & 2. Imol. & Alex. in d. §. hoc autem iudicium. Innocen. in c. ad nostram 2. nouis. de iur. iuran. Specul. tit. de testam. §. imprimis versic. *Pona nullus.* Afflict. decis. 371. num. 2. late Tiraquel. in tractat. de priuil. piæ caus. priuil. 152. Sic in causa libertatis, 55
Cyn. & Bald. in l. mulierem. per illum tex. loquentem de libertate C. si mancipi. ita alie. fue. sic in causa alimentorum. Alex. in l. diui. per illum tex. ff. ad leg. Falcid. sic etiam in causa dotis quæ & ipsa pia causa dicitur l. si cũ dotem §. nec non illud vers. *Ideoque* . & ibi Rapha. Fulgos. & Paul. de Castr. ff. solut. matri. & quod causa dotis sit 56
pia causa probat etiam tex. in l. mulieri ff. de conditio. & demostr. Afflict. d. decis. 371. num. 2. Spinus de testamen. glo. 10. n. 24. post Tiraquel. Baez. & alios. Hinc Bald. Nouel. in tract. de dote 6. par. priuilegio 57
18. num. 1. probat iudicem posse ex officio etiam filia præ rubore virginali non petente vel alio pro ipsa, cogere patrem negligentem ad congruẽter dotandum filiam suam. Sic in causa miserabilium personarum, vnde dat curatorem de mẽti litiganti 58
coram se l. sancimus §. 1. C. de administr. tutor. & dat aduocatus pupillis & miserabilius personis non petentibus l. ne quicquam §. aduocatos ff. de offic. pro consul. & notat Bar. in d. §. hoc autem iudicium. num. 1. in 4. oppositio. & num. 2. Conduc- 59
cit idem Bart. in l. 2. per illum tex. C. de nego. gest. vbi probat quod licet tertius nõ habẽs interesse in causa, nõ admittatur,

tamen

tamen fallit fauore pupilli: pro quo ſine aliquo eius intereſſe volens deducere & probare, auditur. quam doctrinam cõmuniter approbatam dicit Alex. in l. à diuo Pio §. ſi ſuper rebus n. 29. ff. de re iud. & ſequitur Felin. in c. cum ſuper num. 14 de ſen. &
60 re iudicat. Requirit ex officio iudex Eccleſiaſticus clericum à laico detẽtum, Bouer. in ſingular. verb. *Indicis officium* num. 44.
61 In ſupradictis tribus caſibus iudex officiũ ſuum interponere non ſolũ poteſt, ſed etiã interdũ tenetur & punitur, niſi interponat vt præcitati DD. docẽt & præſertim Tiraq. d. priui. 152. niſi iudex poſſit prætẽdere probabilem ignorantiã, quia tunc excuſatur vt l. 1. §. magiſtratibus ff. de magiſtrat. conueni. quam ita interpretatur Bart. in d. §. hoc autẽ iudiciũ in §. oppoſitio. n. 1. & n. 2.
62 Quartus caſus eſt quando iudicis officium intuetur dumtaxat priuatam vtilitatem nec cõcurrit periculum animæ neq. cauſa pia, & tunc obtinet regula præfatæ generalis propoſitionis quod iudex officiũ ſuum non impertitur niſi petatur. ita DD. communiter & præſertim Bar. num. 2. in
63 d. §. hoc autem iudicium. Adhuc tamen iſte quartus caſus aliquas limitationes ſeu declarationes recipit nam quamuis iudex ad priuatum commodum parte non petẽte ex officio non procedat, procedit tamen nemine petente in ijs quæ veniũt acceſſoriæ & in conſequentiam petitorum in ſua
64 cauſa, vnde ſi creditor agat ad debitum ſibi ſoluendum pro quo ipſi creditori pignus datum fuerat, poteſt iudex ex officio condemnare ad reſtitutionem pignoris ſoluto debito, licet hæc reſtitutio petita non ſit vt deciſum in ſuo ſenatu refert Afflictis deciſ. 32. quia iudex poteſt pronunciare ſuper ſucceſſiuo eius quod principaliter petitur vt eſt tex. in c. conſtitutus de religioſ. domib. & idem dicit Bald. in l. fin. de fideicom. & in l. cum eorum C. de ſenten. & interloquut. omni. iudi. & decidit Bald. in deciſ. 29. iuuat Peguera tom. 1. deciſ. 35.
65 num. 3. vbi ait quod licet iudex non poſſit principaliter interponere officium ſuum non petitum, tamen ſecundario in conſequentiam poteſt quamuis petitum non-

ſit, vt quando in conſequentiam principalis iudicij facit reſtitui alienum. & ratio aſſig- 66
nari poteſt quia idem eſt iudicium de his quæ veniunt in conſequentiam quod de ipſo principali l. quicunque §. ſi ei quem ff. de inſti. actio. & l. 3. C. vbi cauſæ fiſca. Franciſ. de Auiles late exemplificans in cap. Prætor. cap. 1. in glo. *mandando*. Hinc etiam 67
ſi actor petat reum condemnari ad reſtituendum ſibi fundum, tacito de fructibus fundi lite pendente perceptis, poteſt iudex condemnare in dd. fructibus ex officio ſuo etiam ſi actor non petierit & ita deciſum in ſua curia tradit Guid. Pap. deciſ. 405. per doctrinam Antonij de Butrio qui allegat l. ediles §. item ſciendum ff. de edili edict. & idem dicendum tenet Guido Pap. 68
ibi num. 1. in vſuris ſeu intereſſe ſi pecunia principaliter petita ſit, tacito de vſuris l. vſurarijs ff. de vſur. maximè ſtante *in libello* clauſula, *debitam iuſtitiam miniſtrari*. Si- 69
militer poteſt iudex ex officio condemnare victum victori in litis expenſis non petitis, ita poſt Dynum tenet & probat Bart. in d. §. hoc autem iudicium num. 9. vbi etiam citat d. §. item ſciendum. & ſubdit, ſi tamen iudex non condemnauerit in dd. expenſis, non poſſe ei imputari, quia non tenetur. Id ipſum aſſerunt Couar. prac. qq. ca. p. 27. nu. 5. & Peguera in praxi ciuili rubrica 30. de litium expenſis in prin. quod iudex non tenetur ad faciendam condemnationem expenſarũ litis niſi à parte petãtur, poſſe tamen facere ſi velit & ideo Peguera ſubdit clauſulam illam qua partes 70
de expenſis proteſtãtur, valde vtilem eſſe, quia per eam cenſetur interpellatus iudex vt victũ victori ad expẽſas cõdemnet Guido Papa d. deciſ. 405. num. 3. ait de ſtilo 71
curiæ ſui parlamenti ita ſeruari quod litis expenſæ ſi æquum viſum fuerit, adiudicãtur ſiue petantur ſiue non, præcipuè quando pars petit debitam ſibi iuſtitiam miniſtrari. quod autem notat Bartolum in d. §. hoc autem iudicium. tenere contrarium, manifeſtè decipitur vt apud ipſum Bart. videre eſt ibi num. 9. Demum an iudex victum in expenſis non petitis condemnare teneatur, tractant Salzed. in additioni- 72

bus

bus ad Bernardum Diaz in prax. canonic. cap. 144. littera A. Rebuff. tom. 3. tit. de appellat. artic. 9. gloſ. vnic. n. 37. Capella Tholoſa. deciſ. 111. Caballin. mille loq. 972. num. 2 Seraphin. de Seraphin. priuil. 13. n. 35. idem Rebuff in l. diuus ff. ad Syllanian.
73 num. 234. Plane expenſæ litis pro vt fructus & intereſſe rei in iudicio petitæ, iudicis officio, non iure actionis debentur niſi fuerint in ſtipulatum deducta, ideoque poſt latam in cauſa ſententiam peti non poſſunt, ſicut nec peti poſſunt iudicio ſeparato, cum veniant acceſſorie ad rem de qua litigatur, vt explicat Stephan. Gratian. deciſ. 126. ex num. 14. & ex num. 20. Seraphi. priuil. iuram. 13. num. 37. Corne. conſ. 145 nu. 27. volum. 2. Gabri. conſ. 145. num. 8. & 15. lib. 2.

74 Præterea licet ad priuatam vtilitatem non poſſit iudex officium ſuum parte non petente exercere, poteſt tamen in iis quæ veniunt ex natura & ſubſtantia iudicij; vnde poteſt iudex ſi velit inducere probationẽ interrogando partes vel repellendo teſtes alias in iudicio inductos l. vbicunque de interrogat. action. §. illud tamen, cum ibi not.
75 in auth. de teſti. Sic etiam poteſt inquirere veritatem inſtrumẽti in iudicium deducti vt in auth. de tabellion. in prin. & ibi not. inquirere conditionem teſtium inductorum vbi ex ſuo officio mittit pro vicinis glo. verb. *inimicitiæ* in l. 3. de teſt b. glo. in l. 1. §. curatores de magiſtrat. conuenien. glo. quæ incipit. *artis laudabilis*. in § 1. in auth de teſtib. & notat Bart. in d. §. hoc autem iudicium. num. 5. & num. 7. Paris de Pute. de ſyndicat. in verbo *Et aduerte*. num 2. v bi quod iudex debet eſſe circũſpectus interrogãdo & inquirẽdo de cõditione teſtis licet pars non dicat & informãdo ſe ſecrete ſine citatione partis vt ſciat quid debeat credere. Hierony. Portol. ad Molin. in verb. *officiũ iudicis* n. 9. vbi poſt Bart. Panor. & Alex. de decidit quod iudex ex officio ſuo poteſt inquirere à vicinis nũ teſtes producti idonei & probi viri ſint an ve o mali & fama laborẽt & ſi eos improbos eſſe cognouerit, illis fidẽ detrahere poteſt. Hinc dicit afflictis deciſ. 32. n. 3. quãdo actioni de ſui natura ineſt exceptio, poſſe iudicẽ ex officio abſq; partis petitione ſuper exceptione pronunciare. 77
Sic poteſt ex officio iubere declarari libellum vel exceptionem generalem quæ non concludit in qualibet ſpecie vt tradit Velaſquez deciſ. 97. Sic iudex ex officio lacerat libellum ne faciat acta fruſtra glo. in l. 1 de offic. Aſſeſſo. Ioſeph. Ramon. conſ. 72. n. 21. & ex officio poteſt reijcere libellum deuiantem ab antiqua & conſueta practica ſeu ſtylo, vt voluit Angel. in l. 1. ff. de offic. Aſſeſſor. & ibi DD. notat Alciat. de præſũptionibus par. 2 præſum. p. 30. num. 5. Et ex 79
officio repellit aduocatum inhabilem l. quos prohibet & ibi Angel. ff. de poſtulan. & procuratorem l. filius familias, & veterani ff. de procurator. & partem calumniantem l. vbi pactum C. de tranſactio. glo. in l. fi. §. pactũ ff. de pactis Andre. Barbati. in tractat. de teſtibus nu. 11. part. 1. Hinc in hac Prouincia obtinuit praxis quod iudices præſertim Regij Senatores ſignant cruce Sanctæ 80
Eulaliæ petitiones partium euidenter impertinentes & ab iſta cruce licet ſupplicare. Sic poteſt iudex imò & tenetur agentem 81
ſine actione repellere ex officio, etiam parte non opponente, Bart. poſt glo. in l. vbi pactum C. de tranſactio. glo. in cap. 1. verb. *defentionis* vt lite non conteſta. in 6. Marant. de ordi. iudici. par. 6. memb. 9. num. 7. Cancer. var. par. 1. cap. 18. num. 27. in nou. editi. Gutier. de iur. confir. par. 1. cap. 1. num. 37. & ſeq. Fontanell. de pact. nup. tom. 1. clauſ. 4. glo. 15. num. 60. & 61. vbi ait quod ſi non repulerit, tenetur in ſyndicatu, Menochi. de arbitrar. iud. lib. 1. q. 16. num. 3. & 4. vbi declarat excuſari iudicem ſi pars ſciat actionis defe- 82
ctum & non opponat & ampliatur in iudice qui habet arbitrium cognoſcendi 83
& terminandi lites; hic enim quoque tenetur ex officio nemine petente reijcere agentem ſine actione, vt confirmat Menochius dict. quæſtione 16. numero 4. Eſtque etiam ratio, quia iudex ex of- 84
ficio curare debet, ne iudicium & acta quæ coram eo fiunt, reddantur eluſoria

ſoria iuxta l. ſi Prætor in pri. ff. de iudic.
85 Qua ratione Paris de Pute. de ſyndica. in verb. *Dicit conſtitutio* num. 6. dixit iudicē ex officio ſuo nemine petente poſſe inquirere an perſonæ ſint legitimæ ne faciat proceſſum fruſtratorium. Sic poteſt iudex ex
86 officio nemine petente cogere procuratorem ad exhibendum mandatum vel ad cauēdum de rato ſi de illo dubitatur, alias eum repellere à limine iudicij glo. in c. 1. in verb. *abſentia.* in fi. de electio. in 6. quā ſequitur & magis communiter approbatā tenetur Deci. in c. cauſam quæ num 2. de iudic. Dueñas regul. 264. in fin. vbi etiam in iudicando ita ſeruari ait, Vanti. in tit. quis poſſit dicere de nullita. num. 45. Stepha. Gratia. deciſ. 106. ex num. 1. Ceuall. q. 255. qui tamē refert nonnullos DD. cōtra-
87 rium tenentes. extēdit ex deciſione Regiæ Audientiæ Cancer. var. par. 2. c. 14. num. 63. etiam ſi reus confiteretur procuratorē habere mandatum, cum iudicis intereſſit ne
88 geſta coram ipſo eluſoria fiant. Idem tamē auctor d. c. 14. nu. 133. probat quod in iudicialibus niſi aduerſarius opponat de mādato, cenſetur in procuratorem conſentire; ſecus in extraiudicialibus, pro quo vide Eſcobar idem aſſerentem de ratiocin. cap. 17. num. 28. & vide Gratianum deciſ. 105 vb quod valet proceſſus non facta fide de mandato ſi pars non opponat, & ſufficit docere de mandato quando opponitur. traditq. ipſe Gratia. deciſ. 106. executionem poſſe fieri contra falſum procuratorem ſi
89 fuerit condemnatus. Sic poteſt iudex ex officio mandare ſuperſederi in iudicio particulari propter vniuerſale vt ſcripſit Velaſq. deciſ. 90. Sic iudex appellationis po-
90 teſt ſentētiam primam ſupplere in his quæ natura litis & cauſæ poſtulat Couar. in cap. Raynuntius §. 11. nu. 1. de teſtamen. Arti-
91 culos ſiue poſitiones impertinentes & quæ ad cauſam non faciunt, poſſe per iudicem ex officio repelli, etiam ſi pars forſan ignara id non animaduertat, tenuerunt Blaſ. Michalorius depoſitio. c. 19. in fin. Andre. Gail obſer. 81. Sic iudex poteſt ex officio,
92 parte non petēte, ſe informare de quantitate aut rerum valore vbi de debito aut rebus conſtat. ita Bart. in l. ſi quod ex Pāphila de legat. 2. Socin. conſ. 115. num. 4. vol. 2. Plo. in tracta. de in litem iuran. §. 36 num. 8. Purpu. conſ. 31. num. 9. Guid. Pap. deciſ. 221. num. 7. Flamin. Cartar. deciſ. 40 num. 9. vbi quod iudex poteſt aliunde ſumere informationem de valore rei ſi teſtes à partibus producti non probāt. idem Cartari. dec. 72. num. 21 vbi quod ſi meliorāmenta facta eſſe conſtet, illorum æſtimatio probari poteſt per peritos ex officio iudicis eligēdos. & ita communiter obſeruari affirmans Boſſi. tit. de remi. merce. conduc. num. 19. & eſt de mente Regij Senatus Cathaloniæ vt per Micha. Ferrer 3. par. obſer. c. 323. Si, iudex ex officio poteſt, nō tamen tenetur dare primam dilationem probatoriam parti non petenti l. à procedēte C. de dila. Panor. in c. licet causā de probatio. Ripa in d. l. 4. §. hoc autem iudicium n. 60 Sic iudex primitiuus ex officio & nemine petente poteſt appellanti præfigere terminum ad proſequendum appellationem c. cum cauſa de re iudic. cap. cū ſit Romana de appellati. Bald. in l. fin. in pri. C. de tempor. appell. Afflic. ad conſtitutionem Regni, *appellationum tempora.* nu. 6. Stepha. Grati. deciſ. 2 ex num. 1. ad iudicem enim ſpectat curare ne lites fiant in mortales & diffugijs litigantium obuiare c. finē litibus de dol. & contum. imò ſecundum verioré opinionem etiam ex interuallo poſt admiſſam appellationem poteſt iudex à quo aſſignare dictum terminum, Lancellot. de attentat. appella. penden. n. 86. limit. 1. & à multis contrarium tenentibus latiſſimè defendit Gratian. d. deciſ. 2. à num. 7. cōplures DD. allegans. In curijs præſertim Eccleſiaſticis inualuit conſuetudo per tex. in cap. perſonas Eccleſiarum de appellatio. vt iudices aſſignent appellanti certum tempus ex officio vt intra illud corā Superiore cum proceſſu ſe præſentet & litteras reſpōſiuas ab ipſo Superiore emanatas eidem iudici reproducat, alias eo elapſo ſi non conſtiterit eis de proſequutione, appellationem deſertam eſſe declarant & exequutioni mandant ſententias ab eiſdem prolatas vt tradunt Roman. ſingulari. 167.

Felin.

Felin. in c. prælatorum num. 9. de accuſatio. Petr. Rebuf. tom. 3. tit. de appellatio. artic. 15. glo. 1. num. 13. Marant. de ord. iudic. 6. par. §. & quandoque appellatur num. 235. Petrus Dueñas regula 42. limit. 22. Auguſti. Beroi. in d. cap. cum. ſit Romana num. 27. Lancel. de attenta. 2. par. cap. 12. ampliat. 14. an autem prædictum tempus ab ipſis præfixum prorogare poſſint, differit & decidit Franciſc. Marc. deciſ. 274. par. 1.

96 Quamuis iudex ex officio neminẽ petente poſſit inducere probationem interrogando partes vel repellendo teſtes alias in iudicio inductos & inquirere veritatem inſtrumenti in iudicium deducti & conditionem teſtium inductorum vt ſuperius ſcripſi: non tamen poteſt teſtes & inſtrumenta numquam in iudicium inducta inducere, vt notat Bartol. in dic. §. hoc autem iudicium num. 5. & 7. quia iudex non poteſt ſuplere de facto l. illicitas §. veritas ff. de offic. præſid. & C. vt quæ deſunt aduoc. iudex ſuppleat, cum ibi not. l. age & ibi not. C. de tranſacti. l. 2. de fer. & ibi
97 quoq; not. Caſſador. in deciſ. 12. Hinc ego in puncto iuris veriorem exiſtimo ſupra traditam ſententiam Capicij, Marantæ, Menohij & ſequacium quod iudex non poteſt ex officio deferre iuramentum ſuppletorium. niſi petatur à parte, contra Stephanum Gratia. & alios contrarium tenẽtes, tamen ex æquitate in Regia Audientia Cathaloniæ ſeruatur contrarium ſaltem ſtante clauſula in libello, *ius & iuſtitiam miniſtrari* vti deciſum referunt Micha. Ferrer 3. par. obſer. cap. 391. & Peguer. 2. tom. deciſ. ca. 21. vbi etiam pro hac opinione citatur Gail lib. 1. obſer. cap. 108. & Andræ. Fachin. lib. 1. controuerſ. iur. cap. 16. & 17.

98 Prefatæ theoricæ, quod iudex officium ſuum non impertitur niſi petatur, conſonat frequẽs illa alia propoſitio, quod iudex non poteſt condemnare vltra petita, l. vt fundus vbi not. ff. commun. diuidu. l. fin. C. de fideicom. libert. vbi ait Imperator quod fatuus reputatur iudex qui vltra petita iudicat. late Iaſ. in l. vinum à num. 23. ff. de reb. credit. ſi cert. petat. Cancer. var. p. 2. cap. 2. à nu. 258. in nou. editi. Velaſq. conſult. 145. à num. 8. Azeued. l. 10. num. 115. cum ſeqq. tit. 17. lib. 4. nouæ recopil. Barboſ. in locis commun. verb. *iudex*. nam 99
ſententia debet eſſe conformis libello cap. licet Heli de ſimo. cap. qualiter & quando 2. nom. de accuſatio. Et extenditur vt non 100
ſolũ procedat in iudice ordinario, verum nec arbitratur poſſit condemnare in alio quam ſit petitum. ita notant Bald. in Aquilia ad fin. ff. de tranſacti. Angel. in l. de his ff. illo tit. Anton. de Butri. & alij Canoniſtæ in c. conſtitutus per illum tex. cum glo. de religi. domi. Iaſ. poſt Bart. in d. l. vinum num. 23. Sic iudex ſuper facto deducto 101
ex vno caſu & probato ex alio, non poteſt ferre ſententiam ſuper probato non deducto neque petito, Alex. in l. ſi ita ſtipulatus §. Chriſogonus. num. 7. ff. de verb. oblig. Bart. num. 6. & Iaſ. poſt num. 31. in l. certi condictio §. ſi nummos ff. ſi cert. pet.

Limita quando cauſa vertitur coram ſu- 102
premis iudicibus: nam ſi iudicium ſit corã eis intentatum ex vna cauſa & probatum ex alia, poſſint ferre ſententiam ſuper cauſa probata & non deducta Cancer. dic. cap. 2. num. 259. & ſeqq. Capici. dec. 10. num. 22. Rolan. à Valle conſ. 53. num. 12. lib. 2. Maranta de ordin. iudic 4. par. diſ. 9. num. 17. Aymo. conſ. 198. num. 7. vnde ſi petij domum ex cauſa donationis & donationem non probaui, probaui tamen eandem domum mihi ex cauſa venditionis pertinere, Senatus debet pro me ſentẽtiare ex cauſa prædictæ emptionis, licet eam in iudicio non allegauerim. ita exemplificat Cancer. qui ſupra dic. cap. 2. num. 261. vbi tamen ſubdit num. 262. aliud eſſe ſi probaſſem de alia re quam petita quia tunc nullo modo poſſet ferri ſententia ſuper probatis non petitis, vt ſi cum egiſſem ad domum, probaſſem de vinea: nam tunc dicti ſupremi iudices nullo modo poſſent quicquam ſuper re non petita pronunciare. pro qua ſententia & declaratione citat Parladorum lib. 2. rer. quoti. c. 10. Caual. de vſufruc. mu. relict. n. 107. Gabri.

conſ. 33. num. 3. Viui. deciſ. 340. num. 4. & alios.

103 Ratio limitationis eſt quoniam dicti ſupremi iudices tenentur iudicare ſola facti veritate inſpecta vt Princeps cum Principem repreſentent Aymo dict. conſ. 198. nu. 7. Guid. Pap. quæſt. 58. Beci. conſ. 52. num. 89. Calici. in Margarita fiſci dub. 8. Flamin. Cartar. deciſ. 21. num. 31. Gram-
104 mat. deciſ. 19 num. 3. & eos docet Eſcobar de ratiocin. cap. 38. num. 9. officium ſuum parte etiam non petente interponere debere contra d. l 4. §. hoc autem iudicium ff de dam. infec. Et indeeſt alia limitatio
105 quod iudex datus cum clauſula, vt ſola facti veritate inſpecta iudicet, poteſt condẽnare in alio quam ſit petitum. Bart. in extrauag. ad reprimendam in verb. *videbitur* Bald. in l nemo C de ſenten. Fran. de Aret. conſ. 83. Iaſ. in *l.* certi condictio §. ſi nũmos ff ſi cert. peta. Grammat. deciſ. 15. num. 3. & 4. Stepha. Gratia. deciſ. 68. num 1. quod ego intelligo iuxta ſupra traditam Cãcerij
106 declarationem. Præterea videtur quod in cauſa parua & modica atque in poſſeſſorio ſummariſſimo licet vnum fuerit deductũ & aliud ſufficienter probatum, tamẽ actor debet obtinere, ad tradita per Crotum cõſ. 375. lib. 3. poſt Angel. in l fin. C. de annali exceptio. pro vt illud conſiliũ declarat Stepha. Gratianus deciſ. 193 num. 12. cum 2.
107 ſeqq. Aſſerit quoque Afflictis deciſ. 95. nu 8. quod quando eſt vnum petitum & poſtea diſcuſſum eſt inter partes de alia materia nõ petita, poteſt ſuper hoc pronũciari vt dicit Abb. Sicu. in cap. Abbate S. Siluani de verb. ſigni. poſt Innocen. in cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſa poſſeſ. &
108 proprie. Inſuper notandum eſt quod narrato facto & ſuppoſita clauſula ius *& iuſtitiam miniſtrari*, effectus eius eſt vt ob eam cenſeatur deducta omnis actio quæ ex narratis colligi poteſt; Alex. conſ. 6 num. 8. lib. 3. Socin. conſ. 160. num 20. lib. 2. DD. in c. 2. de ordi. cognit. & in c. examinata de iudic. Stepha. Gratian. deciſ. 137. num. 17. cum 2. ſeqq. quod tamen non procedit vbi ſumus in caſu certo & fuit intentata actio certa Par. ſi. conſ. 131. num. 12. lib. 1. Ruin. conſ. 19. numero 9. libro 4. Gabri. de clauſul. concluſ. 4. num. 9. vſq. ad 15. vbi etiam ſubdit non operari quando ex proſequutis actor voluit ſe adſtringere ad certum remedium. Et quod ſufficiat 105
coram Principe narrare factum & petere iuſtitiã & intelligatur omni meliori modo, probat Afflic. dec. 95. num 7. ex c. dilecti de iudic. l. penul. de auctor. tutor. Cardin. in cap. dilectus quod met. cauſ. Ioan. Andre. in c. dudum de decim. Innocen. in cap. 1. de libel. oblati. & not. in can. quæritur 14. quæſt. 3.

Terdecim limitationes affert Iaſ. in d. l. 110
vinum à num. 23. ff. ſi cert. petat. ad præfatam regulam quod iudex non poteſt condemnare vltra petita; fere tamen omnes reduci poſſunt ad ea principia quod poteſt ferri ſententia ſuper eo quod non eſt petitum ſi tamen illud veniat in iudicio ex natura & aptitudine actionis inchoatæ: vel ex neceſſitate petitionis aut in conſequentiam, eo quod iſtud dicitur tacite in eſſe petitioni: & ſic etiã ſi ſaltẽ adeſſet tacita vel implicita petitio. Vnde ſequẽdo eãdẽ 11
Iaſonis, doctrinam, ſi egi contra aliquem actione leg. Aquiliæ & ſimpliciter petij dãnum emendari, poteſt ferri condemnatio ad duplum, quia duplum venit facit ex natura actionis leg. Aquil. æ & probatur in l. contra negantem & ib. Bald. in 3. oppoſiti. C. ad leg. Aquil. Sic ſi accuſo aliquẽ & peto 11
eum condemnari in amputatione capitis, iudex poteſt illum condemnare ad relegationem; hoc enim prouenit ex aptitudine iudicij quod adaptatur ad pœnam condignam, cum neque in libello accuſatorio requiratur concluſio quia illa ſtat in diſpoſitione iudicis ſecundum Bal. in l quid ergo §. pœna grauior ff. de infa. Sic ſi emptor 11
ageret in iudicio actione quanto minoris, poſſet venditor condemnari ad redhibendum l. bouem §. aliquando ff. de ædil. edic. glo. in c. licet Heli de ſimon. quæ rationem aſſignat propter neceſſitatem iudicij: nam ſeruus de quo agebatur, erat adeo vitioſus quod ego nihil dediſſem, itaque neceſſarium eſt vt redhibeatur; nam ſub verbo *minus*, continetur etiam id quod nihil eſt 11

l illud

UAB Biblioteca de Ciències Socials

115 l. illud §. minus ff. de tribu. Hinc dixit quoque Baldus in l. fideicom. §. si seruo in fin. per illum tex. ff. de legat. 3. quod quando ius vel consuetudo non permittunt præstari id quod petitum fuit, potest tunc fieri condemnatio in alio propter necessitatē
116 iudicij. Sic in iudicio diuisorio licet petatur diuisio bonorum, potest tamen iudex propter cōmoditatem partium vni assignare omnia bona & eum condemnare vt soluat æstimationem partis socio §. fin. Insti. de offic. iudic. quod fit iuxta qualitatem iudicij diuisorij & in consequentiam peti-
117 tionis. Sic facta petitione principali potest iudex condemnare in expensis litis quia cum veniant accessorie, videtur tacita & implicita de ipsis facta petitio Bald. in l. properandum §. sin autem alterutra C. de iudic. Innocen. in c. grauis de resti. spoliat.
118 Sed & quando aliqua licet expresse petita non sint, sunt tamen correlatiua vel cōnexa petitis & ex eodem fonte procedunt, posset in illis ferri sententia vt censet Bald. in l. penul. C. de senten. & interloquut. & in l. 1. vbi quoq. Ias. C. de senten. quæ pro eo quod interest, glo. in cap. Ecclesia Sutrina in verb. *in iudicium*. ad fin. de caus. posses. & propri. Vin. Anni. allegat. 6. num. 11.

119 Grauis orta fuit controuersia in Senatu Mātuano vt est auctor Surd. deci. 143. an iudex appellationis possit addere & adimere atque aliter primi iudicis sententiā reformare ad fauorem partis quæ non ap-
120 pellauit. Et resoluit affirmatiue quia appellatus potest appellatione vti nō minus quā appellans l. ampliorem C. de appellatio. nec appellans potest in vito appellato renuntiare appellationi ex Bart. communiter recepto in l. si quis libellos C. de ap-
121 pellatio. Aduertit tamen Bald. in d. l. ampliorem num. 3. quod vt iudex appellationis suppleat in fauorem appellati, pars ipsa
122 appellata si præsens sit, tenetur petere. Sic beneficium restitutionis in integrum minori concessum ad probandum efficitur commune aduersario maiori qui erat incapax dicti beneficij l. petendæ C. de tē-
123 porib. restitut. in integ. petend. Sic Speculat. in tit. de appellatio. §. 1. num. 13. tenuit quod si condemnatus in quinquaginta & absolutus pro alijs quinquaginta appellet, poterit appellatus integra centum petere coram iudice appellationis si tamen centū petierit ex eadem causa, secus si ex diuersa.
Et Abbas in c. significauerunt, num. 8. de 124
exceptio. ait quod victor qui non appellauit, poterit in causa appellationis aduersarij obtinere expensas quas iudex primæ instātiæ omiserat. & tradit hoc quoq. Abbatis dictum Nata cons. 489. in fin. dicens neminem ab hac opinione dicedere. discedit tamen Gratian. decis. 83. num. 3. quando iudex primitiuus nō simpliciter omisit pronunciare super expensis, sed victum ab expensis absoluit, quam Gratiani sententiā non probo. Et quod iudex appellationis
125 possit ad petitionem partis appellatæ super omissis in prima instantia per iudicem primitiuum declarare, probatur in c. cum Ioannes de fid. instru. & in l. per hanc C. de tempor. appellation. Bart. in l. fin. in fi.
C. quando prouoc. non est neces. non ta- 126
men poterit iudex appellationis reformare vel supplere sententiam ad fauorem appellati quando capitula sententiæ primitiuæ essent diuersa & victus appellasset solum in parte & partibus; quia tunc appellatio limitata limitatum producit effectum, Imol. in d. c. cum Ioannes num. 16. & Abb. num. 17. Bald. in d. l. ampliorem n. 3. & Salicet. ibi. Hinc dicit Stepha. Gratia. decis. 83. num. 6. quod eo casu appellatio non est communis. Cum d. decisione 143. 127
Surdi, licet eam non alleget, concordat decisio nostri Senatus Cathaloniæ 196. apud Peguer. tom. 1. quæ est in fortioribus terminis: cum enim fiscus in Cathalonia à sententijs contra se latis appellare seu supplicare non possit vt suo loco diximus, conclusum fuit iudicem appellationis seu supplicationis per partem condemnatam interpositæ à sententia criminali procuratore fiscali instante lata posse supplere & addere primæ sententiæ & pœnam in ea impositam iuxta merita processus augere, fisci procuratore appellato petēte. adde Couar. in c. Raynuntius §. 11. nu. 1. cuius opinio-

nem Regius Senatus Cathaloniæ sequutus est.

128 Traditis hactenus iuris conclusionibus non aduersatur creberrima illa alia propositio quod iudex supplere debet, quæ aduocatis partium desunt, de qua in rubro & nigro C. vt quæ desunt aduoc. parti. iud. sup. pl. & ibi glos. & DD. quorum omnium & præsertim Bartoli in l. vnic. num. 1, illo tit. receptissimus intellectus est quod iudex potest supplere in his quæ sunt iuris veluti allegando legem vel rationem facientem pro parte, non tamen potest supplere in his quæ sunt facti quia debet iudicare secũ dum allegata & probata l. illicitas §. veritas de officio præsid. ita quoque distingunt Anton. Faber in suo codi. lib. 2. tit. 7. defin. 1. don Ludouj. à Pegue. decis. 196. n. 7. glo. in verb. *curauimus* in c. bonæ memoriæ 1. nom. de postulatio. prælato. glo. in c. examinata 15. de iudic. Roman. cons. 227. Socin. regul. 197. Ioan. à Grassis de substantia lib. procuratorij in verb. *allegationes iuris producendum*. num. 3. Menoc.

129 lib. 1. præsumpti. 52. vbi multis probat quod quando pars deduxit in iudicio factũ, ex quo resultat iuris præsumptio & eam allegare prætermisit, iudex potest ac debet supplere allegationem ipsam præsumptionis, quia ista præsumptio est quid iuris, non quid facti & exẽpla subdit in præsumptione possessionis de præsenti quæ in surgit ex possessione de præterito & in præsumptione causæ præstandi quæ elicitur ex diutina præstatione. Sed quod iuris præsumptio debeat à parte allegari vide Ioseph. Mascard. de probatio. conclus. 1412. n. 9. Cravet. cons. 116. n. 5.

130 Quamuis iudex non possit supplere in facto, potest tamen quando sibi de facto cõstat vt iudici exactis processus nẽpe quia scriptum est in attestationibus vel alijs actis iudicij, non quando sibi constat de eo vt homini priuato, ita Faber d. defin. 1. & Peguer. d. decis. 196. num. 7. atq. num. 18. & 19. Surd. decis. 143. num. 4. Stepha. Gratian. discep. forens. tom. 1. cap. 1. num. 13. Osasc. decis. 1. n. 42. Viui. decis. 340. num. 6.

In causa dotis & in causa pia, prout idẽ 131
erit si causa concernat publicam vtilitatẽ, iudicem supplere de facto, notauit Aflict. decis. 371. num. 1. & 2. vnde asserit quod licet in non pijs legatis legatum incertum non valeat sicut in contractu in certitudo vitiat contractum l. triticum ff. de verb. oblig. valet tamen legatum dotis incertæ relictum l. si filiæ delegat. 3. l. cum post §. gener. ff. de iur. doti. quia iudex supplet de facto in causa dotis vt notat communiter DD. in l. si cum dotem §. eo autem tempore ff. solu. matri. Bald. Nouel. in tractat. de dote par. 8. priuilegio 15. vbi late docet quod iudex potest supplere muliere non opponente speciali fauore dotis. & in causis pijs iudex inquirit ex officio vt dicit Cyn. in l. mulierem C. si mancipi. ita fue. alie. ne prosti. Et quod iudex suppleat de facto 13
in concernentibus publicam vtilitatẽ notat glo. in l. filius §. veterani ff. de procurat. glo. 1. in c. bonæ 1. vbi quod repellit militem à procuratione etiam altera parte tacẽte. Bar. in d. l. vnic. C. vt quæ desunt aduoc. par. iud. sup. num. 3. vbi quod propterea reijcit aduocatum vel procuratorem parte non petente vt in l. quos prohibet ff. de postula. & in d. §. veterani & d. l. filius §. milites. & idem Bar. in d. l. vni. num. 5. & Iacob. de Areti. ibidem, vbi quod vbi- 13
cunque iudex videt bannitum qui ex forma statuti non potest esse in iudicio, potest eum repellere de facto. & Bald. in d. l. vnic. C. vt quæ desunt aduoc. num. 7. vers. *Tertia est conclusio*. per tex. in d. l. filius §. veterani. Ripa in d. l. 4. §. hoc autem iudicium ff. de dam. infec. num. 16. adde Gratianum discep. forẽs. tom. 1. cap. 40. num. 19. vbi quod iudex supplet in facto fauore 1
publicæ vtilitatis vt sit litium finis & hoc etiam censet in decis. Marchiæ 106. num. 1. & 2. Quando vnus solus litigat, iudicem 1
posse supplere de facto pro parte absente docuit Bart. in l. 2. C. de temp. appell. glo. 1. in c. bonæ 1. de postul. prælat. Et iudicẽ de veritate pro absente inquirere notat Diaz in prax. verb. *pro quibus omnibus* n. 5

Factũ notoriũ, non potest iudex supplere nisi allegetur, cũ tamen fuerit allegatũ,

non

ron indiget probatione, ita Faber in suo codice lib. 2. titul. 7. defin. 1. & confirmatur ex fusè traditis per Lapum allegatio. 1. vbi ait & per plura iura & DD. probat quod notorium non releuat ab onere proponendi, licet releuet ab onere probandi. Et hoc dixit glo. in clemen. appellanti de appellatio. Guid. Pap. quæst. 221. num. 4. Roch. de Curt. in tractat. de
137 cõsuetudine n. 560. vbi probat iudicẽ posse supplere in consuetudine notoria absq. eo quod probetur, per glo. in l. 1. in prin. C. qui & aduers. quos. non tamen posse supplere quando pars non allegat consuetudinem notoriam, per glo. in d. clem. appellanti, Gratian. dec. 186. num. 18. vbi quod consuetudo notoria non est probanda sed
138 alleganda. Non autem indiget allegatione notorium quando resultat ex actis vt docet Couar. in c. Raynuntius §. 11. nu. 3. & pro regula ponit Felin. in c. cum ordine à n. 11. de rescrip. & infert quod si constat aliquid iudici vt iudici ex actis, potest supplere in notorio etiam si pars non petat: sequitur Michael Ferrer 3. par. obs. cap. 92. versic. *Et fundari potuit*, vbi subdit Regium Senatum Cathaloniæ amplecti hanc doctrinam. id ipsum probat Deci. in c. ex insinuatione num. 8. de appellatio. Cachara. decis. 1. num. 42. Peguer. d. decis. 196. num. 19. vbi ait ea quæ iudici vt iudici ex actis constant dici notoria & huiusmodi notorium non esse opus quod allegetur. Et probatur l. 1. vbi glo. C. qui & aduers. quos. & glo. in
139 l. 2. vers. *Aspectu atro* x ff. de ferijs. Quãdo debeat probari notorium scribit late Gratia. discep. forens. tom. 3. cap. 596. a n. 2. Et quod notorium non eget probatione nec protestatione Peguera tom. 2. decis. 16. n.
140 4. & quod iudex in notorijs supplere potest Paris de Pute. de syndica. in verb. *Consiliarij* num. 4.

141 Sane receptissima DD. traditio est exceptiones debere à parte opponi vt iudex teneatur de illis rationem habere etiam si de ipsis iudici ex actis constet, DD. in l. si vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. Cãce. var. par. 1. cap. 18. de exception. num. 23. & 24. in noua editio. vbi plures. DD. citat, late Guid. Pap. quæst. 221. vbi exempla cõplura congerit & præcipue in exceptione discussionis quæ fideiussori competit. in exceptione compensationis, in exceptione nullitatis iudicij propter ferias ob necessitatem hominum inductas, in exceptione nullitatis processus ob veniam non petitam, vbi sine venia agi non potest, in exceptione ineptitudinis libelli, in exceptione quod non fuit apellatum ad inmediatum Superiorem, in exceptione quod quis veluti clericus in causa temporali non possit esse procurator, in exceptione quod notarius non possit fidem facere de instrumẽtis alienis nisi habeat à iudice commissionem, & in exceptione præscriptionis in qua ita iudicatum in sua curia Parlamenti refert. Propterea dixit Bart. in d. §. pactus ne peteret num. 18. pactum de non petendo non repellere agentem nisi allegetur per reum etiam si de eo constet in iudicio ex confessione actoris & idem ait in exceptione doli & metus. 142

Fallit hæc theorica in exceptionibus quæ insunt actioni vel obligationi vt est in pacto in continenti apposito vel in pacto, quod tacite intelligitur, nam in his, licet à parte non opponantur, tenetur iudex supplere, Bart. in d. §. pactus ne peteret num. 18. & Ias. ibidem num. 42. Afflic. dec. 16. num. 5. Cancer. qui supra num. 24. Ranchi. ad Guid. Pape d. decis. 221. magis cõmunem opinionem appellat Ias. in l. lecta num. 22. ff si cert. pet. & in l. eum qui §. qui ita nu. 12. ff. de verb. oblig. Propterea dixit Barto. in d. l. eum qui §. qui ita. in vers. *Moneo tibi vnum dubium*. quod quando exceptio inest ipsi obligationi in pactis in continenti appositis, vel in pactis quæ tacite intelliguntur, tunc sufficit hoc allegari in allegationibus iuris: sed quando exceptio non inest obligationis sed venit extrinsecus vt est exceptio pacti postea facti & omnis exceptio quæ partium cõuentione non venit vt exceptio metus, erroris, & huiusmodi, tunc est necesse quod opponatur in processu. & hanc Bartoli doctrinam sequutus est Stepha. Gratian. discep. forẽs. cap. 268. num. 18. Aymo. cons. 150. num. 2. 143 144

145 Similiter Roma. cõſ. 244. n. 5. Caſſiodori. deciſ. 10. de reſcrip. n. 2. tenent quod quãdo exceptio ex eodem inſtrumento, quod exequutioni mãdatur, reſultat & euidenter apparet, licet à parte non opponatur, poteſt iudex ex officio ſuper illa pronunciare exequtionem modificando, quod etiam notat Eſcobar de ratiocin. cap. 38. num. 11. vbi
146 ideo à num. 9. probat quod iudex qui calculi errorem agnouit, abſque petitione vel allegatione partis d. mnificatæ poteſt ex officio in ſententia addictionis dicere quod addictio fiat pro tanto minus in quantum eſt erratum in rationibus, vt in parcella bis onerata vel in ſumma errata: Parlador. rer.
147 quotidian. a. 5. p. 6. 11. num. 27. cap. fin. vbi ait quod ſi ex eodem contractu prouenit actio pariter & exceptio, perinde eſt guarẽtigiata exceptio ſicut & actio.

148 Sed venit in controuerſiam an de prædictis exceptionibus, in quibus iudex ſupplere & de ipſis rationem habere, ſi non opponantur licet exactis conſtẽt, non tenetur, poſſit tamen rationem habere ſi velit exæ-
149 quitate. Iacob. Cancer. qui ſupra d. cap. 18. ex num. 24. & num 28. poſt Angel. in d. §. pactus ne peteret. cenſet poſſe & ſignanter loquitur in exceptione præſcriptionis, & ſubdit ſe aliquando ita obſeruaſſe & exiſtimat à regio noſtro Senatu hanc ſentẽtiam
150 amplecti. Ego eam in præfato Senatu ſeruari non vidi; ſed ſemper vidi exceptionũ præſcriptionis, excuſſionis principalis debitoris: & aliarum huiuſmodi rationem non haberi ſi non opponãtur licet exactis cõſtẽt & quamuis in ſuam opinionem alleget Cãcerius deciſionẽ 221. Guidonis Pap. tamen id non dicit iſta deciſio, ſed quod fuit deciſum non habendo rationem præſcriptionis licet potuiſſet opponi, quia nõ fuit oppoſita & licet etiam citet Michaelem Ferrer 3. par. obſer. cap. 92. in verſ. *Et fundari potuit*. tamen Ferrer loquitur in materia ſuſpitionum iudicis & vbi ſuſpitio eſt grauis & notoria, & officio iudicis incũbit ſubditos & maximè litigãtes ab oppreſſionibus & violẽtijs tueri. Æquiſſimum cum ibi notat. de vſufruc. l. 1. in fin. C. ne lice. potentior. & ibi DD. & idem Cancer. p. 2. cap. 5. de fideiuſſor. nu. 180. in nou. editi. ait videre ſe eam eſſe dicti Senatus obſeruantiam circa exceptionem excuſſionis principalis debitoris quod ſi non opponatur à parte infra ſuum terminum, ſequitur condemnario non facta excuſſione, quamquam antea n. 172. citauit Carocium de excuſ. par. 3. q. 5 tenentem excuſſionis exceptionem à parte omiſſam poſſe per iudicem ſuppleri. Sed & dicta Cancerij opinio eſt contra Bart. in l. ſi vnus §. pactus ne peteret n. 18. ff. de pact. & videtur Cancerius ſibi contrarius par. 1. cap. 20. in noua editio. num. 24. vbi tenet quod ſi quis produxit in teſtem patrem aut matrem aut alium conſanguineum, & pars non excipiat ſeu opponat contra illum teſtem, iudex ex officio non poteſt illum repellere Caſſà. quoq. in cõſuet. Burg. tit. *Des foreſts*, rub. 13. §. 8. glo. fin. tradit in exceptione præſcriptionis non oppoſita iudicem ſupplere non poſſe.

No obſtat quod iudex poteſt ſupplere in 151
facto, quãdo de facto cõſtat iudici vt iudici ex actis proceſſus, vt antea probauimus: nã hoc nõ procedit in exceptionibus ſeu in his quæ per viam exceptionis perimũt actionẽ: ſicut præſcriptio ſecundum communem ſententiam non ipſo iure ſed per viam exceptionis perimit actionem; ſed procedit in ijs quæ ipſo iure tollũt actionem, vt quãdo quis ſine actione agit, ad tradita per Bart. poſt glo. in l. vbi pactum C. de tranſacti. & ibi Curti. ſeni. nu. 31 & Iaſ. nu. 11. Menoc. de arbitr. iudi. lib. 1. q. 16. Vnde Anton. 152
Gomeſ. var. tom. 2. c. 11. num. 24. multis probat quod ſi creditor ſub conditione vel in diem incertam agat in iudicio, poteſt per iudicem ex officio repelli etiam parte nõ opponente ſi ex libello vel actis proceſſus conſtet eſſe debitum conditionale vel in diem in certam, cum non ſit orta aliqua actio vel obligatio. Procedit etiam in ijs in 153
quibus partis conſenſus vel renuntiatio nihil poſſet operari, vt ſi compareat excommunicatus vel bannitus, aut producatur in teſtem infamis iuxta notata per additi. Speculat. tit. de teſte §. 1. verſ. *Quid ſi iudici* & Innocen in c. cum dilectus de conſuetu. in his enim iudex ſupplere poteſt de facto & præ-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& præfatas personas à limine iudicij parte non excipiente repellere.

154 Sit alia in hac materia generalis propositio & dogma DD. quod iudici nunquã in causa concluditur quin semper recipere probationes ex officio suo possit, vt scribit Bald. in l. si accusatoribus in fin. C. de accus. Felin. in c. cum dilectus num. 13. de fid. instru. & Dec. in c. 1. 1. lect. 4. notab. de iudic. quia conclusio in causa censetur facta quoad partes, sed non quoad iudicem: non enim eum ligat, Ferrer. 3. par. obser. cap. 288. versic. *Pro parte contraria.* vbi Felin. num qui supra d. num. 13. citat & in fine capitis ait Regium Senatũ Cathaloniæ sequutum fuisse doctrinam ipsis Felini d. num. 13. id ipsum notat Mieres in constitutio. iudices tabulæ num. 79. collatio. 6. vol. 2. Hinc Osasc. plures allegans decis.

155 10. Philip. Franc. in c. 1. de confess in 6 n. 4. Matth. Brun. cons. 147. num. 7. vol. 2. Cancer. communem dicens par. 2. cap. 8. num. 12. in nou. editi. concludunt post conclusum in causa non posse fieri interrogationes ad partis instantiam, bene tamen ex iudicis officio. hãc opinionem magis communem appellant Maran. de ordi. iudic. 4. par. dist. 9 num. 28. vbi hunc articulum discutit & Flamini. Parisi. li. 3. de resignati. benefici. quæs. 16. num. 16. & veriorem & practicandam ac tenendã Ceuall. communũ.

156 contra commun. q. 167. Sic etiam Stepha. Gratia. decis. 36. n. 12. Mascard. de probatio. concl. 954. n. 47. Seraphi. de priuileg. iuram. priuil. 33 num. 195 tradunt iudicẽ post conclusum in causa & quandocunque sibi videbitur, ex officio & parte etiã non petente posse deferre iuramentũ suppletorium: licet aliud sit quoad partẽ, quæ petere debet hoc iuramentum ante conclusionem in causa.

157 Veruntamen Iacob. Menochi. de arbitra iudi. lib. 2. casu 51. num. 33. expresse tenet hanc propositionum quod iudici nunquam concludatur in causa, falsam esse & à num. 18. latissimè defendit & probat iudicem post conclusionem in causa posse quidem interrogare quo ad illa quæ litis decisionem non respiciunt, vel quo ad declarationem exortæ iam dubitationis, non vero quo ad fundandam intentionem interrogari petentis seu ad litis decisionem, & sic tenet iure ordinario, post conclusum in causa interrogationes fieri non posse, etiam ex solo iudicis officio, quod antea affirmarunt complures DD. quos recenset Ripa eandẽ opinionẽ sequutus in c. 1. n. 2 de iudi. & probauit Marsil. sing. 555. & Bello. cõs. 59. n. 6. Fatetur sane Menoc. d. casu 158
51. num. 40. post plures DD. quos allegat, in causis sũmariis semper vsq. ad sententiã interrogationes fieri posse, etiã ad partis instantiam: quod in his iudicijs non concluditur in causa, nec requiritur in causa conclusio & hoc etiam notauit Marant. vbi supra num. 30. Gratian. d. decis. 36. n. 14. Corn. cos. 135. in fin. & Micha. Ferrer d. c. 288.

Non obstat quod iudex post con- 159
clusum in causa possit ex officio deferre iuramentum suppletoriũ: respondet enim Menochius d. casu 51. num. 36. sumi non posse argumentum à iuramento ad interrogationem, quia illud sentẽtiæ loco venit vt in l. generaliter C. de reb. cred. & iur. iura. quod in interrogatione non contingit.

Ego Menochij opinionẽ & distinctionẽ 160
verã in pũcto iuris existimo, licet cõtrariã sententiam æquiorẽ putem: nec vrget obseruantia Regij Senatus apud Ferrer. d. c. 188. quia erat in causa summaria licet facta fuisset denuntiatio processus seu conclusio in causa, ad notata per Gratian. d. decis. 36. num. 14. & per Marant. vbi supra n. 30. Lõgè magis premit obseruantia Senatus quam refert Cancer. var. p. 3. c. 12. à n. 65. sed pro opinione Menochij conducit Senatus decisio quam affert Peguera decisionum tom. 2. cap. 32. Animaduertit idẽ 161
Gratia. decis. 198. num. 28. quod quando adesset magna causa & æquitas, posset iudex post conclusionem in causa admittere probationes: dum tamen arbitrium suum moderetur habito respectu ad ius alterius partis illiusque præiudicium, quia si esset concursus æquitatis, contra negligentem iudicandum esset. Mascard. de probatio. conclus. 219. num. 20.

Succe-

162 Succedit alia ad rem de qua agimus, propositio & regula quod officium iudicis
163 datur, vbi deficit actio. Sic seruus qui non potest agere, intentat tamen officium iudicis pro alimentis etiam contra dominum, tex. est in l. seruus ad custodiam templi de alimen. & cibar. legat. l. quidam §. illo C. de necessa. ser. hæred. instit. late Surd. de a-
164 limen. priuil. 7. tit. 8. num. 2. Sic si fiat legatum alimentorū alicui religioso & sic personæ incapaci, qui cum habeatur pro mortuo, non potest exercere actionem, exemplo serui, datur officium iudicis in quo illud residet, ita vt possit quandocunq. velit interponere Ripa in l. 1. num. 47. ff. de legat. 1. Ias in l. 1. num. 9. C. qui admitti. Bart. in d. l. seruus ad custodiam num. 3. Gomes. de testam. tit. de legat. cap. 12. n. 46. Surd. de alimen. tit. 3. q. 4. num. 12. vsq. ad num. 14. Gratian. decis. 7. in additio. n. 1. qui etiam discep. forens. tom. 3. cap. 436. num. 10. & 11. probat quod si monachus ratione studiorum vel pro reditu ad patriā post sex annos studij contraxit debita, licet non habeat actionem formalem contra Monasterium, tamē potest pro huiusmodi necessarijs implorare officiū Superio-
165 rum. Sic Peregri. de iur. fisc. lib. 3. tit. 14. num. 1. versic. *Duodecima conclusio*, concludit fratres minores esse incapaces iudiciorum pro rebus sibi donatis vel relictis in vltimis voluntatibus, ideoque ex officio iudicem compellere grauatos ad exequendum relicta per tex. in c. exijt qui seminat. versic. *Ita tamen quod ab omni*. & versic. *In hoc casu illud in omnibus*. de verbo. sig-
166 nific. in 6. Sic quando monasterium ad bona obuenta vel acquisita consequenda non habet actionem, tamē posse implorare officium iudicis asserunt Nicola. de Vbald. de succes. cler. ab intestato in 2. p. num. 9. Redoan. de spoliis Ecclesiast. q. 8. n. 47. & 48. versi. *Deueniendo*. eodem tit. de successio. clerici ab intestato regularis & se-
167 cularis. Gratian. d. decis. 7. num. 4. Sic si inter partes calculatio rationum facta fuerit & inueniatur error non solum in mathematicis consistens vt puta quando calculatores dixerunt duo & tres esse octo, sed vbi erratum esset in iure eo quod oneratus esset administrator de parcellis, quibus iure onerari non debuit, licet ex iuris dispositione ratio retractari non deberet per modum actionis, saltem per officium iudicis iste error retractandus foret ex Bar. & Platea in l. instar C. de iur. fisc. li. 10. Parisi. cons. 89. num. 27. Mascard. cōclus. 253. num. 1. & 13. late Escobar de ratiocin. cap. 41. ex nu. 6. vbi quid si illa calculatio fuerit per rem iudicatam confirmata, & a nu. 31. quid si fuerit vallata expresso pacto de non contraueniendo, & iterum num. 30. loquendo de calculatione electorum. Sic 168
quando is qui soluit vsuras, iurauit illas non repetere, tunc quia parti præclusa est via agēdi, iudex ex officio procedit, vt est casus, secundum vnum intellectum vbi DD. in c. ad nostrā 2. de iur. iuran. & notāt Bartholo. Socin. consil. 219. Peguer. decis. 35. nu. 1. Sic vbicunq. propter dolum partis su- 169
blata est via agendi, iudex ex officio procedit ita Landi. in clem. 1. de offic. ordina. Pan. in c. fin. de for. compet. in 6. Peguer. d. decis. 35. num. 1. Sic licet cappellanus 170
ad nutum patronia amobilis, non possit, si remoueatur, petere restitutionem, cum ei nō competant remedia possessoria, quia non possidet, vt dicitur de colono l. 1. §. deciditur & l. fin. ff. de vi & vi armat. si tamē prouisus in beneficio amobili ad nutum, ex malitia & sine causa fuerit remotus, poterit adire Superiorem vt eum ex officio restituat, Rebuf. tractat. nominatio. q. 9. n. 25. Petr. Gregor. de beneficio. c. 11. num. 12. Lara de anniuersar. & cappellan. lib. 2. cap. 6. ex num. 20. quia malitijs hominum non est indulgendum l. in fundo ff. de rei vēdi. in hoc tamen caute est procedendū: nam malitia cessante potest patronus ad nutum remouere sine culpa cappellani & sine causæ cognitione vt animaduertit & declarat Lara ibidem num. 22. & seqq. Sic 171
licet ad dandum dotem filiæ non cogatur pater iure actionis, quasi ad hoc obligatus, officio tamē iudicis, quasi hoc onus officio paternæ pietatis incumbat, compellitur, Capel. Tolos. q. 291. Andre. Gail. prac. obser. lib. 2. obser. 95. in pri. Anto. Oliba de

actio.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

actio.2.par.lib.1.cap.14.num.43.& ibi addutio. nu. 12. Couar.in epit.ad 4.Decreta. 2.p.c.3.§.8.num.7.Petr.Barboſ.in l.1.par. 4.à n.4.ff.ſolu.matri.fuſe Petr. Fontanell. de pact.nupti.tom.2.clauſ.5.glo.1.par.1.n.
172 29.vbi ab hac opinione quod pater nō iure actionis ſed officio tantum iudicis teneatur tāquam valde recepta,& communi nō eſſe recedēdum ait.Sic ſi per ſtatutum præfixus ſit terminus parti ad dicēdum de *nullitate*, non cenſetur per iſtud ſtatutum ſublatum officiū iudicis,ad quod ſemper poterit recurrere grauatus ex nullitate & per ſimilia ſtatuta excluſus.Anchar. conſ. 208. *Iudex* col.3.Stepha.Gratia.deciſ.231.nu.14.qui
173 tamen in additione n.1.& 2.ſubdit quod ſi ex ſtatuti diſpoſitione tollitur omnis actio & prohibetur omnis moleſtia,cenſetur etiā ſublatum officium iudicis; pro vt eſſet ſublatū officiū iudicis eodem tempore quo ipſa actio quando ſuccederet loco actionis, Balb.de præſcripti.4.p.quæſt.3.prin num.
174 101.Et non ſolum datur officium iudicis ſublata actione,ſed etiam ſublata exceptione vt in caſu dicti ſtatuti præfigentis terminū ad dicendū de nullitate: illud enim ſtatutū intelligitur tā agendo quam excipiendo, Caſtrenſ.conſ.288.in 2.dub.lib. 2.Achil.deciſ.16.de conſtitut. Plot. conſ. 63.num.4. late Gratia.deciſ.151.num.6.
175 & num.14.Denique quod ſublata actione non cenſeatur ſublatum officium iudicis Gutier. de iura.1. par.c.41.num. 2. Gomez l.45.taun num.12.Ceball.mi le loqui. 784.Bellug.in ſpecul.prin. rubr.41. num. 33.Guid.Pap.& ibi additiones deciſ.362. Rolan. à Valle vol. 3. conſ. 68.num. 28. Pinel.in authen.niſi tricennalis num. 59. c.de bon.mater.& in l.2.par.3.c.1.num. 15.C.de reſcin.vendit.Crauet.de antiquita.temp.§.4.ſectione incip. *materia*. num.
176 58. Iuuat quod plura iudicis officio fieri poſſunt,quæ ad partis inſtantiam fieri prohibentur vt notat Laſ.in l.vbi pactum C. de tranſacti. quo loco complura adducit
177 exempla.Demum Parlador.rer. quotidi. cap.1.§.15.num.50. docet quod lex ſtatuens præſcriptionem actionis,non comprehendit officium iudicis cum ſint diuerſa ex glo. & DD. in pri.inſtit. de actio. vbi ſubdit quāto tempore præſcribatur officio iudicis ex Balb.de præſcrip.4 par.4. princip.q.30.

Non longa diſſimilis eſt illa alia propo- 178
ſitio ſiue theorica quod prohibita appellatione, non cenſetur prohibitum officium iudicis,ita Ripa in l. nemo poteſt num.90. ff.de legat.1.Riccius par.2.deciſ.222.Dō Ludouic. à Peguera deciſ.196. num. 13. Sic dicit Aretin.conſ.106.num.10.& 11. quod vbi lex vel ſtatutum prohibet appellationem,poteſt proponi querela coram Superiore, quando iniquitas eſt euidens & magni præiudicij. & hoc etiam notat Deci.conſ.533.num.1.& 2.alios referunt Bruno. à Sole in ſuis quæſtion. legalib. quæſt.22.num.87.Cancer. var. reſol. par. 3.cap.18.num. 15.vbi à num.12. ita reſoluit in cauſis reclamationum Curiæ Vicarij Barcinonæ,in quibus prohibetur appellatio iuxta Regiam pragmaticam, de qua in 2. vol. conſtitutionum Cathaloniæ tit. *de orde iudiciari de la Cort del Veguer*. Sic tradunt 179
DD.prohibita appellatione non eſſe prohibitum recurſum ad Superiorem,Menochi.de arbitrar.quæſt.70.lib. 1. num. 24. & 25. Gratian.deciſ.86.num.12. Roland. conſ.94.num. 3.& 4. lib.1. Ruin. conſ. 157.num.6.lib.1.Vincent.de Franc.deciſ. 148. Pariſi. conſ. 118. li. 1. quod etiam procedit in cauſis criminalibus vt per Michael.Ferrer.3.par. obſer. cap.22.& late per Proſper.Farinaci. tom. 1. par.2.cauſ. crimin. tit. de variis ac diuer. quæſtioni. quæſt.101.num.105.& 106. Sic quoque 180
communiter ſcribentes concludunt ſublata appellatione non eſſe ſublatum ius dicendi de nullitate ſententiæ,Franc.in cap. dilecta quæſt.49.de appellat. Angel.conſ. 108.Menochi.de adipiſcen.poſſeſ.remed. 4.ex num.88.Ferrer 3.par.obſer. cap.21. in fin.& cap.25.Farinac.lib.3.tractat.cauſar.crimin.quæſt.101.nu. 111. niſi nullitas incidenter & acceſſorie cum appellatione proponeretur vt declarat Zucard. conſ.37.num.43. alios citat Cancer.var. par.3.cap.18.ex num.21.vbi ponit exemplum in ſententijs Viſitatorum Generalis Cathalo-

Cathaloniæ à quibus appellari non poteſt per cap. 1. Generalis curiarum anni 1599. & in ſententijs confirmatorijs ſententiarū iudicum tabulæ, à quibus cōfirmatorijs appellare non licet per conſtitutio. 4. tit. *de ofici de Iutges de taula.* & tamen poterit de nullitate dici.

181 Nec mirum eſt quod prohibita appellatione, non intelligatur prohibitū officiū iudicis cum omnes leges prohibentes appellationem aut reuiſionem ſint odioſæ & ſic reſtringēdæ vt notat Maranta de ordin. iudic. par. 6. tit. & quando. appella. num. 367. Ripa in c. 1. num. 4. de reſcrip. Beretta

182 conſ. 61. num. 2. vbi ideo poſt alios. DD. aſſerit ſublata appellatione à diffinitiua, nō cenſeri ſublatam appellationem ab interloquutoria. Menoc. de arbitrar. iudic. caſu 70. Anton. Sola ad cōſtitu. Sabau. tit. de modo obſeruan. in deciſio. caſuum arbitrari. ex num. 58. vbi dicit videri dari occaſionem de linquendi cum tollitur appella-

183 tio. Poſſe tamen appellationem per priuilegium prohiberi recepta ſententia eſt ex Surdo deciſ. 36. Couar. prac. cap. 26. num. 6. Oliba de actio. par. 1. lib. 3. § in bonæ n. 10. vbi teſtatur de obſeruantia noſtri Regij Senatus circa Regium priuilegium Conſulatus Logiæ maris Ciuitatis Barcin. quod prohibet appellationem à ſententijs in d. Cōſulatu in cauſis primarum appellari nullatis, ſiue confirmatorijs, ſiue reuocatorijs primitiuæ ſententiæ. Farinac. de diuer. ſ. qq. crimina. q. 101. cap. 1. num. 95. & ſeq. vbi & in criminalibus hanc opinionem admittit ſcribit.

184 Alia eſt propoſitio & DD. ſentētia quod vbicunque reus habet ius excipiendi, poteſt implorare officium iudicis principaliter & loco actionis vt actori ſilentium imponatur. ita tenent glo. in l. Aurelius §. centum & ibi Bart. ff. de l. be. lega. & glo. in l. ſi contendat & ibi Bart. ff. de fideiuſſor. Bart. in l. 1. in 1. principali quæſt. ff. de cōdict. ex lege, & in l. ſi ſocietatem §. arbitrorum. verſic. *Quæro quo iure arbitratoris.* ff. pro ſoci & in l. 3. §. nunc de effectu ff. de liber. lega. & l. ſi finita §. eleganter ff. de dam. infect. Alexan. in d. §. eleganter n. 27. Iaſ. in l. 1. num. 5. ff. de condicti. ex leg. Antoni. Oliba de actionib. par. 1. lib. 3. cap. 3. num. 74. Bald. in rubr. C. de condic. ex leg. Roderic. Suarez allegatio. 4. num. 8. Decian. conſ. 118. num. 19. vol. 3. Molin. de Hiſpa. primog. lib. 3. cap. fin. num. 30. & 31. Flamin. Cartar. deciſ. 20. num. 1. 2. 3. & 8. vbi nu. 14. docet coram quo iudice experiri debeat an coram iudice actoris vel ipſius rei. Eandem opinionem ſequitur Paul. de Caſtr. in d. l. ſi contendat. dicens quod facit bonus tex. cum glo. in l. ſi duo patroni in prin. ff. de iur. iuran. vbi habetur quem poſſe agere ad declarationem iuris ſui quando dubitat moleſtari. facit etiam tex. in l. fin. in p i. ff. quod met. cauſ. per 185
quam etiam ibi notat Bart. quod vbicunque timeo ne mihi vis vel moleſtia fiat, poſſunt ſuper hoc implorare iudicis officiū, vt prohibeat. quod probat etiam textus in l. ſi pater C. qui bon. ceder. poſſu. & notat ibi Bald. num. 2. & poſt Baldum Gratian. deciſ. 133. num. 9. Flamin. Cartari. deciſ. 20. num. 4. Sic Cynus in d. §. centū. 186
concludit quod ſi ſunt duo ſocij, & finita ſocietate alter vult implorare officium iudicis vt imponat perpetuum ſilentium ſocio ſuo ne eum neq. hæredem ſuum moleſtet, poteſt hoc petere. quod etiam tenet Nicol. de Neapol. in l. 3. §. contrarium ff. de contra. iudic. tutel. Sic Bar. in l. 1. C. cōmun. de legat. aſſerit quod ſi legatarius poſſidet rem legatam, & hæres negat, poterit legatarius adire iudicem & petere declarari ſe dominum & poſſeſſorem ex cauſa legati. 187

Contrariam ſententiam nihilominus 188
tenuerunt aliqui DD. quos recenſent Iaſ. in d. l. 1. num. 3. ff. de codic. ex leg. & Alexan. in d. l. ſi finita §. eleganter. num. 14. & à num. 22. vſq. ad num. 30. Fundamenta huius opinionis ſunt præcipue ex l. pure §. fin. ff. de do. excep. vbi dicitur quod reus non habet in poteſtate ſua quando conueniatur. & ex l. 1. C. vt nemo inuit agere cogat. & l. diffamari C. de ingen. & manum. vbi quod nemo compellitur agere niſi diffamaret reum de debito; vnde ſatis eſſe videtur quod reus habeat exceptionē,

quæ

quæ eſt perpetua; nam ſi forte vereatur ne tempore ſibi pereãt probationes, quas per teſtes & non per inſtrumenta habeat, poteſt ſibi conſulere per productionem & publicationem teſtium ad æternam rei memoriam vt in auth. ſed & ſi quis C. de teſtib. c. quoniam frequenter vt lit. non cõteſta.

189 His minime reluctãtibus Alexan. in d. l. ſi finita §. eleganter ff. de dam. infec. vbi n. 14. & à num. 22. vſq. ad num. 30. late hanc quæſtionem diſcutit & examinat, piorem ſententiam tutiorem appellat num. 14. & communem num. 22. & veriorem num. 27. & eam apud nos in praxi ſeruari video pro vt certiorem exiſtimo, licet communis aduocatorum vſus recipiat quod in libello rei narrari ſolet aduerſarium gloriari & ſe iactare de tali prætenſo iure; nam nulla fit, nec exigitur probatio iactationis vel
190 diffamationis. Ad leges in contrarium adductas reſpondent Paul. de Caſtro in d. l. ſi contendat. & Alex. in d. §. eleganter nu. 26. & 29. quod eſt verũ quod non poſſum ego reus compellere te in vitum ad agendum contra me; ſed propter exceptionem, quam habeo, poſſum agere cõtra te inuitũ implorando iudicis officium vt declaretur me tibi non teneri, & hoc caſu non facit reus quod actor eum conueniat, nec iſtud reus petit: & licet reus ad tuendum ius ſuum habeat remedium productionis & publicationis teſtium ad perpetuam rei memoriam; tamẽ non eſt iniquum plura remedia extra ordinem ex equitate circa idem induci l. de pecoribus cum glo. C. ad leg. Aquil. l. 1. §. per hanc & ibi glo. C. de rei vendic. & notat Bart. in l. in prouinciali §. 1. ff. de rei vendic. & ita reſpondet Anton. de Butri. in cap. ſignificauit de teſtib. Differentiam inter remedium dictæ l. diffamari & remedium dictæ l. ſi contendat docet Couar. lib. 1. var. reſol. cap. 18.

191 Sit alius propoſitionis loco doctrina illa ſcribentium quod ex omni contractu iudiciali oritur officium iudicis ſuper quo proceditur exequutiuè. ita docent Coler. de proceſ. executiu. p. 3. c. 2. à num. 23. vſque ad num. 29. Stepha. Gratia. diſcep. forenſ. tom. 1. cap. 183. num. 6. 7. & 8. & hoc intelligunt quãdo ſumus in iudice ordinario & Felin. in c. ſi quando de officio delegat. num. 4. ampliat ad acta coram delegato vt ſaltem habeant executionem coram ordinario. Hinc quando rationes inter par- 192
tes fuerunt examinatæ & in ſumma concluſæ in iudicio, ſicque contractus cõputationis geſtus eſt apud acta, obtinebit iudicis officio paratam executionem; quia confeſſioni æquiparatur quaſi habeat fomentum caloris iudicij, Surd. conſ. 271. num. 45. lib. 2. & eſt glo. in authen. generaliter. in verb. *conſcribat*. C. de epiſc. & cler. Curt. Iun. in l. tale pactum 40. §. qui prouocauit num. 27. ff. de pact. Alexan. in l. eum pro quo 17. de in ius vocan. Affic. deciſ. 387. num. 1. & aliud eſſet ſi huiuſmodi computa fuiſſent ſolum approbata extra iudicium etiã præſente tabellione, quaſi tunc habeãt ſolum vim inſtrumenti cui non datur executio donec fuerit recognitum in iudicio l. minor viginti quinque annis 41. ff. de minor. Bald. in l. 1. in pri. C. de execut. rei. iudic. Alex. conſ. 92. in princ. lib. 2. Iaſ. in l. 2. num. 9. de iuriſd. om. iud. Ruin. conſ. 144. num. 7. lib. 4. Boer. deciſ. 295. num. 16. Gratia. d. cap. 183. num. 3. 5. & 6.

Adde quod in cauſis executiuis ſeu in 193
via executiua non proceditur iure actionis; ſed officio iudicis implorato quis ad ſoluẽdum compellitur, Paul. in l. ſi Prætor ff. de iudic. Roderic. Suarez in repetiti. l. poſt rem iudicatam. in pri. num. 10. Eſcobar de ratione in. cap. 38. num. 10. & cap. 41. num. 11.

Sit demũ alia eaq. valde generalis propo- 194
ſitio & DD. pronũciatio, quod iudicis officio ſiue arbitrio relinquũtur, quæ lege nõ definiuntur. ita ex Baldo & Iacobo Beluiſo notat Thomas Parpalia in l. 1. num. 45. ff. ſolut. matri. Menochi. de arbitrar. iudic. in procem. num. 5. Anton. de Roſellis in tractat. de iudicijs & tortura num. 4. per tex. in l. hodie & in l. ſanctio ff. de pœnis & in l. poſt §. quibus nulla ff. de effractor. facit tex. in l. 1. ff. de iur. deliberan. vt enim

ſcripſit

UAB Biblioteca de Ciències Socials

scripsit Iulianus in l. non possunt ff. de legib. non possunt omnia lege comprahendi, & maximè ea, quæ ob magnam varietatem commodè definiri nequeunt in lege non continentur vt admonuit Francis. Duarē. in l. in actionibus in verb. *licuit*. ff. de in litem iuran. ideoq. ista iudicis arbitrio dimittuntur; nam vox iudicis est vox legis l. nam & posteriores & ibi Bald. ff. de iusti. & iur. & quod à iudice fit, dicitur fieri ab ipsa lege l. 1. §. omnis de veter. iur. enucle. propterea iudex merito legis auxilium appellatur ab Eguinario Barone de diuiduis & 196 iudiuid. cap. 4. num. 11. Hinc iudicis officio siue arbitrio remitti quando aliquid dicatur fieri incontinenti vel ex intervallo, decidit Ioseph. Ludouic. decision. Lucen. 24. & quæ dicatur causa ardua ad finem deferendi iuramentum, Thesau. decis. 61. & quis vocetur pauper vel diues, Farinac. decis. 13. & an sit deneganda audientia, Vincen. de Franc. decis. 271. par. 2. & quātum esse debeat tempus torturæ, Aloisi. Ricci. in decis. curiæ Archiepiscop. Neapolit. 39. & an quis sit fideiussoribus relaxādus in criminalibus, Hierony. Lauren. in 197 decisi. Rotæ Auin. 5. Debet tamen iudicis arbitrium esse regulatum secundum subiectam materiam & secundum ius commune vt scribunt Ossasc. decis. 71. Benintē. decis. 31. & Ioseph. Ludouic. decis. 3. & decis. 24. optimè Escobar de ratiocin. cap. 18. nu. 8. & 9. vbi quod iudex in præstando arbitrio suo metas iuris, rationis naturalis, & æquitatis excedere non debet, cū boni viri arbitrio fieri non dicatur quod sine ratione fit, vt respondit Soci. cons. 91. num. 13. Rube. cons. 156. num. 12. nam iudex, pro vt eum definit Aristoteles 5. 198 Et hico. est iustum animatum. Regulariter tamen in arbitrarijs iudex reprahendi non potest DD. de Rota in decis. 47. de appellati. in nou. & notatur per Ioseph. Ludouic. decis. 1. & decis. 3. Vnde Paul. Castrens. cons. 197. & 346. ait quod in his quæ iudicis arbitrio sunt commissa, Iudex si non rectè administrauit, non debet pro mala administratione condemnari. & hoc refert & sequitur Bouadil. lib. 5. Polit. c. 7. num. 23. & ambos DD. allegat & tenet Escobar de ratiocin. cap. 26. num. 4. maxime si iudex habuit bonum animum. Quæ autem 199
iudicis arbitrio in iure committantur, cōgerunt Tiraquel. in l. si vnquam verb. *omnia* à num. 28. ad 33. C. de reuoc. donat. Viui. lib. 2. commun. verb. *arbitrio iudicis*. & lib. 9. verb. *iudicis arbitrium*. Cassan. in consuetu. Burgun. rub. 1. §. 5. verb. *pour la primiere* à num. 15. ad 18. Iul. Clar. in prac. q. 83. & latissimè Menoc. de arbitrar. iudic. Aloysi. Ricci. collecta. 811. decisionum. Pinel. in l. 1. C. de bon. mater. 2. p. num. 72. Bouadil. in polit. to. 1. li. 2. c. 10. num. 26. Garcia de nobili. glo. 7. num. 38. & glo. 12. num. 25.

§. II.

POstquam generales propositiones siue iurium & DD. placita & traditiones prosequutus sum, ad speciales venio, & casus speciales afferam in quibus iudex ex officio procedit, innumeros colliges ex huc vsque scriptis, alios præter eos annectam, qui maiori annotatione digni videntur, reliquos remissiuè dumtaxat attingam.

Ex officio iudex tempore necessitatis 200
populi habentes triticum vinum aut oleū seu alia victualia cogere potest sine personarum delectu iusto pretio ad vendendū egentibus, licet ad vendendū non habeant destinata l. frugem ff. de verb. signifi. Auil. in cap. 17. præto. glo. *A razonables* nu. 7. & seq. & num. 26. Mexia de pane concluſ. 1. num. 3. & 5. Bouadill. in Polit. to. 2. lib. 3. cap. 4. num. 66. & multo magis compellere potest mercatores & negociatores & eos qui exercent officium similia vendēdi, & vt carius vē dant, illa subtrahunt & occultant, Lucas de Penna in l. 1. C. vt ruslica. ad nullum officium li. 11. Cassan. in Catal. 20
glo. mun. 11. par. consider. 32. ad fin. Imò compellere potest his casibus ad vendendum ea minori pretio quam attenta magna raritate & caritate ipsorū publicè vē derētur, cōsiderato tamē iusto illorū pretio pro sua bonitate & valore, habitaq. aliqua ratione prædictæ raritatis & caritatis, quæ

iustum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

iustum pretium auget, Arias Pinel. in l. 2. C. de rescind. vend. 3. p. num. 8. Couar. lib. 2. var. cap. 3. num. 5. ad fin. S. Antonin. 2. p. tit. c. 16. §. 1. 3. Cremens. in d. l. 2. num. 233. Bouadil. qui supra num. 66. & omnes DD. vt præfatus Pinel. asserit. Sed & potest 202 iudex tempore magnæ necessitatis populi compellere clericos pro annona & prouisione Reipublicæ ad vendẽdum agentibus frumentum quod supersit alimentis suis & suæ familiæ. Bart. in l. 1. §. cura carnis ff. de offic. præfec. vrb. idem Bar. & Platea in l. 1. ad fin. per. tex. ibi C. vt nemi. licea. in cõpara. spec. ier. se excus. li. 10. Capel. Tolosã. decisio. 446. & ibi latè Aufrer. Auiles in d. glo. *A razonables* num. 34. Bouadil in d. lib. 3. cap. 3. num. 14. Petr. Gregor. in syntag. iur. 3. p. li. 36. c. 30. num. 3. Mexia de pane in d. conclus. 1. num. 60. & 64. Gutier. prac. qq. lib. 1. q. 13. cum seq. vbi disputat an iudex laicus tempore imminẽtis necessitatis possit sequestrare grana decimarum Ecclesiasticorum ad prouisionem Reipub. Escobar de ratiocini. c. 17. num. 39. facit optimè tex. in ca. aurũ & in ca. seq. 12. q. 2. Potest etiam iudex 203 secundum casus exigentiam statuere vt non transportentur fruges extra territoriũ, Francisc. Marc in decis. 236. par. 2. Lucas de Pen. in d. l. 1. C. vt rustic. ad null. offic. lib. 11.

Officio iudicis possunt diuites compel- 204 li tempore magnæ famis & necessitatis ad dandam egentibus eleemosynam Azor. instit. moral. p. 2. lib. 12. cap. 12. q. 3. Augusti. Barbos. de offic & potesta. episc. par. 3. allegatio. 87. num. 4. Henriq. in sum lib. 13. cap. 17. §. 5. in fin. Surd. de alimen. tit. 3. q. 3. num. 27 Lara de anniuersarijs lib. 1. 205 cap. 21. num. 74. Officium iudicis implorare possunt pauperes contra medicos & aduocatos vt gratis curent eos infirmos & ipsis litigantibus patrocinentur Tiraquel. de nobilitat. cap. 29. num. 44. glo. in c. sicut verb. *Esurientium* 47. dist. Aretin. cons. 48. Dixi officio iudicis; nam vt voluit glo. 206 in c. domino verb. *necesse*. 50. dist. eleemosyna officio iudicis peti potest, non iure actionis. similis est alia glo. in c. exigunt 1. q. 7. & idem tenuerunt Speculat. tit. de instrum editio. §. nunc aliqua verfic. *Sed an pauperes habeant actionem*. Panor. & Io. Andr. in c. si quis propter necessitatem de furt. Tiraquel. plures allegans d. c. 29. num. 44.

Ex officio iudex vel officialis potest ca- 207 pere seu capi facere res priuatorum, veluti animalia pro iustitia facienda, vel exequẽda argumento l. fi. §. fi. ff. de pignor. actio. & l. 1. de naui. nõ excusa. lib. 11. C. Bart. in l. iubemus C. de sacros. Eccles. Paris de Pute. de syndica. in verb. *An officialis* num. 1. sic dicit ibi Bart. quando iudex mittit delinquentem ad furcas, posse capi facere asinum super quo portetur. Sic quoque cõ- 208 mune Ciuitatis potest capere animalia ad ferendum salmas causa mittendi frumentum in exercitum vel causa faciendi venire frumentum decisso vt notant Bar. in d. l. iubemus. Salycet. in l. venæ §. si constat ff. commun. prædio. & in l. si locus §. cum via ff. quemad. seruitut. amitt. Et his casi- 209 bus debet emendari damnum passo argũ. l. quemadmodum §. magistratus ff. ad l. Aquil. vel iustum pretium offerri argũ. l. 2. C. qui ser. pro premio liber. & d. l. locus §. 1. (apud nos ex consuetudine aliquid minus solito pretio datur) & soluitur emenda non de pecunia officialis sed de pecunia publica, Bar. in d. l. iubemus & in l. diuus ff. de bon. damn. Paris de Pute. in 210 d. verb. *an officialis* num. 1. & 3. Debet tamen officialis capere animalia locari solita antequam ad alia manum mittat argum. iurium & DD. in l. pen. & fi. de curs. publi. vbi quod officialis pro deferendis armis & pecunijs de loco ad locum potest capere animalia solita locari de publico. faciunt tex. cum ibi not. in l. fin. §. quoties de fabri. l. pen. de iur. fisc. l. 2. ne rust. ad vllum officium & l. 2. de postu. pub. & notat Lucas de Pen. in l. 2. de luer. aduo. Sed 211 & Andre. de Isern. in tit. de pac. iura. firmã. in §. receptatoribus. circa fin. ait non teneri iudicem qui vt maleficia puniantur & alij terreantur, zelo iustitiæ dedit alteri damnum cum aliter prouidere non posset; subdit tamen teneri fiscum ad illud damnum

qua

quia hoc exigit publica vtilitas argum.l. contra §. fin. ff. ad Syllani. & l. 1. C. in qui. 212 ca. ser. Et merito nam quoties princeps etiã publicæ vtilitatis causa alicui ius aufert, debet damnum quo illum afficit, ei resarcire dessio, Anto. Gabri. de iure quæst. non tolle. concl. 1. num. 9. Aluer. Velasq. consult. 22. num. 5. Vasqui. controuers. illustri. li. 1. cap. 4. Cravet. de antiq. temp. 4. par. num. 247. fallit tamen vbi per legem aut statutum generale alicuis iuri derogatur: tunc enim nulla faciẽda est damni cõpensatio Surd. cons. 210. num. 64. vol. 2. Monter. decis. 50. n. 10. adde alium casum fallentialem ex decisione nostri Regij Senatus apud Peguer. decis. 8.

213 Ex officio iudex publicatis etiam & didicitis iam testimonijs potest alios testes interrogare, DD. omnes in cap. cum clamor. ex illo tex. de testib. Socin. in c. fraternitatis versic. *Trigesimus tertius.* de testib. & Socin. in tractat. fallentiar. regul. 403. fallen. 44. Cravet. cons. 134. Menoc. de arbitr. iudic. lib. 1. quæsti. 34. num. 17. Anton. Faber in suo codice tit. de testib. defin. 5. qui duo posteriores late casus enumerant, in quibus testes didicitis testificatis recipi possunt. est quæ ratio quia in iudice cessat omnis subornationis suspitio. Adde Stepha. Gratianum discep. forens. tom. 3. cap. 468. num. 43. vbi post Bald. & Roman. & alios probat cum agitur de causa honoris & status posse iudicem in calculo ferendæ sententiæ & ex officio informationem sumere ex testibus quorum nomina & fides priuate dantur. & hoc etiam voluit Aymon cons. 134. num. 1. Deci. in c. 1. in 2. notabili de exceptio. hanc tamen partis cautelam rep obat Gutier. de iuram. confir. par. 1. c. 66. num. 5. Et non posse iudicem excedere numerum testium à lege vel statuto taxatum notat Rebuff. de 214 testib. glo. 7. num. 41. Similiter iudex ex officio supplet repetendo testem cum declaratione sui d. c. cum clamor & ibi Felin. Paris de Puteo de syndica. in verb *iudex qui potest.* num. 5. Et in quocunque iudicio & in qualibet ipsius parte potest ex se ipso probationes dubias declarare Morot. respons. 35. num. 26. lib. 1. Et post conclusionem causæ potest rem oculis facere exhiberi Paris. cons. 68. num. 12. & 13. lib. 1. In causis quoque criminalibus quamquã 215 post publicatas attestationes non potest fieri testium productio super eisdem indicijs & capitulis ad offensam ad partis instantiam, potest tamen fieri ex officio iudicis, Bart. in l. 2. §. si publico ff. de adulter. & in auth. at qui semel num. 32. & 33. C. de probatio. Innocen. & Felin. in d. c. cum clamor de testib. Diaz in prax. verb. *Pro quibus omnibus ac necessarijs* num. 1. quod maximè procedit in Cathalonia ex traditis per Cancerium var. resolu. par. 1. cap. 20. in noua editio. num. 45. Aduertit tamen Farinaci. q. 75. cap. 14. num. 426. neq. iudicẽ posse ex officio illud facere, si id faciat ad suggestionem partis. Dixi ad offensam, 216 nam ad defensionẽ vera opinio est publicatis attestationibus posse etiam ad partis instantiam recipi & examinari in criminalibus causis testes vt notant. DD. in c. fraternitatis de testib. Socin. d. regul 403. & citati per Farinac. d. q. 75. cap. 14. num. 407. cum seq. Aretin. cons. 80.

Ex officio iudex repellit testes inhabiles l. quos prohibet ff. de postulan. quod 217 tamen est intelligendũ si sint inhabiles ita vt per partem habilitari nequeant veluti si sint banniti, infames, excommunicati & similes: nam si exceptio repulsiua testis sit inducta fauore partis vt est exceptio inimicitiæ, familiaritatis, consanguinitatis, domesticitatis & similes, iudex huiusmodi testes parte non opponente non potest repellere; quia pars permittens contra se hos testes produci, nihil protestando vel excipiendo, intelligitur eis remittere omnes exceptiones, quæ per eius cõsensum tolli possunt. ita declarant Cancer. var. par. 1. in noua editio. cap. 20. num. 27. Anton. Gomes. de delict. cap. 12. n. 22. Osasc. decis. 22. num. 18. Monter. decis. 21. nu. 7. Alex. cons. 122. lib. 3. post Io. Andre. in addit. ad Specul. tit. de teste §. 1. versic. *Quid si iudici.* Bald. in l. si quis testibus circa fin. C. de testib. & alios. Hunc quoque articulũ tractant Paz in prax. tom. 1. tempore 9. num. 9.

num. 9. & ſeq. Farinac. lib. 2. q. 62. ex num. 175. Seraphi. deciſ. 289. & 295. Piazes in prax. Epiſcopali p. 2. c. 4. ar. 1. num. 28.

213 Ex officio iudex reijcit interrogatoria captioſa quæ ſolum tendunt ad inuoluendum teſtem vt vacillet quia pars de illis copiam habere non poteſt vt contradicat, eſt tamen hoc intelligendum ſi non adſit, timor mendacij ingeſte miniſtrando, Hoſtienſ. in cap. cum cauſam num. 9. verſic. *Nec de talibus* & ibi Felin. num. 13. in fin. de probatio. don Acaſi. de Ripol. var. reſol. cap. 5. num. 119. & 120. videndus eſt Farinac. de oppoſitio. cõtra examen teſtiũ
219 quæſt. 73. num. 53. Ex officio motu proprio reuocat iudex attentata & dicitur officiũ nobile Gaill lib. 1. obſer. 146. n. 7. Alex. cõſ. 99. n. 5. vol. 5.

230 Ex officio in criminalibus iudex dat reo terminum ad ſe defendendum ſiue petat vel non petat vt ſe & conſcientiam ſuam exoneret & vt non teneatur in ſyndicatu, ita notat Paris de Puteo de ſyndic. in verb. *An poteſtas*. num. 13. vbi ſubdit quod iudices crudeles ſitientes in ſanguine feſtinant ad condemnandum & abhorrent defenſiones præparantes Prætorium cum vexillis pompa & faſtu ad ſanguinem ef-
231 fundendum. Imò & iudex officio eius non implorato pœnam minuere poteſt vt notat Bart. in l. quid ergo. §. pœna grauior ff. de his qui notan. infam. Diaz in prax. crim. canon. in verb. *pro quibus omnibus ac neceſſarijs* num. 4. Debet ex officio procurare vt innocentia rei iniuſte damnati eluceſcat Tiber. Decia. poſt alios reſp. 69. n. 55. vol. 3. & ex officio quærere poteſt defenſiones criminoſi Grat. reſponſ. 98. num. 6. lib. 1. imò tenetur rei innocentiam quærere Farin. tit. de inquiſitione q. 11. num. 10. & tit. de varijs ac diuerſis qq. q. 99. numero 233. & debet aſſumere probationes innocentiæ abſentis Auil. in cap. 15. Prætor. glo. *homeſillo* num. 25. Viui. deciſ. 507. num. 22.

232 Ex officio iudex repellit excommunicatum agentem etiam ſi ab aduerſario non opponatur c. exceptionem de exceptio. Sed an ſimiliter repellat periurum agentem & venientem contra proprium iuramentum. Ioan. Gutierres in auth. ſi gramẽta puberum num. 96. C. ſi aduerſ. vendi. ſenſit iudicem debere repellere eum etiã non opponente parte; contrarium tenet Aymon conſ. 199. num. 12. & 13. cuius opinionem ſequitur & pluribus defendit Iacob. Cancer. var. reſol. par. 2. in noua editio. cap. 1. n. 297. iuncto n. præcedenti.

Ex officio iudex poteſt pro reo ſupplere 233
ſi conſtat de calũnia accuſatoris quia calũnia euidens habetur loco libelli inepti, Innocen. in cap. 1. de offic. vicar. Felin. in. c. dilecti filij circa princ. de iudic. & ſic vi notorij vt notat Paris de Puteo de ſyndic. in verb. *Iudex an ſi* num. 16. Bald. in l. 1. C. quomodo & quando iudex. vbi ait quod poteſt ſupplere pro accuſatore.

Ex officio iudex ad priuati vtilitatem 234
inquirit fauore pupillorum in cauſa ſuſpecti tutoris ad tex. in l. 3. §. præterea ff. de ſuſpec. tutor. Peregri. de iur. fiſc. lib. 7. tit. 3. num. 8. In Cathalonia probat Antoni. 235
Oliba de actio. par. 1. lib. 3. ad §. ſunt præterea nnm. 21. & 22. poſt Thomam Mier. iudicem qui initio ſui officij iurauit ſeruare conſtitutiones & leges patriæ, teneri ex officio relaxare & carcere liberare milites & fœminas ſi pro debitis ciuilibus capti fuerint, etiam ſi renuntiauerint priuilegio ſuo & conſtitutionibus prohibentibus capi milites & fœminas ex cauſis prædictis, nẽpe conſtitutioni *per deferir*, & conſtitutioni *à la conditio femenil* tit. *de actions, y obligations*, qui hoc priuilegium conceſſum fuit generi militari atq. ſexſui fœmineo, ideoq. huius legis beneficio renũtiari non poteſt argumẽto tex. in c. ſi diligenti de for. competen.

Ex officio iudex pupillis & miſerabili- 236
bus perſonis etiam non petentibus tenetur aduocatos & procuratores dare & aſſignare, l. nec quicquã §. aduocatus ff. de offic. procõſul. Rebuff. in tractat. de priuil. ſcholar. priuil. 90. n. 5. Couar. prac. c. 6. n. 4. Capell. Toloſ. dec. 481. Andre. Gail prac. obſer. li. 1. obſ. 43. n. 10. & dixi late infra p. 3.

in quæſtione 2. de auditione aduocatorũ
237 Similiter ex officio dat curatorem prodigo Rauen. ſingula. 516. & ſuſpectum remouet & alium deputat & nominatum per conſanguineos non admittit Panor. conſ. 91. num. 6. Surd. de alimen. tit. 7.
238 priuil. 86. num. 7. Et ex officio ſubuenit vaſallis à domino oppreſſis vt poſt Bald. Fabr. & Specul. concludit Grammaticus deciſ. 104. num. 15. Et quod ſupplet pro pupillis Eccleſia & pauperibus Balb. deciſionem 251. Crauet. conſ. 190. num. 8. & 10. & ad commodum miſerabilium Alex. conſ. 121. num. 5. vol. 1.

239 Ex officio iudex, parte non opponente, poteſt pronunciare appellationem eſſe deſertam, ſecundum Marant. de ordine iudicio. 6. par. tit. de appell. num. 398. & Auendan. cap. 1. prætor. num. 32. quos ſequitur Ioan. Gutier. prac. quæſti. lib. 1. quæſti. 103. num. 3. & 4. vbi tamen ſubdit poſſe iudicem ſed non legi quod teneatur dicto caſu declarare cauſam deſertam, ideoq. ait poſſe ſi malit, ipſam non deſertam habere, de cauſaque principali cognoſcere cum videat ſententiam à qua appellatum exiſtit, eſſe prorſus vel aliqua ex parte iniquam, imò inquit rectius eum facere illam non reuocando ne ex præteritione modici temporis altera pars in debite damnum patiatur & re ſua vel pecunijs priuetur & ſcrupulo conſcientiæ carere nõ videri hoc caſu iudicem appellationis iu-
240 bendo exequi ſententiam adeo iniuſtam cum poſſet eam reformare. Sed dum Gutierrez ait non legi quod iudex parte non opponente teneatur declarare cauſam deſertam, ſed quod poſſit deſertam declarare, reperio Stephanum Gratianum diſcep. forenſ. tom. 1. cap. 40. num. 19. vbi poſt Philip. Franc. & Grauat. ad Veſtri. aſſerit iudicem ex officio poſſe & debere quamuis non fuerit petitum, pronunciare cauſam deſertam. & idem ſenſit & late probat Gratian deciſ. 31. ex num. 4. rationem vtrobiq. aſſignat poſt alios Gratianus quia deſertio inducta fuit ob publicam vtilitatem vt ſit litium finis, ideoque partium conſenſus *nihil* poteſt operari, nec iudicis iuriſdictio prorogari. Sed regulariter 241
termini iudiciorum cenſentur dati fauore partium ideoq. ſi pars non opponat de lapſu termini, cum tacitè pars illa cenſeatur conſentire, nõ poteſt iudex de ipſo termini lapſu rationem habere vt late ex quã plurimis DD. probaui ſupra in 6. queſtio. de iudicis arbitrio circa ea quæ legib. expreſ. ſunt. ad fin. & addo nunc Cancerii in noua editio. par. 2. cap. 13. de reconuentione num. 4. 20. & 21. vbi cum per iura Cathaloniæ reconuentio fieri debeat infra octo dies, probat quod ſi fiat poſt octo dies, & pars taceat, admitti per iudicem debet, & teneatur ſuper illa pronunciare; quia ſi per ſtatutum agens non recipitur niſi infra certũ terminum, intelligitur ſi à parte excludatur. Animaduerte autem quando 242
eſt dubium an appellatio deſerta ſit nec ne, debere iudicem in dubio pronunciare appellationem non eſſe deſertã quia debet eligere viam mitiorem per quam ius non remaneat litiganti peremptum vt tenent Paul. de Caſtr. Alex. & Iaſ. in l. 1. ff. ſi quis cautio. Deci. & Felin. eosque referẽs Maran. vbi ſupra num. 397. Illud quoq. 243
notatu dignum eſt quod obſeruat Mohedа. deciſ. 293. licet iudex appellationis nõ poſſit infirmare ſententiam quæ per deſertionem tranſiuit in iudicatum, poſſe tamẽ de ſtylo confirmare & ita paſſim ſeruari, de quo etiam ſtylo teſtatur Vital. in dem. ſi appellationẽ de appellat. & Rotæ deciſionibus confirmat Gratian. d. deciſ. 31. in additio. num. 5. & 6.

Iudex etiam incõpetens quia ſua iuriſ- 244
dictio expirauit, poteſt condemnare in expenſis & declarare appellationem deſertã & ſententiam tranſactam in rem iudicatã, etiam parte non petente vt probat Gutier. prac. qq. lib. 1. queſt. 20. num. 5.

Quando iudex procedit ex officio ſuo 245
cõtra furem propter res furatas, poteſt cõdemnare inquiſitum ad reſtitutionem dãnum paſſo, etiam ſi pars nõ petat, vt tenẽt Bald. in l. 1. C. de appellatio. Angel. in l. ſi vacantia C. de bonis vacan. lib. 10. in. fin. idẽ Bald. in l. 2. C. de edẽ. ad fin. dicẽs quod ſi

ex pro-

ex proceſſu inquiſitionis probatur damnum vel intereſſe partis, quæ non interfuit proceſſui & reus confitetur ſuper eadem inquiſitione poteſt condemnari ſuper intereſſe partis ſine alio proceſſu, Innocen. in cap. cum oporteat de accuſatio. late Auiles in iudicio ſyndicatus cap. 16. in glo. *Pagada* num. 1. vbi plures allegat. Ioſeph. Ramon. conſ. 15. num. 1. in fin. Caball. reſolut. criminal. cauſa 82. num. 4. Cauallca. deciſ. 17. par. 5.

246 Ex officio iudex poteſt ſe extraiudicialiter informare de conſuetudine notoria, Stepha. Gratia. deciſ. 14. num. 15. Roderic. Suarez ad leges fori in procem. num. 14. in pri. verſic. *Predicta limita duobus modis*. qui tamen dicunt ſecus eſſe in ea quæ non eſt notoria quæ debet probari tanquam incerta & conſiſtens in facto l. 1. C. quæ ſit longa conſuetud. cap. 1. de conſtitut. in 6. Areti. in §. ex non ſcripto num. 18. Inſtit. de iure natu. gen.

247 & ciuil. Inſuper iudex etiam parte abſente & non citata poteſt ex officio informare ſe de vſu & obſeruantia reſpiciente ordinem iudicij Bart. in l. 4. ff. de teſtib. Alex. conſ. 14. in prin. lib. 5. Gratian. d. deciſ. 14. num. 13. & 14. vbi tamen poſt Socin. Bart. & Deci. voluit ſecus eſſe in ea quæ ſpectat ad deciſionem litis dicens hanc debere plene probari quia in hac agitur de magno præiudicio, in illa autem

248 de modico. Quod autem iudex poteſt ſe informare ex officio denotorio docent Bald. in l. ſi quis num. 2. C. fin. regund. Aretin. in §. quædam num. 12. & ibidem Iaſ. num. 78. Inſtitut. de actio. Peguer. tom. 2. deciſ. 16. num. 5. Afflic. deciſ. 50. num. 5. Boer. deciſ. 40. num. 7. Oſaſc. deciſ. 177. num. 12. Menoc. conſ. 246. num. 28. & ſeq. Socin. iun. conſ. 120. num. 20. vol. 3. Cagnol. in l. in omnibus

249 cauſis num. 5. ff. de reg. iur. Et quod iudex tenetur ſupplere in ijs quæ ſunt conſuetudinis notoriæ & quomodo hoc intelligatur tradit Gutier. de iur. confir. par. 1. cap. 70. n. 3. & ſeqq.

250 Controuerſia eſt an iudex ſuſpectus ſuſpicione iuris & de iure, debeat ſe ex officio parte non opponente abſtinere nam quidam DD. tenent affirmatiuè, quidam autem negatiuè, vtroſque refert Cancer. var. reſol. par. 1. in noua editio. cap. 21. num. 38. Vera opinio eſt huiuſmodi iudicem poſſe ex officio non oblata à parte recuſatione abſtinere vt ſenſit Felin. in cap. eſſi ordinem num. 11. verſic. *Secundo aduerte.* de reſcrip. Roman. conſ. 220. num. 7. & 8. & ita Regium Senatum Cathaloniæ ſeruare notat Ferrer. 3. p. obſer. cap. 92. num. 4. & tradit Cancer d. cap. 21. num. 38. vbi explicat qui dicantur iudices ſuſpecti ſuſpicione iuris & de iure & probat alios iudices qui non ſunt ſuſpecti ſuſpicione iuris & de iure, non poſſe ſe vltro abſtinere à iudicando, quod vltimum ita etiam reſoluit ſic intelligendus Ripol. var. reſol. cap. 2. num. 224. & 225. Et ambo 251
Cancer. & Ripol. locis citatis docent quèadmodum ſe gerere debeat iudex qui propter ſuſpicionem occultam, qua ſentiat conſcientiam ſuam oneratam, velit abſtinere.

Ex officio iudex inquirit contra aduo- 252
caros cauilloſos & tumultuoſos & male ſe in officio verſantes, Marant. in ſpecul. iudi. tit. Et peruenitur aliquando per viam inquiſitionis num. 182. Auiles in cap. 36. prætor. glo. *Abogados* num. 5. Caſtillo in l. 2. Tauri in glo. *de las dichas* colum. 3. verſic. *& nota.* Ludouic. Roman. ſingulari 739. Paris de Pute. de ſyndica. in verb. *Aſſeſſor.* num. 21. vbi quod iudex repellit aduocatum de lite paciſcentem etiam ſi pars non opponat. idem Paris de Pute. de ſyndicat. in verb. *Aduocati cauſarum* n. 14.

Aduerſus eum qui non patitur ali- 253
cui honorem decerni, officium iudicis imploratur Io. Faber in §. aliam Inſtit. de bonor. poſſeſſ. vbi de nobilibus matronis quæ non agunt actione iniuriarum ſed petunt officium iudicis aduerſus alias non tam inclytæ nobilitatis vt defendantur in vſu ſedendi in Eccleſia aut offerendi. Iaſ. in l. ſi non ſortem §. libertas de condic. indeb. quamquam etiam competit actio iniuriarum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

contra prohibentem decerni honorem cum nemo teneatur pati quod honor ſuus parui pendatur l. 1. in pri. ff. de poſtul. & in ſpecie Bald. in l. obſeruare §. antequam num. 3. ff. de offic. pro conſul. cum alijs cõgeſtis per Gratia. diſcep. forenſ. tom. 1. cap. 110. num. 23. & tom. 2. cap. 210. num. 59. qui tamen d. c. 110. num. 24. intelligit reſpectu honoris qui alicui præſtatur ratione ordinis & gradus: hic enim eſt neceſſario tribuendus l. prioris 5. C. de offic. rector. prouin. cum aliud ſit in honore qui defertur ob virtutis præmium nullo iure cogente, ſed ſola voluntate deferentis pro vt in viro benemerito, quia hoc caſu non datur actio iniuriarum aduerſus eum qui non patitur honorem illum decerni: nam hic honor non petitur ſed præſtari ſolet l. 2. §. pen. de origi. iur. Bart. in l. Barbarius num. 2. ff. de offic. prætor. & ita intelligitur loqui tex. in l. iniuriarum actio 12. §. ſi quis de honoribus ff. de iniur. vbi quod non competit iniuriarum actio aduerſus eum qui non patitur alicui honorem decerni & ſic poſt Cordubenſ. in l. ſi quis à liberis in pri. à num. 30. ff. de liber. agnoſ. diſtinguit & declarat Gratian. d. c. 110. nu. 24. & quod aduerſus eum qui prohibet honorem præſtari illi qui eſt in quaſi poſſeſſione ipſius honoris, detur officium iudicis, actio iniuriarum, interdictum vti poſſidetis, & vnde vi, & remedium reintegrandæ, late poſt alios proſequitur Gratian. d. c. 110. à num. 25. & d. c. 210. à num. 53. Cæſar Vrſil. ad Afflic. in deciſi. 1. Rebuff. in l. vnic. num. 355. glo. 1. C. de ſenten. quæ pro eò quod inter. profer. Menoc. de recup. remed. 15. num. 45. Purpur. conſ. 540. num. 19. lib. 2.

254 Perez de Lara de anniuerſarijs lib. 1. cap. 24. vbi num. 23. quod poſtquam prioritas ſedendi vel eundi in digniori loco fuerit acquiſita, adeo eſt ſeruanda acquirenti & ei debetur vt & armis poſſit defendere locum, valeatque reſiſtere volentibus ab eo eijcere. & num. 26. vbi quod ſufficit vnicus actus vt acquiratur quaſi poſſeſſio eundi vel ſedendi in digniori loco.

255 An iudex officio ſuo facultatem habeat faciendi ſoluere debitum ſolius obligationis naturalis, attigit Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. tom. 3. cap. 483. num. 29. & 30. dicens quod licet ſoluens debitum naturale non poſſit repetere l. naturaliter de condic. in deb. tamen nec poteſt quis capere poſſeſſionem ob debitum naturale neque iudex hoc facere valet, neque habet facultatem faciendi ſoluere illud & probat Bart. in l. 1. §. hæc verba num. 2. ff. ne vis fiat ei. Bald. in rubr. C. de conſtit. pecun. num. 11. & in l. ſi per ignorantiam C. de condic. indeb.

Iudex tamen qui arbitrium in iudicando obtinuit, poteſt condemnare reum ad ſoluendum ijs creditoribus qui efficacem actionem non habent & ad ſoluendum debita naturalia, Menoc. de arbitr. lib. 1. cap. 57. num. 3. verſ. *Contrarium*. Eſcobar de ratiocin. cap. 23. num. 12. cum 3. ſeqq. 256

Per iudicis officium filijs conſolendum eſt vt ſuum ſaluum habeant, quando pater dotem diſſipat & ſubuertit vt cum dos eſt in quantitate & patrimonium ſitum ita deſtruit quod dos filijs ſalua non ſit. ita Bar. in l. ſi conſtante num. 63. ff. ſolut. matri. per tex. in l. ſi Imperator ff. ad Trebel. & in l. fin. §. quibus C. de ſententi. paſſi. & in l. fin. ff. vt legat. nom. cauea. late Flamin. Cartari. dec. 56. num. 4. vbi quomodo filijs ſuccurrendum ſit patre dilapidante bona dotalia ſeu aduentitia ipſorum filiorũ, vel propria ipſius patris, tradit & diſtinguit & quatuor remedia affert ſummopere notanda. 257

Officio iudicis implorato contractus qui curſu temporis efficitur grauatorius & iniquus, reducitur ad æquitatem. quod quando & quemadmodum contingat, effuſe explicant multis congeſtis Iacob. Cancer. var. par. 2. cap. 1. in noua editio. ex num. 274. Pinel. in repetit. l. 2. C. de reſcin. ven. par. 2. cap. 1. num. 27. Rolan. à Valle conſ. 1. ex num. 159 vol. 2. Theſau. dec. 226. & dec. 154. Gaſpar Roderic. de annu. reddit. li. 1. q. 12. num. 17. Hieron. Lauren. dec. 66. probat autem tex. in cap. quanto de cenſib. vbi obligatus procurationem præſtare fratri- 258

fratribus alicuius conuentus, si numerus eorum nimis creuerit, adeo quod si promissor teneretur ad procurationem præstãdã omnibus fratribus, nimis grauaretur, potest implorare officium iudicis vt ei succurratur, Perez de Lara de anniuersar. libro 1. capite 16. numero 7.

259 Ex officio iudex extraordinaria pœna punit eum qui in causa ciuili coram se falsum instrumentum produxit, qui nihilominus si in iudicio ordinario accusetur, ordinaria pœna falsi plectetur per suum iudicem, Cyn. in l. vbi falsi C. ad l. Cornel. de falsi. quem sequitur practica Papiens. in forma libelli ad rescindendam sententiam in glo. in verb. *instrumentum*. num 4. Me-
260 noc. de arbitrar. iudic lib. 2. casu 313. num. 5. Similiter iudex ex officio extraordinarie punit eum qui coram se in causa ciuili falsum deponit, etiam si is testis alioqui à iurisdictione illius iudicis exemptus sit l nullum & ibi DD. C. de testib. Bossi. in tit. de falsis num. 103. & 104. Iul. Clar. in prac.
261 quæst. 38. Pariter iudex causarum tantum ciuilium, si quis in actu iudicij sui delinquit plectit eum ex officio Vasque. controuers. illustr. cap. 31. numero 18. Anton Gõ. var. tom. 3. cap. 1. num. 48. Michael Ferrer 3. par. obseruan. cap. 394. Paris de Pute. de syndi. in verb. *Et aduerte*. num. 3. & dixi late supra in quæstio 2. de præheminentia iudicis circa fin.

262 Officium iudicis implorare potest vir claro & puro sanguine natus, si alius corrupto & maculato sanguine ortus nomen illius assumat, quo casu magnum irrogatur præiuditium ei & descendentibus ex eo quia si sanguine corruptus illo nomine vocaretur, multi crederent clarum & sanum esse de genere corrupto propagatum, vt post Guillel. Benedic. tradit Ildephons. Perez de Lara de anniuersar. & capellan. lib. 2. cap. 4. num. 134. licet alias cessante fraude & alterius præiuditio possit quis extraneum nomen sibi assumere, relicto nomine suæ ascendentiæ l. 1. C. de mutat. nom. iuncta glosa verbo *fraude*. & multo magis potest quis assumere, nomen maternæ familiæ si sit nobilior paterna, cum per matris nobilitatem nobilitas patris sit splẽdidior vt ait Tiraquel. de nobilit. cap. 18. n. 26. Sic quoque insignis artifex officio iudi- 263
cis prohibere potest alicui vti suo signo ne inducatur confusio mercium. Lara vbi supra num. 134. & libro 1. capite. 7. numero 36.

Ex officio iudex vt sit finis litium, vi- 264
dens instantiam perituram potest deuenire ad sententiam quamuis non petatur, Bart. in l. Seius & Auger. ad leg. Falcid. Socin. conf. 77. super prædicta difficultate col. 2. num. 3. vers. *Igitur in casu nostro* num. 3. Asini. in prax. tit. de execut §. 3. c. 161. licet alias sententia non possit ferri nisi petatur, cum esset nulla ipso iure Ripa in l. 4. §. hoc autem iudicium num. 75. ff. de damn. infect. Ias. in l. properandum §. & si quidem num 5. vers. *secundo infertur* C. de iudic. Cæsar de Grassis decis. 9. num. 4. de causa possess. & propri. Sed sufficit quod vna pars 265
instet pro sententia vt iudex possit eam ferre, licet ferat pro eo qui non instat, secũdum Bald. in l vnic. col. 2. vers. *circa primum* numero 9. Codice vt quæ desunt aduoc.

Ex officio iudex mittere potest nota- 266
rium ad testatorem testari volentem, quando venientes ab intestato testari eum non patiuntur vt ait Barto. in l. curent in fin. ff. de testib. & probat per illum tex. Bald. Nouel. in tractat. de dote par. 6. priuilegio 18. numero 1. Sicut etiam ex of- 267
ficio vendi facit bona ex hæreditate defuncti vt possit cadauer illius sepeliri l. qui erat vbi Bart. ff. fam. hercisc. & vtrumque notat Paris de Pute. de syndic. in verbo *Concordia*. n. 5. & n. 8.

Detentori expulso licet non competat 268
interdictum possessorium ad recuperandam suam tenutam, competit tamen iudicis officium, probata prius per detentorem iusta causa detentionis lege Aquilius & ibi glosa & Bart. ff. de donatio. Specul. titulo de restit. spoliat. §. 1. numero 19. Aluar. Velasq. consul. 79. n. 10. & 11. Cod. Fabri. lib. 4 titulo 41. de locat. defin. 58. in fin. Angel. in lege manifestissimi. §. sed cum in secunda C. de furt. Castrens.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

in l. improba num. 2. C. de acquir. possessi. Vnde si conductor domus, finito cōductionis tempore, fuerit per locatorem expulsus poterit implorare officium iudicis vt restituatur in statum in quo erat, probato quod fecit iustas expensas in re locata, quæ sibi ante omnia soluendæ erant, vel probata alia iusta causa ob quam forte non poterat expelli, iuxta glo. in d. l. Aquilius Regulus & glo. in l. & non tantum de petiti. hæredit. tradit late Menoc. de recup. possess remed. vlti. num. 21. vbi hoc casu competere iudicis officium asserit. Et iste detentor cuius 269 possessio præsumitur extincta, in eo differt à possessore spoliato; quia hic potest petere restitui in pristinam possessionem non probata causa possessionis cap. 1. de resti. spoliat. Deci. cons. 449. num. 6. Cravet. cons. 46. nu. 7 detētor autē aduersus dominū & veram rei possessorem non iuuatur ex sua detentione, nisi eam ex iusta causa procedere probauerit; iuuatur tamē aduersus tertium quia respectu tertij detentatio habetur pro possessione vt post Deci. Tiraquel. & alios concludit Menoc. de adipisc. 270 possess remed. 4. n. 368. vsq. ad n. 372. Sed & si deiectus nō erat solum detētor, sed loco possessoris habebatur, licet nō esset possessor ideoq. nō cōpetat remedium possessorium, competit ei iudicis officium nobile vt restituatur in statū ex quo deiectus fuit, & tunc restituitur sine iustificatione causæ possessionis c. querelam de deiectio. Menoc. 271 de recup. possess. remed. vlt. Non omittam quod Natta cons. 563. num. 29. ex multis tenet deiectus, qui nudam facti detentationem habent, competere remedium can. reintegranda 3. q. 1. probata per eos iusta causa detentionis & sic non solum ipsis dari 272 officium iudicis. Animaduerte etiam quod in dubio potius præsumitur possessio quam detentio vt docet Menoc. de præsūp. lib. 6. præsump. 68. qui quoque li. 5 præsūp. 2. n. 17. notat in dubio possessionem præsumi iustā & hoc vltimū pulcrè declarat Cācer. var. p. 2. in noua editio. c. vlti. n. 78. & seqq.

273 Datur officiū iudicis deficiente actione cōtra illū qui sine iusta causa detinet rē alicuius, vel cum eius iactura locupletatur l. si me & Titio ff. si cert. petat. Host. in cn. & Io. Andre. in c. bonæ de appellatio. Beroi. cons. 44. n. 3. li. 3. & cons. 59. nu. 23. eod. li. Natta cons. 532. n. 12. Menoc. de recup. possessi. remed. 4. Surd. cons. 268. lib. 2. n. 21. & 22. Gratia. discep. forens. tom. 3. cap. 408. num 13. vbi asserit ratione prædicta concedi of- 274
ficiū iudicis aduersus rē iudicatā quæ propter cessationem causæ & propter ius superueniens post sententiam cæpit iniqua fieri & eo loco per totū illud caput cōgerit quatuor remedia ad impugnandam sententiam quæ transiuit in iudicatū quæ valde notanda sunt.

Potest iudicis officiū implorari aduersus 275
sentētiā notorie iniustā quātūcunq. transactā in iudicatum vt rescindatur S for. Odd. de restit. in integ. par. 2. quæst. 79. artic. 2. Marcil. singulari 473. vbi subdit partē posse impedire executionem sententiæ nullæ siue notoriè iniustæ, saltem per viā imploratoris officij iudicis, Celsus Hugo cōs. 87. n. 4. vbi affirmat quod tali casu vbi pars ex 276
dispositione statuti aut alias non posset talē nullitatem allegare, iudex ex officio posset illam allegare & sic non exequi & hāc Celsi Hugonis doctrinam sequitur Iacob. Cācer. var. p. 2. in noua editio. cap. 15. num. 50. vbi subdit quod licet in Cathalonia per const. 6. tit. *de appellations* non possit pars post decendium allegare nullitatem etiam ex processu resultātem, poterit tamen iudex eam attendere Hæc Celsi Hugonis & Cancerij traditio egregie confirmatur & declaratur ex scriptis per Gratian. decis. 231. n. 14. & in addit. num. 1. & 2. & alijs quæ supra allegaui ad regulam quod deficiente actione 277
datur officium iudicis. Nullitas notoria est illa quæ ex eisdem actis resultat, nullumq. examen ad eam probandam requiritur vt notant Cels. Hug. d. cons. 87. n. 5. Hierony. Gabri. cōs. 49. n. 8. & 9. Surd. cōs. 405. n. 17 qui tamē n. 25. & 26. vult quod nullā disputationē vel dubitationem cōtineat vt si notoria ita vt si modicā recipiat nō sit notoria

Quando quis propria auctoritate ali- 278
quid facere potest, & propria auctoritate procedere vult, timet tamen rixam & violentiam, potest ad nitandum scanda-

la

UAB Biblioteca de Ciències Socials

la implorare iudicis officium vt ei assistentiam & familiam concedat, teneturque iudex etiam absq. partis citatione concedere secundum Alex. cons. 131. num. 4. lib. 4. & Neuizan cons. 82. n. 28. Borgn. Caualca. decis. 36. num. 475. par. 3. sequitur Stepha.
279 Gratian. decis. Marchiæ 132. num. 7. Et quamuis Cancerius var. p. 2. cap. 7. in noua editi. num. 70. contrarium senserit vt iudex sine citatione partis non possit præfatam associationem dare, prior tamen opinio vera est & confirmatur ex ipsis exemplaribus Regiæ Audientiæ quæ ibidem congerit Cancer. num. 71. & 72. de creditoribus qui reuocato precario suæ specialis obligationis obtinuerunt assistentiam pro ingrediendo possessionem propria auctoritate. & obseruatur sæpissimè in curia Vicarij Barcinonæ, quæ sine citatione partis concedit familiam ciuibus eiusdem Ciuitatis, qui ex priuilegio Petri 2. anni 1283. vulgo dicto *Recognouerunt proceres.* in serto in 2. vol. constitutionum Cathaloniæ tit. *de consuetuts de Barcelona* cap. 33. possūt cōductoribus suarum domorum accipere res propria auctoritate, quæ fuerint illatæ & inuentæ in domibus locatis, pro pēsionibus ipsarum. Debet tamen iudicem adiēs
270 protestari quod vult vti propria auctoritate; sed quia timet violentiam, petit familiam, alias requireretur citatio vt explicat Gratian. ibidem. imò adeundo iudicem amittere, ius propriæ facultatis atque ius continuandi possessionem quam antea sine iudice continuare poterat secundum quod notat Lancellot. de attentat. lit. pend. limit.
281 1. num. 45. non inficior imò censet iudicē summopere curare debere vt quātū fieri potest certus fiat partem posse propria auctoritate facere, ne eludatur à parte. indeq. nascantur iniuriæ vnde iura nascuntur cō-
282 tra l. meminerint c. vnde vi. Quando iudex procedit ex officio, an requiratur citatio partis, differunt Bald. in l. non dubium col. 6. vers. *Iuxta hoc quæro* C. de legib. Deci. cons. 54. in pri. Aretin. cons. 163 Grammat. cons. 63. num. 1. Gabri. de citat. concluſ. 1 numero 80. ampli. 11. & num. 103. ampliat. 18. conducit Menochi. de arbitrar. iudic. quæst. 17. Ex officio potest iudex 283
prohibere partibus accessum ad possessionem propter rixas vitandas Innocen. in cap. in præsentia de probatio. Speculat. de primo & secundo decreto §. 5. & de peti. & pos. §. 1. Paris de Pute. de syndicat. in verbo. *concordia* num. 2. & Bart. in l. quod iussit de re iudica. dixit quod si duo rixam habeāt, potest iudex ex officio prohibere ne vnus transeat ante domum alterius per notat. in l. fin. de offic. procur. Cæsar. & in auth. si quis C. de adulte. & similiter potest quis implorare officium iudicis vt eum associari faciat per familiam si timeat inimicum per glo. in l. furti. §. qui iussu de infami. Felinus in rubr. de treug. & pac. in vers. *Qui timet.* Paris de Pute. in dict. verbo *concordia* numero 13.

Quando iudex processit ex officio, citari potest ad defendendum ea quæ ratione suæ iurisdictionis fecit: secus quando ad partis instantiam processit, nisi præter partis interesse, suum quoque verteretur, vt notant Lucas de Pen. in l. apperitores C. de exactor. l. 10. Innocē. in c. in nostra de procu. n. 8. Felin. in c. dilectus 1. nomin. n. 6. de rescrip. Abb. in c. cum speciali nu. 8. de appellat. Nauar. cons. 5. tit. de appella. num. 9 lib. 2. vol. 1. Boer. decis. 259. nu. 13. rationē primi dicti tradit Innocen. vbi supra quia tunc iudex loco partis est. 284

An quādo iudex ex officio agit, fidē adhibere possit testibus non iuratis, quæritur. Et sensco nō posse ex notatis per Menochi. de arbitrar. lib. 1. q. 26. vbi probat quod habens arbitrium pronunciandi in causis, numquam potest credere testibus sine iuramento quamuis posset procedere sola facti veritate inspecta & ex scriptis per Gratian. discep. forens. tomo 3. c. 581. numero 25. vbi asserit quod etiam si causa fuerit commissa iudici vt arbitrio suo adhibeat fidem testibus, non potest adhibere testibus non iuratis, numquam enim dicitur constare de facto nisi testes iurati sint clem. sæpe vbi glosa de verbo signi. & concludunt omnes in lege milites vbi præsertim Angelus. Codice de testam. 285

iuuando fiſcum vt notat Peguera in prax. c. 12. num. 1. Cancer. var. par. 1. cap. 20. in noua editione num. 45. vbi probat quod ſi iudex moueretur ſolum ad partis inſtantiã, idem iudicium eſſet de fiſco procedente ad inſtigationem partis inſtantis ac ſi procederetur ad ſolam partis inſtantiam, alias reputabitur proceſſus fiſci, non partis inſtãtis; ideoq. publicatis atteſtationibus ad offenſam, poterunt noui recipi teſtes vt obſer-
302 uauit Peguer in pract. c. 12. §. 8. Refert ſimiliter Leonardus Leſi. d. dub. 12. num. 106. in Regno Neapolitano procedi in omnibus criminibus per inquiſitionem nec quemquam ad accuſandum admitti niſi ſuam vel ſuorum iniuriam exequatur: & in Regno etiam Franciæ prohibitam eſſe accuſationem omnem quæ ad vindictã publicam tendit, ſolumq. permitti pro intereſſe ciuili.

303 Similiter iudex maxime perſonam ſuã ex officio & parte nõ petẽte gerit in deuiãdo ſcandala rixas & facti viam l. æquiſſimũ & ibi DD. ff. de vſufruc. l. ſi vſusfructus §. ſed ſi interduos ff. eod. l. fin. C. de præpoſitis ſacrorum cubicul. lib. 12. & adnotat ſignanter Matthe. de Afflic. poſt Iſerni. in cõſtitu. Regni Siciliæ rubr. 9. num. 38. Guid. Pap. deciſ. 578. late Petr. Plaça in epito. delicto. lib. 1. cap. 7. num. 3. vbi quemadmodum parte non petẽte compellere debet iniuriam irrogãtem ad ſatiſdationem de non offendendo, & quod eum cogere poteſt ne tranſeat per viam ac domum iniuriam paſſi vt voluit expreſſe glo. 1. in l. quod iuſſit ff. de re iudic. imò eidem præcipere ne domo ſua exeat. Peguer. deciſ. 36. in qua fuit deciſum ponendam eſſe ſub Regio ſequeſtro iuriſdictionem Caſtri & Villæ cuiuſdam Baronis quod conſtaret eò ſe recipere ſolitos eſſe homicidas & latrones publicos tanquam ad Aſylum & præſidium ſuum tutiſſimum, indeq. egredi ad perpetranda facinora pacem publicam perturbando, ſciente & præſente domino & officialibus eius. Oliba de iur. fiſc. cap.
304 14. ex num. 11. vbi quod licet cauſa poſſeſſionis rei ſpiritualis inter clericos per iudicem Eccleſiaſticum cognoſcenda & terminanda ſit, tamen ſi parãtur arma ad vim inferendam contra poſſeſſorem beneficij, tunc iudex etiam ſecularis de cauſa cognocet ex glo. in c. litteras in verb. *rebus ſpiritualibus* de iura. calum. & idem. n. 144. vbi quod quãdo parantur arma ſeditiones rixæ & tumultus, in his etiam contra clericos & religioſos procedit iudex ſecularis vt tollatur via facti, neue ſequantur publicæ perturbationes. Et idem cap. 15. num. 305
33. vbi quemadmodum Regia Audiẽtia ex regalia Regia & ex officio nobili congnoſcit de recurrentibus ad eam ab oppreſſione Eccleſiaſticorum. Anton. Gomeſ. ad leges tauri lege 45. num. 125. vbi ſi duo 306
contendãt ſe ſucceſſores maioratus in ſolidum, & ad rixam procedant & ad arma ſe, ſuoſque præparent, pluribus probat eum qui iudicandi munus habet, non ſolum ex officio poſſe partibus inhibere ne ad prædia maioratus accedant, ſed etiam illa apud tertiũ ponere in ſequeſtro; donec declaretur cui poſſeſſio competat, ſine præiudicio iuris vtriuſq. argumento d. l. æquiſſimum in pri. quod tamen intelligit dumtaxat verum quando non conſtaret quis eorum poſſideret vel neutrum illorũ poſſidere conſtaret. Lancellot. de attentat. 2. par. cap. 4. ampliatio. 2. iuncta declaratio. 4. num. 37. vbi an ad tollenda ſcandala poſſit iudex lite pendente poſſeſſionem ad ſe auocare. Mari. Antonin. Maceraten. lib. 1. variarum reſolutionum reſol. vlti. caſu 71.
vbi differit an præceptũ iudicis inhibitoriũ 307
de non turbando aliquem in ſua poſſeſſione, ſtante comparitione inhibiti reſoluatur in vim ſimplicis citationis. Vaſqui. de ſucceſſ. reſolut. §. 2. ex num. 18. Mendoça de inhibiti. q. 118. Menoc. de adipiſ. remed. fi. & de retinen. remed. fi. & de recuperan. remed. fi. Petr. Fontanell. de pact. nupti. cla. 4. glo. 13. par. 2. num. 15. tom. 1. & cla. 7. glo. 3. par. 9. ex num. 3. & par. 10. num. 48. tom. 2. Andre. Gail lib. 1. obſeruatio. 5. 6. & 147. Ruginel. de appellatio. §. 2. c. 3. num. 779. num. 78. & ſeqq. & memb. 2.

Plures caſus in quibus iudex ex officio procedit cumulant præſertim ex veteribus 308
ſcrip-

ipsum allegatas, licet aliud forte sit in Ec-
293 clesia. Sed aduerte, quod si minor rem venditam repetat, videtur petijde restitutionem in integrum in consequentiam & tunc iudex super illa declarare potest, Feli. in cap. 2. num. 13. de libelli oblati. Stepha. Gratia. discepta. forens. tom. 1. cap. 40. n. 12.

294 Iudex Ecclesiasticus an supplere possit negligentiã iudicis laici & è conuerso agũt Felin. in cap. qualiter & quando de iudic. Bellug. in specul. rub. 11. §. dubitatur num. 14. & rub. 18. §. denuo, vbi additio Couar. in pract. cap. 6. num. 1. Segur. in directo. iudi. Eccles. for. par. 2. cap. 7. à nu. 9. ad 12. Marant. de ordi. iudi. p. 4. dist. 11. num. 11. vbi additio, Nauar. in cap. nouit de iudic. Anton. Olib. in vsatic. alium namque cap. 3. num. 45. Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 17. num. 108. cum 2. seqq.

295 Præcipuè procedit ex officio iudex & nedum potest sed ex officij necessitate tenetur ita procedere in inquirendo & puniendo delicta & purgando prouinciam malis hominibus l. 3. & l. congruit & ibi DD. omnes ff. de offic. præsid. Bart. in l. 1. ff. de offi. eius cui mãd. est iurisd. Sylues. in sum. verb. *Iudex*. 1. num. 12. vnde. Bald. Fulgos. & Innocen. in l. gallus ff. de liber. & post dixerunt quod si statuto Ciuitatis caueatur iudicem posse punire, verbum *potest*, importat ibi necessitatem d. l. gallus in pri. Imò & corpora exhumari facit vt appareat an vulnera sint Læthalia Frã. Marc. dec. 503. num. 11. par. 1. Farinac. in prax. tit. de inspectio. occisi. cap. 75. nu. 1. Cabed. dec. 174. num. 2. & 3. par 1. vbi subdit obtinendam esse licentiam à vicario. Dicitur
297 autem iudex ex officio procedere in criminalibus quoties procedit per viam inquisitionis, non per accusationis viam Menoc. de arbitrar. iudic. casu 313. num. 1. Cãcer. var. par. 2. cap. 2. num. 68. Leonar. Lesi. de iust. & iur. lib. 2. ca. 29. dubitatio. 12 num.
298 106. Sane iudex officio suo ad priuatam vtilitatem etiã in criminalibus procedere non potest, nisi petatur c. innotuit & ibi DD. de electio. docet Barthol. Zocin. regul. 200. bene tamen ad vtilitatem publicam vt superius confirmauimus. Propter hanc causam procedit iudex ex officio in criminibus publicis Hieronym. Portoles ad Molin. §. officium iudicis num. 7. vbi de infideli qui corpori Christi domini reuerentiam exhibere recusat, contra quem iudex ex officio procedit. Aloysi. de Leo in l. si Lenones 13. num. 19. C. de Episcop. audien. vbi quid tamen in crimine adulterij marito non accusante vel petente in quo speciali crimine adulterij an præfato casu ex officio procedi possit latè agit Grammatic. decis. 31. Modus procedendi ex of- 299
ficio, seu per inquisitionem extendit se ex dispositione iuris Canonici ad omnia crimina secundum Archidiaconum in cap. Felicis 5. vlti. de pœn. in 6. Leonard. Lesi. dict cap. 29 dubit. 12. num. 106. Iul. Clar. lib 5. §. practica criminalis q. 3. num. 6. vndè in omni genere criminum possunt iudices per inquisitionem procedere. No- 300
ta autem quod licet per electionẽ actionis Ciuilis præcludatur parti via criminaliter agendi præsertim quando vtraque actio tendit ad eundem finem ex Iul. Clar. in prax. §. fin. quæst. 2. versic. fin. incip. *Vlterius quæro* & dato quod eadem pars intentata actione ciuili possit ad criminalem radire, non tamen redire possit pendente iudicio ciuili quia vna electa & proposita in iudicio se ipsum excludit ab altera, Prosper. Farinac. de indic. & tortur. q. 32. num. 32. Lãcellot. de attentat. 2 par. c. 4. limit. 32. n. 24. tamen per electionem actionis ciuilis intentatæ à parte, non est præclusa iudici via criminaliter procedendi ex officio nec isto casu iudex criminaliter procedendo, pendente iudicio ciuili à parte introducto, dicitur attentare. Alciat. cons. 48. num. 3. lib 6. Ægidi. Bossi. decis. 400. incip. *Ciuilis & criminalis est*. Bossi. in prac. crim. tit. de indici. num. 98. imò tunc pars iudici interim ex officio procedenti adhærere poterit vt censet Muñoz de Escobar de ratio
cin. cap. 20 num. 5. & 6. In Cathalonia re- 301
gulariter in omni crimine proceditur per inquisitionem & processus criminales sunt fisci, licet ali quando accedat partis instantia quæ tamen tantum accessorie venit

iuuando

iuuando fiscum vt notat Peguera in prax. c. 12. num. 1. Cancer. var. par. 1. cap. 20. in noua editione num. 45. vbi probat quod si iudex moueretur solum ad partis instantiã, idem iudicium esset de fisco procedente ad instigationem partis instantis ac si procederetur ad solam partis instantiam, alias reputabitur processus fisci, non partis instãtis; ideoq. publicatis attestationibus ad offensam, poterunt noui recipi testes vt obser-
302 uauit Peguer in pract. c. 12. §. 8. Refert similiter Leonardus Lesi. d. dub. 12. num. 106. in Regno Neapolitano procedi in omnibus criminibus per inquisitionem nec quemquam ad accusandum admitti nisi suam vel suorum iniuriam exequatur: & in Regno etiam Franciæ prohibitam esse accusationem omnem quæ ad vindictã publicam tendit, solumq. permitti pro interesse ciuili.

303 Similiter iudex maxime personam suã ex officio & parte nõ petẽte gerit in deuiãdo scandala rixas & facti viam l. æquissimũ & ibi DD. ff. de vsufruc. l. si vsusfructus §. sed si inter duos ff. eod. l. fin. C. de præpositis sacrorum cubicul. lib. 12. & adnotat signanter Matthe. de Afflic. post Iserni. in cõstitu. Regni Siciliæ rubr. 9. num. 38. Guid. Pap. decis. 578. late Petr. Plaça in epito. delicto. lib. 1. cap. 7. num. 3. vbi quemadmodum parte non petẽte compellere debet iniuriam irrogãtem ad satisdationem de non offendendo, & quod eum cogere potest ne transeat per viam ac domum iniuriam passi vt voluit expresse glo. 1. in l. quod iussit ff. de re iudic. imò eidem præcipere ne domo sua exeat. Peguer. decis. 36. in qua fuit decisum ponendam esse sub Regio sequestro iurisdictionem Castri & Villæ cuiusdam Baronis quod constaret eò se recipere solitos esse homicidas & latrones publicos tanquam ad Asylum & præsidium suum tutissimum, indeq. egredi ad perpetranda facinora pacem publicam perturbando, sciente & præsente domino & officialibus eius. Oliba de iur. fisc. cap.
304 14. ex num. 11. vbi quod licet causa possessionis rei spiritualis inter clericos per iudicem Ecclesiasticum cognoscenda & terminanda sit, tamen si parãtur arma ad vim inferendam contra possessorem beneficij, tunc iudex etiam secularis de causa cognocet ex glo. in c. litteras in verb. *rebus spiritualibus* de iura. calum. & idem. n. 144. vbi quod quãdo parantur arma seditiones rixæ & tumultus, in his etiam contra clericos & religiosos procedit iudex secularis vt tollatur via facti, neue sequantur publicæ perturbationes. Et idem cap. 15. num. 305
33. vbi quemadmodum Regia Audiẽtia ex regalia Regia & ex officio nobili congnoscit de recurrentibus ad eam ab oppressione Ecclesiasticorum. Anton. Gomes. ad leges tauri lege 45. num. 125. vbi si duo 306
contendãt se successores maioratus in solidum, & ad rixam procedant & ad arma se, suosque præparent, pluribus probat eum qui iudicandi munus habet, non solum ex officio posse partibus inhibere ne ad prædia maioratus accedant, sed etiam illa apud tertiũ ponere in sequestro; donec declaretur cui possessio competat, sine præiudicio iuris vtriusq. argumento d. l. æquissimum in pri. quod tamen intelligit dumtaxat verum quando non constaret quis eorum possideret vel neutrum illorũ possidere constaret. Lancellot. de attentat. 2. par. cap. 4. ampliatio. 2. iuncta declaratio. 4. num. 37. vbi an ad tollenda scandala possit iudex lite pendente possessionem ad se auocare. Mari. Antonin. Maceraten. lib. 1. variarum resolutionum resol. vlti. casu 71. vbi differit an præceptũ iudicis inhibitoriũ 307
de non turbando aliquem in sua possessione, stante comparitione inhibiti resoluatur in vim simplicis citationis. Vasqui. de succes. resolut. §. 2. ex num. 18. Mendoça de inhibiti. q. 118. Menoc. de adipis. remed. fi. & de retinen. remed. fi. & de recuperan. remed. fi. Petr. Fontanell. de pact. nupti. cla. 4. glo. 13. par. 2. num. 15. tom. 1. & cla. 7. glo. 3. par. 9. ex num. 3. & par. 10. num. 48. tom. 2. Andre. Gail lib. 1. obseruatio. 5. 6. & 147. Ruginel. de appellatio. §. 2. c. 3. num. 779. num. 78. & seqq. & memb. 2.

Plures casus in quibus iudex ex officio procedit cumulant præsertim ex veteribus 308
scrip-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

scriptoribus Ripa in l. 4. §. hoc autem iudicium ff de dam. infec. à num. 38. & ex neothericis Hipolytus Montaner ad Anton. Olib. de actio. par. 2. lib. 1. cap. 14. à num. 33.

309 Quæro an iudex officio suo nobili possit partes litigantes in causa ciuili compellere ad concordiam vel compromissum. Et quidē iudicis officio incumbit eas hortari ad amicabiliter componendum, ipsisque persuadere teneretur concordiam Dec. in c. vt debitus 2. notab. de appellatio. Ioan. Nevizan. in Sylua nuptia. lib. 6. num. 8. glo. verb. *concordia* in c. 1. de mutu petitio. glo. verb. *fauere* in cap. venerabilem de electio. Paul. Piasecz. in praxi Episcop. par. 2. cap 4. artic. 1. num. 30. cogere autem eas ad concordiam regulariter non potest cum ipse teneatur potius reddere ius suū cuiq. per sententiam pulcrè idem Piasecz. nu. 30. Molin. de Hispan. primoge lib. 4. cap. 9. nu. 30. Afflic. dec. 149. num. 6. Sylues. in sum. verb. *iudex*. 1. num. 12. versic. *Tertium*. Paris de Pute. de syndicat. in ver. *cōcordia* n. 9. Fallit si esset lis inter mag-
310 nates & subesset timor ne veni erit ad arma: item si lis diu duraret & non fuisset decisa: item si quæstio esset dubia & non esset decisio in terminis & essent rationes pro & contra: item si esset Papa vel Rex qui habet liberam administrationem. ita explicant & declarant Afflic. d. decis. 149. à num. 6. vbi etiam discutit an quod de Rege dictū est, dici quoque de Regio Cōcilio possit. & ibi additio, Piasecz. vbi supra num. 30. qui alium addit casum fallentialem quando res penderet à voluntate iudicantis vt si lis verteretur super beneficio, cuius ipse collator esset, Molin. d. cap. 9. num. 30. Sylvest. in d. verbo *Iudex* 1. num. 12. versic. *Tertium*. Escobar de ratiocin. cap. 32. num. 25. Augusti. Barbos. de offic. Episco. par. 3. allegatio 79. num. 9. & 10. Pinel. in l. 2. C. de rescinden. vendi. par. 2. cap. 4. num. 40. Paris de Pute. in d. verb. *concordia* num. 1. & num. 10. & 11. vbi be-
311 ne docet propter metum scandali & armorum iudicem non debere statim cōpellere partes ad transactionem & concordiam si possit occurrere celeriter expediendo causam, vel sequestrando possessionem sine præiudicio partium, vel cogendo partes præstare satisdationē de non offendendo & de nō innouādo & de pacifice viuēdo. Secundum hæc intelligendus est loqui voluisse Henrique in sum. lib. 10. de ordinis sacramento cap. fin. §. 5.

In causis criminalibus iudex ante im- 312
positionem pœnæ & criminis condemnationem non potest partes cogere ad cōcordiam; quia eius officiū est punire, ideoq. suadere poterit, non tamen compellere partes ad concordiam ineundam & iniuriam remittendam, cum æquitatis ratio id non admittat vt quis inuitus iniuriāti parcere constringatur, nisi in interiori animæ iudicio Bart. in l. quos prohibet ff. de postul. glo. in l. 2. ff. ad Syllani. Bald. in l. vnic. §. quies ff. de offic. præfec. vrb. Plaça in epito. delicto. lib. 1. cap. 7. num. 3. vbi notat alias qui iudicandi munus habet, in syndicata conueniri posse, Paris de Pute. in d. §. concordia nu. 9. Imposita autem pœna & criminis condemnatione facta iudicis officium est concordare partes vt ibidem Paris de Puteo expresse concludit.
Sane quandocunque est timor probabilis 313
rixæ & ne partes veniant ad arma, potest iudex etiam ex mero officio & sine petitione alicuius partis, cogere eas ad pacem id est ad præstandam mutuam cautionem de se non offendendo Vincen. de Franc. post alios complures decis. 359. par. 2. Stepha. Grati. decis. 133.

Iul. Clar. in prac. crimin. q. 47. num. 7. vbi subdit ab hac sententia nullum iudicē debere recedere, Cancer. var. par. 2. cap. 11. de pace & treug. in noua editione nu. 50. & seqq. vbi eandem sententiam in hoc Principatu seruari testatur, & intelligit hāc cautionem præstari solum sub hypoteca bonorum absq. fideiussoribus, nisi adhibita per iudicem causæ cognitione. si autem fuerit cautio ista præstita sine tēporis præfixione, expirare finito officio iudicis loci, nisi fuerit refirmata per successorem tradit Marc. Anton Euge. cons. 82. num. 8. quem refert ibi Cancer. Potest quoque

Episcopus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Epiſcopus per cẽſuras compellere etiam laicos qui diu fuerunt diſcordes & adhuc diſcordia laborant vt ad pacem & concordiam deueniant poſt quam primitus admonuerit c. placuit & ibi glo. 1. c. ſtudendum 90. diſt. Felin. in rubri. de treug. & pac. num. 5. Barboſ. de officio Epiſcop. par. 3. allegatio. 79. n. 6.

314 Litis conteſtationem non requiri quando iudex ex officio procedere poteſt, notauit Menoc. de recup. poſſeſſi. remedio 15. num. 266. Panor. in cap. fin. de offic. iudic. ordina. glo. & ibi Bart. in rubr. ff. de interrog. action. Deci. in cap. per tuas num. 15. de appellatio. & quando ex officio ſine cauſæ cognitione procedere poſſit, Alex. conſ. 69. num. 4. vol. 7. Et poſſe ea quæ iudicis officio expediuntur, partibus abſentibus expediri, poſt Bald. & Marſil. tradit Medicis regul. 8. Officium iudicis propter clauſulam *Ius & iuſtitiam miniſtrari* parte alias non petente impartiri ſcribunt Capici. deciſ. 10. n. 23. Cravet. conſ. 327. n. 216.

315 316 317

318 Quæro ſi iudex poteſt aliquid ex officio facere & non faciat an incurrat aliquam pœnam. Diſtinguo cum Ripa in l. 45. hoc autem iudicium num. 94. ff. de dam. infec. nam ſi non tenetur officium ſuum impartiri, licet poſſit, pœnam non meretur vt Ripa ibi aſſerit & præter eum Marſar. in tractat. de bannit. verb. *Iudice* num. 123. Carol. de Graſſ. in tractat. de exceptio. 10. exceptio. num. 11. Thom. Mieres par 2. collatio. 6. cap. de forma procedendi in iudicio tabulæ officialium num. 7. vbi quod iudex qui non vult ſupplere, cum poſſit, nõ facit litem ſuam. Paris de Pute. de ſyndica. in verb. *Iudex qui poteſt.* num. 1. vbi quod non tenetur parti ad intereſſe nec in ſyndicatu & ſubdit etiam quod in cõmiſſis iudicis arbitrio appellari non poteſt vt not. in c. 2. de iura. calum. & per Io. de Imol. in l. 2. de pu. iud. Si autem iudex teneretur officium ſuum impartiri, tunc contra iudicem datur parti læſæ actio in factum ad intereſſe vel quantum æquum iudici viſũ fuerit, vt vbi ſupra Ripa declarat & Bart. in l. 1. C. quomodo & quan. iud. Iaſ. in §. præterea inſtit. de actio. & poteſt officio priuari l. ſi quos C. de offic. præfec. præt. & ſalariis & emolumentis in officio quæſitis l. iudices C. de ann. & trib. lib. 10. & negligens punire delinquentes, poteſt tanquã conſcius criminis conueniri l. non ſolum & ibi notat Bald. C. de commer. & mer.

Quæro officium iudicis quantum duret vt implorari poſſit, ſeu quanto tempore officio iudicis præſcribatur. Communis & tritiſſima DD. concluſio eſt præſcribi triginta annis officio iudicis vt docet glo. in l. ſicut C. de præſcripti. 30. vel 40. annorũ glo. in l. querela C. de falſis Balb. de præſcriptio. 4. par. 4. partis princip. 30. princip. quæſtio. num 1. Ceuall. commun. contra commun. q. 40 num. 2. Aſmi. in prax. §. 31. cap. 2. limit. 18. num. 2. Flamin. Cartar. deciſ. 120. vbi decidit Senatus quod mandatum exequutiuum pro aliquo decretũ, non poteſt poſt triginta annos relaxari & carti tradi, quia exequutio fit officio iudipis, & officio iudicis ſpatio triginta annorũ præſcribitur. communem dicit Roderic. Suarez in l. poſt rem iudicatam ff. de re iudic. notab. 1. ad fin. Couar. in regu. poſſeſſor 3. par num. 4. de regu. iur. li. 6. Tiraquel. de retract. lib. 1. §. 35. glo. 4. num. 4. Hæc tamen regula fallit quia quando officium iudicis mercenarium deſeruit actioni, reſtringitur & contrahitur ad vitam actionis pro qua competit, ideoq. ſi actio durat breuiori tempore vel longiori, & officium item iudicis perit citius, vel longius producitur, vt bene declarat Garcia de nobilitat. glo. 5. num. 20. Similiter quando officium iudicis deſeruit exceptioni, tunc perpetuo durat ſicut exceptio vt poſt Bart. explicat Balb. q. ſupra num. 2. Denique regula præfata procedit quando officium iudicis habet cauſam ex iure de præterito, ſecus quando habet cauſam ex iure quod in futurũ ſemper inſtat. Si cum enim ſemper naſcatur, ſemper durat. quod etiam cenſet & exponit Balb. vbi ſupra num. 2. ponens exemplum in eo qui timet offendi in perſona, poteſtq. ſemper implorare officium iudicis vt cogat aduerſarium ad præſtãdum ſibi ſecuritatem de non offendendo;

319

320

321

322

dendo, nam huic officio iudicis cum cauſetur à timore & habeat tractum ſucceſ-
323 ſiuum, nullo tempore præſcribitur: quemadmodum quando grauamen eſt ſucceſſiuum, nunquam currit tempus appellandi vt contingit ei qui in carceribus detinetur iniuſtè, ſed continue poteſt appellare, quia continue grauatur ſecundum Speculū in tit. de appell. §. reſtat.

EX QVÆST. X.

SVMMARIVM.

1 *IN cauſis ſummariſſimis officium iudicis valde exuberat.*

2 *In cauſis quantumcumque ſummarijs iudex prætermittere non poteſt ea, quæ ſunt de ſubſtantia iudicij: & quæ dicantur de ſubſtantia iudicij.*

3 *Quæ dicuntur de ſubſtantia iudiciij, à Iure Naturali vel Gentium ſunt.*

An teſtium publicatio ſit de ſubſtantia iudicij.

4 *Cum ex bono & æquo iudicandum eſt, non poſſunt omitti exceptiones reſpiciētes merita cauſæ, negocij veritatem, ac partis defenſionem, licet reijciantur quæ reſpiciunt ordinem proceſſus.*

5 *Regula de qua ſupra num. 2. procedit etiã in cauſis, quæ ſola facti veritate inſpecta diciduntur. & n. 8.*

6 *Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, plus operatur in commiſſione cauſarum, quam clauſula, ſummarie.*

7 *Per clauſulam, ſola facti veritate inſpecta, cenſentur ſublatæ omnes ſolennitates Iuris Ciuilis, & ſolum obſeruantur ea quæ ſunt Iuris Naturalis & Gentium, diciturque iudex iudicare vt Deus. Non ita in cauſis alias ſummarijs.*

9 *Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, nõ operatur, vt fides inſtrumento adhibeatur, ſi copia parti data non ſit.*

10 *Dicta clauſula non poteſt tollere alicui ius quæ ſitum: nec tollit ea quæ ad reperiẽdam veritatem tendunt.*

11 *Caſus in quibus per iudicem citatio partis omitti poteſt.*

12 *In cauſis quantumcumque ſummarijs requiritur plena probatio.*

Quando verſamur in his quæ afferunt perpetuum præiudicium, vnicus teſtis non ſufficit, licet ſit cauſa ſummaria.

13 *In cauſis mercatorum & ipſorum curiæ legitimæ probationes requiruntur, nec ſufficiunt veriſimiles.*

14 *In cauſis etiam, ſola facti veritate inſpecta, declarandis requiritur plena probatio, nec iudex alias diceretur iudicare ſecundum veritatem. & n. 15. 16. 17.*

15 *Teſtes domeſtici & alias inhabiles & ſuſpecti in dictis cauſis nõ admittuntur, ſed debent etiam recipi in iſtis cauſis teſtes reprobatorij.*

16 *In dictis cauſis non eſt credendum teſtibus non reddentibus bonam cauſam.*

18 *Opinio Benuenutæ Straccæ in contrariũ refertur.*

19 *Dicta opinio Bẽuenutæ Straccæ duobus argumentis refutatur.*

20 *Reſpondetur fundamentis Benuenutæ Straccæ & ibi an verum ſit quod probatio veri ſimilis & de iure non concludẽs, apud bonum virum concludere debeat, qui de facto, veritate, & æquitate procedit.*

21 *Arbitrator electus à partibus cum clauſula procedendi & dicendi de facto, poteſt admittere probationes perſuaſiuas & non concludentes.*

22 *Magna eſt differentia quod partes conſentiant arbitrari de facto, vel quod Princeps det facultatem procedendi ſola facti veritate inſpecta. Et in quibus hæc differentia conſiſtat, & quæ ſit vis & intellectus cuiuſque facultatis.*

23 *In poſſeſſorio quod affert dumtaxat præiudicium lite pendente & donec fuerit plene cognitum, ſufficit ſemiplena probatio, vt vnus teſtis, vel fama. & n. 26.*

24 *Secus in poſſeſſorio plenario.*

25 *Licet cauſa per appellationem vel reſtitutionem in integrum reparari poſſit, non ideo minus dicitur afferre perpetuũ præiudicium.*

26 *In*

26 *In caſibus in qnibus ſufficit vnicus teſtis, debet eſſe omni exceptione maior, & an tunc iſta qualitas probanda ſit vel præſumatur.*

27 *In iudicijs ſummariſſimis ratione paruæ quantitatis & valoris ſufficit ſemiplena probatio.*

28 *Tertius ſe in cauſa opponens audiri non debet, niſi de ſuo intereſſe ſummarie fidem faciat, ſufficit tamen probatio ſemiplena, atque etiam per iuramentum, niſi agatur de non modico præiudicio.*

29 *Quæ probatio requiratur in iudicio amiſſionis armorum prohibitorum, cum quibus quis fuit repertus.*

30 *Qualis probatio requiratur ad capiendum aliquem pro aliquo delicto, & quid in criminibus valde grauibus & contra graues homines.*

31 *In iudicijs ſummariſſimis ratione modici valoris & ſummæ non admittitur à iudice repulſa & reprobatio teſtium.*

32 *Hac etiam ratione non conceditur in interdicto ſummariſſimo, quod* interim, *vocant.*

33 *Quæ probatio requiratur per iudicem in cauſis arbitrio ſuo terminandis, & in cauſis ſola facti veritate inſpecta declarandis, ſecundum ſententiam Menochij.*

Iudex cui data eſt facultas libere procedẽdi quid poſſit.

34 *In cauſis quantumcumque ſummarijs admittitur exceptio præſcriptionis, etiam in cauſa, quæ ſola facti veritate inſpecta, declaranda eſt. Vbi contra Carroci.*

35 *In cauſis quantumcumque ſummarijs non tollitur beneficium excuſſionis, etiam in cauſa quæ ſola facti veritate inſpecta iudicatur.*

36 *An teſtes parte non citata examinati fidem faciant in cauſis ſummarijs, cum ſola facti veritate inſpecta proceditur. & referuntur DD. affirmatiuam tenentes.*

37 *Referuntur DD. negatiuam tuentes.*

Extenditur etiam ſi mille teſtes examinati fuerint. Et vt nec vllum facient indicium.

38 *An citatio partis in examine teſtium, defenſionem illius principaliter reſpiciat.*

39 *An in cauſis ſummarijs cum ſola facti veritate inſpecta iudicatur, poſſit iudex condemnare in alio quam ſit petitum: & an poſſit procedere ad condemnationem ſi in petitione fuerit producta vna cauſa, & probata fuerit alia.*

40 *An in dictis cauſis teneatur iudex iudicare ſecundum allegata & probata & non ſecundum ſuam conſcientiam. & referuntur DD. tenentes affirmatiuam. Contra autem DD. n. 42.*

41 *Iudex in cauſa arbitrio ſuo terminanda nõ poteſt iudicare ſecundum propriã cõſcientiam ſed ex actis.*

43 *An in cauſis iſtis, quæ ſine ſtrepitu & figura iudicij, vel ſola facti veritate inſpecta terminantur, poſſint examinari teſtes, didiſcitis teſtificatis & poſt teſtium publicationẽ. Referuntur contrariæ DD. opiniones & notatur error Cæſaris Veſilis.*

44 *Cauſæ modicæ quantitatis ſine ſcriptis ac ſine libello agendæ ſunt. & quid in Criminalibus. & quæ ſit ratio.*

45 *Sententia in iſtis cauſis an redigi debeat inſcriptis, & quæ dicatur cauſa modicæ quantitatis.*

46 *An in cauſis modici inter eſſe ſeu valoris appellatio pariat effectũ ſuſpenſiuũ vel dumtaxat deuolutiuum. & quid in poſſeſſorio ſummariſſimo.*

47 *Clauſula, appellatione remota, tollit effectum appellationis ſuſpenſiuum.*

Fallit quando de notorio grauamine conſtat.

Nec ſuſpẽdit quãdo eſt in parte executiua litterarum.

48 *Stante in commiſſione clauſula, ſola facti veritate inſpecta, ſimpliciter & de plano, cauſa proprietatis ſimul cum cauſa poſſeſſionis definiri poteſt, & quare.*

49 *Dicta clauſula non facit, quo minus lite pendente nõ detur manutentio in ſummariſſimo poſſeſſorio.*

50 *Stante dicta clauſula non reuocantur citationes imprimis & ante omnia.*

51 *Stante*

51 *Stante dicta clausula non cogitur iudex super incidentibus & emergentibus pronunciare.*

52 *An dicta clausula tantæ sit efficaciæ vt ex nudo pacto oriatur actio. referuntur contrariæ DD. sententiæ. & quid stante clausula, manu Regia.*

Iure Canonico ex pacto nudo oritur actio.

53 *In Regio Concilio quod in primo gradu Principem repræsentat, proceditur sola facti veritate inspecta. & est specialis prærogatiua Principis.*

54 *Inferiores à Principe non possunt iudicare, sola facti veritate inspecta, nisi eisdem à supremis Principibus de mandatu fuerit. & quare.*

55 *Clausula, sola facti veritate inspecta, æquiparatur clausulæ, manu Regiam, & relaxat omnes solennitates iuris positiui, & iudex arctatur tantu ad ea quæ sunt Iuris Gentium.*

56 *Clausula sola facti veritate inspecta, plus operatur quam clausula, summarie sine strepitu & figura iudicij.*

57 *Manus Regia vnde dicatur & originē traxerit.*

Olim ante eius Ciuile omnia manu Regia expediebantur.

Hodie manus Regia adhuc in Principibus durat.

58 *An Princeps possit actiones tollere ita vt quisque quod sua inter est, manu Regia consequi possit.*

Potest Princeps causam manu Regia committere alicui iudicandam.

59 *Effectus clausulæ, sine figura iudicij: & clausulæ, sola facti veritate inspecta.*

60 *Clausula, de plano, plus operatur quam clausula, summarie.*

Per clausulam, de plano, remouentur omnes solennitates Iuris Ciuilis.

61 *In causis sine scriptis, agendis, dicta tamen testium sunt redigenda in scriptis atque sententia, nisi propter magnam causæ modicitatē, alias index tenetur in syndicatu.*

62 *Quid fuerit super hoc obseruatum & postea reformatum in domo Ciuitatis Barcinonæ, vbi causæ Confratriarum & Collegiorum ex priuilegio sine scriptis tractantur.*

63 *An ex consensu partium causa summaria possit effici plenaria seu ordinaria, & econuerso.*

64 *Sententia auctoris super hoc.*

Decendium datum ad appellandum an ex consensu partium possit prorogari.

65 *An in Cathalonia ex consensu partium causæ vnius Vicariæ vel Baiuliæ possint ventilari in alia.*

66 *An noui officialis in Cathalonia per dominum Regem creari possint ad petitionē Vniuersitatis.*

67 *Refutatur opinio Castelli à Bonadilla & eius argumentis respondetur.*

68 *An causæ Collegiorum & Confratriarū in Domo Ciuitatis Barcinonæ vertētium possint ad Regiam.*

Audientiam euocari.

Quid disponat super hoc constitutio Cathaloniæ.

69 *Quid priuilegium Caroli Imperatoris dictæ Ciuitati concessum, & an sint alia priuilegia similia & quid disponant.*

70 *Quid super his fuerit declaratum Regia sententia Didaci Clauero Visitatoris generalis Regiorum officialium.*

71 *Refertur decisio Regiæ Audientiæ pro obseruatione prædicti priuilegij.*

72 *Refertur decisio Regiæ Audientiæ in declarationem seu interpretationem præfatæ sententiæ Visitatoris.*

73 *Referuntur alia duo exemplaria Regiæ Audientiæ pro obseruatione dicti priuilegij. & n. 74.*

75 *Causæ Collegiorum & Confratriarum possunt euocari ad Regiam Audientiam prætextu quod agatur de interpretatione Regiorum priuilegiorum, non obstante constitutione & priuilegio præcitatis.*

76 *In Domo Ciuitatis Barcinonæ à sententijs in causis Confratriarum latis quomodo recurratur.*

77 *An dictus recursus impediat sententiæ executionem, & quid si fuerit appellatū ad Regiam Audientiam.*

78 *Collegia & Confraternitates iure Cōmuni an sint prohibita & reprobata.*

79 *Ratio-*

79 *Rationes quare Collegia iure Communi ſint prohibita.*

80 *Congregationes hominum præſumuntur ex mala cauſa fieri.*

81 *Si plures homines, non habentes legis vel Superioris auctoritate Collegium, velint congregari, debent ad hoc obtinere licentiam, & à quo petatur in Cathalonia.*

82 *Si Princeps ex certa ſcientia ſcribit alicui congregationi hominum, tanquam Collegio, efficitur legitimum Collegium.*

83 *Collegia eorum, qui eandem artem vel officium profitentur, iure Ciuili permiſſa ſunt.*

84 *Doctrina & ſententia Nicolai Loſei impugnatur & eius argumento reſpondetur.*

85 *Collegia & Confratriæ Ciuitatis Barcinonæ omnia aut fere omnia ſunt creata à domino Rege vel à Ciuitate ipſa, & pauca ſunt à Rege.*

86 *In Ciuitate Barcinonæ Collegia dicuntur artificum, & Confratriæ fabrorum.*

87 *An bono Reipublicæ regimini expediat adeſſe dicta Collegia & Confratrias artificum & fabrorum.*

Opinio exiſtimantium eſſe damnoſa, in quo fundetur.

88 *Octauius Auguſtus Collegia præter antiqua diſſoluit, & quare.*

89 *Franciſcus Rex Gallorum Fratrias ſiue Confratrias artificum ſuſtulit & quare.*

90 *Tarquinus Rex Romanorum legem tulit prohibendo omnia Collegia Romæ, exceptis, quæ à Numa prædeceſſore ſuo erãt inſtituta.*

91 *Iulius Cæſar, & Auguſtus Cæſar reuocarunt Collegia Romæ, relictis antiquis.*

92 *Opinio arbitrantium dd. collegia conducere Reipub. in quo firmetur.*

93 *Romæ fuerunt omnium ferè artium & officiorum Collegia & Confraternitates.*

In Græcia quoque fuerunt huiuſmodi Collegia & quomodo vocabantur.

In Gallia, & in Regno Luſitaniæ.

Quid in Cathalonia.

94 *Sententia Platonis ſuper hac quæſtione an dicta Collegia Conducant Reipub.*

95 *Numa Romanorum Rex primum inſtituit Collegia artificum & quæ inſtituit.*

Et quomodo poſtea aucto nimis illorum numero, fuerunt ſublata, paucis exceptis & quare.

Cur Clodius ea reſtituit.

96 *Iuramentum ſuppletorium ſiue neceſſarium defertur per iudicem in ſupplementum probationis actori vel reo ſemiplena tãtum probanti, & efficitur probatio ſufficiẽs ad condẽnationẽ vel abſolutionem.*

97 *Defertur ſolum in cauſis paruis: ſed & ſi pluſquam ſemiplena probatio eſt, defertur etiam in cauſis arduis.*

Quæ requirantur vt iſti iuramento ſit locus & quam legalis debeat eſſe is cui defertur, remiſſiuè.

98 *Semiplena probatio quæ dicatur, & quæ pluſquam ſemiplena.*

99 *An iuramentum ſuppletorium poſſit deferri parte non petente.*

100 *In cauſis criminalibus ciuiliter vel criminaliter intentatis an iuramẽto ſuppletorio locus ſit.*

An in cauſa appellationis, & poſt didiſcita teſtificata.

Poteſt deferri in ipſa ſententia quæ profertur.

Caſus in quibus iuramento ſuppletorio non eſt locus, remiſſiue.

101 *Iuramentum voluntariũ à parte parti defertur, & habet ſpeciem tranſactionis.*

Qui illud defert, de inde à ſententia appellare non poteſt, niſi ex nouis inſtrumentis euidens periurium in promptu appareat

102 *Is cui iuramentum defertur, aut iurare cogitur aut referre.*

Qui iuramentum detulit, ſi ei referatur, recuſare non poteſt.

103 *An is qui iuramentum detulit, poſſit pœnitere.*

An tutor pro pupillo iuramentum deferre vel iurare valeat.

An procurator iurametum deferens audiẽdus ſit.

An iuramentum poſſit defere is, cui non poteſt referri.

104 *De iuramento voluntario, remiſſiue.*

DE

DE OFFICIO IVDICIS IN CAVSIS SVMMARISSIMIS.

QVÆST. X.

IN causis summarissimis officium iudicis valde exuberat: de illo igitur in ipsis nonnulla pragmaticis obtua differere opere pretium duxi, quę per conclusiones & quæstiones particulares expediam.

Prima conclusio sit, quod in causis quātumcumque summarijs iudex prætermittere ea non potest quæ de substantia iudicij sunt, cuiusmodi est citatio partis, probatio & terminus ad probandum si eo ad testes coram iudice offerēdos vel instrumēta ipsi ostendenda opus sit, iuramentum testium, legitima defensio, legitimatio personarum, exceptiones respiciētes merita causæ & veritatem negocij: quoniam hæc à Iure Naturali vel Gentiū sunt, DD. in clem. sæpè de re iudic. Bouadil. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 21. num. 135. vbi secundum quosdam addit etiam testium publicationem. Alphons. Narbon. ad leges regias lib. 3. tit. 9. lege 24. glos. 1. num. 26. vbi loquitur in causis quæ summarie & simpliciter absque strepitu & figura iudicij vertuntur. Cesar Lambert. de iur. patron. 2. par. lib. 2. q. 1. principali artic. 10. Aloysi. Ricci. in prax. var. resol. resol. 402. n. 1. Strac. in tract. quomodo procedendū sit in causis mercatorum. tit. de probationib. versic. *An in causis*. vbi de causis in quibus sine figura iudicij proceditur, disputat. Sic idem Strac. num. 1. in fin. & Stepha. Gratia. decis. 68. num. 15. docent cum ex bono & æquo iudicandum est, non posse omitti exceptiones respicientes merita causæ & negocij veritatem ac partis defensionem, licet reijcerentur quæ respiciunt ordinem processus.

Extende conclusionem vt obtineat etiam in causis quæ sola facti veritate inspecta deciduntur, quamquam enim in commissione causarum clausula, quod procedatur sola facti veritate inspecta, plus operatur quam clausula, quod procedatur summarie, vt asserunt Marta de clausulis par. 1. clausul. 180. num. 8. Cacheran. decis. 1. num. 20. & per clausulam, *sola facti veritate inspecta*, censentur sublatæ omnes solennitates iuris Ciuilis, ita vt solum obseruentur ea quæ sunt iuris naturalis, & gentium, ideoque iudex ex clausula præfata dicitur iudicare vt Deus, Marant. in ordin. iudic. par. 4. dist. 9. num. 32. Flamin. Cartar. decis. 21. num. 11. 12. 23. & num. 5. Stephan. Gratian. decis. 68. num. 2. Bouadill. tom. 1. lib. 2. cap. 21. num. 134. quod non ita est in causa alias summaria vt expendit Marta dict. clausul. 180. num. 8. tamen etiam in causa quæ iudicatur sola facti veritate inspecta, nemini denegari possunt legitimæ defensiones, Gratian. dict. decis. 68. num. 12. Cravet. cons. 840. num. 9. vol. 5. Bursat. cons. 154. num. 8. lib. 2. Cartar. decis. 21. num. 20. & deci. 17. num. 10. vbi quod hac ratione præfata clausula, *sola facti veritate inspecta*, in cōmissione posita nō operatur vt fides instrumēto adhibeatur si copia parti data nō sit. sicut eadē clausula nō potest tollere alicui ius quæsitū, vt ait idē Cartar. d. dec. 17. n. 11. nec tollit ea quæ ad reperiēdā veritatē tēdūt vt idē docet dec. 21. n. 21. & 22

11 Casus aliquos in quibus per iudicem citatio partis omitti potest tradit Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 1. cap. 13. num. 104. & tom. 2. lib. 4. cap. 5. à num. 24. ad num. 36. nempe quando deprehenso cum mercibus prohibitis merces auferuntur, is vero metu pœnæ fugit; ignoraturq. quis sit & vbi sit, tunc enim auctor iste docet sine citatione partis posse expediri iudicium amissionis dictarum rerum; facto prius proclamate quod si quis sciat male factorem, manifestet eum curiæ. & subdit numero 29. neq. tunc necessarium esse defensorem bonorum assignari per iudicem.

12 Secũda conclusio. In causis quantumcumq. summarijs requiritur plena probatio, Bart. in extrauag. ad reprimendam. Stephan. Gratian. decis. 192. numero 5. & numero 6. in quo subdit quod ex quo sumus in his, quæ afferunt perpetuum præiudicium, vnicus testis non sufficit. Cagnol. in l. in pari num. 6. de regul. iur. Ruin. cons. 38. lib. 5. Natta cons. 585. lib. 3. Bursat. cons. 201. num. 96. lib. 2. verioré vocat Marta in tractat. de claus. par. 1. clausu. 180. num. 10. Sic Strac in tractat.

13 Quomodo in causis mercatorum procedendum sit. tit. de probationi. numero 1. multis confirmat in causis mercatorum & ipsorum curia ius singulare in probationibus constituendum non esse sed legitimas probationes requiri, nec sufficere verisimiles.

14 Amplia conclusionem ad causas sola facti veritate inspecta declarandas & decidendas; quia etiam in ipsis requiruntur probationes necessariæ concludentes & plenæ vti multis DD. auctoritatibus & argumentis probat Gratian. decis. 68. num. 8. 9. 11. 13. & 14. eó præsertim quia iudex alias non iudicaret secundum veritatem, si enim probationes non concludunt, sed solum sunt persuasiuæ, non potest iudex adduci ad firmam credulitatem & sic non iudicabit vt certus sed vt suspicans & opinãs quod est contra formalitatem & significationem dictæ clausulæ, *sola facti veritate inspecta*, vt per Bertran. cons. 142. nu. 17. lib. 1. Propterea tradit Flamin. Cartar. dec. 15 21. num. 25. & censuluit Beroi. cons. 97. num. 5. lib. 3. etiam in casibus in quibus sola facti veritate inspecta procedit potest, testes domesticos, & alias à iure inhabiles & suspectos ad testificandum admitti non posse & ideo testes etiam reprobatorios recipi debere. Et similiter quod in præfatis 16 casibus iudex non debeat credere testibus singularibus vel non redentibus bonam causam, vel testibus qui sint inhabiles quia ex eis non potest vera cognitio veritatis haberi, docuit Gratian. d. dec. 68. num. 16. 17. & 18. Sed & Marta de claus. par. 17 1. claus. 368. num. 8. tenet iudicem virtute huius clausulæ, *sola facti veritate inspecta*, non posse admittere lectores probationes. Non difiteor Benuenutum Stracca 18 vbi supra d. tit. de probationib. num. 1. in fin. censuisse in his causis quæ sola facti veritate inspecta expediuntur, probationem verisimilem & non concludentem sufficere quod fundauit ex Francisc. Aretin. in cons. 127. num. 2. vbi ait probationem verisimilem & non concludentem de iure, apud bonum virum concludere, de ere qui de facto veritate & æquitate procedit. Sed ea Benuenuti & sequacium opinio 19 falsa videtur, tum quia quoties perpetuum infertur præiudiciũ, in iudicijs plena probatio requiritur ex Gratiano & Cagnolo supracitatis, tũ quia ex probationibus non concludentibus veritatem iudex elicere non potest ex supra scriptis. Nec obstat 20 Aretini locus nam Aretinus ibi refert Baldum in l. solam C. de testib. in fine, vbi Baldus non loquitur de iudice cum clausula, *sola facti veritate inspecta*, sed de arbitratore electo à partibus cum clausula procedendi & dicendi de facto vt considerat Gratian. decis. 68. num. 9. quod longe aliud est vt mox dicam. & eodem forte modo responderi potest ad omnes quos cum d. Aretino citat Stracca qui supra n. 1. in prin.

Fallit conclusio in arbitratore electo 21 à partibus cum clausula procedendi & dicendi de facto: quoniã eũ posse admittere probationes persuasiuas & non concludentes

tes

tes tenuit Bald. in l. solam in fin. C. de testib. & post Bald. alij quos refert Gratian. dec. 68. n. 3. & 9. 10. & 11. qui ab ista opinione non discedit, licet aliud censeat in iudice
22 cū clausula, *sola facti veritate inspecta*, quia multum differt quod partes cōsentiant arbitrari de facto vel quod Princeps det facultatem procedendi sola facti veritate inspecta, in primo enim casu partes voluerūt sibi posse præiudicari per arbitratorē quod nō est in secundo casu de Principe qui hoc noluit nec præsumitur voluisse partibus obesse, & aliud est posse simpliciter procedi de facto, aliud de veritate facti; nam in primo casu datur arbitrium mærum, in secundo vero virtus illius cōsistit vt sufficiat cōstare de veritate sublatis solēnitatibus iuris ciuilis & apicibus iuris & sine tela iudiciaria.

23 Fallit item conclusio in possessorio summario quod principaliter ordinatur ad finem ne lite pendente super proprietate vel possessione partes veniant ad arma cum quilibet præt ē dat se possidere & solum affert præiudicium lite pendente & donec fuerit plene cognitum; tunc enim sufficit semiplena probatio & vnus testis vel fama, quod secus est in possessorio plenario, quod
24 ordinatur ad finem perueniendi ad sentētiam diffinitiuam super petitorio & vim perpetuā habet vt possessor in possessione remaneat & defendatur donec pars altera egerit & obtinuerit in petitorio, requiritque iudicij ordinem cum libello, litis contestatione & sententia diffinitiua, tūc enim non sufficit semiplena probatio, ita distinguunt Caguol. in l. in pari 172. n. 6. ff. de reg. iur. Bart. in l. 2. §. fin. C. vbi in rem actio. Gomez de non tollendo iure quæsito q. 5. & late amplectitur hanc distinctionē Stephan. Gratia. dec. 192. n. 2. & 3. 4. & 7. vbi alios compluras DD. ad eam citat. Aymo. cons. 158. n. 12. Gabri. concl. 1. de testi. n. 2. versic. *quarto*. vbi de communi testatur. Natta cons. 360. n. 5. & 7. Menoc. de recup. possess. remed. 15. n. 408. & 403. Ruminal. iuni. cons. 237. n. 70. li. 3. Numquam tamen causa dicetur nō afferre per-
25 petuum præiudicium ad effectum de quo agimus vt scilicet semiplena probatio sufficiat, quod per appellationem vel restitutionē in integrū, reparari possit, iuxta nota. per Mart. de clau. par. 1. clau. 180. n. 12.

Similiter quod in possessorio summarissimo 26
in quo agitur de modico præiudicio, sufficiat semiplena probatio, probat Abbas n. 23. Ripa n. 52. in c. cum Ecclesia Sutrina de cauſ. possess. & propri. Surd. de alim. tit. 1. quæst. 112. n. 25. Deci. cons. 56. n. 1. Grati. d. dec. 192. in addit. n. 1. 2. & 3. vbi subdit quod in casibus in quibus sufficit vnicus testis, debet esse omni exceptione maior, adeo vt ista qualitas probanda sit quia licet quis præsumatur idoneus, non tamen omni exceptione maior.

In alijs quoque iudicijs summarissimis 27
ratione paruæ quantitatis & valoris sufficit semiplena probatio, seu ipsa semiplena probatio veluti vnus testis habetur pro plena probatione, Bart. in l. 2. §. sin vero n. 1. C. vbi in rem actio. & in l. 1. C. quorum bonorum. Marant. de ordi. iudic. 3. p. dist. 9. n. 75. Beninten. dec. 02. 3. Farinac. prax. crimin. qm. 21. de testib. q. 63. n. 30. Mar. Anton. Maceraten. var. resol li. 2. resol. 6. n. 8. Alphon. Narbona ad leges regias lib. 3. tit. 9. lege 24 glo. 1. n. 27. Confert Fla- 28
min. Cartar. decis. 47. n. 3. 4. & 5. 7. & 8. vbi quod tertius se in causa opponēs audiri non debet nisi de suo interesse summarie fidem faciat, sed quod probatio hoc casu sufficit semiplena atq; etiam per iuramentū nisi agatur de nō modico præiudicio. iuxta Bouadil. in politic. tom. 1. lib. 1. c. 13. num. 104. vbi de reperto cum armis prohibi- 29
tis, quod in iudicio amissionis eorum sufficiat vnus testis cū iuramēto officialis, imò ipsa sola denunciatio officialis cum præsētatione armorum, vel quod iudex ipsa deprehendat aliquem cum armis prædictis eoquod sit leue delictū, leuisq; pœna nisi arma essent magni valoris. conducit idē Bouadil. tom. 2. lib. 3. cap. 15. num. 85. circa fin. vbi docet quemadmodū ad capien- 30
dum aliquem pro aliquo delicto non requiritur concludens informatio sed talis qualis arbitrio iudicis nisi in criminibus valde grauibus & contra graues homines, de quo late per Farinac. in 1. tom. crimin.

tit. 4. de carcerib. quæst. 27. Iul. Clar. in prac. quæst. 28. §. final.

31 In iudicijs summarissimis ratione modici valoris, & summæ seu interesse non admittitur à iudice repulsa vel reprobatio testium, Felin. in c. veniens n. 28. de testib. Afflic. decis. 351. n. 2. 4. & 6. Ofasc. dec. 1. num. 11. Narbon. vbi supra n. 27. Farinac. in d. tractat. de testib. quæst. 62. n. 193. vbi

32 alios plures allegat & sequitur. Hac quoque ratione non conceditur in interdicto summarissimo quod *interim.* vocant, vt notat Fontanella de pac. nup. to. 2. clau. 7. glo. 3. par. 10. n. 70.

33 Censet post alios Iacobus Menoc. de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 24. num. 1. 2. & 4. iudicem in causis arbitrio suo terminandis non posse quidem omittere probationes cum per eas negotij pandatur veritas sine cuius cognitione nulla ferri sententia potest, posse tamen admittere leuiores probationes & quæ ita exactæ non sunt vt in cæteris iudicijs quod similiter procedere docet cum sola facti veritate inspecta agitur. idem tamen Menoc. ibidem n. 3. alleriri in dubio non censeri iudici tributum liberum arbitrium, sed arbitrium viri boni; virum autem bonum iuxta legis dispositionem iudicare, legem vero velle ex probationibus iudicari scilicet concludentibus. De iudice cui data est facultas libere procedendi, quid possit, agit Menoc. de arbitr. li. 1. q. 7 n. 38. cum seqq.

34 Tertia conclusio. In causis quantumcumq. summarijs admittitur exceptio præscriptionis. & probatur quia virtute clausulæ, *sola facti veritate inspecta*, non potest iudex reijcere exceptionem præscriptionis vt post alios probat Menochi. de arbitrar. iudic. lib. 1. q. 29. Marta de claus. ful. par. 1. clausul. 368. n. 9. quamuis contrarium dicat Carroci. in dec. 55. Aloysi. Ricci. in collectan. decis. 10. par. 4. collectan. 1118. versic. *Quarto.*

35 Quarta conclusio. In causis quantumcumq. summarijs non tollitur beneficiũ excussionis: nam nec præfata clausula, *sola facti veritate inspecta*, beneficiũ huiusmodi tollit, ex Cravet. cons. 263. n. 3. Cephal. cons. 86. n. 16. vol. 1. Mart. d. clausula 368. n. 10. Nata cons. 521. n. 13. Menoc. de arbitrar. q. 51. n. 4.

Quæro an testes parte non citata examinati fidem faciant in causis summarijs cum sola facti veritate inspecta proceditur. affirmatiuam post Bald. tenuit Arerin. cõs. 127. sic quoque Deci. cons. 54. n. 2. respondit apud graues viros qui, sola facti veritate inspecta, iudicant, testes etiam parte non citata examinatos probare debere. & post Bar. Marsi. in l. de vnoquoq. n. 71. ff. de re iudic. concludit vbi proceditur secundum ius gentium, sola naturali æquitate inspecta, in examine testium citationem omitti posse. Attamen negatiuam tenuit Rota Genuæ apud Flamin. Cartar. decis. 21. n. 9. vbi hanc veriorem sententiam profitetur multis ad eam citatis DD. etiam si mille testes examinati fuerint & extendit n. 10. vt nec vllum faciant indicium testes parte non citata examinati, atq. rationem assignat n. 45. quod citatio partis in examine testiũ eius defensionem principaliter respicit quia in personas testium tunc potest opponere: ideoq. in l. si quando & auth. ibi posita vbi glo. & alij C. de testib. & in c. in nomine domini illo tit. sancitum est testes sine partis citatione examinari non posse & sine ea examinatos non probare. 36 37 38

Quæro an in causis summarijs cum sola facti veritate inspecta iudicatur, possit iudex condemnare in alio quam sit petitũ. & posse asserunt Stephan. Gratian. dec. 68. n. 1. & dec. 193. n. 13. Gramma. dec. 15. Aloysi. Ricci. in collecta. decis. par. 4. collect. 1019. versic. *infertur* 2. & collect. 1118. versic. 2. & versic. 3. Guid. Pap. decis. 140. Rota Genuen. decis. 109. Sed & iudex cui commissa est causa, *sola facti veritate inspecta*, potest procedere ad condemnationẽ quãuis in petitione fuerit producta vna causa, & probata fuerit nõ illa sed alia vt refert decisum Beninten. in Rota Bononiæ decis. 44. Ric. d. collecta. 1118. vers. 3. 39

Quæro an in causis summarijs cum sola facti veritate inspecta decidũtur, teneatur iudex iudicare secundum allegata & probata vel possit secũdũ suam cõscientiã. 40

Dic

Dic quod tenetur iudicare secundum allegata & probata & non potest secundum priuatam conscientiam suam. ita Curti. Iuni. cons. 294. n. 74. Stephan. Gratian. decis. 68. n. 12. Couarruui. var. resol lib. 1. c. 1. n. 7. versic. *Tertium etiam*. Perez de Lara de anniuersariis cap. 10. ex n. 46. lib. 1. Pater Vincen. Filliuci. moralium qq. rom. 2. tractatio. 40. c. 6. n. 174. vbi subdit esse saltem de iure gentium & conforme iuri naturali & diuino vt ex publica scientia iudicetur. Iuuat Amodeus de Castell. tractat. syndicat. n. 145. in fin. vbi post Bald. in l. milites de testam. milit. affirmauit iudicem in causa arbitrio suo terminanda non posse iudicare secundum propriam conscientiam sed ex actis debere constare. Non desunt qui stãte in cõmissione clausula iudicãdi *sola facti veritate inspecta*, tenẽt posse iudicẽ iudicare secũdũ propriã cõscientiã. Hanc post Minsinger centuria 6. obseruatio. 11. tenuit Aloysi. Ricci. in collectan. decis. p. 4. collec. 1129. versic *Nunc limita*. Guid. Pap. q. 29. alios ad id DD. allegaui infra in quæstio. 18. de conscientia iudicis.

Quæro an in causis huiusmodi, quæ sine strepitu & figura iudicij seu sola facti veritate inspecta expediuntur, possint examinari testes didicitis testificatis & post testium publicationem. affirmat Carroci. in decis. 60. quem citat ad hoc Aloysius Riccius in collectaneis decisionum par. 4. collect. 1118. versic. *Quinto*. Sed contrariũ refert Ossasc. dec. 1. n. 26. pluries iudicasse Senatum. hanc quoque negatiuam opinionẽ amplectitur Paris de Puteo de syndicat. in verb. *sententia*. in versic. *Verum iudex*. quem Paridem de Puteo male legit Cæsar Vrsilis ad Afflic. dec. 216. n. 3. cũ eũ pro affirmatiua opinione citet. & quod in foro mercatorũ facta testiũ publicatione nõ possint testes produci, sentire videtur quoque Stracca in tractatu, quomodo in causis mercatorũ procedendum sit. tit. de probationib. n. 1.

Quinta conclusio. Causæ modicæ quantitatis seu valoris & interesse sine scriptis ac sine libello agẽdæ & discutiẽdæ sunt a. uth. nisi breuiores C. de sentent. ex breuicu. recitan. quæ est fragmentũ auth. de mãdat. Princip. §. *si tibi*. Bald. in l. imperiũ ff. de iurisd. omn. iudic. Oldrad. cons. 159. Roman. singul. 52. Socin. regul. 1. fallen. 1. Bouadil. in polit. tom. 2. lib. 3. cap. 4. n. 106. vbi loquitur in criminalibus. Alphes. Narbon. ad leges regias lib. 3. tit. 9. lege 24. glo. 1. n. 4. Bouadil. in polit. tom. 1. lib. 1. c. 13. n. 104. qui duo posteriores DD. scilicet Bouadilla eodem n. 104. & Narbona n. 15. rationẽ considerant ne in prosequutione litis huiusmodi plus impendatur quam principale cõmodũ seu interesse partis de quo litigatur, quod fieri ius nõ patitur l. emiterraneæ. 8. C. de annon. & tribut. li. 10. & ibi Bart. & auth. de appellat. §. illud. Corset. singul. verbo, *expensa*. 2. Sententia tamẽ in istis etiam causis redigi debet in scriptis quãuis aliquando ratione modicæ quantitatis etiam in sententia scriptura remittatur, Narbona vbi supra n. 14. Bouadil. in d. c. 4. n. 106. & dixi late infra in quæstio. 15. de sententia dicenda. vbi etiam tradidi quæ dicantur causæ modicæ quantitatis & tradit ibidẽ Narbona à n. 5. vsque ad n. 11. & verior est opinio quod relinquitur arbitrio iudicis & consuetudini Regionis & legibus municipalibus taxari solet, & dicitur apud nos ad effectum prælibatum causa modicæ quantitatis quæ non excedit decem libras.

Quæro an in causis modici ac leuis interesse seu valoris appellatio pariat effectũ suspensiuum vel dumtaxat deuolutiuum. Dic quod non suspendit exequutionem vt notat Bouadil. in polit. tom. 1. lib. 1. cap. 13. n. 105. & quod in possessorio summarissimo per appellationem exequutio nõ suspendatur probatur tam de iure Ciuili per l. vnic. C. si de mercẽta. possess. quã de iure Canonico secũdũ quod licet possint appellari in possessorio, tamẽ procedit in possessorio ordinario, secus in summarissimo, Benintẽ. decis. 15. & 79. Gratia. decis. 192. in additio. n. 7. Menoc. de retinẽ. remed. vltim. n. 87. idẽ Gratia. discep. forẽs. tom. 1. c. 74. Sic quoque clausula, *appellatione remota*, tollit effectum appellationis suspẽsiuum cap. pastoralis 28. §. præterea de

offic.delega.c. tua nobis in fin. de decim. Franc.in c. bonæ num.6. de appellat, non tamen hunc effectum dicta clausula operatur quando de notorio grauamine constat,Lancel.de attenta.par.2.cap.12.limit. 8. num. 1. & 28. Pute. decis. 414.lib. 3. Gratia. decis. 229.num.4. in additio. Caputaq. decis 33. par. 1.vbi extendit etiam si per Papam apposita sit: prout clausula ista non suspendit quando est in parte executiua litterarum vt refert in Rota Romana decisum Gratian.qui supra n.6.

48 Sexta conclusio.Stante in commissione iudicis clausula,*sola facti veritate inspecta, simpliciter & de plano*, causa proprietatis simul cum causa possessionis definiri potest,Dec.cons. 449. num. 21. Menoc. in cons.2.num.184.Cacheran. dec. 1.num. 28.Iosep. Ludouic.dec.17.num.22.Marta alios citans in tractatu de clausulis par. 1.clausu. 368. num. 7. Gratian. dec.68. in additio.num. 2.& dec. 197. in additio. num. 6. vbi quod exceptio spolij non admittitur ad impediendum processum, stãtibus præfatis clausulis, quod etiã docuerunt Aymo. cons. 299. num. 8. Surd. qui de veriori opinione testatur cons. 166. n. 8.lib.2 quoniam clausula *sola facti veritate inspecta*, tollit ordinem iudiciarium c. dilecti de iudic. Roman. in singular. 785. & ibi addentes plurimos congerunt. practica Papiens.in forma libelli actionis realis in verbo, *summarie* num.18.Probat tamen

49 men Marta d. par. 1.clausu. 71.n. 1. quod prælibata clausula,*sola facti veritate inspecta*,non facit quominus lite pendente non detur manutentio in summariissimo possessorio, & ita in Rota Romana decisum meminit.Sane stãtibus clausulis *sola facti*

50 *veritate inspecta simpliciter & de plano*, non reuocantur attentata imprimis & ante omnia, Lancellot. de attentat. par. 1. in præfatio. num. 45. Mandos. de commiss. forma 14.q.4.Honded.cons. 94.num.65. Gratian.dec.68.n.19. & dec. 197. n. 16.

Septima conclusio. Quando iudex habet facultatem procedendi sola facti veri-

51 tate inspecta,simpliciter de plano,nõ cogitur super incidẽtibus & emergentibus pronunciare,Bald. in l.ait Prætor §. promittitur n.1.versic. *item nota*.de minor. Gratia. dec. 68.n.20.& dec. 197.n. 18.

Quæro an clausula sæpè dicta,*sola facti veritate inspecta*, posita in iudicis cõmissione tãtæ sit efficaciæ vt ex nudo pacto oriatur actio cõtra l.iuris gentium §. sed etiã nulla ff. de pact. Negatiue refert decisũ Minsinger. centur. 2. obseruat. 44.quem ad hoc allegat Aloysi. Ricci. in collectan. decis. par. 4. collec. 1118. circa fin. Sed contrarium deduci videtur ex traditis per Marta de clausul.par. 1.claus. 71. n. 3. vbi post Bald. Abbat.& Galiau. asserit si Princeps causam manu regia commiserit alicui iudicandam,reum ex nudo pacto condemnatum non posse appellare, & multis congestis DD. probat debitorẽ ex pacto nudo manu regia cõpelli posse. Intelliguntur hæc vbi seruatur ius Ciuile, non Canonicum: nam iure Pontificio notissimum est ex nudo pacto actionem dari secundũ communem in c.1.de pact.

Illud obseruatione dignum videtur quod in Consistorio Principis & in Regio Concilio quod in primo gradu Principem representat, proceditur sola facti veritate inspecta, Bart.in l. Æmilius circa fin.ff. de minor.& post eum Gram.decis.19. num. 3.Rimin. iuni. cons. 42. num. 40. lib. 1. Flamin.Cartar.dec.21.num. 31. Roland. cons.70.nu. 17.& seqq.vol. 1. & cons. 68. num. 15.vol.3.Bouadill.in polit.tom.1.lib. 2.cap.21.num. 134. hæc enim procedẽdi facultas est specialis prærogatiua Principis & regium priuilegium vt post Felin. Iason & Iacob. de S. Georgi. notat Bouadil.ibidem num. 134. Ideo inferiores à Principe non possunt iudicare sola facti veritate inspecta,nisi eisdem à supremis Principibus demandatum fuerit vt post Ioan. Andre. Imol.& Bald.notat Marta de clausul par.1.claus.368.num.2.quoniam huiusmodi iudices nihil contra iura definire possunt l. 2. C. de offic. præfec. prætor. c. quod super his de maiorita.& obed. Purpurat.in l.1.n.153.ff. de offic. eius. Guid. Pap.decis.29. Hæc enim clausula, *sola facti veritate inspecta*, æquiparatur clausulæ

ſulæ, *manu regia* & importat idem quod illo, Flamin. Cartar. dec. 21. num. 36. Marta de clauſul. par. 1. clauſ. 180. num. 8. atque relaxat omnes ſolennitates iuris poſitiui & iudex arctatur tantum ad ea quæ ſunt iuris Gentium vt poſt Iaſon Alex. & Roman. concludit ibidem Marta num. 8. nec non
56 Maranta & Bouadil. mox citandi. Vnde clauſula, *ſola facti veritate inſpecta*, plus operatur quam clauſula, *ſummarie, ſine ſtrepitu & figura iudicij*, vt probat Marta non ſolum d. clauſ. 180. num. 8. ſed etiam clauſ. 368. par. 1. n. 4. Cacharan. dec. 1. n. 20. Marant. in ſpecul. par. 4. diſtinctio. 9. n. 32. Bouad. in polit. tom. 1. li. 2. c. 21. n. 134.

57 Quæro manus regia vnde dicatur & originem traxerit. Dico quod olim omnes conuentiones etiam pacta nuda à Regis manu & poteſtate procedebant, ſiquidem antequam magiſtratus creati fuiſſent & antequam populus à Romulo in triginta curias diuiſus eſſet, ipſe controuerſijs præerat illaſque manu ſua decidebat vt Ariſtoles ſcribit in 3. lib. politicor. ſed cum Romulus populum auctum in triginta curias diuiſiſſet, magiſtratus creati ius dicere inceperunt, & ita ſucceſſiuis temporibus factum eſt, non tamen ideo manus regia extincta fuit, quoniã etiam hodie in Principibus durat, ita docet Marta de clauſul. par. 1. clauſ. 71. num. 2. Et quod olim ante ius Ciuile omnia manu regia expediebantur, eſt tex. in l. 2. ff. de origi. iur. Paris de Pute. de ſyndica. in verbo, *Vtrum iudex*.
58 num. 12. Sic Anton. de Butrio in c. quæ in Eccleſiarum num. 26. & ſeq. de conſtitutio. infert quod cum actiones ſint de iure ciuili vt notatur per glo. & DD. in l. ex hoc iure ff. de iuſti. & iur. poteſt Princeps per ſtatutum tollere illas & eo caſu vnuſquiſque manu regia quodſua intereſt, conſequi poterit. Poteſt autem Princeps cauſam manu regia committere alicui iudicãdam Bald. in l. 1. in fin. ff. de offic. præfec. prætor. Galiaula in rubrica de verbor. obligatio. num 198. Marta qui ſupra n. 3.

59 Complures effectus clauſulæ, *ſine figura iudicij*. vltra Marta de clauſul. par. 1. clauſ. 164. tradit Paris de Pute. de ſyndicat. in verbo, *Vtrum iudex*. num. 12. & 13. & Stracca in tractat. Quomodo in cauſis mercatorum procedendum ſit. tit. dẽ probationibus num. 1. verſic. *An in caſibus*. Quam plurimos effectus & prærogatiuas clauſulæ, *ſola facti veritate inſpecta*, vltra Marta d. p. 1. clauſ. 368. afferunt Aſin. in praxi §. 3. cap. 3. Lancellot. de attentat. in præfatio. primæ partis num. 45. Blanc. de compromiſſ. q. 1. n. 37. Menochi. de arbitrar. lib. 1. quæſt. 24. & alij congeſti per Gratian. dec. 68. n. 7. Maranta de ordin. iudic. 4. par. diſt. 9. n. 32. vbi quindecim adducit effectus, Bouadil. in polit. tom. 1. lib. 2 c. 21 n. 134. vbi alios multos citat.

Clauſula *de plano*, plus operatur quã clau 60
ſula *ſummarie*, quoniam per clauſulam, *de plano*, remouetur omnes ſolennitates iuris Ciuilis, Bald. cõſ. 272. vol. 3. Signorol. cõſ. 15. n. 3 Marta d. p. 1. clauſ. 180. n. 9. qui effectus prædictæ clauſulæ, *de plano*, referunt.

Octaua concluſio. quando cauſæ iuxta 61
ipſarum qualitatem vel commiſſionem ſeu ſtatutorum diſpoſitionem ſine ſcriptis agendæ ſunt, tamen teſtium dicta in ſcriptis ſuſcipienda & redigenda ſunt ſicut & ſententia niſi magna cauſæ leuitas & modicitas excuſaret: am facultas illa quæ iudicibus datur vt ſine ſcriptis atq. etiam de plano procedant, intelligitur circa ea quæ reſpiciunt ordinem iudiciorum & ſolennitatem eorum, non autem circa ea quæ reſpiciunt dicta teſtium & probationem ac cauſæ deciſionem, hæc enim in ſcriptis ſuſcipi debent, alias iudex in ſyndicatu puniri poteſt exnotatis per Anton. de Butri. in c. quintauallis de iure iuran. Aymo. conſ. 265 n. 4. Aretin. cõſ. 163 & poſt alios Gabri. Berar. in ſpecul. viſitatio. c 25. n. 149. & præter eos Bouadil. in polit. tom. 2. lib. 3. c. 4. n. 106. & c. 15. n. 85. verſic. *y aſsi ſiẽpre*. & ad hæc prudens iudex plurimũ animad-
uertet vt partium euadat calumnias. Male 62
fiet hoc aliquando obſeruatum in domo Ciuitatis Barcinonæ vbi perilluſtres Conſiliarij ex Regijs priuilegijs ſunt cũ conſilio aduocatorũ eiuſdẽ domus iudices cauſarũ Cõfratriarũ & Collegiorũ artificũ & fabrorũ, ſuntque iſtæ cauſæ ſine ſcriptis agendæ

solebant autem magnifici aduocati dicta testium verbo dumtaxat sumere vel ipsi sine Notario in priuatis scriptis capere vnde iustitia partium confundebatur, & populus effrenatus ac liber calumniandi materiam obtinebat & alia litium incommoda & damna nimis gratia oriebãtur, quod tamen meo tempore dum essem aduocatus eiusdem Ciuitatis, reformatum merito fuit & attestationes ac probationes per Notarium curiæ in scriptis suscipiebantur.

63 Quæro an ex consensu partium causa summaria possit fieri ordinaria seu plenaria. Maranta disputati. 4. num. 11. vsq. ad fin. post multos resoluit bene posse fieri partium consensu vt in causa summaria ordinariè procedatur; quia res redit ad suam naturam, ad ius nempe commune quod facile fit non tamen posse facere partes quod in causa ordinaria procedatur summarie eo quod iuris sit publici quod procedatur ordinarie, & iuri publico partes renuntiare non possunt l. ius publicum de pact. eandem distinctionem multis citatis tradit don Garcia Mastril lib. 2. decis. 125. num. 12. & 13. Sed & Bouadilla in polit. tom. 2. lib. 5. cap. 1. num. 185. multis ad id allegatis docet certo termino à lege concesso instantiæ, non posse consensum vel ratihabitionem partium ac iudicis approbationem validare acta vel gesta post terminum quod iuris publici sit. Ego existimarẽ
64 consensu partium tacito vel expresso non solum ex causa summaria posse fieri ordinariam, sed etiam ex ordinaria summariam. Sic decendum quod condemnato datur à iure ad appellandum, licet multi teneant ex consensu partium prorogari non posse, contrarium tamen obseruatũ notat Marc. Anton. Blanc. Petauinus in tractat. de compromis. q. 6. tit. de effect. compromis. n. 11. & post eum ac Castrens. Cancerius var. p. 3. c. 12. n. 38. Sic Thom.
65 Mier. coll. 2. cap. 15. de causis Vicariarũ num. 5. cum causæ Vicariæ intra Vicariam & Baiuliæ intra Baiuliam debeant iuxta cõstitutiones Cathaloniæ agitari, censet de consensu ambarum partium, posse extra Vicariam & extra Baiuliam iure optimo verti eo quod quilibet potest iuri pro se introducto renuntiare can. quam periculosum 7. q. 1. Sic cum in Cathalonia consti- 66
tutione 1. & toto tit. *Que nouells oficials no sien creats.* caueatur ne noui officiales in hoc Principatu creari possint, tamen valet priuilegium noui officialis in aliquo oppido vel Ciuitate si fuit Vniuersitati & ad Vniuersitatis petitionem concessum quia eius creditur interesse, vt refert decisum Cancer. var. p. 3. c. 3. nu. 346. & 347. Nec obstat quod dicat Bouadilla vbi su- 6
pra certo termino à lege concessio instantiæ, non posse consensum partium ac iudicis approbationem validare acta post terminum quod iuris publici sit: nam non citato Bouadilla contrarium expresse scribit & asserit Cancer. var. p. 3. c. 12. num. 41. post Innocen. Hostien. & Rot. quæ ad id allegat. Iuuant tex. in authen. si tamen C. de tempor. appel. & in clem. quandiu de appellati. quibus probatur per partium cõsensum impediri cursum temporis fatali ũ dati à iure vel ab homine.

Quæro an causæ Collegiorum & Con- 6
fratriarum artificum & fabrorum, quæ in Domo Ciuitatis Barcinonæ ex Regijs priuilegijs summarissimè vertuntur, quarum modo supra meminimus, possint ad Regiam Audientiam euocari. Dico quod constitutione penultit. *de euocations de causas.* quæ est Curiarum anni 1585. cap. 114. prohibitum est ne causæ Confratriarum spectantes ad cognitionem & administrationem Consulum Ciuitatum Villarum & Oppidorum, ad Regiam Audientiam in prima instantia euocentur, etiam prætextu paupertatis, viduitatis aut miserabilitatis meminit Peguer. in prac. citui. rubr. 4. num. 9. Sed Ciuitas Barcinonæ habet priuilegium sereniss. Imperatoris Caroli dat. 6. Nouemb. 1537. quo Ciuitati Imperator concedit vt omnium causarum inter Confratrias & Officia eiusdem Ciuitatis & cõfratres illarum super rebus concernentibus Confratriam seu officium inter ipsos sint iudices Consiliarij Barcinonæ cum consilio aduocatorum eius, vel alterius illorum sine aliquo salario, neque

alius

alius possit esse iudex neque possint istæ causæ euocari ad Regiam Audiētiam suæ Maiestatis aut Locumtenentis Generalis ipsius, vel Gerentis vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ quocumque prætextu & motiuo sub decreto nullitatis, etiā si partes concordarent & iurisdictionem prorogarent, inhibendo & abdicando potestatem Cancellario, Vicecancellario, & Regenti Regiam Cancellariam ad euocandum istas causas, & decretum apponēdum, vel prouidēdum supplicationibus in contrarium. Habet etiam, hæc ciuitas ad hunc effectum alia anteriora Regia priuilegia, sed hoc est vltimum, idque amplissimum omnium, nihilque aliud continent
70 alia priuilegia sed minus. Successit Regia sententia Didaci Clauero Regentis Regiam Cācellariam in supremo Regni Aragonum Concilio & Regij Visitatoris generalis Regiorum officialium Cathaloniæ lata 10. Ianuarij 1605. quam magni ciuitas præfata facit, quia pro obseruatione prædicti priuilegij declarauit quod si de facto euocarētur memoratæ causæ ad Regiam Audientiam, ciuitati restituerentur sine aliquo salario. solet enim prouisio Regij Senatus, qua causæ ineuocabiles, inferioribus iudicibus restituuntur, habere sua salariū scilicet tertiā salarij difinitiuæ.

71 Meo tempore, dum aduocati Ciuitatis eiusdem munus gerebam, procitato priuilegio declaratū fuit in Regia Audiētia 22. Nouembris 1625. relatore magnifico Aguilo, scriba Paissa, in causa vertente inter Proceres Confratriæ Vitriariorum ex vna & Philippum Amiguet ex altera partibus, prætendentibus enim Proceribus dictum Amiguet non posse habere operatoriū Vitriarij, & euocata per syndicū Confratriæ causa ad Regiam Audientiā, oppositaque per eundem Amiguet cui syndicus Ciuitatis pro suo interesse adhæsit exceptione dilatoria ad impediendū litis ingressum, petendo causam ad Ciuitatem vigore Regij priuilegij remitti, prouisum fuit exceptioni locum esse, declarando nō fuisse intentionis Excellentissimi Locumtenētis causam ad Regium Audientiam euocare remittendoque causam ad Cōsiliarios Ciuitatis Barcinonæ ac inhibitionem tollēdo & condēnando syndicum Confratriæ, qui causam euocauerat, in expensis. Tunc syn- 72
dicatus Cōfratriæ exhibuit præhalēdatā sententiam Regentis Clauero & eius vigore perijt declarari se non teneri ad expēsas, sed causam absque illis fore restituendam. Sed 23. Maij. 1626. eodem relatore sequuta fuit prouisio taxando omnes expensas, & in calce prouisionis adiecta hac clausula. *Non obstantibus in contrarium deductis pro parte syndici Vitriariorum vigore sententiæ per eum productæ & in fauorē Ciuitatis Barcinonæ latæ, cum syndicus dictæ Ciuitatis qui eam obtinuit, illam intelligat solum comprehendere casus, in quibus ipsa Ciuitas opponit exceptiones, non si alia pars, cui adhæreat dictus syndicus.* Hunc intellectum tribuerat illi sententiæ syndicus Ciuitatis cum scedula quam obtulerat in ea causa. In fauorem quoque præcitati pri- 73
uilegij me aduocato Ciuitatis fuit declaratum in Regia Audientia relatore magnifico Carreras 18. Ianuarij 1627. in causa vertente inter syndicum Confratriæ Iulianorum ex vna, & syndicum Confratriæ Botigeriorum Merceriorum ex altera, oppositā exceptione dilatoria per d. syndicum Confratriæ Botigeriorum Merceriorum cui syndicus Ciuitatis pro suo interesse adhæsit, ad quam causa remissa fuit. Similiter 74
14. Iulij 1625. relatore magnifico Aguilo fuit prouisum in Regia Audientia in fauorem præfati priuilegij in causa vertente inter syndicum Vitriariorū ex vna, & Iacobū Sampso ex altera, oppositā exceptione dilatoria per d. Sampso, adhærente syndico ciuitatis cui causa restituta fuit. Obser- 75
ua quod huiusmodi causæ Confratriarū licet non euocentur simpliciter, nec etiam cum qualitate miserabilitatis vt est dictū: tamen euocantur quotidie cum qualitate quod agatur de interpretatione Regiorū priuilegiorum, si hæc qualitas concurrat in causa non enim creditur verba generalia prædicti priuilegij Ciuitatis, nec etiam citatæ constitutionis excludere hāc qualitatē & regalia m.

10

76 In domo Ciuitatis Barcinonæ prolatis in istis contrariarum causis, sententijs, potest simpliciter recurri, & postea peti declarari recursum per eosdem Consiliarios mutato assessore, vel per Consilium ordinarium, vel si negocij magnitudo exposcat, per concilium Centum Iuratorum, ita vt sit electuo recurrentus. Recursus autē
77 cuiuscunque quantitatis causa sit, ex cōsuetudine impedit omnino executionē sentētiæ, cuiā cautione præstita, vt vitentur maiores lites & parcatur sumptibus: quia cū causæ hæ sint summarissimè, creditur sēper illas esse in puncto ferendæ sententiæ: Vnde si non recurritur in domo ciuitatis, sed appelletur ab illis ad Regiam Audientiā, seruatur constitutio anni 1599. quod si causa sit minor centum librarum, sentētia præstita cautione executioni mādatur, appellatione pendente. Ita quidē meo tempore seruabatur, & seruatū antea per prædecessores fuerat.

Sane Confraternitates & Collegia de
78 iure omnia sunt prohibita illicita & reprobata, nisi quæ reperiuntur in iure permissa, & quæ legitimi Superioris licentia confirmata sunt, l. 1. ff. quod cuiusq. Vniuers. nomi. l. collegia 5. in summa ff. de colleg. & corporib. illicit. Bart. in l. 1. & vlti. vbi refert collegia à iure permissa ff. illo tit. & in l. ex hoc iure num. 7. ff. de iusti. & iur. Innocent. in c. dilecta de excessib. Prælat. Boeri. in tractat. de seditiosis cap. 5. num. 1. 3. 4. Franc. Marc. dec. 81. nu. 1. Nauar. lib. 1. tit. 31. de offic. iudic. ordinarij cons. 5. num. 3. Tiberi. Decian. tractat. criminal. tom. 2. lib. 7. cap. 20. num. 2. Rationem
79 assignat Anton. Faber in Rationalibus Pandectarum tom. 1. ad d. l. 1. ff. quod cuiusque Vniuers. nom. quia periculosum visum fuit si huiusmodi societates, sodalitates, & collegia permitterentur, ne hoc prætextu coeuntes sceleratissimi quique occasionem inde caperent coniurandi aduersus Principem aut Rempublicam, l. 1. 3. & 5. ff. de colleg. & corpor. illicit. & ad vitandum seditiosorum hominum tumultus contra pacem publicam & monopolia l. vnic. C. de monopol. vt considerat Guid. Pap. decis. 631. num. 5. & Petr. Gregor. in syntag. iur. vniuer. tom. 1. lib. 15. cap. 32. n. 10. ac Tiber. Decian. d. cap. 20. n. 3. Sic Panorm. in cap. fin. de testib. cogend. ait congregationes hominum præsumi ex mala causa fieri. Propterea si plures homines, qui legis vel Superioris auctoritate Collegium non habent, velint congregari ad aliquod negocium conferendum, debent à Iudice seu Magistratu ordinario prius ad hoc licentiam obtinere, & in Cathalonia obtinent à Vicario vel Baiulo & notat Rebuf. in tractat. de magist. artific. 5. *nous defendons.* glo. 1. Docet autē Tiber. Decian. d. cap. 20. num. 10. si Princeps scribit ex certa sciētia alicui congregationi hominum tanquam Collegio, ideo effici & probari legitimum Collegium quia illud approbare Princeps censetur.

At de iure Ciuili permissa & probata sunt Collegia eorum, qui in aliqua Ciuitate, Villa, vel Oppido eandem artem profitentur aut idem exercent officium. l. pen. 5. quibusdam collegijs ff. de iur. immun. Bart. in l. fin. num. 8. ff. de colleg. & corpor. illicit. Franc. Marc. dec. 801. num. 1. Anton. Faber in Rational. ad pandec. ad l. neque societas 1. ff. quod cuiusq. Vniuers. nom. circa fin. Nec videtur obstare doctrina Nicolai Losei de iure Vniuersitatis par. 5. cap. 1. num. 46. vbi asserit collegia artificum & fabrorum regulariter esse prohibita, quibusdam exceptis. Nam in d. 5. quibusdam collegijs. probatur contrarium iuncta doctrina Bart. Francis. Marci, & Antonij Fabri vbi supra, maximè perpensis illis verbis dicti 5. ibi *Vt fabrorum corpus est.* neque tex. in l. 1. ff. quod cuiusq. Vniuers. nom. in qua Losseus fundatur, conuincit: quia licet dumtaxat exprimat certa officia, tamen illa exempli causa adducit; exempla autem non restringunt regulam, vt notat glo. in l. 1. C. de condic. indeb. Quare idem Losseus par. 1. cap. 2. num. 80. simpliciter & indistinctè firmat iure Ciuili esse permissa Collegia eorum qui in aliqua Ciuitate vel Villa eandem artem exercent.

Nihilominus in Ciuitate Barcinonæ omnes

omnes Confratriæ & Collegia artificum & fabrorum aut fere creata sunt à domino Rege vel à Ciuitate ipsa, quæ ex diuersis Regijs priuilegijs facultatem habet creãdi, uiuendi, & separandi huiusmodi Collegia & Confratrias & statuendi in ipsis; imò pauca sunt, quæ à Ciuitate ipsa non sint cõstituta. Vocantur autem quæ sunt artificũ, 86 vulgo *de artistas*, Collegia quæ autem sunt fabrorum, vulgo *de menestrals*, Confratriæ. Artifices dicũtur Notarij, Chirurgi, & Cãdelarij. Fabri vero sunt lignarij, ferrarij, œrarij, & reliqui.

87 Contraria fuerunt Moderatorum Rerumpublicarum placita an ista artificum & fabrorum sodalitia, Collegia, & Fratriæ, vt loquitur Petrus Gregor. in syntag. iur. uniuers. tom. 1. li. 15. cap. 32. num. 10. siue Cõfratriæ bono Reipub. reginimini expedirent. Censuerunt aliqui esse damnosa propter imminens periculum coniurationum & proditionum, quæ solet ex congregationibus hominum seu cõuenticulis conflari, & vt vitẽtur monopolia artificum & ergolaborum. Sic Octauius Augustus, collegia 88 præter antiqua & legitima dissoluit, cum plures factiones titulo Collegij noui ad nullius non facinoris societatem coirent, vt scribit Liuius lib. 39. & Sueton. Tranquil. in Octaui. cap. 32. Franciscus quoq. eius 89 nominis primus Rex Gallorum edicto statuit sequutus antiquas Regum cõstitutiones & supremarum curiarum Senatus cõsulta ne essent Fratriæ artificum seu Confratriæ & factæ opprimerentur ad monopolia vitanda, vt tradit Rebuf. to. 2. cõmẽtario in constitutiones Regias. Tarquinus 90 Rex Romæ, vt Author est Dyonis. Alicarnass. lib. 4. legem tulit dissoluendo & prohibendo omnia Collegia Romæ quæ erãt complura, illis exceptis quæ à Numa prædecessore suo erant instituta. Et Sueton. 91 in Iulio cap. 42. & in Augusto cap. 32. & Titus Liui. lib. 39. referunt Iulium & Augustum Cæsares reuocasse Collegia Romæ relictis dumtaxat antiquis.

92 Alij existimarunt huiusmodi sodalitates & collegia artificum & fabrorum conducere Reipub. vt simul possint conferre & tractare concernentia ad artem vel officiũ suum, faciliusque valeant necessitatibus Patriæ occurrere, & vt accurate examinẽt imperitos ne imperiti artem exerceant. Sic Romæ fuerunt omnium penè artium 93 & officiorum Collegia & Confraternitates maximè tempore Iureconsulti Alexandri, vt scribit Lampridius in eius vita. In Grecia quoque fuerunt huiusmodi Collegia artificum & appellabantur, *Æteriæ*. vt memorat Alciat. lib. 1. prætermisso. in verbo, *malitia*. in fin. In Gallia etiam, de quibus scribit Rebuffus: & in Regno Lusitaniæ de quibus agit Georgius Cabedo. In Cathalonia non solum in Ciuitate Barcinonæ sed etiam Ilerdæ & Gerundę sunt.

Vtriusque opinionis argumenta attigit 94 Plato de legib. quem refert Tiberi. Decian. tractat. crim. in tom. 2. lib. 7. cap. 20. num. 33. dum de similibus Collegijs & Cõfratrijs loquendo ait. *Nam & hæc gymnasia & hæ sodalitates cum alioquin multis in rebus sint conducibiles Ciuitatibus, ad seditiones tamen concitandas immodicè sunt opportunæ.*

Numma Romanorum Rex primum 95 fertur Collegia instituisse, & constituisse Collegia Tibicinum, Aurificum, Architectorum, Tinctorum, Coriarium, & Figulorum vt Author est Plinius lib. 35. c. 12. Sed & Pistorum & Nauicularioruꝫ, creauit, vt narrat Plutarc. in Numa. Verum postea cum nimis creuisset horum Collegiorum numerus, Romæque nimis suspectus ad coniurationem videretur, diuersis legibus & Senatusconsultis existentibus Consulibus L. Cecilio, & Q. Martio fuere prohibita, paucis exceptis, vt Ferrariorum & Figulorum, at Clodius vt plebi amicus fieret, quæ ad excitandum tumultum (pro vt sibi oportebat) plurimum valet, non solũ reuocata restituit, sed innumera noua instituit, vt commemorat M. Tullius in oratio. pro Sextio & in oratio. in Pisonem & Dyonis. Alicarnas. lib. 38. & Pedianus in commentario Corneliarę.

Causæ summarissimæ (vt eo redeat vn- 96 de nostra digressa oratio est) sæpissimè iuramento partiũ terminantur, quod aliud

est

est necessariũ siue suppletorium, & aliud est voluntarium seu decisorium. Primum defertur per iudicem in supplementum probationis actori vel reo, qui semiplene dũtaxat probauit, sitque probatio sufficiẽs ad condemnationem vel absolutionem l. admonendi ff. de iur. iuran. l in bonæ fidei C. de reb. cred. cap. fin. §. fin. de iur. iuran. Marant. de ordi. iudic. par. 6. tit. defertur aliquando iuramentum. Mascard. de probatio. conclus. 955. vol. 2. fusè Aloysi. Ricci. in collectan. decision. collectan. 380. Anton. Faber in suo Codice tit. de iure iurando definitio. 4. Huic iuramento locus

97 est dumtaxat in causis partis recepta tamẽ est sententia, quod vbi est plusquam semiplene probatum, etiam in causis arduis tale iuramentum deferri potest, Micha. Ferrer 3. par. obser. cap. 392. vbi de obseruantia Regiæ Audientiæ Cathaloniæ testatur. Iacob. Cancer. var. par. 2. cap. 8. num. 4. 5. & 37. Et quæ requirantur adesse & quam legalis debeat esse is cui hoc iuramentum defertur, vt delationi ipsius locus sit, obseruat Menoc. de arbitrar. casu 190.

98 Dicitur semiplena probatio quæ per vnum testem fit, quia si duo testes plene probant c. cum esses de testament. c. licet ex quadam. & ibi glo. casuaria, de testib. ergo vnus semiplene, prout ita dicit glo. in l. in bonæ fidei C. de reb. cred. sed si quæ vel modica præsumptio sit contra testem vel contra producentem, non erit semiplena probatio, quæ per vnum testem fit, Anton. Faber in suo Codice tit. de rebus credit. defin. 4. num. 9. post Ferrarium in praxi. Plusquam semiplena probatio est, quando vltra semiplenã probationem sunt aliquæ coniecturæ fauorabiles vel aliquis testis nõ integræ famæ vt tradit glosa in cap. vidua de regularib.

99 An iuramentũ suppletorium possit iudex ex officio deferre parte non petente, an vero necesse sit quod pars petat sibi deferri, tractant Mascard. de probation. conclus. 955. num. 46. Fachine. controuers. lib. 1. cap 16. & 17. Anton. Faber d. defin. 4. num. 4. Ferrer 3. par. obser. cap. 391. & ego scripsi late supra quæst. 9. §. 1. vbi & alios allegaui & de veritate disceptaui.

In causis criminalibus ciuiliter vel criminaliter intentatis an & quando iuramento suppletorio locus esse possit, docet Anton. Faber d. tit. de reb. credit. defin. 43. Cancer. par. 2. cap. 8 num. 12. & seqq. In causa quoque appellationis atque etiam post dicitu testificata posse istud iuramẽtum à parte peti & à iudice deferri, voluit Faber vbi suprà defin. 27. eo quod probationes non sunt coangustandæ. & idem asserit Mascard. d. conclu. 955. num. 54. vol. 2. de probatio. eo quod in causa appellationis omnes errores purgari possunt qui causas causæ concernunt. Et potest iudex in ipsa sententia quam profert, hoc iuramentum suppletorium deferre, ex doctrina Bartoli in l. generaliter. per illum tex. C. de reb. credit. & ita sæpius vidi seruari, cũ facta condemnatione vel absolutione adijcitur clausula. *Hoc proviso quod prius Titius iuret*, & cætera. Casus fere omnes in quibus iuramento suppletorio locus non est, cumulat Anton. Faber d. tit. de rebus credit & iur. iuran. defin. 44.

Iuramentum voluntarium est quod à parte parti defertur & habet vim & speciẽ transactionis & rei iudicatæ l. 1. & 2. l. ait Prætor 7, ff. de iur. iurand. cap. fin. illo tit. ideoque nec is qui detulit, potest appellare à sententia, per quam ex aduersarij iure iurando condemnatus est l. generaliter §. 1 C. de reb. credi. & iur. iuran. Fachine. lib. 1. controuers. cap. 23. si tamen ex nouis instrumentis euidens periurium in promptu probetur, boni iudicis officio congruit, vt videat ne ex tam improbo delicto impiũ sibi lucrum quærere victor possit l. fin. C. de reb. cre. & iur. iuran. Anton. Faber illo tit. defin. 2. Quisquis autem ille sit cui ius iurandum istud defertur aut iurare cogitur, aut referre l. manifestæ 38. ff. de iur. iuran. Anton. Fab. vbi supra defin. 1. num. 3. & defin. 9. & qui ius iurandum detulit, si ei referatur, nullo prætextu recusare potest d. l. manifestæ l. generaliter §. 1. C. de reb. cred. & iur. iuran. nec si potuit ab initio recusare is, cui primo delatum fuit l. 1. & 10. tit. ff. quod quisque iur. l.

illud

illud 25. §. 1. ff. de constitut. pecun, Codex Fabrian. vbi supra defin. 39. qui ista limitat defin. 3. 9. 17. & 26.

An is qui huiusmodi ius iurandum detulit, poenitendo possit iuramenti delationem reuocare, traditur inl. si quis ius iurãdum 11. C. de reb. cred. & iur. iuran. Faber illo titulo defin. 22. & 29. Et an tutor pro pupillo iurare, aut ius iurandum deferre valeat, tex. est inl. 1. ff. quar. rer. actio non det. Cod. Fabri. de iur. iuran. defin. 20. Et an procurator iuramentum deferens audiendus sit, aperit tex. in l. alias ff. de iur. iuran. Faber definitio. 38. Demum an ad delationem prælibati iuramenti admitti debeat is, cui ipsi ius iurandum referri non potest, docent Fachine. controuer. lib. 1. c. 21. Cravet. cons. 203. Cod. Fabria. tit. de iur. iuran. defi. 9. & optimas quæstiones de isto iuramento voluntario, seu decisorio affert Andre. Fachine. controuers. lib. 1. cap. 19. cum 4. seqq.

EX QVÆST. XI.

SVMMARIVM.

1 *Officium iudicis plurimum spectatur in causis mulctarum siue pœnarum, quæ aduersus fraudes indicuntur.*

2 *Accusatores multos esse in Ciuitate vtile est Reipub. vt metu contineatur audacia.*

3 *In dd. causis mulctarum siue pœnarum proceditur officio iudicis & quare.*

4 *Vbi pœna quæ apponitur in proclamate est excessiua non tenet etiam in quantitate licita & permissa.*

5 *In rebus diuiduis vtile per inutile non vitiatur.*

Procedit etiam in his quæ contra legem fiunt & confirmatur exemplis.

6 *Examinatur veritas sententiæ de qua supra num. 4.*

In odiosis factis contra legem, etiam diuiduis vtile per inutile vitiatur & confirmatur exemplis.

7 *Locatio rei Ecclesiæ vltra tempus à iure permissum facta, non sustinetur in tempore vel ad tempus permissum.*

8 *Quare impossibilis vel turpis conditio in testamentis vitiatur, in contractibus autem actum vitiet.*

9 *Cautela officialium in imponendis pœnis.*

10 *Si quis pluries res prohibitas extraxerit vel piscatus in flumine prohibito vel venatus in nemore vetito fuerit, non punitur aut exequitur, nisi pro vna pœna.*

Quid in grauioribus delictis.

Si fur debeat pro tertio furto suspendi, non suspendetur, si ter ante priorem sententiã furatus fuerit.

11 *Dictum de negociatore piscatore, & venatore intelligitur, nisi in proclamate dicatur quod pro qualibet vice tali pœna puniatur.*

12 *Vbi vnus actus consideratur, licet diuersæ vices in ipso actu considerentur, vna sola pœna irrogari debet, vt in pluribus iniurijs verbalibus in eadem seditione, & in pluribus vulneribus in eadẽ rixa.*

Si quis pluries vno impetu blasphemauerit, vna tantum pœna punitur.

13 *Qui res sub pœna amissionis animalis extrahi vetitas, pluries extrahit cum eodem animali, non amittit nisi vnum animal.*

14 *Statuto puniente portantem arma in palatio amissione illorum; non punitur nisi vna pœna: nec plura arma amittit, qui cum armis tota die in Palatio stetit.*

15 *Quid de eo qui cum eodem ense diuersis vicibus rixam habuit.*

In eadem re non possunt concurrere duæ causæ lucratiuæ.

16 *Merces licitæ quæ simul cũ illicitis exportantur, an amittantur propter illicitas. & ibi antiquorum & modernorum contrariæ opiniones.*

In confiscatione serui non venit peculium nisi exprimatur.

17 *Quid dicto casu si merces non erant prohibitæ, sed agitur vt incidant in commissum ratione fraudatæ gabellæ & quid obseruetur.*

18 *Quid*

18 *Quid fuit hoc casu in domo Ciuitatis Barcinonæ sententia definitum.*

19 *An nauis, animal, & currus, quibus res vetitæ vel ex quibus gabella debetur, extrahuntur, simul cũ ipsis rebus amittantur.*

20 *Quid si dd. nauis, currus, & animal non erant extrahentis, & dominus fraudem ignorabat.*

21 *An ignorantia domini dicto casu præsumatur, & an probetur iuramento domini.*

22 *Quid si cum eodem animali seu curru vehebantur alia quæ nõ erant vetita nec gabellæ obnoxia, an amittatur animal siue currus.*

23 *Arma cum quibus delictum committitur an amittantur siue quis deliquendo vtatur armis aduersus homines, siue aliter cũ armis delinquat, vt si arbores furtim cædat.*

Quid intelligatur appellatione armorum.

Quid de retibus cum quibus quis piscatur.

24 *Amisso ex pœna legis vel statuti animalis, an amittantur ornamenta eius. & ibi contrariæ DD. opiniones & quid in praxi.*

Quid de vagina ensis cella & freno equi, saccis frumenti pœna amissorum.

25 *Bona fides & sola probabilis credulitas excusat à pœna transgressorem. & num.* 28.

26 *Iusta causa litigandi reum etiã à pœna conuentionali excusat.*

27 *Ad incurrendam pœnam requiritur dolus vel lata culpa & contemptus ac formalis contrauentio.*

28 *Excusatur mercator si à publicano deceptus fuit.*

29 *Vendens sine licentia officialium, ipsis scientibus & patientibus, non cadit pœnam.*

30 *Consuetudo & obseruantia subsequuta excusat semper à pœna.*

Quid in Cathalonia si sit contra constitutiones Principatus.

31 *Si probabiliter credere potuit se non esse cõprehẽsum in proclamate ex rationibus per eum propositis, licet vere esset comprehensus, an excusetur à pœna & moram purgare possit. Vbi decisiones nostri & Pedamontani Senatus.*

32 *Excusatur quis à pœna si reuolutio librorum & studium sapientis requirebatur ad percipiendum casum prohibitum.*

33 *Ignorantia iuris dubij & obscuri excusat à pœna. & n.* 34.

34 *Ignorantia in factis proprijs, vel quasi proprijs, & in his quæ quis scire tenebatur, non præsumitur.*

Quid si gabella erat insolita, aut de nouo in loco inducta, aut de rebus pro quibus iure Communi gabella nõ debetur. quid seruetur his casibus, quidque senserit Peregrinus.

35 *An iustus error probetur per iuramẽtũ partis ad sui excusationem & ibi declaratur doctrina Peregrini.*

36 *Ignorantia an excuset forensem à pœna.*

37 *Necessitas liberat à pœna.*

38 *Si nauis in portum prohibitum vi fortunæ proijciatur, pœnam prohibitionis euadit.*

Sic si tempestate ductus, vel fugiendo de vno territorio ad aliud propter piratas, portum accedit, excusatur à pœna non solutæ gabellæ, neque gabellam debet.

39 *Qui graui metu pestis vel inimicorum territorium prohibitum ingreditur, non punitur.*

40 *Sic qui ad sata & prædia vetita ingreditur, eò quod via publica impedita est.*

41 *Sic ß prohibitum sit res vltra confines territorij educere, & quis educat mutãdo domum, & domicilium vel iter faciẽdo euehat vinum aut triticum pro sua & familiæ suæ sustentatione, licet postea mutato consilio illud vendat, vel si traducat frumentum ad molendum in molendina sita extra territorium.*

42 *Sic si res transferat per trãsitum ad loca non prohibita.*

43 *Ductor mercium si facta debita diligentia in locis solitis non inueniat collectores iurium, excusatur à pœna, licet non à solutione*

solutione gabella. & quid apud nos obseruetur.

44 *Gabellarius non tenetur interpellare quempiam non soluentem & an possit tacere donec transeat mercator, & postea auferre illi merces.*

45 *Difficultas excusat à pœna, etiam stante iuramento in promissione.*

46 *Si pœna in statuto prohibitorio non adijcitur, iudicis arbitrio remissa censetur.*

47 *Dicto casu qui non obtemperat, extra ordinem punitur, & pœna arbitraria. & debet tunc iudex illam, cõmensurare culpæ. & n. 48.*

48 *Nemo vnquam legem impune violat.*

49 *Quanto dolus est callidior & latentior, tanto magis puniri debet.*

50 *An possit exequutiue procedi ad pœnam, vbi non est in lege apposita, sed iudicis arbitrio relicta est, & quid fuerit seruatum in domo Ciuitatis Barcinonæ.*

51 *Fraudem committentibus contra statutæ seu proclamata an locus sit pœnitentiæ & quando.*

52 *An circa pœnitendi animum credatur, eis, si reperiantur quiescendo in hospitio cum animalibus.*

53 *Si prohibitus sub pœna merces extra Regnum exportare, reperiatur in via cum mercibus extrahi prohibitis, an pœnam statuti prohibitorij patiatur. afferuntur variæ opiniones & distinctiones DD. & probatur distinctio Bartholomæi Cepola.*

54 *Dictus repertus in via quibus casibus cõdemnari potest, debet condemnari mitiori pœna quia potuit pœnitere, nisi cõstiterit delictum.*

55 *Si post commissam fraudem datiarius recipit datium, aut admittit professionem dicitur remisisse commissum.*

56 *An detur purgatio moræ ad vitandam statuti pœnam contra fraudantes impositam.*

57 *Iudex qui fuit negligens in capiendo & puniendo blasphemum, si eum exhibeat in syndicatu, liberatur à pœna.*

58 *Minor restituitur in integrum aduersus fraudatam gabellam, & liberatur à pœna soluendo gabellam, & idem est si res vetitas exportauerit.*

Quid in Regno Castellæ.

59 *Fallit si contra minorem probaretur dolus verus & malitia vt hic.*

60 *Pœna non soluti vectigalis & commissum quanto tempore præscribatur.*

Quid in Regno Castellæ.

61 *Quid in Cathalonia.*

In Cathaloniâ præscriptiones maiores vel minores decem & viginti annorum per ius Patriæ non sunt sublatæ.

62 *Fiscus seu gabellarius an possit pœnam vendicare ab hæredibus fraudantis.*

63 *Pœnam vectigalis non soluti non debet quis in foro conscientiæ ante sententiam.*

Nemo tenetur in conscientia soluere pœnam legalem ante sententiam.

64 *Secus de pœna conuentionali, si petatur.*

65 *Quid si pœna à lege vel statuto imponatur ipso iure. & n. 66.*

66 *Quid si delictum esset notorium.*

67 *An quis in foro conscientiæ teneatur soluere iustum vectigal. & ibi de opinione Nauarri, cui respondet Leonardus Lessius.*

68 *An debeatur in conscientia vectigal, si non exigatur. vbi contrariæ referuntur DD. opiniones.*

69 *An pauper in conscientia excusetur à vectigalis præstatione.*

70 *Quid si sint probabiles rationes dubitandi de iustitia vectigalis.*

71 *An iustum sit vectigal, quod super rebus quæ ad vsum proprium vel propria familiæ inuehuntur, vel emuntur, imponitur. & ibi de doctrina Peregrini contradicta Theologorum.*

72 *Qui violat legem prohibentem equos ab vna Prouintia ad aliam educi propter vbertatem, an peccet mortaliter.*

73 *Ad probandas fraudes circa vectigalia & commissa, sufficiunt coniecturæ & leuiores probationes & quare.*

74 *Gabellã fraudare præsumitur inuectus in littore maris vel in limine territorij per custodes, cum rebus educi prohibitis.*

75 *Fauore liberationis an testes singulares probent, maximè in pœnalibus.*

76 *Sententia ex præsumptionibus late nũquam transit in rem iudicatam.*

77 *Prohibitus sub pœna frumentum extrahere, an eandem pœnam incurrat si farinam extrahat. & ibi intellectus huius quæstionis traditur maximè ex Hieronymo Laurentio & n. 78.*

78 *Appellatione materia an & quando veniat materiatum.*

Statutum loquens de pannis an intelligatur de vestibus. & loquens de metallo an de vasis ex metallo conflatis.

79 *Statuto prohibente extrahere triticum, an puniatur extrahens panem coctum.*

80 *Simplicis appellatione in pœnalibus an contineatur mistum.*

Prohibitus exportare salem an puniatur si educat muriam. & ibi opinio Benuentiæ Stracca, quæ periculosa censetur.

81 *Pœna aduersus incendiarios domorum, an habeat locum contra incendentes tuguria vel apothecas.*

82 *Quod in commissum cadit, statim sine aliqua apprahensione transfertur in Fiscum quoad dominium, non quo ad possessionẽ, & Fisco datur rei vendicatio contra quẽlibet possessorem.*

83 *Quid si res cadat in cõmissum in Regno Castellæ per leges illius Regni, & capiatur in Cathalonia penes possessorem, an Fiscus cum sub eodem Principe sit, possit apprahendere.*

84 *Si res quæ cecidit in commissum, pereat antequam à Fisco capiatur, an possessor excusetur à pœna commissi ita vt pretiũ peti non possit.*

85 *Si plures simul in aliqua naui res sub pœna decem librarum extrahi prohibitas extraxerint, an quilibet integram pœnam soluere debeat, & nauis vna pro omnibus amittatur. & n. 86.*

86 *Si lex puniat pœna decem librarum contrahentem cum minore in aliquo reprobato contractu, quilibet hanc pœnam soluere tenetur, si plures contrahant, quia quilibet insolidum delinquit.*

87 *An si iudex illos aliqua ex causatione dignos viderit, possit dictas pœnas minuere ita vt duo contrafactores pro vno reputentur.*

88 *Quid hoc casu si vnus ex dd. duobus contrafactoribus soluẽdo nõ sit propter egestatem, an alter integram pœnam soluere debeat, ita vt Fisco pœna salua sit.*

89 *Quando pœna non est criminalis sed ciuilis & conuentionalis, quilibet tenetur tantum pro sua parte, si plures contraueniant.*

90 *Si duo plures ve simpliciter obligãtur, regulariter quisque tenetur pro virili, nõ insolidum.*

Quid in conductoribus vectigalium Principis.

91 *An quoties pœna apposita applicatur fisco, causa sit Criminalis. traditur opinio Hieronymi Laurentij contra Robertum Marantæ & optima distinctio Flaminij Cartarij.*

92 *An pœna cõmissi ob res extrahi prohibitas vel ob non solutum vectigal, incurratur ipso iure. & quid in Regno Castellæ.*

93 *Dicta pœna transmittitur contra hæredes absque aliqua litis contestatione cũ defuncto, & quare. Secus quando pœna non committitur ipso iure. Vtroque tamẽ casu peti potest ab hærede vectigal ipsum non solutum.*

94 *An transmittatur dicta pœna aduersus tertios possessores.*

95 *Quando pœna committitur ipso iure, requiritur sententia declaratoria super facto, & ea declaratio retrotrahitur ad tempus pœnæ commissæ.*

Sic si ipso iure effectus est intestabilis, testamentum factum ante declarationem, nõ valet.

Sic si pœnam amissionis rei ipso iure incurrit, medio tempore ante declarationem non facit fructus suos.

96 *Quando dicatur per legem apposita pœna ipso iure, vel imponenda cum sententia condemnatoria.*

97 *Quæ verba importent pœnam ipso iure, & quæ per sententiam.*

98 *Apposita statuto pœna an necesse sit*

quod

quod quis apprehendatur in crimine, vt puniri possit, vel sufficiat quod de crimine commisso testibus constet. referuntur contrariæ DD. opiniones & quæ sit verior, & quæ seruetur in Regio Senatu Cathaloniæ & in Regno Castellæ.

99 Quid vbi viget consuetudo vt requiratur apprehensio.

100 Quid vbi statutum disponeret per verba, quicumque fuerit inuentus cum armis vel in tali crimine.

101 Stante statuto quod mulieres inuentæ cū perlis soluant decem, non tenentur pœna statuti, si fuerint visæ per officiales, sed nō apprehensæ.

102 Sententia Guidonis Papæ quod si famulus inscio Domino non soluit pedagium, merces domini confiscari non possunt, secus si de scientia vel consilio domini aliter quā per præsumptionem constet.

103 Ex facto famuli tenetur dominus resarcire damnum & pœnam soluere, si famulus delinquat in officio, cui per dominum præpositus erat.

Sic si famulus in taberna merciū illicite vēdat

104 Opinio prædicta Guidonis Papæ an seruetur in praxi & ibi ratio pragmaticorū.

105 Opinio Ioannis de Hevia circa idem & an seruetur in praxi.

106 Quid in Baulia Generali Cathaloniæ, & in Domo Ciuitatis Barcinonæ seruatū viderit auctor circa idem: quidque per officiales Generalis Cathaloniæ & Domus Ciuitatis Barcinonæ obseruatum sit, vbi constat dominum dedisse mandatum famulo vt gabellam solueret.

107 Socius a culpa socij excusatur nisi fuerit particeps vel conscius fraudis.

Sic res communes pro parte socij fraudantis confiscantur, & solus pœnā incurrit.

Fraus vel scientia fraudis in socio non præsumitur nisi probetur.

108 Exemptus à solutione vectigalis, tenetur gabellario res quas transfert denunciare, alias in commissum cadunt.

109 Et quæ sit ratio & in quo fundetur.

110 Fallit quando res sunt tales, pro quibus notoriæ gabella non debetur.

111 Si fiscus vel vniuersitas locat gabellam salis vel aliarum rerum, an postea teneātur gabellarijs soluere quibus casibus priuati soluunt gabellam.

112 Parladorij opinio improbatur.

113 Quid si Princeps negotiationis causa cōtrahat. & ibi contrariæ DD. sententiæ.

114 An à Fisco, Principe, vel ab alijs exēptis ementes teneantur gabellam soluere.

115 Quid de ementibus à Clericis & Ecclesiasticis personis.

116 Defenditur multis argumentis negatiua opinio.

117 Emens ab exempto, si postea reuendat, gabellam soluere debet.

Qui transportat bona ab Ecclesiasticis emta vectigal soluit.

118 Refertur exemplar in quæstione de qua n. 114.

119 Si clerici fructus suorum beneficiorum in vs Ciuitatem absque vectigalis solutione transferant, & intus Ciuitatem alijs vendant, an emptores cogi possint vectigal illud soluere quod ad portam Ciuitatis soluissent clerici, si nō fuissent immunes à præstatione vectigalium.

120 Quid si dicti clerici frumentum extra Ciuitatem emissent, vt intus Ciuitatem carius venderent.

An contra clericum negotiatorem necessaria sit trina monitio, & per quem iudicē clericus debeat declarari negociator.

121 Clerici domicilium in Ciuitate habentes, fructus suarum præbendarum, quos foris colligunt possunt absque gabellæ solutione in Ciuitatem afferre pro sua, suæque familiæ sustentatione & reliquorum supersitum venditione.

122 Et argumentis multis confirmatur, cum num. 123.124.125.

Fructus sūt accessorij personæ Ecclesiasticæ.

123 An dicta venditio cadat sub prohibitione negotiationis interdictæ clericis.

126 Clericus in Ciuitate domicilium habens an fructus sui patrimonij possit ad illā absq; solutione vectigalis traducere, etiam si ipsos vendere velit.

127 Bona patrimonialia clericorū gaudēt ijsdem immunitatibus, quibus Ecclesiastica.

128 *Conductores reditum beneficiorum Ecclesiasticorum vel personarum immunium non gaudent immunitatis priuilegio à vectigalibus.*

Quid in conductoribus fisci.

129 *Pœna non soluti vectigalis ad cõductores gabellarum pertinet.*

Et an aucmenta gabellarum.

130 *Vectigalia an sint odiosa vel fauorabilia vt strictim vel late interpretanda sint. & ibi distinguitur.*

Quid de vectigalibus legum Castellæ.

131 *Constitutiones alicuius Regni seu prouinciæ & sic etiam Castellæ & Cathaloniæ an habeant naturam statutorum vel Iuris Communis, sintque ideo late vel stricte interpretandæ, vbi contrariæ referuntur sententiæ & traditiones Iacobi Cancerij & Ioannis Parladorij.*

132 *Exactu nullo & inefficaci quis pœnam non incurrit. & inibi intellectus huius theoricæ.*

133 *Clericus in sacris constitutus si matrimonium nulliter contrahat, an perdat beneficia. & referuntur contrariæ Iacobi Cãcerij & Aloysi de Leo opiniones.*

134 *Resolutio Iacobi Cancerij quod filia in Cathaloniæ nulliter contrahens matrimonium clandestinum sine consensu parentũ, incidat in pœnã priuationis legitimæ & successionis paternæ per constitutiones impositam filiabus minoribus 24. annorum sine consensu parentum nubentibus, an vera sit.*

135 *Si id quod ex pœna fiendũ erat, non fiat, an pœna debeatur.*

136 *Culpa non imputatur alicui propter casũ, nisi sit ordinata ad casum.*

Clericus pauper non perdit beneficium capituli Odoardus de solutio. etiam si culpa sua ad paupertatem deuenerit, nisi culpa sit ordinata ad casum.

137 *Culpa non scribitur alicui vbi ex ea nemo damnum sentit.*

Neque si facere quis debuit id ad quod tenebatur, factum tamen nihil profuisset.

138 *Pœna contra ius apposita an valeat.*

139 *Obligatus ad pœnam non incurrit illã propter scientiam nisi facta intimatione.*

140 *Pœnæ nomine alicui debitum an non agnitum ad hæredes transmittatur.*

141 *Contrauenies non incidit in pœnam, si prius per aduersantem fuerat contrauentum. & ibi de contraueniente Regiæ sententiæ in Cathalonia & instante contra aduersarium pro pœna vsatici,* Iudicium in Curia datum.

142 *Pœnæ conuentionales an exigi valeant nisi quatenus interfit & ibi Osasci sententia impugnatur. & quid in foro conscientiæ.*

143 *Fideiussor non tenetur ad pœnam pro carcerato qui aufugit, si reuersus est.*

144 *Pœna de æquitate Canonica non exigitur nisi quatenus interest.*

145 *Quid quando pœna adiecta est ratione quantitatis, an tunc etiam interesse concurrente, exigi possit, & quare.*

146 *Iussus & auctoritas Superioris excusat à pœna siue legali siue cõuentionali & à periurio.*

In iuramento intelligitur excepta auctoritas Superioris.

147 *Committens in parte an contrahat pœnam in totum & an Calicij traditio vera sit.*

DE

DE OFFICIO IVDICIS IN CAVSIS MVLCTARVM SIVE POENARVM, QVÆ aduersus fraudes indicuntur.

QVÆST. XI.

PLurimum in his spectatur officiũ iudicis, tum propter ipsius æquitatem in exequendis pœnis, tũ propter eiusdem solertiã, & industriam in detegendis fraudibus quas qui committunt, lucem oderunt, tum denique propter reprimendam effrenatam accusatorum & officialium cupiditatem, quibus magna pars prædictarum pœnarum in statutis & edictis publicis repromitti solet: quod vtile sit Reipublicæ multos esse accusatores in Ciuitate, vt metu cõtineatur audacia, quemadmodum M. Tullius Cicero relatus à cauiuncula in tractat. de officio iudic. li. 2. cap. 7. num. 28. existimauit. Notabo ergo nonnulla in hac quæstione, nã in istis causis mulctarum siue pœnarum proceditur executiue & sic non iure actionis agitur sed officio iudicis quis ad soluendũ cogitur, ad notata per Roderic. Suarez in repetitio. legis post rem iudicatam. in prin. nu. 10.

Nota primo, quod vbi pœna quę apponitur in proclamate seu mandato officialis, est excessiua, non tenet, etiam in ea summa quæ est licita & à iure permissa, secundum Bart. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. & in l. res iudicata C. de re iudic. Bald. in l. 1. C. si aduers. rem iudica. Cancer. var. par. 3. capite 12. numero 235. ad textum in l. certa 5. C. quando prouoca. non est necess. Sed, quia is tex. hoc non dicit, difficilis videtur ista sententia, quoniam in rebus diuiduis vtile per inutile non vitiatur c. vtile & ibi glo. & DD. de reg. iur. lib. 6. quod procedit etiam in ijs quæ contra legem fiũt vt in l. sancimus C. de donatio. vbi donatio vltra quingentos solidos facta, quæ de iure absque insinuatione non valet, sustinetur in ipsis quingentis & vitiatur in excessu. & in l. pecuniæ & in l. placuit ff. de vsur. & in l. cum allegas C. eod. tit. quibus expresse deciditur stipulationem vsurarum vltra legitimum modum factam vitiari in eo tantum quod excedit, non vero in reliquo vt etiam obseruauit Andre. Gail prac. obser. lib. 2. obser. 4. num. 7. & in l. scimus. §. cũ autem C. de in offic. testam. vbi cum iure à patre in legitima filij grauamẽ apponi, dies vel cõditio minime possit l. quoniã in prioribus C. illo tit. si pater filio fideicommissũ vniuersale sub cõditione vel in diem relinquat, detrahitur vsque ad legitimam conditio vel tempus & in residuo remanet. quod pluribus expendit Roderic. Suarez in repetitio. d. l. quoniam in prioribus. ampliatio. 6. Micha. Crass. recep. senten. §. legitima q. 439. num. 4. Anton. Gomes. var. resol. tom. 1. cap 11. num. 25. Attamen nihilominus non existimo Bartoli Baldi & Cancerij suprascriptam sententiam improbandam aut reijciendam: quia in odiosis, qualia sunt pœnalia, factis contra legem, etiam diuiduis vtile per inutile vitiatur vt in lege si libertus. §. si quis plures ff. de iure patronat. vbi disponitur quod donatio plurium rerum vno contextu in fraudem facta ipso iure nulla est, etiam respectu earum de quibus separa-

tim & de per ſe valere poterat. iuuat tex. in eſem. 1. de reb. Eccleſ. non alien. ibi. *nec accipienti ius aliquod acquiratur.* & in extrauag. ambitioſæ illo tit. ibi. *locationem aliter factam nullius omnino eſſe roboris.* in quib⁹ iuribus communis DD. ſchola tenet locationem rei Eccleſiaſticæ vltra tempus à iure permiſſum factam, neque ſuſtineri in tē-
7 pore vel ad tempus permiſſum. Præſenſit
8 hoc glo. in §. impoſſibilis in ver. *pro nō ſcripta* Inſtit. de hære. inſti. cū enim impoſſibilis vel turpis cōditio in inſtitutionib⁹, legatis, & libertatib⁹ de iure vitietur & nō vitiet actūs in contractibus autem actum vitiet d. §. impoſſibilis l. non dubitamus. ff. de conditi. & dem. l. non ſolum. ff. de actio. & oblig. reddit diſcriminis rationem gloſa prædicta, quia vltimæ volūtates & libertates ſunt fa-
9 uorabiles. Sed proh dolor! quoniam multi officiales huius tempeſtatis pecuniam & lucrum anhelātes longe immoderatas pœnas in præceptis, edictiſq; generalibus ut-ponunt, parando laqueos miſeris, quos, ſi diuites fuerint, quando incidunt, magna pecunia componunt, ſi autem inopes, ſanguinem quem poſſunt, emungunt.

10 Nota 2. Extāte ſtatuto quod ſi quis res vetitas extraxerit, vel piſcatus fuerit in aliquo flumine, aut venatus in aliquo nemore, cadat in talem pœnam; ſi quis pluries ante ſententiam res prohibitas extraxerit, piſcatus vel venatus fuerit, non punitur ſeu exequitur niſi pro vna pœna, Bar. in l. Metius §. duobus num. 23. de legat. 2. Couar. li. 2. var. c. 10. num. 8. Auil. in c. 52. prætor. glo. *en la tierra* num. 5. & 6. Anto. Gom. 3. tom. cap. 5. num. 9. Bouadil. in polit. tom. 2. li. 4. cap. 5. num. 42. Plaça de delic. li. 1. c. 1 num. 18. qui etiam loquuntur in grauioribus delictis & quod ſi fur debeat pro tertio furto ſuſpendi, non ſuſpendetur ſi ter ante
11 priorem ſententiam furatus fuerit. Ego dictum de venatore, piſcatore, & negociatore intelligo verū, niſi in ſtatuto vel proclamate dicatur quod pro qualibet vice tali pœna afficiatur & ita ſæpè caueri & ſtatui expreſſe ſolet.

12 A fortiori aſſerendum eſt quod vbi vnus actus conſideratur, licet diuerſæ vices in ipſo actu conſiderentur, veluti ſi in aliqua ſeditione plures iniuriæ verbales dicantur, vel in aliqua rixa plura vulnera inferantur, vna ſolum pœna irrogari debet, l. numquā plura ff. de priuat. delic. glo. in ca. ſi quis iratus 2. q. 3. Bart. in d. l. numquam plura nu. 4. Couar. d. c. 10. num. 8. vbi quod ſi quis pluries vno impetu blaſphemauit, vna tantum pœna punitur. Plaça d. c. 1. num. 17. & ſeqq. Bouad. in polit. tomo 1. lib. 1. cap. 13. numero 94. Auil. in c. 25. prætor. in ver. *la prematica.* n. 23. Boc. dec. 301. n. 16.

Non diſſimilè eſt quod ſi ſtatuto vel edicto cauetur vt animal quo merces ſine ſolutione gabellæ extrahuntur, publicetur, non amittit niſi vnum animal qui pluries cum eodem animali res vetitas extrahit gabella non ſoluta, pro vt non amitti concludunt Gironda de gabell. part. 12. num. 39. Firmian. eodem tractatu par. 9. num. 30. & Auil. in d. ver. *la prematica* n. 24. aſſerit quod ſi ſtatutum eſt vt portans arma in Palatio, ea amittat, nō debet puniri niſi vna pœna nec plura arma amittere is qui cum armis tota die in Palatio ſtetit quod etiam obſeruauit Pinel. in l. 1. num. 4. C. de reſcind. vendit. & Bouad. d. cap. 13. num. 94. idem affirmat de eo qui cum eodem enſe diuerſis vicibus rixam habuit vbi ſub amiſſione enſis rixa prohibita eſt. quia in eadē re non poſſunt concurrere plures cauſæ lucratiuæ Bart. in l. Metius. §. duorum delegat. 2. num. 23. & 24.

Nota 3. Si merces vetitæ & prohibitæ exportentur, ſecundum communem antiquorum Scriptorum ſententiam amittuntur etiam licitæ & permiſſæ quæ ſimul trāſferuntur, vt atteſtantur Boeri. deciſ. 178. n. 25 Bouadil. in politic. to. 2. lib. 4. cap. 5. n. 22. Strac. de mercatu. par. 4. num. 28. ſed ſecūdum communem modernorum DD. opinionem, eamque æquiſſimam & receptiſſimam non amittuntur licitæ propter illicitas & ita probant & cenſent Boeri. d. dec. 178. num. 24. Bouad. d. cap. 5. num. 22. Peregri. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 5. numero 30. Ioann. de Hetia Bolanyo in labyrint. commerci. lib. 3. cap. 10. numero 3. & 4. Suarez allegatio. 18. numero 6. Iul. Clar.

in

in prac. 5. fin. q. 82. statuto. 7. num. 9. Auil. in capit. 52. prætor. glo. *en la tierra* num. 1. notatur in l. cotem ferro 5. eam rem ff. de public. & vectigal. & est argumento tex. in l. fin. 5. 2. ff. illo tit. vbi in confiscatione serui non venit peculium nisi exprimatur. quod etiam notauit Heuia vbi supra nu. 4.

17 Sane si merces non erãt prohibitæ, sed agitur vt incidãt in commissum ratione fraudatæ gabellæ, scripsit quoque Peregri. d. tit. 5. num. 31. quem ad hoc citare voluit Bouad. d. c. 5. num. 22. de iuris rigore amitti quoque merces non debentes gabellã, quæ simul vehebãtur cum ijs quarum frauciata gabella est per tex. in d. l. cotẽ 5. dominus. sed subdit apud suos aliter seruari pro vt & apud nos seruatur aliter quod scilicet non

18 amittãtur & sic semper obseruaui. Contigit in hac Ciuitate Barcinonæ quod quis transeundo per portam eiusdem, nũ ciauit exactoribus iurium Ciuitatis se transferre quindecim onera vini (vulgo vocamus, *carregas de vi*) repertum mensura probante fuit, esse viginti. cæperunt omnia officiales prætendentes in commissum cecidisse omnia. sed assessorum sententia declaratum fuit solũ amitti quinque, in quibus fiebat fraus.

19 At nauis, animal, & currus, quibus res vetitę vel ex quibus gabella debetur, extrahuntur & euehuntur, simul cum ipsis rebus amittuntur & cõfiscantur. tex. est expressus in l. cotem ferro 5. dominus. & ibi classici omnes ff. de. publi. & vectig. notãt Strac. de mercatu. par. 4. num. 28. Bertachi. de gabellis num. 14. cum seq. Bouadi. tom. 2. lib. 4. cap. 5. num. 31. Auil. in ca. 52. prætor. glo. *en la tierra* num. 21. & 10. Iul. Clar. in 5. fin. q. 82. statut. 7. num. 9. Boeri. dec. 178. Io. de Heuia Bolan. in labyrint. commerci.

20 lib. 3. cap. 6. num. 24. & cap. 8. num. 16. Intellige si nauis, currus, aut animal erant extrahentis res supradictas, secus si erant aliena veluti si erãt conducta, & dominus fraudem ignorabat, Girond. de gabell. par. 12. num. 14. Gandi. de malefic. in tit. de rebus non portandis contra decretum. Auil. in d. glo. *en la tierra* n. 2. Bouadi. vbi supra n. 31.

21 & 32. vbi an ignorãtia domini præsumatur dicto casu & quod circa eã stabitur iuramẽto prefati domini. Sed & si animal seu currus fuerint exportantis, cum illis tamẽ alia vehebantur & traducebantur, quæ nõ erãt vetita nec gabellæ obnoxia, docent Pechi. de regul. iur. regula 37. n. 3. & antea Gãdi. vbi supra titulo citato, currum vel animal non amitti. 22

Similiter arma cum quibus delictum committitur, amittuntur de iure, glo. in c. 1. 5. si quis rusticus de pace tenen. in vsib. feudo. glo. in l. 1. ver. *domi*. ff. ad leg. Iul. de vi public. Iaf. in 5. ex maleficijs num. 81. Instit. de actio. Plaça lib. 1. de delict. ca. 8. nu. 22. quod intelligit Bouad. tom. 1. li. 1. c. 13. ex num. 113. siue quis delinquendo vtatur armis aduersus homines siue aliter cũ armis delinquat vt si arbores furtim cœdat. quid tamen intelligat appellatione armorum aperit num. 115. & Plaça num. 3. & 4. Eadem ratione existimo perdere retia eũ qui piscatur vel venatur in locis prohibitis. 23

Tenuerunt aliqui DD. amisso ex pœna legis vel statuti animali, nõ amitti ornamẽta eius, nisi expresse lex id decidat, Alphõs. Narbona ad leges regias lib. 6. tit. 10. glo. 8. num. 2. Ioan. Gutier. li. 4. pract. quæst. 40. num. 7. Sed hæc opinio multos habet contradictores, vt constat ex traditis per Bouad. to. 2. li. 4. c. 5. n. 31. & 32. & to. 1. li. 1. c. 13. num. 106. vbi qui ex pœna perdit equũ an perdat cellam & frenum, & qui ensem, an vaginam, & qui triticũ an saccos & alia id genus. Prior opinio difficile in praxi euincetur. 24

Nota 4. Bona fides excusat à pœna statuti vel proclamatis & sola probabilis credulitas excusare solet à pœna transgressorem, Menoc. cõs. 230. a n. 36. volum. 3. latissimè Franciſe. Viui. decis. 80. num. 2. & decis. 449. per tot. Farinac. de pœnis temperan. q. 90. inspec. 1. in. 3. par. Ant. Gabri. li. 7. de crimina. concl. 8. Hinc decidit Rota Roma. quod ad pœnam incurrendam necesse est dolum concurrere vt per Verall. decisione 233. par. 2. Hinc tradit Grammat. dec. 83. quod iusta causa litigandi reum etiam à pœna conuentionali excusat. Hinc Flamin. Cartari. dec. 130. 25 26 27

ntim. 11. probat quod vt pœnæ præcepti locus sit, non satis est actus ipse inobedientiæ, sed dolus vel lata culpa & contemptus requiritur. & num. 13. quod contrauenies debet contrauenire formaliter, ita vt eius animus directo feratur ad contra-
28 ueniendum. Hinc asserit Peregri. de iur. fisci lib. 6. tit. 5. num. 35. quod res in commissum non cadit cum ductor iusto aliquo errore captus non denunciauit, sed eo casu si ignorantia fuit probabilis, excusatur & subdit ibidem quoque Peregri. excusari mercatorem si à publicano fuisset decep-
29 tus. Hinc ait Alex. cons. 31. in fin. li. 7. quod vendens sine licentia officialium, ipsis scientibus & patientibus, non cadit in pœnam.
30 Hinc scriptis proditum est quod consuetudo, & obseruantia sub sequuta excusat semper à pœna & saltem quo ad excusandum à pœna transgressorem, facit licitum quod erat illicitum, Gutier. prac. qq. lib. 3. q. 29. à num. 17. Ioseph. Ludouic. cõmuni. conclus. 38. declarat. 2. post ampliati. 6. & illatio. 129. & Thomas Mieres in Cur. Barcin. Reg. Ferdinan. cap. 6. de pœn. official. non seruant. constit. num. 6. cum seq. & in Cur. Reg. Mariæ super constit. *hauents à cor.* tit. de prohib. panno. extrac. nu. 3. resoluit quod contra constitutiones Cathaloniæ cõtra quas iuribus vulgatis est prohibita allegatio consuetudinis, admittitur consuetudo quo ad excusandum contrauenientẽ
31 à pœna. Hinc concludit Senatus Pedamõt. apud Osasc. dec. 7. cum qui iuxta proclama non denunciauit frumentũ, excusari à pœna & admitti ad purgationem moræ, eo quod probabiliter credere potuit se nõ esse comprehensum in proclamate ex rationibus quas proponebat, quamuis vere esset comprehensus. quam decisionem sequutus est noster Senatus in casu quẽ refert Petr. Fontanell. de pac. nup. to. 1. claus. 1. nu. 49.
32 Hinc quidam ex antiquioribus huius Ciuitatis Aduocatis inter informandũ in cõsistorio dominorũ Consiliariorũ ipsius, vbi hæc materia in causis cõfratriarũ & Collegiorũ sæpè incidit, allegabat (& iudicio meo bene) quod excusatur quis à pœna statuti, si licet de iure reuera contrauenerit, tamen ad illud percipiendum requirebatur reuolutio librorum & studium Sapientis, cõducit quod probat Cancer. var. par. 3. cap. 11. num. 71. & seqq. & cap. 12. numer. 225. & 274. ignorantiam iuris dubij & obscuri excusare secus si sit clarum & certum.

Animaduerte quod licet ignorantia excusset à pœna vt per Andre. Gail obser. 48. li. 2. & Peregri. vbi supra, tamen ignorãtia in factis proprijs vel quasi proprijs & in ijs quæ quis scire tenebatur, non præsumitur, iuxta tradita in terminis per Bouadil. in Polit. tom. 2. lib. 4. cap. 5. num. 32. vnde non solet quis apud nos à pœna excusari eo quod gabella foret insolita aut de nouo in eo loco indicta aut de rebus pro quibus iure communi gabella non debetur, si tamen præconia fint publicata locis & more solitis & potuerint ad notitiam peruenire, quicquid dicat Peregri. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. num. 35. pro quo videndus Mascard. de probation. in verb. *gabella.* concl. 834. num. 9. cum. 2. seqq. vol. 2. & Bouad. d. cap. 5. nu. 71. Peregrinum etiam ibidem dum inquit quod iustus error probatur per iuramentũ partis ad sui excusationem, intelligo, cõcurrentibus al' quibus coniecturis in fauorem partis. Circa ignorantiã autem bene loquitur Peregri. d. tit. 5. num. 31. in verfic. fin. vbi contra forensem allegantem ignorantiam gabellæ resoluit. de forensi tamen videndus est Bouadill. dict. cap. 5. numer. 71.

Nota 5. Necessitas liberat à pœna ad tex. in l. Cæsar & in l. fin. §. si propter necessitatem ff. de public. & vectig. & ibi glo. & DD. Peregri. de iur. fisc lib. 6. tit. 5. nu. 30. verficul. *Limita.* Suarez allegatio. 18. num. 2. Auil. in cap. 52. prætor. glosa, *en la tierra* num. 16. Bouadill. in Polit. tom. 2. lib. 4. cap. 5. num. 39. Ripa in tractat. de peste in princip. Mexia de pane conclus. 1. num. 28. Rebuff. in 2. tom. constitutio. Franc. tit. de pan. merca. articul. 2. Boerius decis. 178. Baptista Palomba de regimine officialium regul. 7. numer. 2. Sic si nauis in portum prohibitum vi fortunæ & ventorum proijcitur, pœnam prohibi-

hibitionis euadit, Suarez d. allegat. 18. num. 3. Bouad. d. cap. 5. num. 39. ante fin. sicut si tempestate duce vel fugiendo de vno territorio ad aliud propter piratas, portum accedit, excusatur à pœna non solutæ gabellæ, quia nec gabellam debet, Bart. in l. 1. C. de naufrag. Baptist. Palõb. vbi supra d. reg. 7. num. 2. Sic si quis graui metu pestis vel inimicorum territus territorium prohibitum ingreditur, non punitur, Ripa vbi supra, Auil. d. glo. *en la tierra* num. 16. Sic si ad sata & prædia vetita intraret eò quod via publica impedita esset, Ripa de peste tit. de remed. ad conseruan. vbertat. num. 80. & seq. & anteced. Bouad. d. cap. 5. num. 39. ante fin. Sic si prohibitum sit res vltra confines territorij extraheret & quis extrahat res suas mutando domum & domicilium, vel iter faciendo euehat vinũ aut triticum pro sua & familiæ suæ sustentatione, etiam si postea mutato consilio illud vendat vel si rusticus traducat frumentum ad molendum in molendina sita extra territorium & confines, quos & alios casus multis citatis DD. congerit Bouad il. d. cap. 5 num. 39. vltra quos auctores hęc ipsa tradit Ioannes de Heuia in Labyr. cõmerci. lib. 3. cap. 10. nu. 31. Sic si res trãsferat per transitum ad loca non prohibita, Peregri, d. tit. 5. num. 30. versic. *limita*. Heuia vbi supra num. 31. per tex. in l. si quis post hanc C. de ædific. priuat. Iul. Clar. in prac. crim. §. fin. q. 82. statut. 7. num. 3. Similiter ductor mercium si soluturus gabellam seu vectigal, facta debita diligentia in locis solitis non inuchiat collectores, excusatur à pœna, licet non à solutione vectigalis, Bertachi. de gabell. par. fin. quæst. 15. in pri. Mascard. de probatio. verb. *gabella* num. 12. conclusio. 834. vol. 2. Rolan. cons. 65. nu. 6. & 10. versic. *tertio* Apud nos practicatur, quod debet dimittere pignus. Est tamen certum quod gabellarius non tenetur interpellare quẽpiam non soluentẽ, quia gabellam fraudare velle præsumitur qui cũ mercib' trãsit, nec soluit, vnde potest gabellarius tacere donec transeat mercator & illo nõ præsentãte merces & nõ soluente gabellã, possunt ei auferri merces à gabellario, l. interdum §. diui. primo nominis ff. de public. & vectig. & ibi DD. Mascard. d. conclus. 834. n. 2. & 3. Girond. de gabel. par. 12. n. 18. Bertachi. qui supra p. 7. prin. vers. 5. *quæro*. post n. 5. & 9. p. prin. n. 3. vers. 2. *quæro*.

Non solũ necessitas sed etiam difficultas excusat à pœna cap. breui de iur. iuran. Mathæ. de Afflic. dec. 328. etiam si pro obseruantia promissionis esset pœna cũ iuramẽto adiecta, vt apud Afflic. dec. 295. Aloysi. Ricci. in collecta. decis. p. 4. collect. 898. in pri.

Nota 6. quando lex statutum seu proclama prohibendo aliquid, non adijcit pœnam, iudicis arbitrio pœna remissa censetur ex tex. in l. 1. §. expilatores versic. *idcirco*, vbi Bart. Alberic. & cõmunis schola DD. ff. de effracta. l. 1. §. ait Prætor ff. de iur. delib. l. si quis reũ ff. de iust. & exhibit. reo. l. hodie ff. de pœn. Farinac. q. 30. n. 8. & 9. Francisc. Marc. decis. 479. in 2. p. Guid. Pap. decis. 433. Borg. Caualc. decis. 41. n. 41. Nam quando lex vel statutum aliquid præcipit vel prohibet nulla expressa pœna, tunc qui illi non obtemperat vel contrafacit, extraordinem punitur iuxta glo. singularem in l. nemo martyres C. de sacrosã. Eccles. quam ibi notat Bald. Caualca. vbi supra docens quod pœna arbitraria punitur. Non ergo sine pœna abit, quia nemo impune legem violat, ad tex. in l. fin. ff. de iurisd. omn. iudic. cum pœna sit correlatiua culpæ & per eam iustitiæ æqualitas reparetur, vt ait Barbosa in locis cõmunibus verb. *pœna* n. 12. Sed est dicto casu pœna arbitraria, debetque tunc iudex illã cõmensurare culpæ can. non afferamus 24. q. 1. l. sancimus 22. C. de pœn. Menoc. de arbitr. li. 1. q. 90. n. 38. Menchac. qq. illustri. c. 8. n. 51. & cap. 24. n. 17. sic Deuter cap. 25. *Pro mensura delicti erit & plagarum modus*. quod refertur in c. fori licis versic. *Cæterum*. de pœn. li. 6. Et est obseruatione, dignũ quod quãto dolus est callidior & latentior, tãto magis puniri debet, vt tradit Peckii. ad regul. 88. n. 3. de regul. iur. in. 6. Sane cũ esse Assessor Domus Ciuitatis Barcinonis, circa statuta Collegiorũ & confratiarum

prohibitoria, quæ pœnam non continent, ea seruabatur æquitas, quod non permittebamus Priores Collegiorum, & Proceres Confratriarum aduersus contrafactores incipere ab executione capiendo pignora & exequendo vti in alijs fieri solet pro pœnis statutorum, sed præeunte præcepto iudicis sub certa mulcta siue pœna.

51 Nota 7. Fraudem contra statuta & proclamata committentibus locus est pœnitẽtiæ vt pœnam euadat: & sic prohibitus sub pœna merces ad aliã Regionẽ seu Prouinciam extrahere, in via pœnitere potest atque si mutato consilio rediens deprehendatur, pœnam non patitur, & liberabit, Nicola. Boeri. decis. 178. num. 32. in fin. Mascard. de probatio. vol. 2. concluf. 834. in verb. *gabella* num. 26. Bertachi. de gabellis par. 8. prin. num. 18. sub fin. Ioan. de Heuia Bolanyo in suo Laberynt. commer. lib. 3. cap. 10. *de la pena del commisso* nu. 23. Bouad. in Polit. tom. 2. lib. 4. cap. 5. num. 18. Auil. in cap. 52. Prætor. glo. *en la tierra*. num. 21. Ripa de peste in parte de remed. ad conseruan. vbertat. num. 75. Secus si postquam captus est, velit pœnitere & mutare voluntatem, quia non est amplius liber nec liberam habet voluntatem, vt in specie post alios animaduertit Mascard. vbi supra num. 25. & Boeri. num.

52 32. in fin. Neque creditur ei quod mutauerit voluntatem & habuerit animum redeundi, si reperiatur requiescẽdo in hospitio cũ animalibus & rebus extrahi prohibitis, nisi extent aliæ coniecturæ, Boeri. d. decis. 178. num. 32. in fin. Mascard. d. concluf. 834. num. 26. Bouadil. d. cap. 5. n. 18.

Cardo igitur totius difficultatis in eò

53 vertitur, an si prohibitus sub pœna merces extra Regnum exportare, reperiatur in via cum mercibus extrahi prohibitis, pœnã statuti prohibitorij patiatur. torquentur nostri varias opiniones & distinctiones formantes. Nicola. Boeri. d. decis. 178. num. 29. cum 3. seqq. argumenta pro vtraque parte expendit. Baldus in l. cum proponas C. de nauti. fœn. & sequaces distinguit quia si statutum dicat, si quis portauerit extra Comitatum. pœna non incurritur, cum verba illa præteriti tẽporis perfecti requirant tempus consumatum: secus si statutũ dicat quod portantes extra Comitatum, vel quod reperti portare extra Comitatũ puniantur. Albericus de Rosat. in l. si fugitiui C. de seru. fugit. & assectæ asserunt quod si in via repertus confiteatur voluisse exportare extra Regnum, pœna afficiatur: si autem neget, tunc ad coniecturas & verisimilia recurratur & ex illis iudicetur. & hanc videtur tenere Boeri. vbi supra num. 32. circa fin. Barthol. Cepola in repetitio. d. l. si fugitiui num. 62. distinguit tres casus. Primus casus est cum constat in via repertum non habuisse animum exportandi extra terminum, & tenet eum absoluendum. Secundus casus est quando liquet habuisse animum extrahendi extra districtum, & tunc affirmat quod aut statutum loquitur per verba præteriti temporis quæ actus cõsummationem significant, vt si dicat si quis extraxit, vel extraxerit. & debet absolui: aut statutum loquitur per verba præsentis vel futuri temporis vt si dicat, nemo extrahat, vel si quis extrahet. & debet cõdemnari. Tertius casus est quãdo versamur in dubio an habuerit prædictum animũ, & tunc docet reum absoluendum si saltem coniecturis & indicijs sufficientibus conuinci non potest habuisse talem animum & voluntatem, quia probatio, non ius deficit l. duo sunt Titij ff. de testam. tutel. & in dubio iudex pronior debet esse ad absoluendum quam ad condemnandum l. absentem ff. de pœn. l. Arrianus ff. de actio. & oblig. Sententia & distinctio Cepolæ communis est vt testatur Bouadil. in d. c. 5. num. 14. & num. 16. Sed Ripa de peste tit. de remed. ad conseruan. vbertat. num. 73. & 75. censet repertum in via, in casibus quibus iuxta præfatam distinctionem cõmunem condemnari debet, non esse condemnandum pœna statuti, sed mitiori, quia potuit pœnitere, etiam si statutum loquatur per verba præsentis vel futuri tẽporis, nisi confiteatur delictum, & ita existimat communem opinionem intelligendam. quod etiam post alios plures citatos

54 voluit

voluit Mascard. de probati. vol. 2. conclus. 834. n. 29. & 30.

55 Illud silentio inuoluendū non est, quod licet apprehensus in fraude, non possit post apprehensionem pœnitere vt supra scripsimus, tamen docent Bald. cons. 256. num. 4. in 6. & Peregri. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. num. 35. versic. *Limita* 6 quod si post commissum datiarius recepisset datium aut admisisset professionem, diceretur remisisse commissum, ad l. post diem ff. de leg. com.

56 & in l. Emilius ff. de minor. Datur etiam interdum purgatio moræ, ad late tradita per Girond. de gabellis par. 12. ex num. 20. & tradunt Auenda. de exequen. mandat. Regi. 1. par. cap. 3. num. 6. Auil. in cap. 4. prætor. glo. *entregare*. Girond. qui supra

57 num. 22. quod si iudex fuit negligens in capiendo & puniendo blasphemum, si eum exhibeat in syndicatu, liberatur à pœna.

58 Nota 8. Licet minor incidat in pœnam legis ob non solutam gabellam, tamen nō tenetur pœnam soluere si restitutionem petierit, sed liberatur soluendo gabellam & idem est si res prohibitas extraxerit, l. si ex causa 5. si in commissum ff. de minor. l. Imperatores in fin. ff. de public. & vectig. Girond. de gabell. par. 12. num. 19. Anton. Gomes tom. 3. vari. cap. 1. num. 61. Lazarte de gabellis cap. 18. num. 38. Auil. in cap. 52. prætor. in glo. *en la tierra* num. 9. Ioan. de Heuia Bolanyo in Labyrintho commerciorum lib. 3. cap. 10. num. 33. vbi in Regno Castellæ extendit vt per legem illius Regni neque sit necessaria restitutio. Bouadilla in Polit. tom. 2. lib. 4. cap.

59 5. num. 40. vbi limitat nisi contra huiusmodi minorem probaretur dolus verus & malitia, vt. quia noctu & per vias & loca insolita reperiretur cum mercibus prohibitis.

60 Nota 9. Pœna non soluti vectigalis & commissum iure communi quinquennio præscribitur intra quod tempus peti debet l. 2. C. de vectiga. & commiss. vbi Bart. Bal. Salycet. & cæteri diffici notant. Bart. in l. commissa in prin. ff. de pub. & vectig. Firmian. de gabellis in 9. par. num. 8. Ioan. de Heuia in Labyrint. commer. lib. 3. cap. 10. num. 56. Gironda in eodem tractatu par. 12. num. 2. qui subdit hoc quinquennium antiquatum esse in Regno Castellæ per leges illius Regni, per quas ad summum annus datur ad pœnam consequendam. In 61
hoc Principatu Cathaloniæ non inuenio hoc immutatum quia præscriptiones minores vel maiores decem & viginti annorum non sunt sublatæ seu immutatæ per vsatic. omnes causæ tit. de præscripti. vt aduertit Cancer. loquens de præscriptione actionis iniuriarum par. 2. cap. 11. in noua editi. num. 101. cum 2. seqq. & vsatic. hoc quod iuris est Sanctorum, atq. conslit. 2. illo tit. *de prescriptions*. quæ de rebus Principis & Principi debitis disponunt, nō sunt in his terminis, vt est notissimum.

Potest autē Fiscus seu gabellarius pœ- 62
nam vendicare etiam ab hæredibus fraudantis, quantum ad eos peruenit, licet cū defuncto lis non fuerit contestata, dummodo dolus interuenerit, l. commissa in pri. l. Publicanus in prin. l. fraudati vbi Bart. & DD. l. cotem ferro 5. illicitam ff. de public. & vec iuuat l. in hæredem ff. de dolo. Girond. vbi supra num. 3. cum 2. seqq. Couar. lib. 3. vari. cap. 3 num. 7. cum seqq. Anton. Gomes tom. 3. var. cap. 1. à num. 80. cum seqq. Suarez allegati. 26. Menoc. cons. 98. num. 22. Auil. in cap. 4. prætor. in glo. *entreguen* nu. 12. & in cap. 1. *iudicium syndicatus* glo. 1. n. 16.

Nota 10. differentiam inter gabellam 63
ipsam, & pœnam gabellæ non solutæ: nam pœnam gabellæ vel vectigalis non soluti non debet quis in foro conscientiæ ante sententiam, quia nemo tenetur in conscientia soluere pœnam legalem ante sententiā, Ioan. Gutier. canonic. qq. lib. 2. cap. 20. n. 64
12. vbi discrimen constituit inter pœnam legalem & conuentionalem vt illam nemo soluere teneatur in foro animæ ante sentētiam, hanc vero sic, si petita fuerit. Iacob. Cancer. var. par. 3. cap. 11. num. 40. Girōda de gabellis par. 12. num. 11. vbi loquitur in terminis pœnæ non soluti vectigalis & multos citans extendit etiam si pœna 65
à lege vel statuto imponatur ipso iure. Couar. in 4. decretal. 2. par. cap. 6. §. 8.

num.

num. 10. Iul. Clar. in prax. crim. §. fin. q. 80. num. 7. vbi ampliat etiam si delictum esset notorium. Grammat. decis. 5. vbi loquitur de pœna quæ ipso iure infertur ex crimine læsæ maiestatis. Dixit esse receptam S. Tom. 2. 2. quæst. 62. artic. 3. notat Siluest. in Sum. in verb. *pœna*. quæst. 25. & Angel. in Sum. etiam in verb. *pœna*.

67 At secundum veriorem & communē sententiam, in foro conscientiæ tenetur quis soluere gabellam siue vectigal impositum, si iustum sit, alias mortaliter peccat & ad restitutionem tenetur, Girond. innumeros DD alegans & hanc acerrimè defendens d. par. 12. num. 6. cum. 4. seqq. & præter eos P. Leonard. Lesius de iusti. & iur. lib. 2. cap. 33. dubitatio. 8. vbi num. 56. concludit verius esse quando constat vectigal iustè impositum esse & vtiliter expendi, eos qui fraudāt in summa notabili, mortifere peccare & teneri ad restitutionem. Siluest. in Sum. verb. *gabella* 3. num. 21. & 22. vbi ait omnes fere Sūmistas ita sentire. Couar. in regul. peccatum par. 2. §. 5. num. 5. S. Thom. 1. 2. quæst. 96. Anton. Gom. in l. 3. Taur. num. 123. Lazart. de gabel. cap. 18. à num. 39. Firmian. de gabell. par. 9. num. 1. cum seqq. Menochi. de arbitrar. lib. 2. centur. 4. casu 392. à num. 1. Ex quibus deducitur an vera sit opinio Nauarri in Manual. cap. 23. num. 55. & 60. atque Angeli verb. *Pedagium*. num. 6. quibus respō-

68 det Lesi. d. dubit. 8. num. 59. & 60. An autem debeatur vectigal in conscientia si non exigatur, concertant DD. Affirmatiuā asserit Gironda vbi supra num. 6. in fin. Negatiuam tamen alij tenent dummodo nihil fraude actum sit, vt si non absconderis & custodes non deceperis, & ita tenuit Soto de iusti. & iur. lib. 3. q. 6. artic. 7. circa fin. ante conclusionem 4. & multos viros doctos ita tenere inquit Les. d. dubitatio. 8. num. 61. sed in fine subdit probabilius esse seruandam esse consuetudinem, quia

69 est optima legum & voluntatis Principis interpres. Hic quoque d. dubitati. 8. num. 62. disputat an pauper ob extremam vel grauem necessitatem in conscientia excusetur à vectigalis præstatione, & late ex n. 63. quid si sint probabiles rationes dubi- 70
tandi de iustitia vectigalis, an tunc coram Deo sit obligatio soluendi, quæ valde notanda quæstio est, & dubitatio. 7. per tot. diserit an iustum sit vectigal quod super 71
rebus quæ ad vsum proprium vel propriæ familiæ inuehuntur vel emuntur, imponitur contra l. vniuersi C. de vectigal. de qua etiam quæstione effuse antea scripsit Soto de iusti. & iur. lib. 3. q. 6. d. artic. 7. à conclusione 3. Peregri. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5. num. 23. qui contra dicta theologorum videndus est.

Eum qui violat legem prohibentem 72
equos ab vna Prouincia ad aliam educi propter vbertatem, non peccare mortaliter, nisi graue damnum Reipublicæ inde sequatur, probat post alios Alphōs. Narbona ad ll. Regi. li. 6. tit. 17. lege 3. glo. 1. num 2. & 3.

Nota 11. Cum fraudes plerumque oc- 73
culte fiant, & difficilis probationis sint, ideo ad eas probandum circa vectigalia & cōmissa, coniecturæ sufficiunt & leuiores probationes, l. non omnes §. à barbaris ff. de re militar. l. si vicinis C. de nupti. Cauet. cons. 115. num. 1. & seqq. Bertachin. de gabell. lib. 8. par. princip. num. 21. Bouadil. in Polit. tom. 2. lib. 4. cap. 5. num. 39. Mas- 74
card. de probati. vol. 2. concluſ. 834. in verb. *gabella*. vbi num. 33. quod gabellam velle fraudare præsumitur inuentus in littore maris vel in limine territorij per custodes, cum rebus educi prohibitis. & quod in fauorem gabellarij sufficiat vnius ex cōtrahentibus testimoniū, tenet Carol. Ruin. cons. 105. num. 4. lib. 4. Afflic. dec. 369. & alij complures quos refert, & sequitur Tiraquel. de vtroq. retrac. lib. 1. §. 1. glo. 14. à num. 46. & notat Girond. de gabell. par. 12. num. 50. Econuerso quod in causa 75
liberationis & fauore liberandi debitoris testes singulares probent, tradit Hieron. Laurent. dec. 62. nu. 3. quod maximè procedet in pœnalibus cū in pœnis benignior fiat interpretatio cap. in pœnis 49. de reg. iur. lib. 6. l. pen. ff. de pœn. Sed præter- 76
mittendum non est quod sententia ex præsumptionibus lata nunquā transit in rem

iudi-

indicatam, Iul.Clar. recep. ſenten. lib. 5. §. fin. quæſt. 20. numero 6. Girond. d. par. 12. num. 46. Menochi. conſ. 82. num. 144.

77 Nota 12. Statuto prohibitus ſub pœna frumentum extrahe. e, eandem pœnam incurrit ſi farinã extrahat, Alphonſ. Narbona ad l. Regi. lib. 6. tit. 2. lege 14. glo. 1. n. 41. Iul. Clar. in §. fin. q. 82. ſtatut. 7. verſic. *præterea quæro.* Mexia in pragmat. panis concluſ. 4. Bouadill. tom. 2. in Polit. lib. 4. cap. 5. num. 23. Azor. inſtituti. morali. lib. 5. cap. 26. q. 2. Ioan. Gutier. practi. qq. lib. 4. q. 44. Mazeratenſ. variar. reſ lut. lib. 2. reſol. 33. num. 12. Obſeruant autem Narbona num. 42. Mexia n. 6. Gutier num. 4. vbi ſupra hoc magis procedere ex mẽte fine & intentione ſtatuentium quam ex proprietate ſermonis. ego comprobo ex traditis per Hieronym. Lauren. in deciſ. Rotæ Auenionis 96. vbi num. 3. probat

78 appellatione materiæ non venire materiatum quod ad ſuam naturam reuerti non poteſt l. quæſitum §. illud delegat. 3. ſicut farina ad frumentum reuerti non poteſt vt notat glo. in d. §. illud & ibi Bart. & cæteri: ſecus in metallis quæ ad rudem maſſam facile conuertuntur. & ideo arguebat Laurentius in ſuo caſu ſtatutum loquens de pannis non intelligi de veſtibus, quia ad priorem ſpeciem & ad lanam ſiue pannos reuerti non valent: tamen num. 4. cõcludit in d. ſuo caſu veſtes quoque, quæ ex pannis erant factæ, comprehendi ſub illo ſtatuto ex identitate rationis quoniam eadem ratio ſimile indicium exigit, & ita reſpondet verum eſſe materiatum quod ad ſuam naturam reuerti nequit, non venire appellationem materiæ, niſi eadem ratio militet, ſicque ſubdit ſtatutum prohibens frumentum educere, intelligi etiam de farina facere prohibitionem.

79 Sane ſtatuto prohibẽte exportare triticum, non puniri extrahentem panem coctum, niſi fecerit in fraudẽ præfati ſtatuti, docuerunt Bouadil. d. c. 5. num. 23. Auil. & Ioan. de Platea per ipſum citati.

80 Simplicis appellatione in pœnalibus miſtum non contineri ſcripſit Strac. de mercatur. par. 4. num. 33. per tex. in l. vim paſſam §. præſcriptione ff. de adulter. & ea quæ diffuſe tradunt interpretes in l. 2. ff. de verb. oblig. qua ratione defendit ibidẽ Stracca prohibitum exportare ſalem, non puniri ſi educat muriam quia miſta eſt ex aqua & ſale, quæ tamẽ ſentẽtia periculoſa eſt ex his quæ modo de materia & materiato notaui.

Statuta vel pœnas aduerſus incendiarios 81
domorum non procedere nec habere locum contra incendentes tuguria vel apothecas, aſſerit Alphonſ. Narbona ad leg. regi. lib. 4. tit. 1. lege 20. glo. 16. num. 3. Farinac. in prax. crim. tom. 3. q. 110 num. 7. & 18. cum ſeqq Menchac. illuſtri. qq. c. 34. Cathelian. Cotta in memorabil. verbo, *domus appellatione*, & verbo, *ſuppellectilia* Marſil. ſingula. 276. Aloiſi. Ricci. in collectan deciſion p. 3. collect. 669.

Nota 13. Quod in commiſſum cadit, 82
ſtatim definit eius eſſe, qui crimẽ contraxit, & transfertur abſq; aliqua apprehẽſione dominium in Fiſcum, ſola poſſeſſione manente apud primum dominum, ideoque Fiſco datur rei vendicatio contra quẽlibet poſſeſſorem, l. commiſſa 14. ff. de public. & vectigal. & ibi gloſ. And. e. Gail pract. obſer. lib. 2. obſer. 51. num. 5. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 5. tit. 1. nu. 52. Peguer. tom. 1. deciſ. 49. num. 9. vbi addit quod ſi qui in commiſſum cadit, poſtea alienat, alienatio eſt ipſo iure nulla nec dominium tranſit. iuuat Gratian. diſcep. forenſ. tom. 2. cap. 309. num. 5. qui licet loquatur de bonis per ſententiam confiſcatis, tamen idem eſt ſi ipſo iure per legem confiſcentur, quia tunc non requiritur ſententia condemnatoria, ſed declaratoria, vt explicat Peregrin. vbi ſupra. Sed an ſi res cadat 83
in commiſſum per leges Caſtellæ in illo Regno, & reperiatur poſtea in Cathalonia penes poſſeſſorẽ, poſſit in Cathalonia Fiſcus Regij patrimonij ſeu Baiuliæ Generalis Cathaloniæ cũ ſub eodem Principe ſit, illã apprehendere, recepta prius informatione quod incidit in commiſſum & conſtito de lege prohibitoria Regni Caſtellæ, cauſa pendet hodie in Regio Concilio

84 cilio præfatæ Baiuliæ me relatore. Illud obseruatione dignum est quod si res quæ in commissum incidit, pereat, antequam à Fisco capiatur, si quidem casu fortuito, vel culpa leui aut leuissima eius qui eam deferebat, excusatur à pœna commissi, ita vt pretium peti non possit, secus si dolo vel lata culpa illius perimatur, l. 2. C. de vectigal. & commis. & ibi glo. Ioan. de Heuia in Labyrint. commerci. lib. 3. cap. 10. num. 19.

85 Nota 14. Si lege caueatur extrahentē res prohibitas soluere decem in pœnam, & plures simul in aliqua naui vel curru aut iumento extraxerint, quilibet debet integram pœnam soluere ita vt si tres fuerint, triginta capiat Fiscus, nauis tamen, currus, vel animal pro omnibus amittetur, ita vt vno soluente cæteri liberentur, Bouadil. in Polit. tom. 2. lib. 4. cap. 5. num. 43. Ioan. de Heuia in Labyrint. commerci. lib. 3. cap. 10. num. 12. Auil. in cap. 52. Prætor. glo. *en la tierra* num. 5. Mexia in pracmat. partis conclusio. 1. num. 23. & antea Bart. in l. Meuius §. duobus num. 23. ff. delegat. 2.

86 His adde Hieronym. Laurenti. decis. Auinionis 112. num. 1. vbi quod si lex puniat pœna decem librarum contrahentem cū minore in aliquo reprobato contractu, quilibet insolidum hanc pœnam & summam tenetur soluere, si plures contrahant, quia quilibet insolidum delinquit propter legis contrauentionem. & probatur in l. item Mela §. sed si plures. ibi. *si cum vno agatur, cæteri non liberantur.* ff. ad leg. Aquil. vbi ratio redditur, quod pœna vnius non liberat alium & ideo vno soluente, alter non liberatur. & alia quoque iura allegat ibi Laurētius.

87 Sed tamen animaduerte posse iudicē illis, si aliqua excusatione dignos viderit, præfatas pœnas minuere ita vt duo contrafactores pro vno cōputentur & vnam dūtaxat pœnā soluant, licet alias secundum ius vt supra expositum est, quisque pœnam integram deberet. sic fuit dominis iudicibus visum in casu d. decisionis Laurentij 112. num. 1. propter excusationem tametsi supinam, vt ille ait: quoniā pœnæ omnes iudicis arbitrio moderari possunt l. quid ergo §. pœna grauior. vbi Bar. ff. de his qui not. infa. Iul. Clar. in §. fin. quæst. 83. num. 11. Bossi. tit. de pœn. num. 8. cum 2. seqq.

88 Venit autem in controuersiam hoc casu quo iudicis arbitrio per sententiam duo contrafactores fuere cōputati pro vno ita vt vnā solum pœnā soluant, an si vnus propter egestatem soluendo nō sit, alter integrā pœnā soluere debeat. & placuit iudicibus prædictis ita eum teneri d. decis. 112. nu. 3. quia Fisco illa pœna, seu summa debetur ex legis prohibitoriæ dispositione & sentē tia dicit Fiscum debere consequi tātam summam tanquam sibi iure debitam.

89 At quando pœna non est criminalis, sed est ciuilis veluti; conuentionalis parium, tunc si plures contraueniant, quilibet tenetur pro parte tantum l. 1. C. si plur. vna sententi. l. reos §. cum in tabulis ff. de duob. reis. idem Laurent. num. 2. Regulare enim

90 est quod si duo, pluresve simpliciter obligantur, vtrusquisque tantum pro sua parte virili, non insolidum tenetur vt in d. §. cum in tabulis. notat glo. Rayner. Angel. Castrē. Imol. & communis DD. schola, Anton. Gomes. var. tom. 2. cap. 12. num. 1. Mastril. tom. 2. decis. 135. Peregrin. de iur. fisc. lib. 6. tit. 5 nu. 36. & 37. vbi hoc resoluit etiam procedere in conductoribus vectigalium Principis & publicanis, & vnumquemque eorum nō teneri insolidum sed pro parte sua.

91 Tenet & defendit Laurenti. d. decis. 112. num. 2. & 4. secundum communem contra Robertum Maranta, quod causa est criminalis quando pœna descendens ex cō tractu illicito, fisco applicatur: sed præter Marantam videndus est Flamin. Cartar. decis. 130. ex num. 18. vsq. ad num. 25. vbi probat quod causa est ciuilis quando principale est ciuile, non obstante quod pœna ex eo succedat, & sic causa de cogendo notario ad dandum copiam actorum, non est criminalis, licet pœna fisco applicetur: quia quod causa sit criminalis quando pœna fisco applicatur, procedit quando applicatur ex crimine, secus si ex causa ciuili, atque

obtinet

obtinet in pœna à lege imposita, secus in pœna imposita ab homine.

92 Nota 15. Pœna commissi rerum extrahi vetitarum, sicut & pœna cõmissi nomine non soluti vectigalis, iure Communi incurritur ipso iure, l. commissa ff. de public. & vectigal. Ioan. de Hevia in Labyrin. cõmerci. lib. 3. cap. 10. num. 16. & 18. vbi in commisso nomine vectigalis aliud esse in Regno Castellæ iuxta leges illius Regni notat. Hinc est quod pœna prædicta, cum
93 ipso iure incurratur, transmittitur ad hæredes incidentis in eam, etiam absque litis aliqua contestatione cum defuncto non trãsmitteretur autem absq. dicta litis contestatione, si pœna non incurreretur ipso iure, sed per sententiam esset infligenda, quamquam vtroque casu vectigal non solutum peti posset ab hærede. ita concinne declarat Hevia d. cap. 10. num. 17. Lazar. de decim. vend. cap. 18. num. 46. vsq. ad num. 51. Girond. de gabel. par. 12. num. 3. cum 2. seqq. & attigi supra notabili. 9. ex eodem
94 Gironda & alijs. Hinc quoque est quod cum præfata commissi pœna ipso iure incurratur, transmittitur etiam aduersus tertios possessores ipsarum rerum commissarum & datur Fisco rei vendicatio vt supra scripsi notabili 13. non transmitteretur autem, si non incurreretur ipso iure, sed per sententiã condemnatoriã vt idem Hevia luculenter exponit vbi supra n. 18.

95 Obserua quod vbi pœna committitur ipso iure, requiritur sententia declaratoria super facto, glo. in clem. præsenti de censib. in verb. *constiterit*. & in clem. 2. de pœnis. late explicat Iacob. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 4. in noua editione num. 44. vbi quod tunc declaratio sequuta retrotrahitur & sic si pœna fuisset quod ipso iure efficeretur intestabilis, commisso delicto; si postea testaretur testamentum esset nullum, etiam ante declaratoriam iudicis. & si punitur in amissione rei, iam ex tunc non facit fructus suos, quod antea scripsit Peregri. de iur. fisc. lib. 5. tit. 1. num. 167. cum seqq. & n. 174. & li. 4. tit. 5. n. 13. Bertazol. in repetitio. l. si quis maior n. 696. cum seq. C. de transaction.

Illud hoc loco inuestigari potest, quãdo 96
dicatur per legem pœna imposita ipso iure, vel imponenda cum sententia condemnatoria. Communiter ab omnibus allegatur ad hoc glosa in l. in criminali C. de iudic. omn. iud. & ibi Bar. & Classici omnes, quod vbi pœna per verbum futuri temporis constituitur, importat, non ipso iure illam incurri sed sententia opus esse; secus si per verba præsentis temporis imponeretur, quia tunc ipso iure illa induceretur. idem Bart. in l. iubemus §. fine C. de sacrosanct. Eccles. & in l. Imperator ff. de iur. fisc. quem sequitur Cassan. in consuetu. Burgun. rubr. 2. §. 1. in tex. ibi. *Li confisquèles biens*. num. 2. Hipol. de Marsil. in tractat. de bannitis in verb. *morti*. num. 94. Alphons. Narbona ad leges regias lib. 4. tit. 21. lege 25. glo. 14. num. 1. Priorioris generis sunt illa verba, *mulctetur*, *amittat*, *suspendatur*. Posterioris ea, *mulctatus sit*, *suspensus maneat*, pro *amisso habeat*, vti 97
expressitatis locis deducitur. præsertim ex dd. gl. & Narbon. & ex Hevia de Bolanyo d. cap. 10. nu. 16. post glo. & DD. in l. quis tantam C. vnde vi. & Felin. in cap. 2. colu. 2. de rescrip. Nihilominus tamen quod verbum, *cadat*, importet pœnam ipso iure impositam, communiorem opinionem dicit Flamin. Cartar. dec. 75. n. 6. 8. 9.

Nota 17. Si statuto caueatur nemini 98
licere portare arma vel domi habere aut merces ad aliud territorium educere seu alia facere similia sub aliqua pœna, quidã DD. quorum antesignanus est Bart. in l. si Barbarorem C. de fideiussorib. tenuerunt contrauenientem debere reperiri & apprehendi in crimine vt pœnam pati possit, nec sufficere quod de crimine commisso testibus conuincatur. Communem hãc dixit Hipolit. de Marsil. in practic. §. pro complemento. num. 24. Contra censuerũt alij asserentes sufficere quod testibus probetur factum, nec esse necessarium vt ille reperiatur vel deprehendatur in crimine. quæ quoque opinio communis est secundum Ripam de peste tit. de remed ad cõseruandam vbertatem num. 104. & seqq.

Vitti, in ſuis commun. opinion. verbo, *Statutum prohibens*. 3. ampliatio. Iul. Clar. in prac. §. fin. q. 82. ſtatuto 7. num. 7. Vtriuſque opinionis & claſſis Doctorum, complures enumerant Bouadill. in Polit. tom. 2. lib. 4. cap. 5. num. 12. & don Ludouic. à Peguera deciſ. 55. à num. 3. qui etiam fundamenta refert; ſed tam Bouadilla quam Peguera quorum alter alterum non allegat, pro poſteriori opinione quod non requiratur deprehenſio, ſed ſolum probatio eri minis commiſſi; concludunt & in fine deciſionis teſtatur Peguera hanc in Regio Senatu Cathaloniæ amplecti, & Bouadilla ita obſeruari per leges Caſtellæ in ſuo Regno.

99 Limita hanc vltimam opinionem non obtinere vbi vigeret contraria conſuetudo, quod ſcilicet requireretur deprehenſio conſtat extraditis per Peguer. d. deciſ. 55. n. 5.

100 Limita 2. non procedere vbi ſtatutum diſponeret per verba, quod quicumque fuerit inuentus cum armis vel in tali crimine, incidat in talem pœnam: tunc enim vt condemnari poſſit, neceſſe eſt quod per officiales inueniatur in crimine, imò ſi verſantur in facto, quod ſui natura & iure cõmuni nõ eſt delictũ, & ſtatutum loquatur per verba prædicta, *ſi quis inueniatur*, requiritur ſecundum veriorem ſententiam non ſolum quod inueniatur, ſed etiã quod capiatur in crimine, & hanc approbat Peguer. d. deciſ. 55. num. 2. verſic. *Prædictis tamen non obſtantibus*. dicens hanc in praxi ſeruari, & ab hac in iudicando non eſſe recedendum atque in Regio Cõcilio Cathaloniæ ita practicari; quia in venire eſt
101 per appræhentionem. Vnde docẽt Bald. & Caſtren. in l. item lapilli ad fin. ff. de rer. diuiſ. quod licet ſtatutum velit mulieres inuentas cum perlis, ſoluere decem, tamẽ ſi ſunt viſæ per officiales, ſed non apprahẽſæ, non tenentur pœna ſtatuti.

1 § Nota 18. Guido Papa ſingulari 21. allegando Doctores in l. 1. C. de ſeruis exportan. tenuit, quod ſi famulus alicuius, trãſuehendo merces domini, non ſoluit pedagium, vel res extrahi per ſtatutum prohibitas, exportet, aut alia bona domini illicite vendat, inſcio tamen & ignorante domino, non poſſunt propterea res merces vel bona domini confiſcari: ſecus ſi de ſcientia vel cõſilio domini aliter quã per præſumtionem conſtet. meminit huius ſententiæ Auil. in cap. 52. Prætor. in glo. *en la tierra*. num. 3. & Bouadill. in Polit. tom. 2. lib. 4. cap. 5. num. 33. ſed communis eſt opinio 103
quod ex facto famuli tenetur dominus reſarcire damnum & pœnam ſoluere, ſi famulus delinquat in officio, cui per dominũ præpoſitus erat, veluti ſi in taberna mercibus illicite vendat, Bar. & alij per illum tex. in l. 1. §. familiæ ff. de public. & vectigal. Girond. de Gabellis par. 12. num. 16. Bouadil. d. cap. 5. num. 33. Caſſane. in conſuetud. Burgun. rubr. 1. §. 6. num. 12. ad fin. Cepol. de ſeruitut. vrban. prædi. in cap. de aquæ proiectu num. 3. Roman. conſ. 11. & 15. eſt quoque tex. in §. pen. Inſt. de obligatio. quæ ex quaſi delicto naſc. in l. 1. in fin. ff. de his qui deiecer. vel effude. & in l. fin. §. hæc autem actio ff. nautæ caupon. ſtabular. glo. in l. ne quid verb. *à poſſeſſoribus* ff. de incend. ruin. naufrag. & ff. ſi familia furtum feciſſe dicatur. Ego opinionem Gui- 104
donis Papæ nõ video in praxi ſeruari, ſed ſi famulus gabellam fraudat, rem in commiſsũ capi. Suadet ratio boni publici propter frequentiam fraudum & quia aliter vix vllæ vnquam res in commiſſum caperẽtur ſi domini ſcientia probanda foret. Ioan- 105
nes de Heuia in labyrint. commerci. lib. 3. cap. 10. nu. 19. aſſerit dominum habere recurſum contra famulum vt recuperet ab eo & hoc eſt notiſſimi iuris: à forenſi autẽ vſu exiſtimo alienum quod idem auctor ſubdit, ſi dominus non poſſit à famulo recuperare, habere reſtitutionem in integrũ ex clauſula generali propter ſuam ignorantiam, aduerſus factum famuli. A Baiulia 106
Generali Cathaloniæ poſſeſſores prædiorũ ſolent obtinere banna aduerſus eos qui pecora vel armenta depaſcunt in terris illorum ſub amiſſione non nullorum capitum & vidi nõ ſemel per magnificos Aſſeſſores declaratum in cauſis horum bannorum pro amiſſione capitum, licet paſtor animalium

lium in loca vetita immiſiſſet & de ſcientia domini non liqueret. In domo Ciuitatis Barcinonis per eius officiales ſæpè vidi captas & in executionem venditas merces quæ non ſoluto vectigali trahebant, quamuis per famulos traijcerentur, & non conſtaret de ſcientia domini. Audiui aliquoties per Officiales Generalis Cathaloniæ ſeu Domus Ciuitatis Barcinonæ eam æquitatem fuiſſe ſeruatam quod ſi conſtaret dominum dediſſe mandatum famulo vt gabellam ſolueret & ille non ſoluit, res in cõmiſſum non capiebatur vel capta reſtituebatur domino.

107 Sane ſocius à culpa ſocij excuſatur niſi fuerit particeps vel conſcius fraudis, vnde ſi ſocius defert res vectas communes cõtra ſtatutum, & impoſita eſt pœna confiſcationis vel alia, pro ſua tantum parte res confiſcantur, & ſolus pœnam incurrit, Bart. in l. fraudati num. 2. ff. de public. & vectig. & in l. qui fiſcales C. de naub. lib. 11. Gerond. de gabel. par. 12 num. 13. Firmian. de gabel. par. 9. num. 36. Bouadil. in Polit. tom. 2. li. 4. cap. 5. num. 41. Auil. in cap. 52. Prætor. in gl. ſ. *en la tierra.* num. 2. Marc. Mantua conſ. 314. num. 13. fraus autem vel ſcientia fraudis in ſocio eius qui ſtatutum violauit, non præſumitur niſi probetur vt idem Bouad. l. obſeruat.

108 Nota 19 Exemptus & immunis à vectigalium ſolutione, tenetur tamen gabellario res quas transfert, denunciare tex. eſt in l. fin. §. Diuus quoque. & ibi Bart. Angel. & Paul. notant ff. de publican. & vectig. Bart. in l. 1. in princ. C. de naub. non excuſan. lib. 11. & in l. vlti. num. 4. C. de annon. & tribu. lib. 10. Maſcard. de probatio. vol. 2. concluſio. 834. in verbo, *gabella* nu. 4. Bouadill. in Polit. tom. 2. lib. 4. cap. 5. n. 21. in fin. Peregrin. de iur. fiſc. lib. 6. tit. 5. num. 31. in verſic. *Amplia vt omiſſa.* vbi aſſerit quod omiſſa denunciatione res in commiſſum incidit quamuis ex priuilegio perſonæ gabella non debeatur veluti in
109 vino pro ſcholaribus empto. Rationem reddit Maſcard. vbi ſupra num. 4. & 5. nam licet pertranſiens auehat merces quæ à vectigalium ſolutione liberæ ſunt, tamen opus eſt vt de his gabellarius certior fiat, illi enim debent aſſignari res & merces quæ à viatoribus in vrbem importantur, vel ab ea exportantur, etiam ſi iſtius modi ſint quæ ab his publicis muneribus vacent d. l. vlt. §. diuus. vbi Bart. & Caſtren. in 1. notab. oportet etiam vt ſciatur cuius ſint religioſi & exempti & vt bona deſcribantur ex Bart. in d. l. fin. num. 4. C. de annon. vbi id notat contra clericos & ſcholares vel alios exemptos qui eorum prætextu alios excuſant & male agunt. Sed ſi tales eſſent res pro quibus notorie gabella non deberetur, docent Afflic. in cap. 1. in verb. *Vectigalia* num. 159. tit. quæ ſint regalia. in vſib. feudor. Roman. in d. §. Diuus quoque Pius. Peregrin. vbi ſupra num. 31. prætermitti denunciationem poſſe, & exemplum Peregrinus tradit in libris ſcholarium. 110

Nota 20. Caſum in foro frequentem de quo ſæpè controuerſum vidi. Fiſcus vel Vniuerſitas locat gabellam ſalis, viui vel aliorum quam recipit, deinde Princeps vel Vniuerſitas contrahit tali contractu pro quo priuatus teneretur gabellam ſoluere. certe non tenebitur gabellarijs ſoluere, Alex. conſ. 109. vol. 2. Bar. Caſtren. Dyn. Rain. in l. licitatio §. fiſcus ff. de public. & vectig. Afflic. in cap. 1. in verb. *Vectigalia* num. 108. in tit. quæ ſint regalia. Bertachin. de gabell. in 7. par. num. 25. Boer. deciſ. 213. num. 1. quæ ſententia communis eſt vt teſtatur Peregri. illam amplectẽs de iur. fiſc. lib. 6. tit. 5. num. 24. tum quia in generali conceſſione exigendi vectigalia à quacunque perſona, non videtur includi perſona loquentis l. obligatione generali ff. de pignor. l. inquiſitio C. de ſolutio. tum quia Princeps vel Vniuerſitas à ſe ipſis vectigal exigere nequeunt, cum actio & paſſio non cadant in idem ſubiectum l. Vranius ff. de fideiuſſor. Propter has rationes prædictæ ſententiæ adhærerem, quamuis Parlador. rer. quotidian. cap. 3. §. 1. num. 20. & 21. eam tantum admittat in Fiſco quod ipſe immunis ſit à vectigalium præſtatione, & reprobet in alijs quibus hæc immunitas data nõ eſt, quia locatori imputandum 111 112

tandum est cui apertiùs loquutus non sit vulgata l. veteribus C. de pactis.

113 Extendit Ruin. conf. 89. vol. 1. vt procedat etiam si Princeps mercimonij & negociationis causâ emat: contrarium tamen retulit Roland. conf. 61. n. 23. vol. 4. post Parpal. & Nattam à se citatos.

114 Dubium suboritur maximum an à Fisco, Principe, aut ab alijs exemptis emẽtes teneãtur gabellam soluere. Affirmatiuam tenuit Bart. conf. 126. incip. *Cauetur statuto.* eandem censuit Boeri. decis. 213. sub nu. 19. quia alia est persona. Sed negatiuam pro emptoribus resoluunt Bald. conf. 31. vol. 1. Deci. conf. 48. par. 1. *mature.* num. 4. Gemini. in. cap. eos 5. clericis num. 5. de temporib. ordina. in 6. latissimè Menoc. lib. 2. conf. 136. sex rationes reddens & contrarijs respondens. Roland. conf. 62. vol. 4. num. 18. & seqq. Stephan. Gratian. discep. forens. lib. 2. c. 390. Et hanc pro emẽtibus à clericis & Ecclesiasticis personis sequitur constitutio Prouincialis Tarraconæ anni 1602. cap. 1. de immunit. & ita practicatum vidisse testis est Peregri. d. tit. 5. nu. 115

116 25. sicque opinio ista communis est, quia aliter venditor minoris venderet quantũ capit gabella, & sic priuilegium suum sibi non prodesset. quam rationem expendunt & traduct vbi supra Deci. num. 5. Menoc. num. 19. & seqq. Gratian. num. 5. & seqq. Concil. Prouincial. d. cap. 1. Peregri. num. 25. & conferunt iura & alia congesta per Tiraquel. de retract. conuent. in præfatio. num. 20. & per Thom. Zerol. in prax. Episcop. par. 1. verb. *gabella.* versic. *ad quartum.* Subdit quoque Menoc. d. conf. 136. num. 21. quod aliter redditur immunitas penè inutilis & infructifera. & num. 22. asserit quod priuilegium clerici læditur & oneratur, si onere gabellæ grauatur, qui cum eo contrahit: nam priuilegiati conditio deterior redditur, cum nec facile nec libere

117 contrahere possit. Illud certissimi iuris est si is qui ab immuni & exempto emit, reuẽdat alij, gabellam debere, Guid. Pap. decis. 208. vbi additio incip. *hic concluditur.* Sylvest. verb. *excommunicatio 9.* num. 49. Rodrig. qq. regulari. tom. 3. q. 74. artic. 7. & 13. Menoc. d. conf. 136. num. 25. sicut qui trãsportat bona ab Ecclesiasticis empta, vectigal soluit vt per Menoc. ibidem num. 20. & 24. Peregri. d. tit. 5. num. 26. vbi alios allegat.

Secundum predicta hoc anno iuri con- 118
grua & consentanea fuit prætensio Domini Regis: nam pro sustentatione triremiũ emit magnam quantitatem mercium in hac Ciuitate Barcinonæ, cumque in ea exigatur vectigal pensi Regij quod Fiscus locat, & partim exigitur à venditore & partim ab emptore mercium, prætenderunt conductores Regij vectigalis illud sibi esse soluendum saltem à venditoribus mercium pro parte sua, sed contra ministri Regij contenderunt à nemine deberi, sed merces appendi posse vbi & à quibus ipsi maluerint, tum quia vectigal est Regium & Fiscus locat, tum quia contrahentes cũ eo, similiter eximuntur propter Regis vtilitatem vt minoris emere possit per supra scripta. & ita exequutum fuit.

Contigit cum essem Assessor Ciuitatis 119
Barcinonæ quod clarici eiusdem Ciuitatis fructus suorum beneficiorum in eam trãsferebant absque solutione gabellæ à qua sunt liberi, cumque postea reperirentur illos intus Ciuitatem laicis vendere, compellebantur emptores per officiales Ciuitatis soluere illud vectigal quod clerici ad portam Vrbis soluissent si non fuissent exẽpti. Hoc ego multis damnabam per supra notata. excipiebant officiales quod illi clerici super iure Ciuitatis lucrabantur, quia pretio communi vendebant sicut alij qui gabellam soluerant. Respõdebam clericos iure suo vti neque dici posse lucrari nisi gabellam à qua erant immunes & quam sibi iura condonabant. Aliud esset si dicti cleri- 120
ci extra Ciuitatem frumenta emissent, vt intus Ciuitatem carius venderent, quia essent negociatores ad notata in c. fin. de vita & honest. cler. & in cap. quamquam de cẽsib. lib. 6. & per Parlador. rer. quotidian. c. 3. §. 1. num. 16. vbi etiam an necessaria sit trina monitio à canone requisita & per quem iudicem clericus debeat declarari negociator. Nam clerici & personæ Eccle-

sastica tam seculares quam regulares domicilium habentes in Ciuitate, fructus suorum beneficiorum & præbendarum quos foris colligunt, possint libere absque gabellæ alicuius solutione in Ciuitatē afferre pro sua suæque familiæ sustentatione & reliquorum superfluum venditione l. 1 C. de Episco. & cler. vbi glo. ait. *Ex hac lege nota quod clerici de bonis præbendarum suarum quæ vendunt vel vendi faciunt, non tenentur soluere gabellas nec etiam ad portam solu-*
122 *unt.* Quoniam isti fructus sunt accessorij personæ Ecclesiasticæ vt notat Gonzal. in reg. Cancel. glo. 5. §. 1. num. 15. & seqq. & licet extra Ciuitatem in alio territorio percipiantur, tamen percepti & collecti iā non in illius territorij sed Ciuitatis in qua
123 clericus illorum dominus domicilium habet. Nec dicta venditio cadit sub prohibitione negociationis interdictæ clericis dist. 88. Molin. de iustit. & iur. tom. 2. tractat. 2. disput. 342. Anton. Augustin. tit. 35. lib. 8. epitom. iuris vet. sed est omnino permissa Ecclesiasticis, Roderic. qq. regular. tom. 3. q. 78. art. 8. concluſ. 3. Bonadil. in Politic. tom. 1. lib. 2. cap. 18. numero 123. versicul. *non se dica.* Thom. Zerol. in prax. Epis. op.
124 verb. *clericus* numero 9. Sic concludit Roland. cons. 71. num. 8. & 9. vol. 4. ex vino præbendæ clericum non teneri gabellam soluere pro ingressu Ciuitatis licet illud vendere velit, quod etiam refert Soto de iustit. to. 2. quæst. 78. artic. 6. versic. *Imò*
125 *est.* Propterea etiā Cosmar. in reg. possessor. 2. par. §. 4. num. 8. Laudat decisionem Senatus Neapolitani apud Grānat. dec. 100. vbi decidit prohibitione trajiciēdi in Ciuitatem vel Locum vinum alterius termini, non comprehendi vinum collectum in vineis clericorum extra terminum, quod etiam defendit Marta de iurisdic. par. 4. c.
126 2. numero 10. & 13. Quæ dicta sunt de fructibus beneficiorum & præbendarum, dicta quoque sint de fructibus patrimonij clericorum, hos enim quoque poterit clericus in Ciuitate domicilium habens, ad illam libere absque solutione vectigalis traducere, etiam si ipsos vendere velit, quia non dicitur negociatio, Panor. conſ. 6. vers. *ad 2. par. 1. Dec. 1. in c. Ecclesia §. Mariæ n.* 273. de constitutio. vival. cas. 5. Bullæ Cornæ numero 40. Aloysi. Ricci. decisione 575. numero 8. Salzed. ad Diaz in verb. *negociatores* versic. *ex quibus.* Marta de iurisdic. par. 4. cas. 3. numero 9. Solon. de iustit. tomo 2. quæst. 78. artic. 6. Ricci. resol. 167. Et bona patrimonialia clericorum 127
gaudent ijsdem priuilegijs & immunitatibus quibus Ecclesiastica, Ripa respon. 1. numero 2. de muner. & hon. 1. Gutier. lib. 1. practi. quæst. 3. numero 17. Additio ad Stephan. Quaranta in verb. *vectigal* 5. ampliat. vers. *item.* Sanèsi clericus in Ciuitate non haberet Domicilium, nec beneficium neque patrimonium, sed in illa negociorum prætextu moram traheret, an tunc posset solum pro sua sustentatione fructus in Ciuitatem adducere absque gabellæ siue introitæ solutione, alia speculatio est.

Illud prætereundum non est Conductores reditum beneficiorum Ecclesiasticorum vel personarum immunium, immunitatis priuilegio locatoribus concesso non gaudere, sed vectigal ex talium reditum venditione vel permutatione debere, Parlador. rer. quotidi. cap. 3. §. 1. num. 17. Antibol. de munerib. 3. par. §. 1. num. 7. 11. Boeri. dec. 213. numero 19. Tiraquel. de retract. lin. §. 1. glo. 13. numero 12. vbi cōplures DD. citat. & tradunt Bar. & DD. per illum tex. in l. licitario §. fin. ff. de public. & vectig. quæ loquitur in conductoribus fisci.

Nota 2. 11. Pœna non soluti vectigalis siue 129
sit commissi, siue dupli aut tripli, siue aliæ ad conductores gabellarum pertinet, l. si quis sine & ibi Bald. Salycet. & alij C. de vectigal. & commiss. Firmian. de gabellis par. 9. num. 7. Gironda in eod. tractat. par. 12. num. 11. Boer. dec. 180. Socin. cons. 36. num. 12. volum. 4. Peregrin. de iurisdic. lib. 6. tit. 5. num. 32. cum 2. seqq. vbi etiam an aucmenta gabellarum ad illos spectent.

Vectigalia an sint odiosa vel fauorabi- 130
lia vt strictim vellate interpretanda sint

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ad tex.in c.odia de reg.iur lib.6.diſerit Parlador.rer.quotid.ca:3.in prin. num.14. vbi vectigalia iure communi inducta fauorabilia,iure vero ſtatutario inſtituta odioſa concludit,& infert vectigalia à legibus Caſtellæ in dicta fauorabilia iudicari debere
131 quia ait illas leges non ſtatutorum ſed iuris Communis naturam ſortiri: quod tamen videtur contra ſe ſe & acurate tradita per noſtrum Iacob.Cancer.var.par.1.cap.1.n. 1.2.& 3.in noua editio. vbi multis probat Conſtitutiones alicuius Regni ſeu Prouinciæ & ſic etiam conſtitutiones Cathalotiæ dici Ius Municipale & Statuta Prouinciæ & ſtatutorum naturam habere, & conſequẽter ſtricte interpretãda fore, ſtrictique iuris eſſe & licet aliquando appellentur ius commune Regni ſeu in Regno,tamẽ probat ſuapte natura ſtatuta eſſe & vt talia cenſenda & interpretãda & quatenus à iure Communi, quod proprie vocatur Ius Ciuile Romanorum & Ius Pontificium, deuiant, eas vti à Iure Communi exorbitãtes nullo modo extendendas.

132 Nota 22.Ex acta nullo & inefficaci quis pœnam non incurrit, cum habeatur pro eo ac ſi factus non fuiſſet l. ea quidem C. ſi mancipi.ita fuerit alienat. per quem tex. ait ibi Bald.factum fruſtratorium pœnam efficaciter non committere, cum ex nihilo nihil fiat. Molin.de Hiſpan.primog.lib. 2.c.16.num.18.Cod.Fabri. lib.5.tit.5. de ſecund.nup.defini.4.Sed quia hæc theorica fallax eſt,obſerua intellectum & diſtinctionem Iacobi Cancerij p.3.cap.11.num. 9.verſic. *Et ad ea.* quam diſtinctionem veram exiſtimo,puto tamen nodum difficultatis eſſe in ea diſtinctione caſibus emer-
133 gentibus adhibenda ſeu applicanda: nam quod Cancerius paulo ante inquit numero 9. clericum in ſacris conſtituti, ſi matrimonium contrahat, licet matrimonium non teneat, perdere beneficia: contrarium docet Aloyſi.Ricci.in collectan. deciſionum par.4. collec. 813. & confirmat ex Maynardo deciſ. 29.lib. 2. & ſimiliter cenſet clericum contrahentem matrimonium abſque Parocho & teſtibus & ſic non ſeruata forma Concilij Trid. ſeſſi. 24. cap. 1.de reform. non perdere ipſo facto beneficium, cum matrimonium nullum ſit, licet poſſit ſic ſcienter contrahens priuari.fatetur tamen in clerico contrahente matrimonium abſque Parocho & teſtibus contra ſuam ſententiam fuiſſe deciſum. Vnde periclitatur reſolutio Cancerij 13
vbi ſupra d.num.9. de filia in Cathalonia nulliter contrahente matrimonium clandeſtinum ſine conſenſu parentum, quam reſoluit incidere in pœnam conſtitutionum quæ filiabus minoribus 24. annorum ſine conſenſu parentum nubentibus inducunt pœnam priuationis legitimæ & ſucceſſionis paternæ.

Siid quod ex pœna fiendum erat, mi- 13
nime fiat,vt ſi pœna danda fœminæ erat ad nubendum & ipſa non nubat, an debeatur pœna, meminit quoque Cancer. dic. cap.11.à num.133.maximè nu.140. cum 2.ſeqq.

Nota 23. Culpam non imputari alicui 13
propter caſum, niſi ſit ordinata ad caſum l. verum 2.reſponſ. & l. qui iniuriæ cauſa ff.de furt.l.non omne & ibi glo.ff.de ſtatu liber.l.etiam §.licet ff.ſolut.matrim.glo.in regula imputari de reg.iur.lib. 6. Felin in cap.ſi qui teſtium num. 10. de teſtib. late Ioſeph.Ramoni.conſ.39. numero 4. 5.& 6.vbi quod oportet culpam eſſe cauſam immediatam caſus.Micha. Ferrer. 3. par. obſeruan. cap.195.vbi quod clericus pauper non perdit beneficium paupertatis,ſiue capituli Odoardus de ſolutio. etiam ſi culpa ſua ad eam deuenerit,niſi culpa ſit ordinata ad caſum. Gutier. canonic. qq. cap. 28.tom. 1. maximè num. 6.Crauet. conſ. 8.num.26. Stracc. in tractat. de nautis naui.& nauiga par.4.num.2.& 3.

Culpam non aſcribi alicui vbi ex ea ne- 13
mo damnum ſentit, probat tex. in l. ſi vehenda §. 1.verſ. *Paulus* ff.ad leg. Rhodi.de iactu. neque culpam alicui tribui, ſi facere deſijt aliquid ad quod tenebatur, cum ſi illud factum eſſet, nihil tamen profuiſſet, docent Bald. conſ. 145. lib. 3. Crauet.conſ.83.num.5.per tex. in l. 2. §. pen. ff.ad

ff. ad ter. Caneer. var. p. 3. cap. 12. num. 218.
138 cum seq. Pœnas cõtra ius appositas nõ deberi probat tex. in l. Titia 234. de verb. *obliga.* & in c. gemma de sponsal. contra quem textum an valeat constitutio Cathaloniæ, scribit Caneer. p. 3. c. 11. ex nu. 158.
139 Obligatum ad pœnam, non incurrere illã propter scientiam nisi facta intimatione, tradit Aloysi. Ricci. in collec. decis. p. 4. collec. 898. circa fin. ex Mohedan. decis. 196.
140 Nota 24. Quod pœnæ nomine alicui debetur, non agnitũ ad hæredes non trãsmittitur l. si pœnam & l. cum sine, quando dies legat. ced. Roman. singula. 497. Caualca. decis. 10. num. 38. in fin. par. 3. Cels. Hugo conf. 33. num. 11. vbi ait quod vbi alicui applicatur pœna vt offenso, à lege seu statuto, intelligitur, si voluerit, & sic si voluntatem declarauerit. Alphons. à Vera cruce in Specul. coniugi in appendice de impedimen. raptus vers. *hic aduertendum.*
141 Nota 25. Contrauentiens non incidit in pœnam, si prius per aduersantem fuerat contrauentum. notat Mandel. in conf. 697. num. 1. Sigismũd. Despuiol in additionib. ad Tho. Mieres in verb. *Sententiæ executio.* vbi refert decisionem Regij nostri Senatus quod nemo possit instare in Cathaloniæ vt aliquis iuxta vsaticum Iudicium in curia datum, puniatur propter contrauentionẽ Regiæ sententiæ, si ipsemet instans prius contrauenerat. conducit quod mutua delicta mutua compensatione tolluntur l. viro atq. vxore. 40. ff. solut. matri. c. nihil 32. q. 6. c. significasti de diuort. c. intelleximus & c. fin. de adulter. Cardin. Tusc. tom. 1. lit. C. conclus. 489. nu. 15. & seq. Farinac. in prax. crimin. p. 5. quæst. 142. num. 39. & p. 7. in fragment. lit. D. n. 110.
142 Nota 26. Pœnæ conuentionales regulariter non solent apud suprema tribunalia exigi nisi quatenus interest, Ioan. Garcia de expens. cap. 9. num. 63. Afflic. decis. 135. & ibi late Vrsilis illius additionator. Cancer. var. par. 3. cap. 11. num. 163. Franc. Marc. decis. 411. Io. Papon. lib. 12. tit. 9. arrest. 1. quicquid in cõtrariũ scripserit Osasc. decis. 60. &. 70. asserens pœnam partium per conuentionẽ adiectã cõmitti etiã si non interest. cõtra quem cõplures decisiones diuersorum Senatuum cumulat Aloysi. Ricc. ius in collectan. decis. par. 4. collec. 1073. vbi ampliat dicens adeo necessarium esse interesse ad exigendã pœnam, vt procedat etiam in foro conscientiæ ex Iafred. in decis. 217. conducit Vrsil. ad Afflic. dec. 130. num. 6. vbi quod fideiussor non tenetur ad 143
pœnam pro carcerato qui aufugit, si reuersus est, quia curiæ non interest. Nec etiam 144
de æquitate canonica exigitur pœna nisi quatenus interest vt per Corne. conf. 28. *visis peritorum,* & conf. 69. *De duobus.* in fin. in 2. par. & Canonist. in c. dilecti de arbitr. Cancer. d. c. 11. n. 163.

Obseruat idem Ricci. d. collecta. 1073 145
quando pœna adiecta est ratione quantitatis, tunc etiam interesse concurrente exigi non posse vt per Grammat. decis. 58. ob præsumptam suspicionem fraudis vsurarũ, secundum Balb. dec. 25. etiã si huiusmodi pœna apposita esset præsente iudice & cũ ipsius decreto, quia vti vsuraria non debetur vt per Thesaur. decis. 77. etiam si illa pœna esset debita fisco in casu moræ & retardatæ solutionis ex eodem Thesau. dec. 98.

Nota. 27. Iussus & auctoritas Superioris 146
excusat à pœna siue legali siue cõuentionali; imò etiam à periurio, pulcrè Stracca in tractat. de nauigatione num. 20. 21. & 22. vbi de conuentione cuiusdam mercatoris Barcinonensis. adde late tradita per Afflic. decis. 150. & per Gam. dec. 285. & Fontanell. de pac. nup. tom. 1. claus. 3. glos. 2. à n. 42. iuuat quod in quolibet iuramento semper intelligitur excepta Superioris auctoritas cap. venientes de iur. iuran.

Committentem in parte, contrahere 147
pœnam in totum, nonnullis citatis docet & explicat noster Calici. in extra grauatorio Curiarum circa finem eius tractatus fol. mihi vltimo pagi. penult. sed contra cum est tex. in c. suam de pœnis & ibi glo.

EX QVÆST. XII.

SVMMARIVM.

1 IVdex quis esse cogitur nisi rationabilem causam alleget; non tamen cogi potest sine salario.

2 Notarius cogitur recipere instrumenta.

3 Iudex postquam causam sibi commissam suscepit, & Regij Senatores non possunt se abstinere ab interuentione in causa & voto, nisi prius ius dictum sit super illorũ recusatione.

Quid si sentiant conscientiam suam oneratam interueniendo in aliqua causa.

4 Arbitri electi pro dirimẽdis suspicionibus iudicum, compelli possunt per iudicẽ recusatum vt sententiam suam dicant & si concordare nequeunt, vt tertium eligant.

5 Assessoris officium cogitur quis sumere, & quid in Cathalonia.

6 Calculatoris officium an quis cogi possit acceptare, si à iudice vel à parte nominatus sit, & quid de tertio discordantibus calculatoribus per iudicem nominato.

7 Omnes possunt esse iudices, nisi qui in iure reperiuntur prohibiti.

8 Iudices esse impediuntur tribus, scilicet natura, lege, & moribus.

9 Natura prohibentur iudices esse surdus, mutus perpetuo furiosus & impubes.

Defectus eorum neq; à supremo Principe potest suppleri.

10 Sententia ab illis lata etiam parte non opponente nulla est, neque partis consensus defectum eorum resarcire potest.

11 Surdus in proposito quis intelligatur & quis dicatur surdaster.

12 Si iudici surditas superuenerit, donec de medela speratur, ab inuito officium auferri non debet, subrogauit tamen interim alium.

13 Mutus in proposito quis intelligatur.

14 Natura surdi fere simul & muti sunt, & vocem quidem emittere possunt, locutionẽ autem nullam.

15 Si pubes sit, minor tamen viginti quinque annorum an iudex esse possit.

16 Bartoli sententia & distinctio super hoc.

17 Alia Imolæ sententia & distinctio.

18 Alia sententia & distinctio Hieronymi Campanilis.

19 Alia sententia Azonis & Rafredi quã passim DD. impugnant.

20 Assessor esse debet maior annis viginti quinque vt ex malo consilio obligari possit.

21 Qua ætate olim iudices crearentur, & qua creãndos senserint Plato & Aristoteles.

22 Minor viginti annis cogi non potest iudicandi munus sumere.

23 An iudex sui iuris vel alterius potestatis sit, non inter est.

24 Qui propter ætatem à Reipub. gubernaculis arceantur, & an hoc ob penuriam ciuium idoneorum remittatur.

25 Iudex ordinarius per successionem, etiam pupillus esse potest, licet iurisdictionis exercitium tutoribus illius committatur: secus per electionem.

26 Minor viginti quinque annis an iudex vel assessor esse possit in Cathalonia.

27 Arbiter qua ætate esse possit, vbi legistarum & Canonistarum contrariæ traditiones.

28 Iudici si cæcitas superueniat, iudicãdi munus retinere potest, nouum gerere non potest & intelligitur tex. in l. cæcus ff. de iudic.

29 Electus vel imbuxulatus ad officium iudicandi, si antequam administret vel possideat, cæcus fiat, an illud obtinere possit. & quid de alijs muneribus Reipub. vbi Panormitani consilium declaratur.

30 *Lege qui impediantur iudices fieri.*

31 *Si Princeps illos ex certa scientia constituat iudices, dispensare cum eis censetur nisi defectus illorum à iure Naturali vel Diuino proueniat.*

Sic quando ex certa scientia confert beneficium in capaci.

32 *Quemadmodũ contra istos iudices à Principe creatos excipi debeat.*

33 *An excõmunicatus possit esse iudex & ibi plures rationes ex varijs DD. cumulantur. & num. 38.*

Excomunicatus est infamis.

34 *Si detectum fuerit iudicem fuisse tempore delegationis vel processus publice excõmunicatũ, gesta postea per ipsum non valebunt.*

Et an procedat etiã in iudice seculari num. 37.

35 *Sufficit ante sententiam probari iudicẽ excommunicatum quia quousque de absolutione constat, excomunicatus præsumitur.*

36 *Quis dicatur publice excommunicatus ad effectum vt processus per eum factus non teneat.*

38 *Subditus excõmunicati liberatur à iuramẽto fidelitatis & Superior iurisd ẽt one privatus est.*

39 *Electio publice excommunicati in iudicẽ, nulla est. & an hoc procedat etiã in iudice seculari, vel hæc nõ sit irrita sed irritãda.*

40 *Relegatus siue bannitus excommunicato æquiparatur.*

A quibus separatus sit & quorum sit incapax. & quo ad quid n. 41.

41 *Bannitus iudex aut arbiter esse nõ potest, in territorio tamen banniensis.*

42 *Electus à pace & treuga in Cathalonia excõmunicato æquiparatur & qui sint effectus vtrique communes.*

43 *Si causa à sede Apostolica commissa sit Petro canonico & idẽ post cõmissionis receptionẽ canonicatũ in alicuius fauorẽ resignet, an tunc decidi causa per resignantẽ vel per resignatarium debeat. & traditur intellectus cap. statutum de rescrip. in 6. cum num. seqq.*

44 *Traduntur argumenta contra resignantẽ & referuntur DD. hanc tenentes.*

45 *Traduntur argumenta pro resignante & referuntur DD. hanc tenentes.*

46 *Respondetur argumentis traditis contra resignantem. & num. seqq.*

47 *Quoties exprimitur in commissione nomen proprium & dignitatis, si proprium præcedat, delegatio dicitur personalis. & quid si nomen proprium subsequatur.*

48 *Si vnum dumtaxat nomen in cõmissione exprimatur, si quidem sit dignitatis, mortuo delegato causa ad successorem in dignitate transit; si autem sit proprium, extinguitur morte delegatio.*

49 *An ratio finalis dicti cap. statutum. sit ne Papa vili ministerio repræsentetur, vel tantum sit ista impulsiua & quæ finalis sit.*

50 *An laicis possint causæ Ecclesiasticæ delegari. vbi distinctione resolutur.*

51 *Potestas excommunicandi an per Papam vel Episcopum possit laico demandari.*

52 *Intellectus tex. in cap. significasti de foro competenti.*

53 *An in defectum dumtaxat clericorum possit Episcopus causas Ecclesiasticas laicis delegare. vbi Philippi Franchi & Panormitani contrariæ opiniones. & nu. 54.*

55 *Quid si partes contradicerent & offerrent clericũ idoneum cui causa committi posset.*

Quid in delegatione ad vniuersitatem causarum.

56 *Vtrum Episcopus causam spiritualem possit laico & clerico simul committere.*

57 *An clerico coniugato possit Episcopus causam criminalem clerici committere. & quid si clericus accusatus consentiat.*

Clericus coniugatus dispensatiuè potest beneficium obtinere Ecclesiasticum.

58 *Clericus coniugatus non differt à laicis nisi in duobus de quibus in c. vnic. de cleric. coniuga. lib. 6. quod etiam capitulum restrictum & limitatum fuit per Concilium Tridentinum.*

59 *Laicus non potest esse Vicarius Episcopi. Et quæ sit ratio n.60.*

61 *Laicus est incapax iurisdictionis illius ad quam excommunicatio pertinet.*

62 *Clericus coniugatus an possit esse Vicarius Episcopi.*

63 *Laicus potest esse assessor Episcopi & iudicis Ecclesiastici, etiam in spiritualibus, & quæ sit ratio.*

An de honestate sit potius adhibendus clericus si idoneus habeatur.

64 *Si Episcopus habet temporalem iurisdictionem in aliquo Loco, potest Vicarium laicum in temporalibus constituere & quando etiam teneatur.*

65 *Prælatus an possit suscipere delegationes causarũ laicorum à iudicibus secularib°, & an si suscipiat, iudicium valeat. & quid si causæ decisio concerneret bonũ totius Reipub. Christianæ.*

66 *In Cathalonia clericus non potest esse assessor laici officialis, vt Vicarij vel Baiuli.*

67 *Consiliarij Principum secularium possunt esse Ecclesiastici etiam in Criminalibus.*

68 *In Cathalonia Regij Senatores non possũt suscipere commissiones causarum Ecclesiasticarum vel Baronum siue Ciuiles siue Criminales, nec possunt fieri Assessores Baronum vel Prælatorum, nisi de licẽtia Proregis.*

69 *Moribus prohibentur iudices esse fœminæ, nec arbitrices esse possunt, de quo multa rationes cumulantur. & n.70.*

70 *Fœminæ sunt faciles vt decipiãtur, nimis credulæ, & nimis misericordes.*

71 *Fœminis Romanis olim permissum fuit habere Senaculum & cum Senatus consulta ridicula de legibus matronalibus edidissent, fuit prohibitus.*

72 *Fœminis dispensatiue aliquando causæ etiam spirituales fuerunt delegatæ.*

73 *Fœminæ per successionem iudices esse possunt & iurisdictionem exercere ac sẽtentias ferre.*

74 *Signum postremæ ruinæ & Antichristi venturi, imperium vnius fœminæ, ex carmine Sibyllæ.*

75 *Moribus prohibentur iudices fieri serui, si tamen pro liberis reputarentur, gesta per eos valerent, & procedit tam in iudice ordinario quam in delegato.*

76 *Matrimonium coram parocho putatiuo, & gesta à notario putatiuo valent.*

77 *An acta per tutorem putatiuum subsistant.*

78 *An vt communis error faciat ius & gesta ante detectum errorem valeant, nõ solum requiratur quasi possessio sed etiam titulus licet inualidus, grauis concertatio DD. & quæ sit receptior opinio.*

79 *Artifices viles seruis comparantur, & ideo à Reipub. gubernaculis arcentur.*

In Ciuitate Barcinonæ carnifices & tibicines non possunt esse consiliarij Ciuitatis.

80 *Monachi non possunt esse iudices nec arbitri sine licentia Superioris & an etiam requiratur vtilitas Monasterij. & num. 83.*

81 *Monacos mulieribus ad æquauit glosa.*

Et seruis in iure æquiparãtur ita vt valeat argumentum ab is ad illos.

82 *Monachi an possint esse exequutores testamentorum.*

84 *Fratres Ordinis minorum neque cum Superioris licentia possunt esse iudices vel arbitri.*

85 *Monachis ac religiosis ex certa scientia Papæ possunt causæ committi.*

86 *Prioribus Mendicantium etiam fratrum Minorum ac Prioribus perpetuis conuentualibus causæ committi possunt quia veniunt appellatione Prælatorũ. Secus de monachis habẽtibus officia aut simplices administrationes.*

87 *Contraria opinio Guidonis Papæ.*

88 *Sententia Vantij.*

89 *Simplex monacus secundum quorundã sententiam potest creari officialis & deputari Locumtenens ab Episcopo & sententiæ per ipsum latæ valent.*

90 Sen-

90 *Sententia per monachum lata, licet ipse, non posit iudex esse, an tamen valida sit, vtraque communis enunciatur, verior tamen negatiua.*

91 *Respondetur argumentis affirmatiuæ.*

Miles licet non possit esse procurator, tamen valent gesta per eum.

Clerici instrumenta valent, licet non possit esse tabellio.

92 *Monachus si communi errore reputabatur legitimus iudex, nempe iudicare ex licētia Abbatis vel Episcopi, an sententia eius valida sit.*

93 *Vt monachus dicatur sine Superioris licentia iudicare, sufficit non apparere de licentia.*

94 *Dominus iurisdictionis si ad aliquot tempus pro administratione iustitiæ cōstituerit iudicem, an possit illum sine iusta causa ante finitum tempus ab officio remouere. cum num. seqq.*

95 *Barones & domini iurisdictionum inferiores à Principe minime possunt, alias tenentur ad omnia damna, tam in foro interiori quam exteriori. & n. 98.*

96 *Fortius procedit hoc in iudicibus qui ex Regio priuilegio vel ex cōtractu per Vniuersitatem eliguntur & per dominum cōfirmantur.*

Neque Princeps potest sine causa officiali tollere officium quod ei ex contractu concessit.

97 *Si creatus sit iudex durante beneplacito domini iurisdictionis creantis, seu ad libitum concedentis officium, neque hic potest sine causa legitima reuocari.*

99 *Iudex à Rege electus & promissus non potest per alium Magistratum etiam prorege amoueri.*

100 *An Princeps iudicem quem posuit ordinarium, possit sine causa legitima reuocare. & n. 104. An sufficiat causa motiua.*

101 *Quid in Cathalonia, etiam stante clausula, durante beneplacito, vel durāte mera ac libera voluntate Principis concedentis.*

102 *Neque Principi licet afficere aliquē ignominia sine causa.*

103 *Spoliatus sine causæ cognitione à Principe, est etiam ante omnia restituendus.*

104 *Quæ iure Communi sit verior & communior DD. sententia in quæstione de qua num. 100. etiam stantibus clausulis de quibus num. 101. & alijs.*

An Princeps teneatur ad restitutionem, si sine culpa officialis ex causa publicæ vtilitatis officium auferat.

105 *Quæ causæ legitimæ ac iustæ sint ad iudicem ab officio remouendum.*

106 *Iudex officio priuatus an iterum possit ad illud admitti. & quid in Cahalonia.*

107 *Officij concessio absque iusta causa nedum reuocari, verum nec minui potest.*

108 *Iudex ordinarius an suum Locumtenētem reuocare sine causa possit. Vbi contraria referuntur sententiæ.*

Vicarius Episcopi an possit sine causa reuocari. & num. 114. Vbi contraria opinio Gratiani.

109 *Iudici delegato an possit delegans adimere causam & alij committere. & ibi de domino directo qui assignauit iudicem emphiteotæ suo & de domino Castri qui assignauit iudicem inter se & vassallum suum.*

110 *Rex vel Potestas potest ordinario suo vetare ne in aliqua causa procedat & dominus Castri potest Baiulo suo inhibere ne in aliqua causa ius dicat.*

111 *Delegatus Principis subdelegando non potest à subdelegato causam auocare quādo subdelegatus incepit procedere, nisi ad sit clausula auocandi in qualibet parte litis.*

112 *Dominus iurisdictionis etiam Princeps in dubio non præsumitur velle suo delegato, seu ordinario adimere vel ad se auocare causam, nisi clare constet.*

113 *Opinio Guidonis Papæ vt falsa notatur.*

114 *Episcopus non potest cognoscere de causa à Papa delegata Vicario, nec econuerso.*

Quid si causa fuerit commissa Episcopo vel Vicario, & littere fuerint vni præsentatæ.

115 *Delegatio facta Vicario Episcopi an transeat in successorem in Vicariatu.*

116 *Indices quibus ex causis vt suspecti recusari valeant, remissine.*

117 *Iudici ordinario recusato suspecto iure Ciuili datur adiunctus, delegatus vero in totum remouetur.*

118 *Index tã ordinarius quã delegatus iure Canonico in totum remouentur, si recusãtur suspecto.*

119 *Iudex ordinarius recusatus suspectus potest alij causam delegare non suspecto.*

120 *Suspecto delegare dicitur si subdito suo deleget.*

121 *An iudex recusatus suspectus possit in causa suspicionis interrogari.*

122 *Recusationis causa non est necessario exprimenda Iure Ciuili, sed allegandain genere cum iuramẽto de calumnia: Iure vero Canonico exprimenda & probanda est. & quid communis iudiciorum Vsus seruet.*

123 *Notarius solo iuramento partis recusatur.*

124 *Quando causa suspicionis non potest exprimi sine scandalo & præiudicio tertij iudex potest recusari solo partis iuramẽto, etiam iure Canonico.*

125 *Consultor recusari potest sine probatione causæ & sine eius expressione.*

126 *In Cathalonia Regij Senatores recusari non possunt suspecti eo quod animum suũ declarauerint, secus de iure communi.*

127 *Quid de iudice qui in processu possessorio summarissimo animum suum declarauit an si in processu proprietatis nihil de nouo deductum sit, sed ex eisdem meritis iterũ iudicandum sit, possit recusari suspectus.*

128 *Iudex à quo fuit appellatum, an si ad tribunal causarum appellationũ assumptus sit, possit suspectus recusari. & quid in Cathalonia.*

129 *Quid si à parte non recusetur.*

130 *Is cuius pater, filius, socer, gener, aut leuir, sit, fuerit ue aduocatus in eadem causa iudex esse non potest in Cathalonia, si ei opponatur, secus de iure communi, licet quidam sentiant contrarium.*

131 *Exceptio suspecti iudicis per Principem vel legem tolli non potest & quare.*

132 *Princeps non potest causam committere cum clausula, remota iudicis recusatione, vel dicta clausula intelligitur de recusatione friuola.*

133 *Recusãs suspectos omnes iudices de Ciuitate, non auditur.*

Et an totum Concilium, Vniuersitas, vel collegium recusari possint.

Iudex recusatus ex causis manifeste friuolis, potest recusatione nõ obstante in causa procedere.

134 *An & quando per aduentum & præsentiam maioris magistratus cesset iurisdictio minoris vt per aduentum Vicarij, exercitium Subuicarij & Locumtenentis.*

135 *An per aduentum Baiuli Generalis Cathaloniæ eiusque Regij Concilij in aliquam Stationem alicuius Locumtenentiæ ipsius, cesset exercitium Locũtenentis.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

DE IIS QVI IVDICARE COGVNTVR, VEL PROHIBENTVR.

QVÆST. XII.

1 OGITVR quis esse iudex nisi rationabilem causam alleget l. si quis & l. fin. ff. de muner. & honor. Paris de Pute. de syndicat. in verb. *Potestes cum esset.* nu. 5. vbi tamen tenet, non posse cogi sine salario. 2 & quod quis cogatur iudicare sicut notarius recipere instrumenta tradit Bart. in l. 18. ff. de muner. & honor. Neque iudex 3 potest se voluntarie abstinere à causæ sententia postquam causam sibi commissam suscepit, sicque cogitur suum suffragium aut votum etiam inuitus præbere, vt post glo. in l. 2. C. de proxi. sacro. scrin. probat don Acasi. de Ripoll var. cap. 2. num. 224. cum 2. seqq. vbi subdit non posse Regios Senatores quouis prætextu se abstinere à causarũ interuentione nisi prius ius dictũ fuerit super ipsorũ recusatione & ibi quid si aliquando sentiant conscientiã suã oneratam interueniendo in aliqua causa. Similiter docuit Iacob. Cancer. var. resol. par. 1. cap. 21. in noua editio. num. 36. quod si arbitri electi pro dirimendis suspicionibus contra iudicem ordinarium vel delegatũ oppositis sententiam dicere nolint, vel in sententia concordare, possint per iudicem recusatum siue ordinarium siue delegatũ compelli vt negotium finiant, & si concordare nequeunt, vt tertium eligant vt not. in cap. suspicionis de offic. delegat. & in c. legitima de appell. in 6. Notat quoque 5 Thom. Mieres par. 2. collatio. 6. cap. de assessorius & inquisitoribus num. 7. fol. 53. quod potest quis compelli ad officium assessoris, vbi tamen secus dicit in Cathalonia quia in ea assessores sunt astricti ad tabulã & subdit esse verum de ordinarijs. De calculatore à iudice vel à parte nominato an 6 ad calculandi officium acceptandum cõpelli possit, fuse Muños de Escobar de ratio cinijs cap. 8. ex num. 3. & de tertio discordantibus calculatoribus per iudicem nominato an possit cogi acceptare hoc munus, vel si acceptauerit, compelli possit votum suum reddere, definit idem auctor c. 32. à n 16. vsq. ad n. 19. vbi in primo casu negatiue, in secundo vero affirmatiue resoluit.

Cum autem quæritur quæ personæ possint esse iudices, pro regula constituit Anton. Gomes. in leg. 2. Tauri num. 10. quẽlibet admitti nisi in iure reperiatur prohibitus; quia in his quæ sunt à iure permissa, facilior modus est personas prohibitas proponere & per consequens aliæ censentur admissæ argumento tex. in l cum prætor ff. de iudic. & ibi glo. & DD. Nam non 8 omnes iudices dari possunt ab his qui iudices dandi ius habent, tria enim principaliter sunt quibus aliqui impediuntur ne iudices fiant, scilicet Natura, lege, & moribus. docet tex. capitalis in d. l. cum prætor §. non omnes. & canonizatur in ca. 2. versi. *tria sunt* 3. q. 7. & late hæc impedimenta prosequuntur Vanti. tit. de nullitat. ex defectu iurisdictio. delegat. à num. 38. vsq. ad n. 85. Petr. Gregor. in syntagmat. iur. vniuers. par. 3. libro 47. capitul. 8. cum 3. seqq.

Natura prohibentur ne iudices esse possint surdus, mutus, perpetuo furiosus, & impubes qui iudicio carent d. §. non omnes. 9

non

non enim potest esse iudex is in quem non cadit cognitio iustitiæ, vt arguit tex. in cap. forus de verb. *signifi.* & defectus prædictorum cum à natura proueniat, etiam à supremo Principe suppleri nequit, qui neque tollere potest quæ iuris Naturalis sunt clem. Pastoralis versic. *Cæterum* de iudic.

10 Imò sententia ab illis lata etiam parte non opponente nulla est neq. partis consensus tacitus vel expressus hunc defectum resarcire potest, late Vanti. vbi supra num. 40. & 41. Innocen. quem cæteri sequuntur in cap. scisitatus de reserip. Bar. in l. licet co l. 7. C de procur.

11 Surdum in hac causa intelligimus qui nihil protinus vel valde difficulter exaudit ex morbo vel natura l. 3. §. surdus ad Senat. Syllan. Petr. Gregor. qui supra cap. 9. num. 3. & 4. surdaster est qui non clare audit sed tarde §. item surdus inst. quib. non est

12 permis. facer. testam. Sed si post adeptam iudicandi dignitatem surditas superuenerit, donec de medela speratur, ab inuito possessore officium auferri non debet, subrogabit tamen interim alium iuxta ea quæ de cæco notat glo. in l. cæcus de iudic. & in terminis de surdo docet Gregor. d. cap.

13 9. num. 7. Mutum dicimus eum non qui obscure loquitur sed qui sine significatione & sine articulatione l. Labeo ff. de suppellec. legat. Natura surdi fere simul & muti sunt & vocem quidem emittere possint,

14 locutionem autem nullam vt admonent Aristot. lib. 4. de histor. anim. c. 9. Plini. lib. 10. c. 69. & Iustini. in l. discretis C. qui testa. facer. poss.

15 Dubium suboritur si pubes sit, minor tamen viginti quinque annorum, an iudex esse possit. tex. est in l. quidam consulebant ff. de re iudicat. & in cap. cum vigesimum

16 de offic. delegat. Bart. interpretando sic textum in d. l. quidam consulebant. censuit vt maior annis decem & octo iudex ordinarius vel delegatus esse possit: minor vero decem & octo annis esse valeat tantū cōsensu partium vel si à Principe ex certa scientia iudex detur. Bartolum sequuti sunt multi vt testatur Menochi. de arbitrar. iudic. centuria 6. casu 540. num. 3. ita quoque ex Bartulo legitur summarium d. l. quidam consulebant. ita etiam distinguit glo. in verb. *impubes* in d. §. non omnes. Sed hic Bartoli intellectus aduersatur con- 17
stitutioni Pontificiæ in d. c. cum vigesimū. Ideo Imola in eadem l. quidam consulebant. aliter intelligit & tenet nempe maiorem viginti annis dari posse iudicem etiā ab inferiore à Principe & sine partium cōsensu: minorem vero viginti annis, maiorem tamen decē & octo dari non posse iudicem nisi detur à Principe vel ab inferiore cum consensu partium: minorem autē decem & octo annis etiam partium voluntate dari non posse. & subdit Imola ita Sūmum Pontificem in d. c. cum vigesimum, intellexisse Vlpiani responsum in d. l. quidam consulebant, itaque hos duos textus conciliari. Imolæ sententiam multi quoque probarunt quos recenset Menochi. d. casu 540. num. 3. vbi præfibatas Bartoli & Imolæ opiones refert. Sed Hieronym. Cam- 18
panilis in diuersorio iuris Canonici rubrica 7. cap. 6. num. 141. post alios DD. aliter hunc articulum intelligit & declarat, constituit enim differentiam inter iudicem ordinarium & delegatum & asserit in delegato iudice viginti annorum completorum requiri ætatem, nisi consensus partiū in eum accesserit qui annum transcendit decimū octauum, ac nisi Princeps ex certa scientia delegauerit d. c. cum vigesimū. Ordinarium autem subdit non nisi eū posse constitui qui vigesimū quintum ingressus est annū, tametsi queat Princeps etiā adultum creare iudicem ordinarium d. l. quidam consulebant. Denique Azo & Ra- 19
fredus quos citant Petr. Gregor. in syntag. iur. 3. par. lib. 47. cap. 9. num. 16. & Boua-dil. in polit. tom. 1. lib. 1. cap. 7. num. 17. iudicem esse debere ætatis viginti quinque annorum scripserunt, cuius tamen contrarium profitetur Anton. Gomes. var. resol. tom. 3. cap. 1. num. 55. & passim per dd. iura DD. Sane Purpurat. in l. 1. num. 63. 20
ff. de offic. assessor. quem refert Menoc. de arbitr. centur. 3. casu 253. num. 8. sensit assessorem esse debere maiorem annis viginti quinque vt ex suo malo consilio obsti-

gari

21 gari possit. Verum est, (si antiquorum mores ex historicorum monumentis extra ius Ciuile & Canonicum nostrum perscrutemur) quod olim ex lege Augusti Cæsaris non nisi qui attigissent trigesimum annum iudices eligebantur vt scribit Suet. in vita Augusti cap. 32. in fin. Imò Plato li. 6. de legib. & Aristo. lib. 7. Politic. cap. 16. iudicem voluerunt esse debere ætatis quinquaginta annorũ. & Plutarchus in Lycurgo prodit Lycurgum apud Spartiatas primum constituisse iudices & decreuisse in demortui locum assumi eum qui virtute cæteris præstare iudicatus esset, ex illis scilicet qui annum sexagesimum excessissent.

22 Illud probat tex. in l. cum lege 46. ff. de recep. arbitr. minorem viginti annis cogi non posse iudicandi munus assumere. An

23 iudex sui iuris vel alterius potestatis sit, non interest d. l. cum Prætor 3. fin ff. de iudic. Campanil. d. cap. 6. num. 141. Qui propter ætatem à reipublicæ gubernaculis arceantur, & an hoc ob penuriam ciuium

24 idoneorum remittatur, scribit Gratian. discep. forens. tom. 1. cap. 186. num. 53.

25 Quod diximus de ætate iudicis intelligi de iudice per electionem: secus de iudice per successionem vt de Regũ Cõmitum Ducum vel aliorum dominorum filijs & successoribus, in quos iurisdictio transit, nam hi etiã pupilli iudices esse possunt ordinarij, licet iurisdictionis exercitiũ committatur tutoribus eorundem, vt in l. consilio ff. de curat. furios. & notant DD. in d. l. quidam consulebant & in d. cap. cum vigesimum. Anton. Gom. in d. cap. 1. num. 55. Cancer. var. par. 2. cap. 2. num. 287.

26 Adest in Cathalonia tex. in constit. 5. *Statuim mes auant* tit. *de offici de Iutges, y Assessors ordinaris*, vbi statuitur minorem viginti quinque annis non posse esse assessorem aut iudicem ordinariũ, nisi sit Doctor, licentiatus, aut bacchalaureus in iure Ciuili aut Canonico quam multis interpretatur noster Cancer. in d. cap. 2. à num. 285. vsq. ad num. 289. & in noua editione ex numero 306. vt minus deroget iuri Communi.

Arbiter minor viginti annis, nisi ortamẽ 27
decem & octo esse potest secundum iuris Cæsarei interpretes prout ita tradunt glo. in d. cap. cum vigesimum. Specul. in tit. de arbitr. §. 2. versic. *item si minor*. Alex. in d. l. quidam consulebant. Iuris vero Canonici DD. arbitrum eligi non posse minorẽ viginti annis tradiderũt vt Hostien. in sum. de arbitr. §. 2. Abb. & Felin. in d. cap. cum vigesimum. Imol. & Alex. in d. l. quidam consulebant. Blanc. in tractat. de compromisso in 2. par. quæst. 35. num. 22. Quintil. Mandosi. in tractat. de ætate minori cap. 5. numero 89. ambas sententias refert Menoc. de arbitr. cẽtur. 6. casu 540. n. 4.

Cæcus, cui post cœptum iudicandi mu- 28
nus cæcitas superuenit, retinere illud potest, nouum autem gerere non potest. probat tex. in l. 1. §. casum ff. de postulan. vbi concluditur quod ad nouum magistratum cæcus aspirare prohibetur; retinere autem iam cœptum potest. idipsum probat glo. iuncto tex. in l. infamia C. de decurion. lib. 10. & tenet Bald. in l. statutis C. de senten. ex breuic. recitan. & in terminis officij iudicandi ita docent Vanti. tit. de nullitat. ex defect. iurisdic. delegat. numero 42. & late Panorm. cons. 47. lib. 1. ideo tex. in l. cæcus 6. ff. de iudic. dicit quod cæcus iudicandi officio fungi potest.

Controuersiam patitur is qui postquam 29
fuit electus & in buxulatus ad officium iudicandi, antequam tamen administraret vel possideret, incidit in cæcitatem an illud obtinere valeat. & pro isto iudice multis consulit Panor. d. cons. 47. per tot. sicut in alijs similibus magistratibus. quod consilium summopere ab aduocatis extolli vidi in domo Ciuitatis Barcinonæ in hac materia magistratuum & munerum reipublicæ. reassumit & comprobat etiam hoc Vanti. vbi supra num. 43. nec obstat quod cæcus non possit legere nec scribere prout iudex in scriptis sententiam sua manu ferre tenetur vt in l. 1. & fin. C. de senten. ex breuic. recitan. cap. fin. de re iudic. lib. 6. quia poterit hoc casu vti opera aliorum & quia hoc operatur necessitas superueniens,

tentiens, ratione cuius multa permittuntur alias prohibita vt respondet Panor. nu. 4 & Vant. n. 43.

30 Lege impeditur ne iudex fiat is qui Senatu motus est vt ait tex. in d. l. cum Prætor. ff. de iudic. & in cap. infames 3. q. 7. videl. cet ob vitiũ vel turpitudinem suam aut aliquod factum à lege reprobatũ propter quod de iure vel de facto illi infamia irrogetur, cuiusmodi multa exẽpla habentur in d. cap. infames 2. nom. ſ porro & ibi glo. & in l. 1. ff. de his qui notan. infam. & in l. infamem ff. de pub. iudic. & probat tex. in l. Cassius ff. de Senato. l. eadẽ ſ. 1. ff. ad legem Iul. repetun. nam si ob causam similem ab obtento munere iudicandi dejiciendi sunt, multo magis non admittẽtur ad obtinendum vt inquit glo. post tex. & ibi Io. de Platea in l. infamia C. de decurio. lib. 10. Inferunt Specular. de offic. de leg ſ. excipi potest. & Hostien. eod. tit. ſ. cui possit delegare. Vant. qui supra n. 48. & seqq. ad criminosos, fures, sacrilegos, incestuosos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, adulteros, hæreticos, schismaticos, Iudæos, infideles, vsurarios, & alios huiusmodi quoniam tanquam infames, iudices fieri prohibentur. Iudicare enim dignitas est l. omnem honorem C. quando prouoca. non est necess. infamibus autem portæ dignitatum non patent cap. infamibus de reg. iur. lib. 6. l. 2. C. de dignit. lib. 12.

31 Sed si Princeps ex certa scientia conscius conditionis & qualitatis personæ causam illi deleget, seu iudicem illum constituat, tacite cum eo dispensare censetur, nisi defectus à iure Diuino vel Naturali proueniat l. quidam consulebant in fin. ff. de re iudic. l. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. & ibi DD. pro vt quando ex certa scientia confert beneficium incapaci l. idem Vlpianus ſ. 1. ff. de excusat. tutor. Bart. in l. 2. C. si seruus aut liber ad decurio. aspira. lib. 10. glo. & DD. in l. fin. C. si contra ius vel vtilitat. pub. glo. in cap. statutum in verb. *litterarum*. de referip. in 6. Deci. con. ſ. 614.

32 lib. 5. Anchar. cons. 293. Et hoc casu in dubio tutius est excipere contra rescriptum Principis de subreptione vel obreptione seu defectu intentionis concedentis quam disputare an iudex iste dignus & habilis sit: quia hoc instar sacrilegij existimatur l. disputare C. de crim. sacrileg. illud autem rationi & iuri congruit cum talis præsumatur mẽs Principis, qualis est mẽs legis, argumẽto l. digna vox C. de legib. l. ex imperfecto C. de testam. legis si quando C. de inoffi. testam.

Quæro an excommunicatus possit esse iudex. Respondeo neq. in Ecclesiastico foro neq. etiam in seculari iudicem esse posse, rationẽ reddit Vanti. tit. de nullitat. senten. ex defect. iurisdicti. delegat. num. 61. tum quia excommunicatus infamis est vt in cap. infames 6. q. 1. tum quia ab vniuersa fidelium communione separatus est cap. pen. de senten. excom. hanc quoque posteriorem rationem assignant Pater Suar. disput. 16. sectio. 1. & Pater Vincen. Filliuci. tom. 1. morali. qq. tractatio. 12. cap. 7. num. 168. & aliam subiungunt quia c. decernimus de senten. ex com. in 6. repelluntur à iudicio actor, patronus, & cæteris excommunicati, ergo multo magis iudex. 3

Sed & quandoque detectum fuerit iudicem siue Ecclesiasticum siue secularem de tempore delegationis vel processus fuisse publice excõmunicatũ, gesta per ipsum non valebunt, sed vitio nullitatis laborabũt cap. ad probandum & ibi classici omnes, de re iudic. glo. in verb. *duraturis* in cap. pia de exceptio. lib. 6. communem vocant Suarez qui supra nu. 2. & Filliuc. loco citato num. 169. ob priuationem iurisdictionis. multis comprobat d. Vanti. num. 61. & 62. Vbi subdit satis esse probare illum ante sententiã vel processum excommunicatum fuisse; quia quo vsq. de absolutione constet, excommunicatus præsumitur cap. sicuti de senten. excom. c. proposuit vbi glo. in verb. *absolutione*. de cleric. excommun. & num. 63. declarat ad effectum vt processus non teneat, dici aliquem publice excommunicatum subsequuta denuntiatione, vel declaratoria sententia publice lata vt voluit Anchar. cõs. 189. & alij per Vãti. relati. Et licet in d. cap. ad probandum non fiat sermo de seculari sed de Ecclesiastico

fiastico iudice & ideo non videatur concludens quod gesta per iudicem secularem publicè excommunicatū nulla sint, tamen idem quod in Ecclesiastico, receptum est communi consensu DD. ac consuetudine in iudice seculari vt fatetur Filliuc. d. c. 7. num. 169. qui præterea confirmat ex iure antiquo in c. pen. & vl. 15. q. 6. vbi subditi excommunicati liberantur à iuramẽto fidelitatis, quare etiã ipsi Superiores excommunicati priuati erunt iurisdictione cum hæc duo correlatiua sint & alijs rationibus corroborat.

38

39 Si publicè excommunicatus eligatur in iudicem, electio est nulla & irrita cap. venerabilẽ & ibi glo. verb. *electus* & DD. de electio. cap. vlti de cleric. excõmun. ministr. quamquam Filliuc. d. cap. 7. num. 172. & 173. multis fundat & docet quo ad iudicem secularem probabilius videri non esse irritam huiusmodi electionem, sed irritandam.

40 Excommunicato æquiparatur relegatus siue bannitus cum à communione ciuiũ ac beneficijs Reipublicæ separatus existat & eorum quæ ciuilis iuris sint incapax sit cap. domino guerram in vsib. feudor. sub rubri. hic finitur constitutio. Bart. in l. si quis arbitratur de ver. oblig. Quare non poterit esse iudex neq. arbiter, Specul. in tit. de arbitr. §. differtur. & ibi Ioan. Andre. Vanti. qui supra num. 65. vbi intelligit non posse illum esse iudicem in territorio bannientis, sicut & ibi incapax est eorũ quæ iuris ciuilis sunt. reputatur autem incapax quo ad sui commodum, nam quo ad onera & incommoda remanet ciuis & capax vt declarat Bart. in l. tutela §. item ff. de capit. diminut.

41

42 Similiter in Cathalonia Calici. in tractat. de pace & treuga dubi. 24. fol. mihi 93. colu. 3. ad medi. à versic. *Nec obstat ratio.* cum multis seqq. eiectum à pace & treuga æquiparat excommunicato propter plures effectus vtrique. communes & præcipue quia sicut per excommunicationem ponũtur excommunicati extra communionem fidelium c. pastoralis circa fin. de appellat. cap. 1. de treug. & pac. ita etiam prædictus eiectus ponitur extra tuitionem & communionem pacis & treugæ, quia nullus de pace & treuga potest absq. pœna fautoriæ eidem infra pa. communicare vt idem auctor antea scripsit in secundo dubio principali. Vnde ex supradictis infertur, quod iste eiectus in Cathalonia iudex esse minime poterit.

43 Quæro de alia quæstione circa lege prohibitos iudicare. In cap. statutũ de rescrip. lib. 6. iuncta clemen. & si principalis eod. tit. prohibetur causas à sede Apostolica vel eius legato seu delegatis cõmitti alijs personis quam in dignitate Ecclesiastica constitutis aut personatum obtinentibus vel Ecclesiarum cathedralium canonicis aut vicario vel officiali Episcopi principali (non autem foraneo) seu prioratus conuentuales (non claustrales) habentibus. cum tamẽ contrarium sit in alijs iudicibus ordinarijs qui causas etiam simplicibus clericis delegare possint vt per glo. in d. cap. statutum in verb. *sedis.* & glo. in verb. *legatorum.* in clem. 1. de rescrip. Quid igitur si à sede Apostolica causa commissa sit Petro Canonico, & idem post commissionis receptionem canonicatum in alicuius fauorem resignet an eo casu possit declarari & decidi causa per resignantẽ, an vero per resignatarium.

44 Quod non possit per resignantem constare primo videtur quia commissio videtur realis facta cõtemplatione canonicatus d. cap. statutum. qua cessante cessare debet delegatio cap. cũ cessante de appellat. Secundo quia causæ Apostolicæ committũtur canonicis ne Papa vili ministro repræsentetur. glo. in d. cap. statutum. in verb. *cõmittatur.* vbi cõmuniter DD. notant. quæ ratio nedum militat in principio litis sed æque procedit in progressu & fine ipsius causæ, vnde & idem ius dicendum videtur argum. l. illud ff. ad leg. Aquil. Quapropter hanc sententiã contra resignantem tenuit Abb. in cap. quoniam Abbas num. 8. de offic. delegat. Sed nihilominus contraria opinio verior & cõmunis est vt ipse resignans possit post renunciationem canonicatus de causa cognoscere. quod tenuit

45

glo.

glo. in d. cap. ſtatutum in verb. *canonico*. & ibi fere omnis ſchola DD. vt teſtatur Flamin. Pariſi. de reſignat. benefici. lib. 1. q. 11. num. 6. vbi eandem ipſe amplectitur & per totam quæſt. examinat. & antea communē protulit Deci. in d. c. quoniam Abbas nu. 56. quia cum d. cap. ſtatutum, requirat vt cauſæ committantur canonicis, videtur requirere canonicatū tempore commiſſionis, cum qualitas iuncta verbo, *intelligatur* ſecundum tempus verbi l. in delictis §. extraneus ff. de noxal. cū vulgat. & conſequēter ſufficit quod canonicatus ſemel tempore ſcilicet commiſſionis exiſtat licet poſtea deficiat l. in ſubſtitutione ff. de vulgar. & pupilla. l. hæredi ff. ad Trebelli. nam in qualibet diſpoſitione ſpectatur initium cap. 1. de reſcrip. cap. ſi eo tempore cap. dudum de electio. l. fœminæ ff. de ſenator. l. cœcus ff. de iudic. Nec obſtat primum contrariū
46 argumentum quia fuit contemplatus canonicatus ad capacitatem ſeu habilitatē cōmiſſionis & ex eo magis conuincitur quia
47 quoties exprimitur in commiſſione nomē proprium & dignitatis ſeu canonicatus, ſi nomen proprium præcedit, delegatio ab ſq. dubio dicitur perſonalis, imò & ſi nomen proprium ſubſequatur, idem tenuerunt multi, vt comprobat vtrunque Pariſi. d. q.
48 11. num. 12. & 13. quamquam illud liquet quod ſi vnum duntaxat nomen in commiſſione exprimatur, ſi iſtud ſit dignitatis, mortuo delegato cauſa ad ſucceſſorem in dignitate tranſit; ſi autem ſit proprium, extinguitur morte delegatio ſecundum communem DD. diſtinctionem vt idem auctor poſt alios declarat num. 16. &. late per Deci. in d. cap. quoniam Abbas n. 13.

Non etiam obſtat ſecundum contrariū
49 ex ſupra allegatis & quia Imol. in d. clem. & ſi principalis, aſſerit quod ratio illa ne Papa vili miniſtro repræſentetur, non videtur finalis ſed impulſiua, ita vt finalis ſit quia conſtituti in dignitate ſeu canonicatu præſumuntur periti & honeſtiores argumento cap. cum in cunctis de electio.

Quæro vtrum laicis poſſint cauſæ Eccle-
50 ſiaſticæ delegari. & dico, quod Papa poteſt cauſas laico ſiue ciuiles ſiue criminales ſiue ſpirituales delegare; Epiſcopus vero ſolum mœrè ciuiles & pecuniarias, non autem criminales nec ſpirituales, glo. in verb. *non præſumant*. Panor. num. 4. Felin. num. 1. in c. decernimus de iudic. & de Papa probat etiam Petr. Cenedo practic. qq. q. 4. num. 4. Paz in praxi tom. 2. prælud. 2. ex num. 2. Genuen. in prax. Archieſpiſcop. cap. 72. ad fin. & de Epiſcopo tradit quoque Speculat. tit. de delegato §. nunc videndum. verſi. 40. Sic glo. in verb. *laico* in ca. bene quidē 96. diſt. ait Epiſcopum non poſſe demandare laico poteſtatem excommunicandi, Papam vero poſſe. & tenent ita DD. vt teſtatur Panor. in d. cap. decernimus num. 5. Sed contra Epiſcopum circa dd. cauſas ciuiles & pecuniarias obſtare videtur tex. in cap. ſignificaſti de for. compet. vbi in iudicē laicum clericus etiam de licētia Epiſcopi conſentire non poteſt. reſpondet tamē Panor. in d. cap. decernimus, hoc intelligi quando clericus vult iuriſdictionem iudicis laici prorogare, nos vero loquimur quādo Epiſcopus vult delegare. primum fieri non poteſt quia in prorogatione iudex iudicaret iure proprio atque ſi contingeret appellari, appellaretur ad Superiorem laicum. ſecundum fieri poteſt quia delegatus iudicat non iure ſuo ſed delegantis cap. cum olim Abbas de offic. deleg. l. 1. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſdi. & à delegato appellatur ad delegantem cap. fi. de ſenten. & re iudic. & ſic hoc vltimo caſu clericus iudicatur iudicio Prælatorum: in primo vero caſu iudicatur iudicio laicorum.

Concluſionem prædictam quod Epiſcopus poſſit cauſas mœrè ciuiles laicis delegare limitat Philip. Franc. in cap. quanto de conſuetud. vt obtineat tantum quando non inueniūtur clerici idonei quibus cauſæ iſte committantur. allegat cap. relatum ne cleric. vel monac. & cap. inter quatuor de reſcript. de gioſ. domib. ſed Panor. in d. cap. decernimus num. 5. ait textus illos non probare & communiter DD. modernos tenere contra Francum dicendo illud eſſe æquum, non tamen neceſſarium, maximè ſi cōmittatur nudus articulus argumēto eius quod

nota

notat glo. in verb. *ideo*. & Archidiac. in cap.
55 statutum §. 1. de rescrip. in 6. At Felin. in
d. cap. decernimus, num. 1. prælibatam
conclusionem de Episcopo traditam limi-
tat post Areti. & Archidi. vt non procedat
quando partes cõtradicerẽt & offerrent cle
ricum idoneum cui causa committi posset.
secundo limitat vt locum habeat in vna vel
alterius causa, non vero si Episcopus faceret
laicum delegatum ad vniuersitatem causa-
rum propter tex. & ibi Bald. in l. parabolã
C. de Episc. & cleric.

56 Suscitat quoque Felin in d. c. decerni-
mus num. 8. dubium vtrum causam spiri-
tualem possit saltem Episcopus laico, & cle-
rico simul committere & quãuis videatur
dicendum posse, argumento tex. in l. si cõ-
munem ff. quemad. seruitut. amittan. vbi
habens fundum communem cum pupillo,
gaudet quo ad præscriptionem priuilegio
quo vtitur pupillus propter communionẽ:
tamen post Anton. de Butrio, Hostien. &
alios concludit quod non potest, cum lai-
cus sit spiritualium incapax argumẽto tex.
in c. Massana delecti. & in c. causam quæ
de præscrip.

57 Deducit etiam in cõtrouersiam Panor.
in d. c. decernimus, num. 15. nec non Col-
lectari. in eodem tex. vtrum saltem clerico
coniugato possit Episcopus causam crimi-
nalem clerici cõmittere & licet videretur
asserendum posse, cum clericus coniugatus
dispensatiue possit beneficium Ecclesiasti-
cũ obtinere, vt not. in cap. Ioannes de cle-
ric. coniug. tamen resoluunt negatiue & ex
tendit Panor. etiam si clericus cuius causa
58 agitur, consentiat: quia clericus coniuga-
tus dici potest secularis sub regula clerico-
rum non degens & non differt à laicis nisi
in duobus de quibus in cap. vnic. de cleric.
coniugat. lib. 6. quod capitulum etiam ho-
die reperitur limitatum & restrictum per
Concil. Trid. sess. 23. decret. de reforma-
tio. c. 6. & late declaratur per Couar. practi.
qq. cap. 31. numero 7. 8. & 9. & Aloysi.
Ricci. in praxi clericorum dec. 106. &
107.

59 Quæro an laicus possit esse vicarius Epis-
copi. Dic quod non, ita tenent in d. cap.
decernimus, Panor. num. 12. Felin. num. 6.
Deci. num. 15. Ripa num. 116. Couar. plu-
res referens in cap. alma mater par. 1. §.
11. num. 3. de senten. excom. Rebuf. in
praxi tit. de vicarijs Episcopi nu. 35. Alpõs.
Hoieda de benef. 2. par. cap. 10. num. 11.
Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 31. num. 11.
Ioã. Segura Daualos in director. iudic. Ec-
clesfori 1. par. cap. 11. Selua de benefic. 2.
par. quæst. 23. num. 7. allegant ad hoc tex.
in ca. in noua 16. q. 7. & notatur etiam in
cap. contingit de arbitr. in c. vnic. de syn-
dic. & actor. in c. suam de offic. vicar. in ca.
perlectis 25. dist. & in c. 2. de offic. vicar. li.
6. Rationem assignant DD. quia vicarius 60
Episcopi habet iurisdictionem ordinariam
in spiritualibus vt not. in d. c. suam & in d.
cap. 2. de offic. vicar. lib. 6. & quia vicarius
Episcopi sicut & Episcopus procedit cõtra
contumaces per excommunicationis sen-
tentiam c. corripiantur 24. quæst. 3. c. cum
non ab homine. ibi: *cum Ecclesia nõ habeat
vltra quid faciat*. de iudic. Concili. Trid.
sess. 25. cap. 3. & ideo excommunicatio di-
citur mucro Episcopi in c. visis 16. quæst. 2. 61
& tamen laicus non est capax iurisdictio-
nis illius ad quam excommunicatio perti-
net, potestas enim excommunicandi est iu
risdictio spiritualis cum ad claues Ecclesiæ
pertineat ca. nemo contemnat 11. quæst.
3. c. cum inter vos de consuet. cap. fin. de
pœn. Couar. vbi supra num. 3. Neque cleri 62
cus coniugatus secundum prædictos DD.
poterit esse vicarius Episcopi, cum non gau
deat priuilegio Ecclesiastico nisi in duobus
de quibus in c. vn. de cleric. coniug. lib. 6.
iuncto hodie Concil. Trid. sess. 23. decret.
de refor. cap. 6. At quamuis laicus non pos-
sit esse vicarius Episcopi poterit tamen esse 63
assessor Episcopi & iudicis Ecclesiastici, Pa-
lati. Rub. in repetitio. rubricæ de donation.
int. §. 7. nu. 7. Camil. Borrel. in Regia Ara-
gon. §. 2. glo. 1. num. 85. cuius dicti quod
commune DD. etiam in spiritualibus ap-
pellant, rationem reddunt Marta de iuris-
dictio. par. 4. centur. 2. casu 174. num. 3.
& 10. & Augustin. Morla in empor. iur. tit.
2. quæst. 6. num. 19. & 20. quia iure com-
muni officium assessoris est dumtaxat con-

sulere

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sulere & non habet votum decisiuum subdit Paul. Piaseci. in prax. Episcopali par. 2. c. 4. artic. 1. num. 17. & 18. posse quidem laicum in causis spiritualibus esse assessorē, sed de honestate potius adhibendum clericum, si idoneus habeatur.

64 Sane si Episcopus habeat temporalem iurisdictionem in loco, bene poterit vicarium laicum in temporalibus constituere vt in c. fin. ne cleric. vel mona. lib. 6. Imò si causa est criminalis & sanguinis & non concernit personas clericorum, docet Panor. in d. c. decernimus num. 7. teneri Episcopum, qui habet in loco temporalem iurisdictionem, laicis dictam causam delegare: si vero est criminalis causa & nō sanguinis vel est ciuilis & temporalis, non tamen tangit clericum vel Ecclesiam, subdit Panor. satis honestum esse vt Episcopus deleget seu committat laicis argum. tex. in c. te quidem 11. quæst. 1. posse tamen cognoscere si velit, & valere iudicium argum. tex. in c.

65 Romana 5. debet de appella. lib. 6. & in c. in Archiepiscopatu de raptorib. Eadem ratione resoluit Panorm. num. 8. prælatum de honestate non debere suscipere delegationes causarū laicorum à iudicibus secularibus argum. tex. in d. c. te quidem, quia non debent clerici forensium causarum disceptatores esse l. consulta diualia C. de testam. c. cum ad verum 96. dist. si tamen suscipiant, valere iudicium & declarat Panor. nisi causæ decisio concerneret bonum totius Reipublicæ Christianæ vt in d. c. in Archiepiscopatu, quia tunc omnes clerici debent esse soliciti argum. tex. in c. 1. de homicid. li. 6. & ita intelligit Panor. tex. in c. sæpè 23. q. 8.

66 In Cathalonia clericus non potest esse assessor laicæ potestatis seu laici officialis vt Vicarij vel Baiuli vt sanxit Alphons. 3. in pragmatica directa singulis officialibus anni 1328. quod est c. 4. tit. *de cosas prohibidas als clergues* in 2. vol. constitut. & in pragmatica anni 1341. quod est c. 8. d. titul. Sunt & in hoc articulo constitutiones 1. & 2. eodem tit. in 1. vol. constit. quæ tamen sunt antiquiores dictis pragmaticis. Habet autem assessor in Cathalonia iurisdictionem & votum decisiuum vt assibilate scripsi & colligitur ex verbis dic. prag. anni 1328. Iure communi Priceps laicus potest habere Ecclesiasticum pro suo consiliario & Ecclesiastici possunt esse consiliarij Principum etiam in criminalibus, ad notata per Marta de iurisdictio. p. 4. centu. 2. casu 174. n. 5. & 6.

67 Lege quoque Municipali Cathaloniæ nimirum Constitutio. 20. tit. *de cosas prohibidas als officials* in 1. vol. constit. Regij Senatores siue Doctores Regiæ Audientiæ non possunt suscipere commissiones causarum Ecclesiasticarum vel Baronum, siue ciuiles siue criminales illæ sint neque possunt fieri assessores Baronum vel Prælatorū nisi aliter visum fuerit Locumtenenti Generali siue Maiestatis seu de licētia illius & hoc iure vtimur.

68 Moribus legæ roboratis iudices esse prohibentur fœminæ: nam ab omnibus officijs ciuilibus & publicis regulariter remotæ sunt & præcipuè ab officio iudicandi l. fœminæ ff. de reg. iur. d. l. cum prætor ff. de iudic. c. mulierum 33. q. 5. neque arbitrix fœmina esse potest l. fin. C. de arbitr. cap. dilectus eod. tit. ratio prohibitionis est ne contra pudicitiam sexui naturaliter congruentem in publico esse & officia virilia tractare mulieres videantur l. 11. §. sexum ff. de postulan. Item quia facile deceptioni expositæ sunt ob sexus & consilij infirmitatem l. 22. §. pen. ff. ad Sen. Vellei. l. si mulier C. eod. c. ex parte de priuil. & nimis misericordes ex Aristot. 9. de animal. & nimis credulæ ex Ouid. in epist. ad Leandr. vt has & alias causas cumulat Petr. Gregor. in syntag. iur. par. 3. lib. 47. c. 11. Sic refert Lampryd. in Heliogabalo, ab hoc Imperatore olim permissum fuisse matronis Romanis in colle Quirinali habere senaculū, cumq. ibi Senatus consulta quædam ridicula facta fuissent de legibus matronalibus, qua veste, modo, & ornatu deberent incedere, fuisse sublatum: cautūq. post mortem eiusdem Imperatoris ne vnquam muliter Senatum ingrederetur vtque inferis eius caput deuoueretur, per quem id esset factū. Aliquando tamē dispensatiue causas

etiam

etiam spirituales fœminis demãdatas esse cõstat vt in ca. Mœnam 2.q.5. vbi Pap. cõmisit arbitrio Reginæ Francorum purgationem infamiæ quam de simonia quidam de simonia quidam Episcopus patiebatur. & per glo. in cap. 1. in ver. *mulieres* 15.q.1. glo. in cap. dilecti de arbitr. Deci. in d.l. fœminæ. Bart. in l. vni. C. de mulieribus & in
73 quo loco li. 10. Iure quoque hæreditario fœminæ succedere possunt in iurisdictione & illam etiam per se ipsas exercere, & sententias ferre Hostien. Imol & Panorm. in d.c. dilecti. Angel. & Castrens. in d.l. cũ prætor. Deci. in d.l. fœminæ. Alex. cons. 1. & cõs. 24. li. 5. Deci. cons. 32. lib. 1. & cons. 413. li. 3. Vanti. de nullitat. senten. ex defect. iurisdic. delegat. num. 73. Notatu dignum est
74 quod cecinit Sibylla Eritrea, vt meminit Strabo li. 16. ruinæ postremæ seculi & Antichristi proximè venturi signum fore vnius viduæ imperium & dominationem.

Præterea moribus iudices fieri prohibẽ-
75 tur serui d.l. cum prætor ff. de iudic. ratio nõ est incognita, quia quo ad ius Ciuile pertinet, serui pro mortuis habentur l. quod attinet ff. de reg. iur. l. seruus C. de iudic. ca. 2. 3.q.7. Si tamen pro liberis reputarentur, ob communem errorem & publicam vtilitatem gesta per eos sustinerentur l. Barbarius ff. de offic. prætor. & ibi DD. quod non solum procedit in iudice ordinario; sed etiam in simplici delegato ex identitate rationis per tex. in l. 2. C. de senten. vt est communis DD. sententia secundum Felin. in c. dilecta & in cap. suscitata de rescrip. & no-
76 tat Vanti. vbi supra n. 75. nam communis error facit ius, sicque matrimonium coram parochõ putatiuo & gesta à notario putatiuo qui communi errore parochus & notarius respectiue putabantur, valida esse multis probat Marc. Antõ. Genuẽs. in prax. Archiepiscop. c. 50. n. 3. & 4. Et acta per tu-
77 torem illegitimum qui communiter legitime administrare existimabatur, meminit Cancer. var. parte 2. c. 8. de iuramento numero 125. & 126. fuisse iudicatum in nostra Regia Audientia subsistere. Est
78 tamen grauis concertatio DD. an ad hoc vt communis error faciat ius, & gesta ante detectum errorem non sint retractãda, non solum requiratur quasi possessio, sed etiam titulus sine auctoritate Superioris, licet postea detegatur alius defectus. & maior pars DD. censuit vtrũque requiri, & quasi possessionem, & titulum sine Superioris auctoritate: sunt tamen grauissimi scriptores tenentes sufficere quasi possessionem sine titulo. vtriusque opinionis DD. recenset Genuens. d. capite 50. numero 3. Ad ser- 79
uos pertinent artifices viles qui determinatam quandam habent seruitutẽ vt ait Aristot. li. 1. polit. & ideo gubernacula Reipublicæ ex probis moribus illis non deferuntur, vt docet Petr. Gregor. in syntag. iur. p. 3. li. 47. c. 11. n. 19. sic in hac ciuitate insigni Barcinonæ carnifices & tibicines in possunt esse consiliarij Reipublicæ.

Monachi quoque & religiosi iudices esse 80
non possunt neq. arbitri saltem sine licentia Superioris, late Stephan. Gratian. decis. 64. à num. 8. & disceptati. forens. tom. 1. c. 123. ex n. 1. ad n. 10. Æmil. Verall. decis. 174. p. 1. Guid. Pap. quæst. 563. num. 1. Pater Sanchez oper. moral. tom. 2. *lib.* 6. cap. 13. num. 85. vbi vltra licentiam Superioris exigit vtilitatem monasterij. Ioan. Segur. Daualos in director. iudic. Eccles. for. par. 1. cap. 12. nã quo ad secularia pro mortuis habentur & 81
sunt à cœtu secularium penitus segregati can. placuit 2. nomi. 16. q. 1. cap. ex parte de accusatio. cap. vnic. de syndic. & actor. Vanti. de nullitat. senten. ex defec. iurisdic. delegat. num. 76. Et mulieribus illos adæquauit glo. *in l. 1. §. sexum ff. de postulan.* & seruis eos iura æquiparant; ita vt de vno ad alium valeat argumentum vt per glo. in auth. causa quæ C. de sacros. Eccles. notat Inno- 82
cen. in. ca. cum olim. de priuil. Ideoque neq. monachi possũt esse executores testamentorũ saltem sine Superioris licentia c. 2. de testã. in 6. clem. 1. eod. tit. profuse Couar. in c. tua nobis 17. n. 1. & 2. de testamẽ. Ceual. commun. contr. commun. quæst. 404 Gratian. dic. capite 123. ex n. 1. Et
quod religiosus nõ possit se intromittere in 83
iudicialibus absq. cõsẽsu sui Superioris probat tex. in clemẽti. religiosus de procurator. & in can. monachi 16. quæstione 1. & ita in

Rota decisum refert Verall.d. decis. 174.
84 num.2.Quod autem religiosus non possit esse iudex vel arbiter neque per consequēs possit ipsi causa committi seu delegari, arctius procedit in fratribus ordinis minorum per tex. in clem. exiui de paradiso de verbor. signif. Gratian. dict. decisione 64.numero 10.Becc.consilio 40.n.1.& 5. vbi ait ipsos neq.cū Superioris licentia & consensu arbitrari posse.

85 Possunt quidem monachis aut religiosis ex certa scientia Papæ delegari causæ, expresso nomine monacatus seu religionis vt in capite cum olim 2. nominis post princ. & ibi glo.in verb.*Monachi*, & Innocen. &
86 cæteri DD. de priuileg. Possunt quoque Prioribus mendicātium, etiam fratrū minorum,ac Prioribus perpetuis conuentualibus causæ committi,quia veniunt appellatione prælatorum vt est glo.in clem.dud ū, in verb.*non habetur*,& ibi Cardin. in verb. *Statuimus*.de sepult. & in clem. 1. in verb. *prælatum*.de electi.Felin. in cap. cum olim in pri.de maior.& obed.Vanti.vbi supra n. 80.& 31.qui contrarium dicit in monachis habentibus officia aut simplices administrationes vt sunt sacristæ, custodes, camerarij,& similes.Sane monachos administrationem habentes posse esse iudices tenuit Guid.Pap.d.q.563.num.1.quod cum eis concedatur administratio & per consequēs conuersatio & frequentatio cum laicis & in causis secularibus,multo magis iudicare
88 in causis spiritualibus & laicis præsidere. Et idem Vanti.num. 82. docuit valere cōmissionem,si causa committatur monacho in catedrali administrationem vel officium
89 habenti.Imò simplicem monachum posse creari officialē &deputari Locūtenentē ab Episcopo & sententias per ipsum latas valere,tenuerūt secundum quandā æquitatem multi ad tradita per ipsū Vanti.n.83.& optime per Ioan.Segur.Daual.in director.iudic.Eccle.for.par.1.c.12.latissimè Sāchez d.c.13.n.88.

90 Dubiū reliquū est an licet monachus nō possit iudex esse, si tamen sententiam tulerit,valida sit. vtraque opinio & affirmatiua & negatiua cōmunis est:verior tamē negatiua,vt constat ex traditis per Grati.di scep. forens.tom.1.cap.123.ex num.1. ad num. 10.& decis.64.num.10.&.11.Verall.decis.174.par.1.vbi refert Rotā in vna Barcinonen. anniuersariorum coram domino Reomano sub anno 1555. tenuisse monachum nō posse esse iudicem compulsorium & si compulsset,facere acta nulla & nō legitime extracta, etiam si pars fuisset præsens nihil opponendo, cum religiosus non possit se intromittere in iudicialibus.confirmant Hieron. Ceuall. dict. quæst. 404. & Didac. Couar.in d.cā.tua nobis de testā. num.2.Nec facit quod valeant gesta per militem licet ipse non possit esse procurator l. filiusfam.§. veterani ff. de procurat. pro vt etiam clerici instrumenta valent licet non possit esse tabellio secundum Ioan. Andre.in ca.sicut ne cleri.vel monac. quia vt respondet Gratian.d.ca.123.num. 8. in monachis prohibitio est magis stricta. Plane si communi errore monachus reputaba tur legitimus iudex existimantibus omnibus eum ex licentia Abbatis vel Episcopi causas definire & iudicare,docuit Guid. Pap.d.quæst.563.num.2.valere sentētiam argumento l. Barbarius ff. de offic. prætor. est tamen animaduertendum vt dicatur monachus sine licentia Abbatis aut Superioris iudicare,sufficere non apparere de licētia,cū negatiua ista quod monachus sine licētia Superioris iudicauerit, probetur ex inspectione actorū Dec.cōs.414.n.19.& in specie Bec.cōs.40.n.2.&Gratia.dec.64. n.12.

Quæro an dominus iurisdictionis si pro administratione iustitiæ ad aliquot tempus constituerit iudicē,possit illū sine iusta causa ante finitum tēpus ab officio remouere. Conclusio prima sit. Barones & domini iurisdictionū inferiores à Principe minime possunt.ita probāt Bouadil.in politic.tom.1 lib.2.cap.16.n.155.& 156.Couar.in cap.9 practi.n.4.Gratia.discep.forēs.to.1.c.167. n.28.40.&41.Meno.de arbi.q.55.in addi. n.5. qui duo posteriores declarant vt etiā si dominus iurisdictionis habeat facultatem eligēdi pro vt sibi videbitur, non possit sine causa remouere officiales per eū deputatos

Can-

Cancer.var.p.3.cap. 12. num. 190. Ioan. Gutier.de iuram.confir.par.1.cap.58. nu. 19 Mastril.de magistratib. cap. 27. num. 41.Castillo de tertijs cap.41. num. 23. qui duo posteriores DD.addunt quod si domini reuocarent,tenerentur ad omnia damna tam in foro conscientiæ quam in foro con-
96 tentioso. Magis procedit conclusio in illis iudicibus, qui ex Regio priuilegio vel ex contractu per Vniuersitatem eligutur, & per dominum confirmantur vt late cõprobat Io. Petr. Fontanell.de pact. nupti. to. 1. claus.4.glo. 10.par. 1.num. 144.adde Gratian.d.cap. 167.num. 30. & 31. qui asserit neque Principem posse sine causa officiali tollere officium quod ei ex contractu con-
97 cessit,cum etiam Princeps ligetur ex contractu l.digna vox ca.de legib.Imò etiam si creatus foret iudex durãte beneplacito domini iurisdictionis creantis, siue ad libitum concedentis officium, neque tunc poterit per eum sine causa legitima reuocari, fusè Guillel.Benedic.in cap.Raynuntius,verbo, *duas habens filias*. nu. 36. de testam.Boer. decis.149.Cancer.vari.par.3.cap.12.num. 191.Fontanell.d.glo. 10.par. 1.ex nu. 145. præsertim num. 150.vbi inquit omnes fere concordare quod reuocatio beneplaciti requirit causæ cognitionẽ & ita in Regia Audientia decisum fuisse adde Gratian.d.cap. 167.num. 15.cum.3.seqq.vbi quod beneplacitum eo casu intelligitur de voluntate iustificata.& num.47.& 48. vbi quod concessio ad beneplacitum dicto casu dicitur perpetua & beneplacitum significat arbitrium boni viri qui sine iusta causa non au-
98 fert concessionem.Sed & si simpliciter cõstitutus fuerit iudex in officio iudicandi,nõ poterit sine iusta causa amoueri, Ioan. Bolognet.cons. 2.& 3. Ceuall. commun.contra commun.quæst.425. numero 19. Can-
99 cer.dic.capite 12. numero 192. Illud clarum est iudicem à Rege electum & prouisum non posse per alium Magistratum ab officio amoueri Roman. consilio 115.vbi ait officialem à Rege electum nõ posse per proregem tolli. Cancer. par. 2. capite 2.numero 170. in noua editio. Matanta in specul. 4 parte dist. 5.num. 10.

Secunda conclusio. An Princeps iudicẽ 100
quem posuit ordinarium possit sine causa legitima reuocare, controuersia DD. est vt constat ex Ario Pinelo *ad rubric.* C. de rescind.vendit. parte 1. capite 2. numero 30.siue 31. in versic. *Ex eisdem.* vbi DD. refert & negatiuam tuetur & tenet. & ex Bouadil.in dic.capite 16. numero 155. vbi quoque pro vtraque sententia allegat.& ex Cãcerio dic. capite 12 num. 196.& seqq. vbi etiam negatiuam defendit & veram censet.& ex Gratian.dic.cap. 167.numero 40.& numero 49.& seqq vbi tamen asserit in Principe sufficere causam motiuam, in hoc autem valde eum animadu ertere debere ne aliquem absque legitima causa spoliet vel cum alterius detrimento quicquam alteri concedat. Sed prædicta nega- 101
tiua opinio etiam si Princeps in concessione officij adiecerit clausulam, durante beneplacito ipsius, vel durante mæra ac libera voluntate eius, *communis est saltem in Cathalonia* in officijs iudicum ordinariorum, quę per constitutiones huius Principatus creata sunt, vt late prosequuntur Calici.in extragrauator.curiar.capite 7.numer. 106 & 107.Anton.Oliba in vsat. alium hamq. capite 4. numero 49. de iur. fisc. Cancer. var.par.3.capit. 1.numero 99.cum 2.seqq. & capite 12. numero 202. Fontanell. de pact.nu.tomo 1.claus.4.glos. 10. par. 1. numero 146.& seqq. Nam neque Princi- 102
pi licet afficere aliquẽ ignominia sine causa vt notant Ioã. Andre. Georgi.allegatio.46. n.47.& alij citati per Cãcer.d.c. 12.n.198. vbi nu. 201.respondet ad *illud* quod in ore omnium circumfertur, in Principe semper causam præsumi.& Arias Pinel. vbi supra respondet ad argumentum quo multi 103
vtuntur de beneficijs ad officia. Conducit quoq.quod spoliatus etiã auctoritate Principis,est ante omnia restituẽdus,quãdo causa nõ cognita spoliatio procedit Capici.dec. 69.n.14.Menoc.cons. 104.n.74.li.1.& de recu.possess.reme.8.n.72. Imò Castillo de 104
tertijs c.41.n.22.innumeris de more allegatis DD.veriorẽ & magis cõmunẽ opinionẽ esse asserit magistratꝰ & officiales quoscũq. à Regibꝰ & principibꝰ creatos siue perpetuos

siue temporales nõ posse ab eis nisi ex iusta & urgẽti causa reuocari siue gratis siue pecunia mediante atque etiam in ad beneplacitum & cum clausula *quoad placuerit* siue ob benemerita & seruitia præterita constituti fuerint & addit quod si ex causa publicæ vtilitatis sine culpa officialis auferri hæc officia contigerit, debet acceptum
105 restitui. Quæ autem causæ legitimæ sint ac iustæ ad iudicem ab officio remouendum tradunt Menoch. de arbitrar. quæst. 55. in addit. lib. 1. Gratia. discep. forens. cap. 167. num. 53. Fontanel. d. glo. 10. par. 1. numero
106 144. Et an priuatus offi. io iudex possit iterum ad illud admitti, lo. de Plate. in l. splendidoris c. de diuers. offic. lib. 11. Bouadil. in polit. tom. 2. lib. 5. cap. 1. numero 197. Paris de Pute. de synd. verbo, *iudices*. in pri. & num. 1. Tiraquel. de pœn. temper. cauſ. 58. vers. 6 num. 7. & seq. Suarez allegati. 12. Gabri. Berar. in specul. visit. cap. 26. à num. 50. vsq. ad num. 60. vbi post Cancer. & Fõtanell. quid in Cathalonia refert & explicat.
107 Illud quoque prætereundum non est quod obseruat Mastril. de magistratib. cap. 27. num. 32. non solum non posse absq. iusta causa officij cõcessionem reuocari, sed etiã nec minui.

108 Locum tenentem iudicis ordinarij reuocari posse a ipso iudice ordinario subsistẽte, pro libito voluntatis, licet si sine causa legitima reuocetur, iudex cum reuocans peccet & ad interesse conueniri possit, docuerunt Hieronym. Portol. ad Mol. n. in verbo *iudex* num. 78. Anil. in c. 1. Prætor. in verb. *fiel* num. 42. Bened. in cap. Raynuntius in verb. *duas habens filias*. num. 37. de testament. Sed contrarium docet & firmat Castillo d. cap. 41. nu. 26. vbi etiam quod Vicarius Episcopi non potest sine causa reuocari, tenet.

109 Iudici delegato potest delegans causam adimere & alij committere, tam ante litẽ contestatam quã post, & sine causa, causæve cognitione vt notant Solsona in stilo capibreuiandi fol. mihi 38. pag. 1. n. 2. qui loquitur de dominio directo qui assignauit iudicem emphyteotæ suo. & dõ Acaf. de Ripoll vari. resol. c. 7. n. 442. & seq. Cẽ fuit hoc Calicii in vsatic. placitum iudicatum nu 13. vbi verba facit de domino Castri qui assignauit iudicem inter se & vasallum suum & tenet ordinarium posse auferre causã suo delegato & sibi retinere vel alij cõmittere, tam ante litem contestatam, quam post & sine causa vel cum causa atque similiter dominum Castri mutare posse dictum iudicẽ ab eo assignatum inter se & vasallum suũ & ita indistincte dicit intelligendum tex. in l. iudicium soluitur ff. de iudic. Eandem sẽtentiam sequitur Marquil. in vsatic. de omnibus namque cõmunibus causis. post quæstio. 24. in verſic. *quæro nunquid dominus*.
Sed & dominus Rex vel Potestas potest ordinarium suum vetare ne in aliqua causa procedat, & sic quoque dominus Castri potest baiulo suo inhibere ne in aliqua causa ius dicat §. & iudicare in authen. de defensor. ciuitat. d. l. iudicium soluitur. cap. vestrum de appellat. Albert. Brun. cons. 92. vol. 1. Anil. in cap. 1. Prætor. in glo. *fiel*. n. 42. ante fin. Cancer. var. p. 3. c. 13. ex n. 275. vbi rationẽ assignat, quia quilibet auctoritati suorũ officialiũ derogare potest & tamẽ à n. 268. contrariũ docet quando dominus iurisdictionis ex conuẽtione cũ subditis inita teneretur eis deputare aliquẽ officialẽ pro exercitio iurisdictionis & verba conuẽtionis repugnarent. Sane delegatus Principis subdelegando non potest à subdelegato causam auocare quando subdelegatus incepit procedere, nisi adsit clausula auocandi in qualibet parte litis c. quamuis 6. cap. si delegatus 7. de offic. delegat. in 6. Gratianus discep. forens. tom. 1. capite 92. n. 8.

Licet possit dominus iurisdictionis suo ordinario vel delegato causam adimere, debet tamen liquido & clare de voluntate eius constare, cum hoc non præsumatur. sic Gratian. decis. 209. numero 3. & 4. asserit quamuis auocare possit Papa causam pendentẽ coram ordinario vel delegato, capite vt nostrum de appellatio. capite pastoralis, §. prætereà de offic. deleg. non tamen præsumi velle facere talem auocationem, nisi de prædictis fuerit facta mentio, præsertim cum ex huiusmodi auoca-

auocatione fiat iniuria prioribus iudicibus.

113 Falsum tamen est quod scribit Gui. Pap. quæst. 440. non posse Principem causam pendentem auocare nisi adsit in rescripto clausula, *motu proprio*, imò siue motu proprio siue aliter Princeps rescribat, semper potest causam pendentem coram ordinario vel delegato auocare, vt notat idem Gratian. d. decis. 209. in additio. num. 1.

114 Causam à Sum. Pontifice Vicario Episcopi tanquam Vicario demandatam non posse per Episcopum cognosci vel econuerso, docuit Paul. Piasec. in prax. Episcopal. par. 2. cap. 4. artic. 1. num. 24. & veriorem appellauit Gratian. discep. forens. tom. 1. ca. 92. num. 6. cum seqq. quasi in ea causa Vicarius sit maior ordinario, separatumq; sit Episcopi & eius Vicarij auditorium, quod extendunt etiam si causa commissa esset Episcopo vel Vicario, nam cum litteræ fuerint vni eorum præsentatæ, alterum nō posse se intromittere aiunt. & num. 9. Gratian. post alios notat Episcopum posse ad libitū reuocare Vicarium.

115 Delegatio facta Vicario Episcopi secundum communiorem opinionem non transit in successorē in vicariatu, quia Vicarius non dicitur proprie habere successorem, nisi tamen appareret delegationem fuisse intuitu tribunalis Episcopi, vel nisi consuetudo probaretur in contrarium ita multis citatis concludit Paulus Piasecius d. cap. 4. artic. 1. n. 23.

116 Quibus ex causis iudices vt suspecti recusari & consequenter prohiberi iudicare valeant, ad hunc quoque locum pertinere nō immerito videbatur, sed quia tam multi hanc disceptationem latissimè agitarunt, eam libentissimè prætermittam ne videar Solem fascibus illustrare velle. effuse præsertim agunt de recusatione iudicis Petr. Gregor. in syntag. iur. vniuers. libro 49. capite 3. à numero 4. Marant. de ordin. iudic. par. 6. tit. de appellatione, in verbo *recusatio*, à numero 24. Caualcan. de contractibus decis. 28. à numero 95. qui omnes recusationis causas congerunt & enumerant, Couar. pract. quæst. 26. Francis. Milanen. decisionem 15. libro. 1. Cancer. vari. par. 1. capite 21. numero 31. & à numero 34. in noua editio. Menochi. de arbitrar. casu 121. 152. & 458. Ioseph. Ramon. consilio 3. Paul. Piasec. in praxi Episcopal. par. 2. capite 4. artic. 1. numero 9. & 10. Codex Fabri. libro 3. titulo 4. Andre. Gail pract. obser. libro 1. observatio. 33. quorum allegatione contentus abibo; quia sunt ista loca ad propositum selectissima & omnia quæ desiderari possunt, tradidere.

Inter ius Ciuile & Canonicum circa iudicis suspecti recusationem agnoscitur differentia, quia iure Ciuili iudex ordinarius in totum recusari non potest, sed solum ei datur adiunctus, sed delegatus (etiam ab Imperatore) in totum recusari valet apertissimi auth. si vero C. de iudic. Iaf. in dic. L. apertissimi numero 4. Marant. de ordi. iudic. distin. 5. numero 40. Ofasc. decis. 15. numero 1. Auil. in cap. 1. prætor. in verbo, *fiet*. numero 41. Ioan. de Ferrar. in form. libel. declin. iur. in verb. *iudicem* numero 4. Alphons. Narbon. ad leg. Regi. par. 1. lib. 2. tit. 4. lege 59. glo. 1. numero 234. & 235. qui tamen nonnullos casus excipit, quorum meminit Iacob. Lauren. in tractat. de iudic. suspec. cap. 5 numero 11. & 12. At ex iuris 118
Canonici dispositione æque delegatus & ordinarius, etiam si Episcopali præfulgeat dignitate, recusari in totum & remoueri potest cap. si quis contra clericum 4. de forcompet. Abb. & cæteri communiter ibi. Iaf. Marant. Ioan. de Ferrar. Alfons. Narbon. locis citatis, Hieronym. Portoles ad Molin. verb. *iudex* num. 68. & 69. Potest 119
autē iudex ordinarius si suspectus recusatus fuerit, alijnō suspecto causā cōmittere seu delegare d. c. si quis contra clericū ca. cum speciali & ibi Abb. & Philip. Franc. de appell. Deci. in d. c. cum speciali à n. 27. Paul. Piasec. in praxi Episcopali p. 2. c. 4. artic. 1. n. 10. Marāt. de ordin. iudic. p. 4. disti. 5. nu. 41. vbi etiam quid in iudice delegato docet. Dicitur tamē suspecto delegare si subdito 120
suo deleget quia suspectus in cognoscēdo est suspectus in delegādo si subdito suo deleget, alias secus, Iaf. in l. est receptū ff. de iurisd. omn. iud. Castrē. & Deci. in l. prætor

ff. de iudic. Marc. Anton. de Amatis decis. 14. num. 12. Cancer. p. 3. vari. cap. 13. num. 189. & 190. Menoc. de arbitr. casu 458. n.

121 19. An iudex recusatus suspectus possit in causa suspicionis interrogari notant Thesaur. decis. 6. Baiard. ad Iul. Clar. quæst. 43. num. 6. Micha. Ferrer. 3. part. obser. c. 92. §. est etiam aduertendum.

122 Est & aliud circa iudicis suspecti recusationem insigne discrimen inter ius Cæsareum & Pontificium, nam iure Ciuili recusationis causa non est necessario exprimenda sed sufficit allegatio suspicionis in genere cum iuramento de calumnia quod calumnio se non recusat & erit hoc iuramentum loco probationis: at iure Canonico causa recusationis in libello recusatorio exprimenda est & probanda per tex. in ca. cum speciali de appellari. & in ca. secundo requiris §. 1. illo tit. ita distinguit post alios Andre. Gail prac. obser. lib 1. obser. 33. n. 14. qui tamen num. 16. subdit cõmunem iudiciorum vsum expressionem causæ requirere. quo remoto ait vbi seruatur ius Canonicum, eam fiendam, & vbi seruatur ius Ciuile, eam omittendam.

123 Fallit in notario, is enim indistincte ratione suspicionis solo iuramento partis recusari potest, vt notat Alex. cons. 104. num. 2. vbi plures ad hoc allegat. notat & Gail d. obser. 33. n. 17.

124 Fallit itém in iudice quando causa suspicionis non potest exprimi sine scandalo & præiudicio tertij, maximè si sit notabilis persona, tunc enim etiam vbi seruatur ius Canonicum, sufficit partis iuramentum vt post alios tradit Patian de probatio. li. 2. c. 45. num. 55. & alios refert eandem tenens & ita se seruasse asserens Cancer. var. par. 1 cap. 21 num. 35. in noua editio.

125 Fallit etiã in consultore per iudicem assumpto, quia potest suspectus recusari sine probatione causæ cum agatur de leui præiudicio, Patian. de probatio. lib 2. capite 45. numero 3. & 53. Cardin. Tusc. prac. conclusion. in verbo, *suspicio*, conclusione 907. numero 13. & conclusione 413. numero 30. vbi ait quod recusatur sine expressione causæ. Gabriel Berar. in spec. visit. ca. 6. n. 31. & 32. vbi in vno casu limitat.

Inter ius Municipale Cathaloniæ & ius commune est alia egregia differentia circa iudicis suspecti recusationem, quoniam in Cathalonia constitutione 11. tit. *de recusatio de tots Iutges*, cautum est ne Doctores Regij Cõcilij possint vt suspecti eo prætextu recusari quod ante sententiæ prolationem animum suum declarauerint. At iure cõmuni hæc legitima causa est ad recusandũ iudicem vt tradit Innocen. in c. irrefragabili §. excessus & ibi Imol. numero 8. Panor. numero 4. Fel. n. numero 4. de offic. ordin. Las. in l. solet numero 1. & ibi Alex. n. 6. de iurisdict. omn. iud. Marant. de ordin. iudic. 6. par. tit. de appellatio. numero 52. Hieron. Portol in scholijs ad Molin. verbo, *aduocatus* numero 114. & verbo, *iudex*. num. 60. & 61. vbi hoc declarat *fallere in iudice* 127 qui in processu possessorio summariſsimo sententiam tulit, in eoque suum animum declarauit: nam nihilominus postea in processu proprietatis iudicare poterit licet nihil de nouo deductum fuerit, sed ex eisdem meritis iterum iudicandum sit & ita in curia Iustitiæ Aragonum magno præuio examine bis decisum refert, quia iura communi iudex processus possessori præparatorij est iudex processus præparati proprietatis l. ordinarij & ibi Bar. Bal. & Saly. C. de rei vendic. Menoc. de arbitr. casu 371. numero 8. Afflic. dec. 354. numero 13. cum enim causa possessionis & proprietatis sit vnum continens, non à diuersis iudicibus, sed ab eodem terminanda est cap. 1. & ibi Anchar. Boich. Panor. & Rebuf. de caus. possess. & propri.

Si iudex à quo fuit appellatum, ad tribu- 128
nal causarum appellationum promotus fuerit, vt suspectus recusari potest nequitque de causa cognoscere, Deci. in l. Prętor n. 4 ff. de iurisd. om. iud. Areti n. cõs. 29. n. 25. Bald. cõs. 192. n. 2. vol. 2. Las. in d. l. solet n. 1. Bart. in l. eos n. 6. C. de apel. Socin. in ca. si quis contra clericum numero 11. de for. cõpet. Marãt. d. tit. de appellatio. n. 63. Portoles d. verb. *iudex* n. 10. & 11. quod etiam in Cathalonia procedere existimo, quia ex

quo

quo non ſolum iudex animum ſuum declarauit, ſed etiam de retractanda ſententia ab ipſo iudice lata agendum eſt, valde
129 ſuſpectus & illegitimus ille putatur & adeo vt quidam ſentiant etiam ſi à parte recuſatus non fuerit, non poſſe eum de cauſa illa cognoſcere, quæ tamen ampliatio vera nõ videtur & contra eam fuit deciſum in Curia Iuſtitiæ Aragonum, vt multis citatis tradit Portol. in dict. verb. *iudex* nu. 11.

130 Similiter ius Cathaloniæ differt à iure communi circa iudicis ſuſpecti recuſationem, quia conſtit. 8. tit. *de recuſatio de tots Iurges*, ſtatutum eſt non poſſe eſſe relatorẽ nec intervenire in aliqua cauſa eum cuius pater, filius, ſocer. gener, aut leuir fuerit, ſiue aduocatus in eadem cauſa. quod tamẽ intelligitur parte opponente & excipiente vt declarat Cancer. par. 1. var. cap. 21. nu. 49. & 50. Hæc autem ſuſpicionis cauſa iura communi non procedit, quia cum non agatur de proprio intereſſe, nec aduocatus tractet propriam cauſam, illa affectio quæ conſideratur ad cauſam, non eſt ſufficiens ad iudicem recuſandum, Dec. qui de cõmuni atteſtatur in c. ex inſinuatione num. 5. de appellat. & Alex. ibidem num. 4. & 5. & Fel. n. num. 1. poſt glo. ſ. ibi in verb. *aduocatus*. qui aſſerunt contrariam opinionẽ communiter improbari. Lancell. de attentat. par 2. cap. 6. num. 49. Portoles ad Molin. in verb. *iudex* num. 82. cum ſeqq. vbi quoque communem dicit. Marant. de ordi iudic. par. 6. tit. de appellatio, num. 55. alios refert Portoles. in verb. *aduocatus* nu. 12. qui tamen in dict. verb. *iudex* num. 83. quoſdam allegat qui nihilominus à communi recedentes iudicem ex cauſa prædicta recuſari poſſe tenuerunt.

131 Facultas recuſandi iudicem ſuſpectum, cum ſit ſpecies defenſionis & à iure Naturali deſcendat, neque per Principem tolli poteſt, glo. ſ. & Panorm. in cap. ad hoc de reſcrip. Lucas de Penna in l. curialibus de Decurion. lib. 11. C. Petr. Gregor. in ſyntagm. t. iur. vniu. lib. 49. cap. 3. num. 29. Horten. Caualca. de brachio Regio 3. par. num. 321. ſed neque lege aliqua ſeu conſtitutione auferri poteſt 5. ſed naturalia inſtit. de iur. natural. Ioſeph. Ramon. conſ. 3. num. 90. Vnde neque Princeps poteſt 132
cauſam committere cognoſcendam remota iudicis recuſatione, ſecundum magis communem DD. opinionem quos refert & ſequitur Cauagnolus decret. 20. 5. 1. quæſt. 10. & qui contrarium aſſerunt, intelligũt clauſulam, *recuſatione remota*, tantum de recuſatione friuola, Andre. Gail prac. obſer. lib. 1. obſer. 33. num. 4. & ſeqq. Cauagnol. vbi ſupra num. 5. vbi ſubdit grauius eſſe recuſationem iudicis ſuſpecti remouere, quam prohibere appellationem.

Non tamen auditur proponens cauſas 133
ſuſpicionis contra omnes iuriſperitos de ciuitate, imò tunc Præſes vnum ex ipſis in conſiliarium libere eligere poteſt vt tenet Caſtren in l. ſed ſi hoc 5. fin. n. 3. ff. de condit. & demonſt. Paris de Pute. de ſyndic. in verb. *ſuſpicio* num. 7. Rebuff. tom. 3. tit. de recuſat. artic. 9. glo. 5. num. 46. Auend. de exequen. lib. 2. cap. 23. num. 13. Hierony. Portol. in ſcholijs ad Molin. verbo, *iudex* n. 66. Rolan. conſ. 19 num. 6. & 7. volum. 3. Alex. conſ. 4. vol. 2. An totum concilium, collegium, vel Vniuerſitas ſuſpecta recuſari poſſit, late poſt quam plurimos alios tradit Ioſeph. Ramon. conſ. 3. Obiter animad uerte quod iudex recuſatus ex cauſis manifeſtè friuolis, poteſt recuſatione huiuſmodi non obſtante in cauſa procedere, Abbas in cap. cum ſpeciali in fin. de appel. Quaranta in Sum. verb. *Archiepiſcopi auctoritas*. pag. 60. Donat. à Fina tom. 1. communi. opini. lib. 3. tit. 1. num. 203. Farinac. conſ. 17. num. 16. & in praxi crimin. q. 21. num. 129. Auguſtin. Barboſa in ſuis votis deciſuis Canonicis lib. 1. vot. 4. num. 107.

An per aduentum & præſentiam maio- 134
ris magiſtratus ceſſet iuriſdictio minoris vt per aduentum & præſentiam Vicarij ceſſat exercitium Subuicarij & Locumtenentis, tex. eſt in l. potioris 5. c. de offic. rector. prouin. & ibi DD. & in c. 2. de offic. deleg. Aufrer. ad deciſ. Capel. Toloſ. 433. Bart. & alij in l. 3. c. de metat. & epide. li. 12. alios citat Petr. Font. de pact. nup. clau. 4. glo. 10. par. 1. n. 160. late de hac quæſtione ab illis non citatus Stephan. Gratian. deciſ. 30.

135 præsertim in addition. à num. 4. Ego in his multum tribuerem consuetudini. Die 4. Maij 1635 iussu domini Regis Regia Audientia Cathaloniæ & tribunalia Magistri Rationalis domus & curiæ suæ Maiestatis, ac Baiuliæ Generalis Cathaloniæ fuerunt translata à Ciuitate Barcinonæ in Ciuitatē Gerundæ vbi multis annis resident Locumtenens Baiuli generalis Strationis Gerundæ qui tunc erat Iosepus Cerda ciuis honoratus Gerundensis. Dubitatum fuit an per aduētum Baiuli Generalis ciusq; Regij Cōsilij, cessaret omne exercitium officij præfati Locumtenentis. & fuit resolutum cessare & ita fuit obseruatum & ita quoque respondit nobilis don Michael Sala Regēs Cancellariam qui multis annis fuerat assessor Baiuliæ generalis & fuit super hoc consultus. conducunt tradita per Gratian. dict. decis. 29. cum sua additione & alia superius allegata conducunt.

EX QVÆST. XIII.

SVMMARIVM.

1 *ILliteratus potest esse iudex.*
Extenditur etiam si nesciat legere neque scribere.
Illiteratus potest esse Decurio.

2 *Intellectus quorundam DD. & inter eos Thomæ Mieres ad l. certi iuris C. de iudic. quod specialis sit in Magistro militū, improbatur.*

3 *Imperatores & Reges qui iudicum munus exercuerunt.*
Prætores Villarum creantur imperiti litterarum.
Potestas terrarum plerunque est miles illiteratus.

4 *Iudex illiteratus nō cogitur assumere assessorem vel sapientis habere consilium.*
Sententia lata à iudice imperito sine consilio alterius, valet, licet ille peccauerit.

5 *Consultorem assumere vel non assumere lex posuit in potestate & mero arbitrio iudicantis, & in hoc standum est ipsius iudicis conscientiæ.*

6 *Iuris subtilitates quandoque obumbrant veritatem & recte sensati hominis iudicium conturbant.*

7 *Aliquando vnius & deterioris sententia potest & multos & maiores in aliqua parte superare.*

8 *Vtile est in facto dubio à pluribus consilium exquirere sapientibus & insipientibus.*
Plerunque parum sapientes in certa re habent intellectum elevatum, & acutius omni sapiente.

9 *Doctiores homines maiora aliquoties solet suscitare dubia.*
Historia Naturalis Camellorum, qui aquā claram ad bibendum appositam, pedibus conturbant antequam bibant.

10 *Prona hominum dissentiendi aptitudo & natura est, inter quos nihil est tam certum quod non patiatur solici ā disputationem.*
Diuersitatem corporum diuersitas sequitur animorum & quod capita tot sententiæ.

11 *Veritas nimium litigando sæpe amittitur.*

12 *Illiteratus iudex tenetur sumere assessorem quando statuto ita cauetur.*

13 *Item si ea in Regione vigeret consuetudo.*
Consuetudo in iudicialibus quomodo probāda sit & an probari possit per testes, vbi glosæ & DD. contrariæ sententiæ obseruantur.

14 *Item in casu necessitatis iudex tenetur sumere assessorem.*

15 *In causa cuius decisio legibus scriptis non vulgatis indigeret, non posset illiteratus inconsulto sapiente iudicare neq. Superior poterit ei hoc permittere. & confirmatur aliquibus argumentis. cum num. seqq.*

16 *Medicus propter insufficientiam reprobari potest.*

17 *Illiteratus non potest esse aduocatus, ex Bart. & alijs contra glosam.*

18 *Vt illiteratus possit sine assessore vel consultore iudicare, debet habere experientiā seu peritiam negociorum & causarum.*

19 *Sen-*

19 *Sententia DD. qui absolute tenent iure Communi illiteratum non posse obtinere munus iudicandi, quam Stephanus Gratianus tuetur & veriorem appellat, nisi in casu necessitatis & in aliorum defectum.*

20 *Sententia Ioannis Garcia tenentis mortaliter peccare eos, qui iudices vel assessores ignaros & imperitos eligunt.*

21 *Assessores debēt esse iurisperiti, nō tamen requiritur quod habeant gradum Doctoratus.*

Assessorum officiū inductū est ad instruēdos iudices & supplendam eorum imperitiam.

22 *Potestas facilius excusatur quam assessor in iure tamen, non in facto: quia debet cōsilio assessoris deliberare.*

23 *Magistratus de solo dolo tenetur, sed assessor de imperitia: quia assessor non eligitur nisi propter peritiam & n. 25.*

24 *Iudex ex consilio sui assessoris ordinarij excusatur, vbi Ciuitas ipsum ei elegerit.*

Fallit quando iudex ipse peritus esset.

Vnus Doctor propter consilium alterius Doctoris non excusatur.

26 *Si Officialis seu Iudex elegerit sibi assessorem, non excusatur, si postea assessoris sui consilio iniquam sententiam tulit, & si imperitum elegerit, ipse dabit pœnas.*

Intellige vt tamē excusetur à dolo, si assessoris sui consilio inique iudicauit, sit que libereatur ab actione iniuriarum. n. 27.

Item fallit si elegerit Doctorem in aliqua Vniuersitate approbata creatum. n. 29.

Electio assessoris de iure ad ipsum iudicem spectat.

28 *Mitius agitur cum Potestate quam cum Assessore.*

30 *An Princeps teneatur emendare facta officialium & assessorum, quos ipse creat.*

Quid de Baronibus & alijs dominis iurisdictionum, an teneantur de male gestis suorum officialium.

31 *In Cathalonia Assessores regiorum ordinariorum esse nō possunt nisi Bacallaurei in Iure ex aliqua Vniuersitate approbata, exceptis locis, vbi Doctores vel Bacallaurei non morantur.*

Assessor Vicarij & Baiuli Barcinonæ debet esse Doctor alicuius Vniuersitatis approbatæ & aduocasse in ea Ciuitate quatuor annis completis. Et in electione Conciliariorum & Septimanariorum prædictarum Curiarū Vicarij & Baiuli Barcinonæ certa traditur per cōstitutionē forma.

32 *An in Cathalonia Prætores seu Vicarij & Baiuli, Regijque Ordinarij sine consilio Assessoris possint iudicare & sententias dicere. Vbi Iacobi Cancerij & Petri Fontanella contrariæ traditiones referuntur. Quid in criminalibus cau. 5. n. 35.*

33 *In Cathalonia Vicarij & Baiuli quotidie domi suæ causas verbales audiunt & diriműt ipsi inter partes: quomodo tamē hæc iudicandi facultas sine assessoris consilio in dictis Vicarijs & Baiulis intelligenda sit ex sententia auctoris.*

34 *Constitutiones Cathaloniæ abeunt in desuetudinem per contrarium vsū totius Cathaloniæ, & Regis tolerantiam, licet consuetudo illis contraria reprobetur per plures constitutiones. Et possunt ab initio non recipi.*

Idem est de statutis reprobantibus consuetudinem etiam immemorialem.

35 *In Criminalibus causis circa consiliū assessoris adhibendū seruandæ sūt cōstitutiones scilicet 2. tit. de penas corporals y pecuniarias 1. tit. de capturas. 5. tit. do offici de Iurges y Assessors.*

36 *An d. constit. 5 præcedat in sententia interlocutoria & in pœna exilij. remissiue.*

An quæ in dd. constitutionibus disponuntur, obseruari etiam debeant in Ordinarijs Baronū, & an in casibus dd. constitutionū sententiæ latæ sine cōsilio assessoris sint nullæ. remissiuè.

An in casu d. cōstitut. 5. sēteti4 lata de cōsilio alicuius Bacallaurei Assessoris contra formā ipsius cōstitutionis nulla sit, & quā pœnam incurreret iste Assessor. remissiue.

37 *Casus fallētiales quos in Cathalonia in Criminalibus potest expedire officialis sine cōsilio seu prouisione Assessoris remissiue.*

ILLITERATVS AN POSSIT ESSE IVDEX VEL ASSESSOR.

QVÆST. XIII.

1 Communis est Doctorũ cõclusio illiteratũ esse posse iudicem, Accurti. in l. 2. ff. quod quisq; iuris. & in l. fin. verb. *profe-rant* iuncta glo. marginaria in verb. *laici* C. de senten. ex breuic. recitan Paris de Pute. de syndic. in verb. *Dicitur in litteris.* nu. 3. Chassan. in Catalog. gloriæ mund. par. 7. consideratio. 27. versic. *Et quoniam* fuse Auiles in cap. 36. prætor, in glosa, *firmadas.* vbi ampliat etiam si nesciat legere neque scribere. Augustin. Morla in empor. iuris tit. 2. quæst. 6. num. 11. Gonzal. super reg. 8. Cancellariæ de mensib. & alternatiua glos. 46. num. 68. vbi citat cap. suscitatus 5. illiteratus de rescrip. & num. seqq. Menoc. de arbitrar. iudic. lib. 1. quæst. 23. & idem cons. 100. num. 243. lib. 1. Bouadill. in Polit. tom. 1. lib. 1. cap. 6. num. 16. Muñoz de Escobar de ratiocin. cap. 27. num. 4. & 5. DD. per illum tex. in l. certi iuris C. de iudic. iuuat tex. in l. expertes. & ibi notat Bar. C. de decurionib. lib. 10. vbi illiteratus potest esse decurio.

2 Ex his constat communiter reprobari quorundam scriptorum opinionem tenentium dictam l. certi iuris C. de iudic. specialem esse in magistro militum. inter quos scriptores est noster Thomas Mieres par. 3 1. collatio. 6. cap. de iurisperitis num. 8. Sic Tiraq. de nobilitat. cap. 28. num. 17. & 18. plures Imperatores & Reges refert qui iudicum munus exercuerunt. & Menoc. n. 9. vbi supra notat quod Prætores villarum creantur imperiti litterarum. & Auiles supracitatus num. 7. quod Potestas terrarum plerunque est miles illiteratus.

Extenditur vt neque iudex illiteratus cogatur assumere Assessorem vel sapientis habere consilium. Scala Parauinus lib. 1. de consilio sapientis cap. 20. in fin. Menochi. d. quæst. 23. num. 9. Bouad. tom. 1. lib. 1. c. 12. num. 12. Sebastian. Vanti. de nullitat. ex defec. iurisdic. nu. 148. Iacob. Cancer. var. p. 3. cap. 17. num. 384. Gonzal. d. glo. 46. num. 69. cum. 2. seqq. vbi quod sententia lata à iudice imperito sine consilio alterius, tenet, licet ille peccauerit. Nam assumere vel non assumere consultorem lex reposuit in potestate & mœro arbitrio iudicantis vt est tex. in cap. statutum. 5. assessorem de rescrip. lib. 6. & an indigeat iudex consultore vel non, standum est ipsius iudicis conscientiæ vt ait Vanti. vbi supra. Adde quod iuris subtilitates quandoque obumbrant veritatem & recte sensati hominis iudicium conturbant ac pernitiosæ sunt l. veteris & ibi Bald. num. 2. & eius additio allegans Speculat. & Bart. C. de eõtrahen. & committen. stipulari Iaf. in 5. pœnales num. 41. Instit. de action. Segur. in directorio iudicum 1. par. cap. 5. Vnde illud prouerbium omnium sermone vsurpatum. *Summum ius summa iniuria.* Et inquit tex. in l. 1. 5. sed neque C. de veter. iur. enucle. quod potest vnius forsitan & deterioris sententia & multos & maiores in aliqua parte superare. quod pluribus extollit & orrat Chassan. in catal. glori mund. par. 11. consider. 9. quare Panor. in c. ad nostrã 8 de constit. asserit vtile esse in facto dubio à pluribus consilium exquirere sapientibus & insi-

& inſipientibus, quia plerunque parum ſapientes in certa re habẽt intellectum eleuatum & acutius omni ſapiente diſcurrunt.

9 Imò aliquando homines quo doctiores ſunt, maiora ſolent in qualibet re ſuſcitare dubia vt vere de ipſis dici valeat quod de camellis refert Ariſtoteles lib. 8. de hiſtoria animalium cap. 8. eos aquam clarã & cõſpicuam ad bibendum appoſitam pedibus conturbare prius antequam bibant. quia

10 prona mortalium diſſentiendi aptitudo & natura eſt, inter quos nihil tam certum & iuſtum eſt, quod non patiatur ſolicitã quandam diſputationem, vt inquit Imperator in auth. de tabellioni. §. ſi vero indignus verſic. *Proinde.* cap. quia diuerſitatem de præbend. vbi textus ait quod diuerſitatem

11 corporum diuerſitas ſequitur animorum. & ibi glo. quæ refert illud vulgatum. *quot capita, tot ſententiæ* notat Eſcobar de ratiocin. 1. cap. 32. num. 1. Et nimium litigãdo

12 ſæpè veritas amittitur vt obſeruat Theſaur. deciſ. 96. n. 1.

Fallit vbi ſtatuto conſtitutum eſſet quod illiteratus iudex deberet ſumere aſſeſſorẽ vel ſapientis conſilium nam tunc ſine dubio teneretur, ex doctrina Baldi in l. illa inſtitutio ff. de hæred. inſtit. Menoc. d. q. 13. n. 11. Scala Patauin. d. li. 1. de cõſilio ſapiẽtis cap. vlti. in fin. Bouadil. d. cap. 12. num. 12.

13 Fallit item ſi in regione vigeret conſuetudo quod illiteratus iudex aſſumeret aſſeſſorem: nam iſta conſuetudo ſicut lex eſt obſeruanda Abb. in cap. 1. num. 1. de iudic. Felin. in cap. ſcicitatus de reſcrip. num. 10. Bouadil. d. cap. 12. num. 8. & 12. Menoc. d. q. 23. in fin. Conſuetudo in iudicialibus quomodo probanda ſit & an per teſtes probari poſſit, diſputãt & docent Eſcobar de ratiocin. cap. 9. num. 44. Gutier. de tutel. 2 par. cap. 1. num. 33. Maſcard. concluſ.

14 1392. num. 5. poſt gl. ſ. in cap. quoniam contrà de probatio. quæ obſeruat quod actum in iudicio, non aliter quam ex ipſis actis iudicialibus probari poteſt. ſed cõtra deciſum refert Eſcobar & firmauit Gutierez vbi ſupra.

14 Fallit denique in caſu neceſſitatis, nam tunc illiteratus teneretur ſumere aſſeſſorẽ vel conſiliarium, vt cenſet per plura quæ allegat Bouadil. d. cap. 12. nu. 5. in fin. qua ratione exiſtimo quod in cauſis quarum deciſio legibus ſcriptis non vulgatis indigeret, non poterit illiteratus inconſulto ſapiente ſententiam dicere & iudicare, nec tale ipoterit ei Superior conſentire. quod præter citata confirmo. nam vt ait S. Gregori. li. 27. morali. quomodo iudex recte iudicabit, ſi legem per quam iudicaturus eſt, ignorat? Item ſuper in l. vt gradatim §. reprobari ff. de muner. & honor. & in l. ſed reprobari ff. de excuſat. tutor. expreſſe cauetur quod medicus propter inſufficientiam reprobari poteſt. quare ergo ob eam cauſam non reprobabitur & iudex? vt ſcripſit Franciſc. Marc. dec. 650. in prin.

15

16

Præterea ſi illiteratus nõ poteſt eſſe Ad 17
uocatus, vt Bart. quem cæteri ſequuntur, probat contra glo. ibi in l. 1. ff. de poſtulan. & ſuo loco late ſcripſimus, fortius videbatur quod iudex litteratus eſſe debebat, niſi lex cõfideret quod in caſu neceſſitatis per ſuos aſſeſſores & conſultores ſcientiam & peritiam habere poſſet, vt bene reſpondet Syluester in ſum. verbo, *aduocatus* num. 1.

Sic etiam infero quod vt illiteratus poſ- 18
ſit ſine aſſeſſore vel conſultore iudicare, debet habere experientiam ſeu peritiam negociorum & cauſarum & hoc probat tex. in d. l. certi iuris C. de iudic. Suarez de Paz in praxi par. 1. tom. 1. tempore 1. nu. 53 & 54. & Sigiſmun. Deſpui. ad Thomã Mieres in verbo. *iudices.* vbi ait quod iudices de iure communi poſſunt eſſe illiterati, habentes tamen peritiam cauſarum.

Non deſunt qui abſolute tenent iure 19
Communi illiteratum non poſſe obtinere munus iudicandi, inter quos eſt Gratian. diſcep. forenſ. tom 1. cap. 186. à num. 47. qui hanc effuſe tuetur & veriorem dicit. ſed ſuam limitat Gratian. ibidem num. 53. niſi in caſu neceſſitatis & in aliorũ defectũ. Adde Ioannem Garciam, quem refert Eſcobar d. c. 27 n. 7. tenentẽ mortaliter peccare eos qui iudices, vel aſſeſſores ignaros & imperitos eligunt.

Aſſeſſores,

21 Aſſeſſores, cum eorũ officium inductũ ſit ad inſtruendos iudices quid agere & definire debeant & ad ſupplendam eorum imperitiam, vt probat Chaſſan. in cata. glor. mun. par. 7. conſider. 27. verſic. *& quoniam.* Marta de iuriſd. par. 4. centur. 2. caſu. 174. num. 3. debent eſſe iurisperiti, non tamen requiritur quod habeant Doctoratus gradum, Salycet. in l. 1. C. de pœna iudic. qui male iudica. Purpurat. in l. 1. num. 72. ff. de offic. aſſeſſor. & ibi etiam Ioan. Bolognet. num. 13. Bald. in l. ſi quid *ſ.* ſi venditor ff. de ædilit. edic. Iacob. Menoc. de arbitr. iudic. centur. 3. caſu 253. num. 1.

22 3. & 6. Auguſti. Morla in empor. iur. tit. 2. quæſt. 6. num. 24. Vnde Paris de Pute. de ſyndic. in ver. *Poteſtas* n. 12. ait quod Poteſtas facilius excuſatur quam aſſeſſor, in iure tamen, non in facto, quia debet conſilio aſſeſſoris deliberare, non ex ſuo capite. Ideo glo. in verb. *aſſeſſori.* in. l. 2. ff. quod quiſ-

23 que iuriſ. quam ibi Bart. & Alex. ſequuntur, dicit quod magiſtratus de ſolo dolo tenetur, ſed aſſeſſor de imperitia, quia aſſeſſor non conſueuit eligi niſi propter peritiam vt l. 1. C. de aſſeſſor. & cum ipſe conſenſerit electioni de ſe factæ, vt ſit aſſeſſor, videtur affirmare ſe ſapientem & ſua ſibi tacita aſſeueratio nocet, magiſtratus vero etiã imperiti litterarum & bene experti negociorum ſæpiſſimè eliguntur: vnde non debet eis iuris imperitia aſcribi cum nec ob hãc cauſam electi fuerint. hactenus iſta glo.

24 Sic Hieronim. Portol. ad Molin. *ſ.* aſſeſſor num. 2. docet ex multis quod iudex ex cõſilio ſui aſſeſſoris ordinarij excuſatur, vbi Ciuitas ipſum ei elegerit, ſed num. 8. fallere ait quando iudex ipſe peritus eſſet, ſicut vnus Doctor propter conſilium alterius Doctoris non excuſatur vt Boſſi. aſſerit tit.

25 de offic. corrup. num. 29 & 30. Et quod aſſeſſor de malo conſilio iudici præſtito teneatur multis citatis probat idem Portol. in d. verb. *aſſeſſor* num. 5. & 6. Cepol. cautel. 35. & 215. num. 1. Cataldi. de ſyndicat. num. 23. Deci conſ. 8. num. 2. Caſſan. rubr.

26 4. *ſ.* 7. in verb *ſine cauſa.* n. 34. Quamquam verum eſt quod ſi iudex ſiue officialis elegerit ſibi aſſeſſorem, pro vt de iure ad ipſum iudicem ſpectat eligere ſibi aſſeſſorẽ, vt probat tex. in l. 1. & in l. liceat C. de offic. aſſeſſor. & ſcribunt omnes in l. 1. ff. eod. & ibi Purpurat. num. 71. Menoc. d. caſu 253. num. 3. & 4. non poteſt poſtmodum ſe ipſum excuſare ſi ſui aſſeſſoris conſilio iniquã ſententiam tulit, & ſi imperitum aſſeſſorẽ elegerit, ipſe dabit pœnas, Alex. conſ. 64. lib. 1. Purpurat. in l. 1. num. 71. in fin. de offi. aſſeſſ. & omnes in l 2. ff. quod quiſq. iu. Menoc. d. caſu 253. num. 3. & 5. qui latius de hoc agit caſu 339. & Thom. Mieres p. 27

1. collatio. 4. c. 28. de aſſeſſore Villæfran. num. 5. intelligit vt tamen excuſetur à dolo & idem quod Mieres, tenet Cancerius var. par. 2. cap. 2. num. 148. & ſeqq. inferens propterea liberari ab actione iniuriarum. Vnde ait Paris de Pute. de ſyndicat. in verb. 28

aſſeſſor num. 14. mitius agi cum Poteſtate quam cum aſſeſſore. Cattelia. Cotta in ſuis memoralibus, in verb. *aſſeſſoris.* tradit quo- 29

que quod magiſtratum non excuſat imperitia ſui aſſeſſoris ſi ipſe eum elegerit, limitat tamẽ & fallere ſubijcit ſi elegerit Doctorem creatum in aliqua Vniuerſitate approbata. De hac etiam quæſtione Bouadil. in Polit. lib. 1. cap. 12. à num. 42. Diaz regula 54. Et an aſſeſſorum & officialium quos 30

Princeps creat, teneatur ipſe princeps facta emendare, negatiue ex multis reſoluit Iacob. Calici. in extragrauatorio curiarum cap. 7. num. 117. Idem de Principe & de Baronibus & Dominis iuriſdictionum qui crearunt officiales, quod non teneantur de male geſtis ſuorum officialiũ, licet officiales conſilio aſſeſſoris excuſentur, ſuſe ſcribit Fontanell. de pac. nup. clauſ. 4. glo. 10. par. 1. à num. 166. vbi quoque num. 165. refert & ſequitur & deciſione Regij Concilij confirmat opinionem prædictam Cancerij ſupra proxime citati quæ prius fuit Thomæ Mieres allegati.

In Cathalonia per conſtitutio. 4. *com lo exercici* & conſtit. 5. *Ajuſtant* tit. *de offici de Iutges y aſſeſſors ordinaris.* aſſeſſores regiorum ordinariorum eſſe non poſſunt, niſi qui obtinuerint gradum Bacallaureatus in iure, alicuius Vniuerſitatis approbatæ, exceptis locis vbi Doctores vel Bacallaurei 31

non

non morentur. & per constitutio. 6. *Mes statuim.* illo tit. Assessor Vicarij & Baiuli Barcinonæ debet esse Doctor alicuius Vniuersitatis approbatæ & adoocasse in ea Ciuitate quatuor annis completis & in electione Consiliariorum & Septimaneriorũ prædictarum Curiarum Vicarij & Baiuli Barcinonen. certa quoque traditur forma.

32 Sed an in Cathalonia Prætores seu Vicarij & Baiuli, Regijque Ordinarijs sine cõsilio assessoris possint iudicare & sententias dicere, videbatur non posse per constitutio. 9. *Statuim* tit. *de offici de Veguers.* vbi cauetur quod in ingressu officij iurent quod non iudicabunt sine cognitione assessoris & ita asserit Fontanell. de pac. nup. tom. 1. claus. 4. glo. 10. p. 1. n. 162. tam in Ciuilibus quam in criminalibus. attamen in Ciuilibus aliud stilus Curiarum recepit, vt notat in terminis Cancer. var. par. 3. c. 17. num. 386 qui ait comprobari per constitution. 3. *Apostants* tit. *de appellations.* quæ

33 est posterior, dum tantum causas appellationum iurisperitis committi iubet. Si videmus quotidie quod Vicarij & Baiuli domi suæ causas verbales auditiui & diffiniunt inter partes. Ego autem hanc facultatem iudicandi sine consilio assessoris præfatis Regijs Ordinarijs limitandam & intelligẽdam censeo cum limitationibus quas supra ad quæstionem principalem tradidi & in causis pari ponderis, nec enim in alijs ita

34 receptum est. Ad prælibatam constitutio. *Statuim.* 9. potest etiam responderi quod constitutiones Cathaloniæ in dessuetudinẽ abeunt per contrarium vsum totius Cathaloniæ & Regis tolerantiam, non obstante quod in ipsis per plures constitutiones tit. *de obseruar constitutions*, consuetudo contraria reprobetur, & possunt ab initio nõ recipi vt obseruant post Mierem & Marquill. Oliba de actionib. par. 1. lib. 3. ad §. pœnales num. 86. Cancer. var. par. 3. cap. 4. num. 172. cum 3. seqq. & idem de simili statuto reprobante consuetudinem etiam immemorialem scripserunt Gironda de gabellis par. 8. nu. 36. & Soto de iusti. & iur. lib. 1. quæst. 6. artic. 2. versi. *hoc ergo memoriæ*, Alderan. Mascar. de generali interpretatio. statutor. conclus. 8. num. 74. In 35

criminalibus seruandæ sunt constitut. 2. tit. *de penas corporals, y pecuniarias.* vbi statuitur in criminalibus neminem puniri, neque absolui posse sine assessoris consilio. constitut. 1. tit. *de capturas.* iuxta quam non potest quis capi (nisi crimine fraganti) sine consilio assessoris. constit. 5 tit. *de offici de Iutges y Assessors.* vbi quid in criminalibus si assessor non fuerit Doctor, sed tantũ Bacallaureus. super quibus constitutionibus 36

quæstiones suscitat & resoluit Cancer. d. c. 17. num. 160. & seqq vbi quærit an d. constit. 5 procedat in sententia interlocutoria & in pœna exilij. & num. 387. & seqq. vbi disputat an quæ in dd. constitutionibus disponuntur, obseruari etiã debeant in Ordinarijs Baronum, & an in casibus dd. constitutionum sententiæ latæ sine consilio assessoris sint nullæ. & par. 2. cap. 2. in noua editio. num. 272. & seqq. vbi tradit an in casu d. constitut. 5. sententia lata de consilio alicuius Bacallaurei assessoris contra formã ipsius constitutionis sit nulla, & quam pœnam incurreret iste assessor. Casus fallentia 37

les quos in Cathalonia in criminalibus potest expedire officialis sine consilio seu prouisione assessoris, affert Fontanell. de pac. nup. claus. 4. glo. 10. par. 1. num. 163.

EX QVÆST. XIV.

SVMMARIVM.

1 *IVdex in causa sua vel vxoris aut liberorum seu suorũ familiarium quis esse nequit.*

Iuri Naturali repugnat vt ius quis sibi dicat, ex sententia Philosophi.

2 *Princeps potest esse iudex in causa propria, & quæ sit ratio.*

3 *Princeps de honestate causam suam alteri delegat.*

Romani Pontifices qui causas suas alijs delegarunt.

4 *Rex vel Imperator regulariter constituit*

pro

UAB Biblioteca de Ciències Socials

pro suis causis alium iudicem scilicet Procuratorem Cæsaris.

5 Princeps est iudex in causa propria quo ad sibi subditos, non quo ad alios.

Quid si ageretur de maiori parte Regni & Rex esset reus.

6 An quis possit esse iudex in causa propria, si a parte non oponatur, fulcitur negatiua & referuntur DD. eam tenentes.

Fulcitur affirmatiua & referuntur DD. eam tenentes & quæsit communis. num. 9.

7 Arbiter in sua causa an quis esse possit, aduersario consentiente, & an arbitrator.

8 An sententia iudicis in causa propria, parte consentientis lata, valeat in vim pacti.

10 Sententia Speculatoris quod potest quis esse iudex in causa propria, si persona sit quæ omni caret suspicione.

11 In Cathalonia Regij Senatores motu proprio abstinent à causis in quibus de suo vel vxoris aut liberorum suorum agitur interesse.

12 In Criminalibus etiam parte non opponente, non potest quis iudex esse in causa propria.

In Criminalibus an detur prorogatio iurisdictionis.

Iudex qui scit se morte dignum, non potest se ad mortem condemnare.

13 An constitutione effici possit vt quis sit iudex in causa propria.

14 Et an consuetudine.

15 Auctoris super hoc sententia.

16 Statutum disponens quod stetur dicto alicuius in causa propria, est contra ius Naturæ & mœram æquitatem.

17 In iurisdictione volũtaria potest quis iudex esse in causa sua.

Filius familias Consul vel Præses potest apud semetipsum emancipari vel in adoptionem dari.

Pater apud tilium Magistratum potest manumittere seruum suum.

18 An dominus Castri, habens mœrum & mixtum imperium, possit sibi auctorari in ijs quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, vt est insinuare, constituere actorem, & alia.

19 Non potest quis sibi auctor esse ad sui cõmodum in causa propria, ita vt mediante sua auctoritate acquirat ex bonis illius cui auctoritatem præbet. secus ex bonis alterius. & ibi exempla in donatione filij fam. patri facta causa mortis, & in alijs actibus in quibus ex statuti dispositione requiritur consensus alicuius vt interminis constitutionum Cathaloniæ tit. de menors de 25. anys.

20 Iudex in causa propria quis esse potest ob defectum iudicis competentis, vbi periculum est in mora.

Hac ratione monachi possunt capere Abbatem male eos tractantem.

21 Sic quando actio esset tempore peritura & periculum in mora, potest iudex cognoscere de causa sua vsq. ad litis contestationem & ita quousque perpetuetur actio.

22 Iudex licet non possit de causa cognoscere propria, potest tamen delinquentem capere, & carcerare, dum delictũ Superiori notificat.

Sic iudices inferiores & incompetentes tenentur capere delinquentes, de quibus cognoscere non possunt, & eos ad Superiorem vel iudicem cõpetentem remittere.

23 An in causis breuibus & leuibus ratione paruitatis possit quis esse iudex sibi & suis. & ibi contrariæ referuntur DD. opiniones.

24 Iudex ordinarius atque etiam delegatus cognoscere potest an ipse sit iudex competens, suaque sit iurisdictio.

25 Conseruatores qui reputantur Ordinarij & habẽt limitatam iurisdictionem circa manifestas & notorias iniurias: si ipsis negatur qualitas notorietatis, possunt super ea informationem recipere & de illa cognoscere.

Iudex inter se & partem cognoscit an sua sit iurisdictio: secus inter se & alium iudicem. & intelligitur ac declaratur tex. in l. si quis ex aliena ff. de iudic.

26 Iudex alias incõpetens, potest eõdemnare agentem

agentem in expensis & interesse, si ipse se in competentem pronunciet.

Delegatus per falsum rescriptum impetratus, potest impetrantem condemnare in expensis atque etiam carcerare.

27 *Iudex potest condemnare partem in expensis ob retardatam fori declinatoriam.*

28 *Iudex Ecclesiasticus potest cognoscere de negligentia iudicis secularis circa causas viduarum & pupillorum & miserabilium personarum & de denoluta sibi ob eã rationem iurisdictione. & an hoc raro eueniat.*

29 *Virum iudex possit iudicare an sua sit iurisdictio, quando sentiret commodum sportularum & expensarum litis, vel quando eidem ex lege vel statuto applicaretur aliqua pars litis vel pœnæ. Vbi referuntur contrariæ DD. opiniones.*

30 *An iudex possit punire iniuriam sibi illatam & iudicare de causa suæ iniuriæ.*

31 *Si officialis est offensus contemplatione officij, potest cognoscere de causa offensionis & iniuriæ & reum condemnare & punire, licet factum iniuriæ non sit notorium, nec pœna à lege vel statuto certa imposita. & quæ sit ratio. An possit irrogare pœnam mortis. n. 35.*

In Magistratu repræsentatur Princeps, sicut dominus seruo, & Ecclesia in ministro suo.

Iudex suam iurisdictionem defendere debet.

32 *Iasonis circa hæc opinio impugnatur, qui voluit causam ad Superiorem remitti.*

33 *Petri de Bellapertica opinio refutatur qui sensit assignandum esse coniudicem.*

34 *Opinio Alphonsi Norbona texatur qui distinguit an offensa sit notoria & pœna certa vel non.*

36 *Verus intellectus ad tex. in ca. Guilisarius & in ca. inter querelas 23. quæst. 4.*

Episcopus an possit excommunicare aliquẽ pro iniuria sibi illata. Vbi distinguitur.

37 *Iudex etiam causarum tantum Ciuilium potest punire eos, qui eum intuitu sui officij offendunt: pœna tamen pecuniaria, & poterit nihilominus puniri offensor à suo iudice pœna ordinaria.*

38 *Vbi quæritur an iniuria illata sit iudici contemplatione officij, vel priuato odio, ad coniecturas recurrendum est & quæ sint istæ coniecturæ.*

39 *Inspici debet origo offensæ ad capiendam hanc coniecturam.*

40 *Cessantibus coniecturis potius præsumitur causæ priuati odij, vt maius delictum excludatur.*

Officialis in dubio præsumitur gessisse actũ vt officialem, non vt priuatam personam.

41 *Vbi iniuria illata est iudici priuato odio personæ, ipse potest esse iudex, si tamen delictum est notorium, & pœna delicti certa, alias secus.*

42 *Fallit in iudice delegato.*

43 *Quid quando iudici ex lege vel statuto applicaretur aliqua pars pœnæ vel litis.*

44 *Si dubium est an iniuria sit irrogata iudici vt iudici vel vt priuato, an sit ei dandus adiunctus & quid seruet Regia Audientia Cathaloniæ.*

45 *Si illata sit iniuria ex inimicitia personali, secundario tamen spectet dignitatem officij, præualet principale propositum.*

Potest tamen facere iudex vt offensor pœnatur in tuta custodia & Superiori querela reseruetur.

Iniuria cognoscitur & distinguitur ex voluntate inferentis.

46 *Licet iudex possit cognoscere de iniuria sibi illata. Superior parte præsertim petẽte promptus esse debet ad causam alij cognoscendam committere, vel dandum adiunctum, licet offensa facta sit ratione officij.*

47 *Si turbatur iurisdictio iudicis, siue ordinarius siue delegatus sit, potest de causa cognoscere & punire & ibi exemplũ de eo qui exemit captum de manibus officialis.*

48 *Quid*

48 *Quid si non fiat ad turbandam iurisdictionem iudicis verbi gratia si quis alterum ex litigantibus venientem ad iudicium coram delegato, ignorans eum ad iudicium venire, vel non faciens ad impediendam iurisdictionem, ex priuata inimicitia verberet vel ladat, an possit iudex delegatus punire offensorem, tanquã turbãtem suam iurisdictionem. & ibi cõtrariæ Speculatoris & Innocentij sententiæ.*

49 *An iudex delegatus offendentem ex priuato odio & non ex causa officij vel in exercicio officij, officialem suum, possit punire vti turbantem vel iniuriantem iurisdictionem ipsius delegati, si sciebat offensor offensum esse officialem & ministrum huius delegati.*

50 *Potest iudex quis esse in causa sui officialis veluti notarij vel assessoris qui deliquit in officio & ab eius sententia non appellatur.*

Limitatio Doctoris Auiles circa hoc improbatur.

51 *Vsque ad quem gradum consanguinitatis prohibeatur quis iudex esse in causis suorum.*

52 *Recusatio iudicis ex leui causa conceditur, imò ex leuiori quam recusatio testis.*

53 *Iudex consangineus si à parte non recusatur, pronunciare potest & tenet eius sententia.*

Quid si ab vno litigantium recusetur, ab alijs vero non opponatur.

54 *Statuto vel consuetudine sæpè ex causa consanguinitatis prohibetur iudex vsq. ad certum gradum & derogatur iuri Communi.*

55 *Quid in Aragonia ex causa consanguinitatis, & ex causa affinitatis.*

56 *Quid in Cathalonia ex causa consanguinitatis.*

Regij Senatores Cathaloniæ vsq; ad 4. gradum consanguinitatis vltro abstinent, antequam recusentur.

Relictum Episcopo à propinquo, præsumitur relictũ intuitu Episcopi, nõ Ecclesiæ, si propinquus sit intra 4. gradum.

57 *Quo ad affinitatem in Cathalonia contra Regios Senatores suspiciones vsque ad 4. gradum inclusiue procedunt, licet aliquando super hoc contrariæ fuerint obseruantiæ.*

Fallit quando non remanent affinitatis reliquiæ.

Suspicio ex causa affinitatis non protenditur iure Communi vltra primum gradum.

Testis esse non potest frater pro vxore fratris viuentis, mortui tamen sic.

58 *Contra Regios Senatores Cathaloniæ non nisi graues suspiciones admittuntur, quia plurimum de ipsis confiditur.*

Ex causa solius amicitiæ non recusantur.

59 *Opinio Menochij & aliorum quod iudicis arbitrio iure Cõmuni relinquatur vsque ad quem gradum consanguinitat is iudex suspectus censendus sit.*

60 *Computatio graduum circa recusationẽ iudicis ex causa consanguinitatis fieri debet secundum ius Ciuile, non secundum ius Canonicum.*

In Aragonia ex consuetudine fit secundũ ius Canonicum.

61 *Computatio graduum secundum ius Canonicum dumtaxat attenditur in matrimonijs, in alijs vero causis ius Ciuile inspicitur, etiam in terris Ecclesiæ, & in Prouincijs in quibus seruatur prius ius Canonicum quam Ciuile. & numero 62.*

Computatio graduum iure Ciuili quomodo fiat, & quomodo iure Canonico, remissiue.

62 *Computatio graduum in Cathalonia ad recusandos Regios Senatores ex causa consanguinitatis an fiat secundum ius Canonicum vel Ciuile.*

63 *Si vterque litigantium eodem gradu iudici coniunctus est, à nemine illorum recusari potest: secus si vnus litigantium est propinquior, consanguineus iudici.*

64 *Compater in causa filij spiritualis an esse possit iudex.*

65 *Quid super hoc seruet Regia Audientia Cathaloniæ.*

66 Com-

66 Compaternitas spiritualis an repellat testem.

Minor causa suspicionis sufficit ad recusandum iudicem, quam ad recusandũ testem.

67 An Comites & Barones possint cognoscere de causa inter ipsos & eorum subditos.

An possint hanc causam alijs delegare.

68 Suspectus in cognoscendo & iudicando, non est suspectus in delegando, nisi subdito suo deleget.

69 Baiulus Baronis potest esse iudex in causa Baronis & subditorum eius.

70 In Cathalonia Barones & Domini iurisdictionum in causis inter ipsos & ipsorum subditos assignant iudicem, à cuius sententia, tam Baro, quam subditus appellare potest, & in secunda instantia Baro dabit iudicem, sola tertia instantia Comiti Barcinonæ reseruata.

In Cathalonia præfati Barones & Domini in assignando iudicem in causa propria æquiparantur Principi.

71 Sic quoque in Cathalonia dominus directus dat iudicem emphyteotæ suo in causis inter se & illum.

An tunc dominus directus si fuerit condemnatus, appellare possit & quid si litigauerit per procuratorem.

Dominus directus habet iurisdictionem in emphyteotam suum in Cathalonia, non tamen priuatiue ad ordinarium.

72 De iniurijs Baroni illatis à subditis, Baro non cognoscit, neq. per se, neq. per suos iudices ordinarios, vel delegatos etiam non subditos.

Et non solum nõ procedit criminaliter: verum nec ciuiliter, si ciuiliter de ipsis iniurijs agatur.

73 Officiales reddantur suspecti propter inimicitiã Domini iurisdictionis & factũ officialis cẽsetur factum ab ipso domino.

74 Rationi naturali repugnat vt offensus sit iudex offendentis de offensa contra eum facta.

75 Etiã in Cathalonia Baro in causa offensæ sibi per subditum factæ iudex esse non potest, neque per se, neq. per suos iudices. Vbi exemplaria referuntur remissiue.

76 Et procedit etiam parte non opponẽte & ipso iure.

77 Quid si offensa sit notoria & pœna à iure determinata.

78 Quid si offensa facta sit Baroni à subdito intuitu officij & dignitatis iurisdictionis ipsius Baronis

Quid de vassallis Baronis rebellantibus à sua obedientia ad Cæsarem, & impedientibus introitum exactionem.

Opinio Doctoris Bouadilla circa hac impugnatur.

79 Concilium Castelli à Bouadilla quod Baronibus offensis à vassallis tribuit, laudatur.

80 Quid censerit & seruauerit Regia Audientia Cathaloniæ in casu Baronis offensi à vassallis intuitu officij & iurisdictionis ipsius Domini.

81 Episcopus potest esse iudex in causa suæ Ecclesiæ.

Volens venditionẽ à se factam de rebus Ecclesiæ tractare, coram eius Vicario litẽ mouere potest.

Potest per eius Vicarium mitti in possessionem bonorum pauperibus relictorum.

82 Episcopus potest esse iudex in causa propria, subsistente manifesta & rationabili causa, quæ spectet ad dignitatẽ & honorẽ Ecclesiæ, tũ etiam ratione notorij & manifesti.

83 Subsistente item manifesta & rationabili causa potest subditos clericos compellere ad charitatiuũ subsidium sibi soluẽdũ, & propter hoc illos excommunicare.

84 An vna pars partem aliam sine nuncij seu apparitoris publici interuentu citare possit & distinguitur.

Parti non creditur sine litteris iudicis committentis.

85 Respondetur contrarijs argumẽtis Doctoris Rebuffi.

86 Citatio realis siue prahensio personæ nequit à parte fieri, nisi in debitore suspecto.

87 Casus, in quibus quis propria auctoritate sine iudice potest sibi ius dicere, remissiue.

DE IVDICE IN CAVSA PROPRIA.

QVÆST. XIV.

1 Vdex in causa sua vel vxoris aut liberorum seu suorum familiarium regulariter quis esse non potest l. qui iurisdictioni & ibi omnes DD. ff. de iurisdic. omn. iudic. l. vnic. C. ne quis in sua causa. l. lex Cornelia 5. vers. *qua lege* ff. de iniur. l. Senatusconsulto 16. §. si quid tamen ff. de offi. præsid. C. 1. 4. q. 4. l. nullus C. de iudic. Cardin. Tusc. conclus. 403. lit. I. Bartol. Socin. regul. 195. & 203. Aloysi. de Leo ad d. l. vnic. à n. 1. ad 6. Alphons. Narbon. ad leges regi. lib. 4. tit. 1. *de la jurisdicion Real* lege 20. glo. 18. n. 24. Ioseph. Ramon. cons. 3. n. 9. Augusti. Morla in empor. iuris par. 1. tit. 2. de iurisdictione omnium iudicum n. 206. Surd. cons. 50. n. 26. vol. 1. Auiles cap. 3. Prator. in verb. *Abogados* à num. 9. & Aristo. li. 3. Polyt. c. 6. annotauit naturali rationi repugnare vt quis ius sibi dicat.

2 Hæc regula præcipuè fallit in Principe qui non recognoscit Superiorem potest enim esse iudex in causa propria l. proxime ff. de his quæ in testa delen. l. & hoc Tiberius ff. de hæred. instit. l. qui duos in fin. ff. de coniungen. cum emancip. libe. glo. in c. Guilisarius 23. q. 4. in verb. *anathematizari*. glo. in c. si quis pecunia 79. dist. & in c. aliorum 9. q. 3. Alex. in l. est receptum ff. de iurisd. om. iud. Deci. in c. cùm venissent de iudic. Abb. in c. cum dilecta de confirm. vtil. vel in vt Restaur. Castald. in tractat. de Imperatore quæst. 91. num. 2. Auiles d. cap. 3. verb *Abogados* n. 9. Ratio Principalis esse videtur ob defectum Superioris vt Abbas
3 notat in d. c. cum venissent. Licet autem Princeps possit esse iudex in causa propria, tamen de honestate causam alteri delegat vt asserit & tenet Deci. in d. c. cum venisset. referés ita plures Pontifices fecisse Damasum, Syxtum, Leonem, Petrum Apostolum, & Gregorium. glo. in l. bene Azenone C. de quadri. præscript. in verb. *tussione*. tex. & ibi DD. in cap. 1. vt Ecclesiast. benefi. in pri. & 4
Rex vel Imperator regulariter cõstituit aliũ iudicem scilicet Procuratorem Cæsaris qui de causis spectantibus ad eum cognoscit vt in l. Procurator C. de eden. Præterea Princeps est iudex in causa propria quo ad sibi subditos, non quo ad alios. ita Felin. in d. ca. cum venissent. Abbas in ca. nouit de iudic. Alex. in d. l. est receptum. Castald. d. q. 91. 4. Auiles ibi supra n. 9. vers. *Et quod dixi*. Et ab vbi ageretur de maiori parte regni & Rex esset reus, posset esse iudex in causa sua attigit Castald. d. q. 91. n. 5. §

Quæro an de consensu partis & sic si à 6
parte non opponatur, possit quis iudex esse in causa propria. Aloysi. de Leo in d. l. vnic. C. ne quis in sua causa. n. 1. asserit non esse iudicem in causa propria etiam aduersario volente. & similiter Abbas in d. ca. cum venissent n. 12. tenet si quis iudex fiat in causa propria, non valere sententiam etiam si aduersarius consentiret. Pro ista opinione facit tex. in l. pen. ff. de recep. arbitr. vbi Martianus ait. *Si de re sua quis arbiter factus sit, sententiã dicere nõ potest, quia se facere iuberet aut pati re prohiberet neq. autẽ imperare sibi, neq. prohibere quisquã potest*. Inde Ab- 7
bas per eũ tex. loco prædicto etiã notat non posse aliquẽ esse arbitrũ in sua causa etiã aduersario cõsentiente subdit tamẽ posse esse arbitratorẽ vt extraiudicialiter procedat vt c. veniẽs, & c. quinta vallis de iu. iur. similiter Bar. Socin. in re. 195. affirmat nõ posse quẽ esse arbitrũ in causa propria d. l. pen. posse tamen

tamen eſſe arbitratorem l. ſi libertus ff. de
8 oper. libert. Sed Æneas de Falco. in additio. ad eundē Abbatē docet quod licet sētētia iudicis in cauſa ſua validari nō poſſit ex cōſenſu partium, tamen forte valeret in vim
9 pacti. Alex. autem in d. l. qui iuriſdictioni cenſet ſi à parte non opponatur, valere ſententiam iudicis in cauſa propria. & ita cōmuniter teneri teſtatur Iaſ. in d. l qui iuriſdictioni n. 6. in fin. cōmunem hanc dicit etiā Auil. in c. 3. prætor. in verb. *Abogados* n. 10 vbi eandem tenet. ſic profert leā. de Imol. in d. l. qui iuriſdictioni. quod ſi contingāt liberi coram patre officiali, & actor confidit
10 de eo, nō eſt denegāda iuriſdictio. Et Speculin. tit. de iudice delegato §. ſuper eſt. verſ. *ſi non eſt conſanguineus.* ſentit ſi perſona iudicis eſſet eiuſmodi quod omnis veriſimiliter ceſſaret ſuſpitio, vt ſi eſſet monachus, poſſe illū iudicem eſſe in cauſa propria argumento l. nō omnis §. à barbaris ff. de re militari & l. 1. in prin. ff. de teſtib. In
11 hac Regia Audiētia Senatores ipſi proprio motu abſtinent à cauſis propriis ſeu in quibus de proprio ipſorū, vel vxoris aut liberorū ſuorū intereſſe agitur & ita ſeruari vi-
12 deo & notat Ferrer 3. p. obſer. c. 92. In criminalibus non poterit quis iudex eſſe in cauſa propria, etiā ſi à parte nō opponatur, ad tradita per Albert. Brun. conſ. 31. vol. 1. vbi declarat quemadmodum intelligatur quod dicitur in criminalibus non dari prorogationē iuriſdictionis. facit Rodrig. in ſū. to. 1. c. 134. conclu. 1. n. 1. quo cōcludit iudicē qui ſcit ſe morte dignū, non poſſe ſe ad mortem condemnare.

13 Quæro an conſtitutione effici poſſit vt quis ſit iudex in cauſa propria. Abbas in c. in geneſi 3. not. de electio. Socin. conſ. 96. verſ. *tertio quia dicit.* Aloyſi. de Leo in d. l. vnic. C. ne quis in ſua cauſ. iud. numero 1. obſeruant per conſtitutionem inferioris à Principe diſponi nō poſſe vt quis ſit iudex in cauſa propria. Sed quid de cōſuetudine?
14 Reſpondent DD. conſuetudinē valere vt quis ſit iudex in cauſa ſua per tex. in c. 1. de pœnis in 6. ibi, *niſi amplius ei de Remenſis Eccleſiæ conſuetudine cōpetere dignoſcatur.* & per tex. in c. cum contingat vbi glo. de foro competen. ibi. *niſi forte ex indulgentia vel conſuetudine ſpeciali iuriſdictionem huiuſmodi valeant ſibi vendicare.* & notant in iſtis iuribus ſcribētes. Non tamen cēſeo ve 15
rum valere ſimpliciter & indiſtincte cōſuetudinem iudicandi in cauſa propria ſed ſpecialibus caſibus ſeu ſpecialibus rationibus concurrentibus; quia eſſet irrationabilis cōſuetudo & ſic inualida argumento tex. in c. fin. de conſuetud. & in c. non putauimus eod. tit. lib. 6. conducit quod ex multorum
mente tradit Hiero. Gabri. cōſ. 41. n. 18. dū 16
dicit ſtatutū diſponens vt ſtetur alicuius dicto in cauſa propria, eſſe cōtra ius naturæ & mœram æquitatem.

In iuriſdictione voluntaria non obtinet 17
regula quod quis non poteſt eſſe iudex in cauſa ſua Bart. Socin. regul. 203. fallen. 1. Auilesin c. 3. Prætor. in verbo *Abogados* n. 10. ideoque ſi conſul vel præſes filiusfam. ſit, poteſt apud ſemetipſum emancipari, vel in adoptionem dari l. ſi cōſul ff. de adoptio. & emancipat. & apud filium magiſtratum pater eius manumittere ſeruum poteſt l. 18
aptud filiumfam. ff. de manum. vindic. Et an dominus Caſtri qui habet mærū & mixtū imperiū, poſſit in ijs quæ ſunt voluntariæ iuriſdictionis, ſibi ipſi auctorari vt eſt inſinuare, conſtituere actorē & ſimilia, vidē da ſunt quæ tradunt DD. & latiſſimè Iaſon in
l. eſt receptū ff. de iuriſdic. omn. iudic. Sane 19
non poteſt quis ſibi auctor eſſe ad ſuū commodū in cauſa propria vt in l. 1. ff. de auctor. tutor. quod declarat Soci. in. l. 1. §. fuit quæſitū, in fin. ff. ad S. C. Trebel. vt mediāte ſua auctoritate acquirat ex bonis illius cui auctoritatem præſtat, ſecus ex bonis alterius. Sic cū in donatione cauſa mortis per filium fam. facienda, ſit neceſſarius de iure patris conſenſus, non poteſt filiusfam. donare cauſa mortis patri ſuo niſi cum iudicis auctoritate vt docent Socin. & omnes in d. §. fuit quæſitum. & Cald. Pereyt. in l. ſi curatorem habens in verbo *contractum feciſti* num. 45. C. de integ. reſtit. & Couar. in rubr. de teſtam. 3. p. num. 7. Et generaliter cum ex forma ſtatuti ad ſolennitatē actus requiritur alicuius conſenſus, non poteſt ille ad ſui commodum conſentire, ſi autem

UAB Biblioteca de Ciències Socials

consentiat nihil agit, Bart. in d.l. 1. per illum tex. num. 5 ff. de auctor. tutor. Tiraquel. post alios plures de legib. connubi. glo. 8. n. 114. & seq. late Cancer. var. par. 2. cap. 1. in noua editio. à num. 71. vsq. ad num. 78. vbi loquitur in terminis constitutionum Cathalonia sub tit. *de menors de vint y sinc anys* & alia plura allegat.

20 In causa propria potest quis iudex esse ob defectum iudicis competentis vbi periculum esset in mora secundum Innocen. in cap. olim de restit. spoliat. Cardina. in clem. 1. num. 16. ad fin. de offic. ordi. Bouadill. in politi. tom. 1. lib. 2. c. 21. num. 118. & c. 17. n. 110. in fin. Imò hac ratione possunt monachi capere Abbatem male eos tractantē vt tenetant Ancharra. & Philip. Franc. in cap.

21 constitutionem de verb. *signif.* Similiter quando actio esset tempore peritura, essetque periculum in mora, permittitur iudici cognoscere de causa sua vsq. ad litis contestationē & sic quousque perpetuetur actio vt tenet glo. in d.l. qui iurisdictioni in verb. *testes*. & Ludo. Roman. in l. si vero §. de viro ff. solut. matri. Socin. d. regu. 203. Sic

22 quoque vbi iudex non potest de causa propria cognoscere potest tamen delinquentē capere & carceribus mancipare dum delictum Superiori notificat, vt notat Philip. Franc. in c. 1. nu. 4. circa medi. de pœnis. facit tex. optimus in §. audient in nouel. de defen. ciuit. vbi iudices inferiores tenētur capere illos qui crimen aliquod de quo ipsi cognoscere non possunt, commiserunt & eos ad Superiorem remittere quē tex. ad hoc laudat Roder. Suar in l. 2. tit. *de los emplaçamientos* vers. *Sed attende*. n. 48. & sunt hæc etiam notanda pro locis in quibus iurisdictiones sunt diuisæ.

23 Quæro an in breuibus & leuib° causis ratione paruitatis sue possit quis esse iudex in causa sua aut suorū. Ange. in d.l. qui iurisdictioni post Fulgosium sentit affirmatiuā secūdū intellectū quē tribuit legi Senatusconsulto, in verbo *parcissime*. ff. de offic. præsid. Alexander autem ibi n. 1. contrariū cēset. Sed Ias. in d. l. qui iurisdictioni tenet quod potest in breuissimis & vilissimis cognoscere, quicquid teneat Alex. & hāc videtur tenere Auil. d. c. 3. in ver. *Abogados* n. 10 & quod ratione paruitatis possit cognoscere obseruat etiam Socin. d. reg. 203.

Quamuis in causa propria nemo iudex esse possit, iudex tamē ordinarius atque etiā delegatus cognoscit, an sit iudex cōpetens & an sua sit iurisdictio l. si quis ex aliena 5. ibi, *Prætoris est cognoscere an sua sit iurisdictio* ff. de iudic. vbi omnes DD. Panor. & Deci. in c. ad audientiam de appellati. & c. ex litteris vbi Felin. num. 18. qui loquitur in delegatis, de rescrip. Capell. Tholos. decis. 211. vbi add tio. & dec. 165. Iul. Clar. in §. fin. q. 43. n. 4. Pellog. in specul. princip. rub. 11. §. sed quia loquimur n. 24. Roderic. qq. regula. to. 1. q. 65. artic. 11. vbi de delegato. Nauar. in c. cum contingat de rescrip. in 6. cauſ nullita. 5. & 6. Olib. de iure fisc. c. 11. n. 13. Fusc de visitatio. li. 2. c. 20. nu. 6. Marta de iurisdic. p. 4. casu 135. & 145. Hēriq. de indulg. c. 25. 24

Sed & cōseruatores qui reputātur ordinarij glo. in c. cū causā. & ibi DD de appel. glo. in l. à iudice & ibi etiam DD. C. de iudic. Monet. de conseru. ca. 7. n. 37. & 38. & habent iurisdictionem limitatā circa manifestas & notorias iniurias c. 1. de offic. deleg. in 6. si ipsis negatur qualitas notorietatis possūnt super ea informationē recipere & de illa cognoscere c. super litteris de rescrip. Gutier. prac. qq li. 3 & 4. q. 9. nu. 54. Monet. c. 8 n. 38. Animaduerte autē quod dicimus iudicē posse cognoscere & iudicare an ipse sit cōpetēs, hoc procedere vbi cō trouersia est inter ipsū & partē: secus si sit cōtrouersia inter ipsum & aliū iudicem, tūc enim Superior cognoscit, & ita intelligitur & declaratur tex. in d.l. si quis ex aliena, ibi, *Prætoris est æstimare an sua sit iurisdictio*. ad latissimè notata per Valençuela Velazquez cons. 100. per tot. lib. 2. 25

Sane iudex licet alias sit incompetens, si ipse se incompetentē pronunciat, potest cōdēnare agentē in expensis vt in l. fin. §. quoniā vero & ibi Ioā. de Plate. C. de re milita. li. 12. Ioan. Gutie. prac. qq. li. 1. q. 20. n. 3. & de iura. cōfirm. p. 3. c. 5. n. 21. & seq. bene Maran. de ordin. iudici. 4. par. principa. dist. 8. n. 2. & 3. vbi post Felin. Abba. & Io. de 26

Anan.

Anan. asserit eum qui temerè adit iudicem incompetentem, posse ab illo condemnari in expensis & interesse: & docet etiam quod si quis impetrat aliquem delegatum per falsum rescriptum, quamuis ille sit iudex incompetens, quia rescriptum falsum non potuit ei iurisdictionem dare, tamen potest eundem impetrantem condemnare, in expensis & etiam ipsum carcerare.

7 Sic quoque potest iudex condemnare partem in expensis ob retardatam fori declinatoriam Cæsar Vrsil. ad decis. 2. Afflic. nu. 3. Ferrer 3. p. obser. c. 191. 205. 210. Gail. obser. 34. Bouadi. lib. 2. c. 18. n. 186. & nu. 209 & seqq. Ruginel. de appellatio. §. 11. glo. 1.

8 cap. 2. num. 32. seqq. Similiter iudex Ecclesiasticus cognocere potest de negligentia iudicis secularis circa causas viduarum & pupillorum ac miserabilium personarum & de deuoluta sibi ob eam rationem iurisdictione iuxta tradita per Carol. Ruin. consil. 12. vol. 5. & Bouadil. in politi. tom. 1. lib. 2. cap. 17. n. 108. cum 2. seqq. qui tamen explicat quam raro in praxim deduci possit.

9 Censent nonnulli DD. non posse iudicem ordinarium vel delegatum iudicare an sit ipse cõpetens & an sua sit iurisdictio, quando sentiret commodum sportularum & expensarum litis vel saltem quando ei ex lege vel statuto applicaretur aliqua pars litis vel pœnæ, quia iudicaret in causa propria: sed in primo casu tenet contrarium Ias. in l. 2. ff. si quis in ius voca. non ierit numero 17. & Bald. in eadem l. 2. & alij quos refert Auiles in capite 3. prætor. in verb. *Abogados* numero 12. & in vtroque casu defendit & tenet ibi contrarium Auiles d. num. 12.

30 Quæro an iudex possit punire iniuriã sibi illatam & iudicare de causa suæ iniuriæ. varie loquuntur in hac quæstione DD. ideoque per conclusiones respondendum duxi.

31 Prima conclusio. si officialis est offensus contemplatione officij & dignitatis ipsius, potest cognoscere de causa offensionis & iniuriæ, reumque condemnare & plectere & ita potest, licet factum iniuriæ non sit notorium nec pœna à lege vel statuto certa impositа. hæc sententia est Iacobi de Aretia quem allegat & sequitur Cyn. in l. vnic. C. ne quis in sua caus. iudic. approbat eam longo huius quæstionis examine facto Auiles in capite 3. prætor. in verb. *Abogados* numero 12. Caneer. var. par. 2. capite 2. in noua editio. numero. 253. Farinaci. tom. 1. prax. crimi. quæst. 17. à numero 36. ad numero 48. Capici decis. 124. numero 11. vers. *mihi videtur*. & num. 12. & alij quos ibi citant. ratio est, quia præfato casu non dicitur iniuria irrogata personæ sed officio & dignitati, ideoq. Princeps & Respublica est affecta vt aduertit Oldrad. consil. 7. nu. 1 nam magistratus est persona publica l. 1. §. ius publicum ff. de iusti. & iur. & in magistratu repræsentatur Princeps sicut dominus repræsentatur seruo l. si Pamphilo ff. de optio. legat. & sicut in ministro Ecclesiæ repræsentatur Ecclesia l annua §. à Titia ff. de annu. legat. & iniuriam suæ dignitatis potest quilibet vlcisci l. milites. §. retinentes ff. de re militar. l. continet ff. quod met. caus. & iudex suã iurisdictionẽ defendere debet vt in capite & qui mẽdicat 25. dist. & capite si quis erga 2. q. 7. & c. Guilisarius 23. q. 4.

Infero minus veram esse opinionem Iasonis in l qui iurisdictioni num. 3. ff. de iurisd. omn. iudi. vbi existimat ob prædictam offensam iudici vt iudici factam, ipsum iudiciario munere in ea causa fungi nõ posse ne iudicet in propria causa sed ad Superiorem remittere oportere. Similiter infero 33 contra sententiã Petri de Bellapertica quã refert Cyn. in d. l. vn. C. ne quis in sua caus. iudi. dũ iste Bellaper. voluit hoc casu licet offensa principaliter spectet officũ iudicis, tamen ei alium in coniudicem adiungẽdũ esse ne possit dici suspectus, non solũ ius dicere debere: & hanc opinionem Petri de Bellaper. refutat Bald. in d. l. vni. nu. 2. & Auiles d. c. 3. in d. verb. *Abogados* n. 12. Infe 34 ro etiã nõ bene sentire Alphõsũ Narbona ad leg. regi. lib. 4. tit. 1. *de la iurisdiciõ real* lege 20. glo. 18. n. 11. cũ 3. seqq. vbi asserit verius esse iudicẽ cõpetentẽ esse suæ ipsius offensæ illatæ intuitu officij sui, malefactoremq. debite plectere & punire posse si offẽsa sit publica & notoria, & pœna crimini ac

delicto imponenda non sit arbitraria sed certa legibus vel constitutionibus particularibus comprehensa, quæ opinio maximè conuincitur ex traditis per Farinac. d. q. 27.
35 n. 46. vbi probat quod si offensa iudici facta est contemplatione officij; potest ipse arbitrari pœnam mortis secus si ratione particularis odij & inimicitiæ inflicta sit iniuria: & Bald. in c. 1. §. iniuria in pri. de pace iuram. firma. in vi. b. feudo. dixit quod si aliquis impegerit alapam iudici, potest iudex facere reum decapitari aut furca suspendi quod Baldi dictum sequitur Innocen. in ca. dilectus de pœnis.

Infero præterea verum intellectum ad
36 tex. in c. Guil. farius & in c. inter querelas 23 q. 4. nam ex d. c. Guilfarius deducitur prælatum Ecclesiæ posse excommunicare & anathematizare pro iniuria sibi illata. ibi, *qui talia erga me egerunt, anathematizzaui.* contra autē in d. c. inter querelas. expresse cauetur non licere Episcopo pro propria iniuria quemquam excommunicare. Sed cōciliāda sunt hæc iura quod tex. in d. ca. Guilfarius loquitur quando iniuria prælato facta contingit Ecclesiam: tex. autem in d. c. inter querelas. disponit quando iniuria respicit priuato odio Episcopum, pro vt ita distinguit & conciliat glo. in d. ca. inter querelas verb. *propria.* & in d. ca. Guilfarius verb. *anathematizzaui.* Suares de censur. 5. to. disp. 14. sect. 5. n. 19. Alium intellectum tradit glo. in c. & qui emē dat 45. dist. verb. *corripit.*

37 Extende conclusionem primam vt procedat non solum in iudice ad quem de iure causarū criminalium cognitio pertinet, verum etiam in eo qui causarum ciuilium solum cognitionem habet: hic enim iudex potest quoq. punire eos qui eum intuitu sui officij offenderint veluti si aliquis in discussione causæ ciuilis delictum neglecta ipsius iudicis auctoritate commisserit, vt notat Bald. cons. 312. Vant. de nullitat. tit. de nullit. ex defec. iur. n. 48. Iul. Clar. qui de cōmuni testatur in prac. cri. q. 38. numero 3. pœnam tamen à prædicto iudice ciuili imponendam pecuniariam esse oportere, non vero corporalem, & huiusmodi delinquentem licet possit à iudice causarum ciuilium puniri, à suo tamen iudice nihilominus pœna ordinaria affici posse tradūt Clar. qui supra q. 58. n. 13. Tusc. prac. concl. iur. d. littera I. conclus. 402. n. 12. & cōcl. 468. n. 1. & seqq. Alfons. Narbon. d. leg. 20. glo. 18. n. 18. cum seqq.

Secunda conclusio sit. Cum quæritur an 38
contumelia & iniuria facta sit iudici contēplatione officij & dignitatis vel priuato iudicis odio & particulari inimicitia eius, ad cōiecturas recurrendum est; Paris de Pute. de syndic. in verb. *iniuria officialis* §. an officialis Capici. decis. 130. n. 12. Rolā. cons. 1. num. 35. volu. 3. & præsertim coniectura est ratione officij fuisse commissam quādo committitur sedenti pro tribunali vel in actu exequutionis aut alio iudiciario actu, Bart. in l. si quis obrepserit in fin. ff. ad l. Cornel. de falsis. Farinac. tom. 1. prax. crimin. q. 17. n. 41. & 42. Narbon. qui supra a. leg. 20. n. 8. vbi ponit exemplum quādo circa actū & exercitium iurisdictionis iudicis vel circa quamcumque operationem respicientem administrationem iustitiæ litigator assertione iudicis iratus illi contumeliam inurit, iudicem mentiri asseuerādo vel melius aut vtilius fore asinum ipsius loco supponi, quo rectius causæ discernerētur, quorum meminit glo. marginalis in c. dilectus de pœnis vel clamando & protestando Prætorem nefandum perpetrasse crimen, quod vltimum subdit Narbona Prætori Murciæ contigisse, & propterea iniuriantem laqueo suspensum fuisse. Ad sciendum etiam an 39
offensa sit facta alicui vt officiali, vel vt priuato homini, inspici debet origo offensæ & vnde habuerit dependentiam, vt egregia tradit Petrus Caball. resol. criminal. casu 128. numero 10. circa fin. Sed cessantibus coniecturis potius præ- 40
sumitur causa priuati odij vt maius delictum excludatur, Rolan. d. cons. 1. num. 36. & seqq. li. 3. Farinac. d. q. 17. num. 43. Quo ad officialē regulariter verū est quod in dubio præsumitur gessisse actū vt officialē, non vt priuatam personam, iuxta tradita per Lucam de Penna in l. prohibitum n. 9. C. de iur. fisc. quem & alios citat Farinac. quæst. 32. n. 118. & seq.

Tertia

41 Tertia concluſio. Si iniuria non eſt irrogata iudici intuitu officij & dignitatis ſed priuato odio perſonæ illius, ipſe poteſt eſſe huius cauſæ iudex, dummodo delictum ſit notorium & præter notorietatem delicti pœna ſit à iure determinata, alias ſecus hæc quoque concluſio eſt Iacobi de Aretia quẽ citat Cyn. in l. vnic. C. ne quis in ſua cauſ. iudi. & eam cum alijs pluribus DD. ſequũtur Auiles d. ca. 3. in verb. *Abogados* n. 12. & n. 13. Cancer. var. d. par. 2. cap. 2. nu. 254. & communiter eſſe receptam teſtantur Iul. Clar. in prac. eximin. q. 35. in fin. & Tuſc. pract. d. littera I. cõcluſ. 402. n. 6. tenet præſertim multis ex antiquioribus citatis Andre. Barbati. in tractat. de cardinalibus legatis à latere quæſt. 3. n. 31. notant ſcribentes in l. lex Cornelia 5. verſ. *qua lege* ff. de iniur. qui tex. prohibet cognitionem iniuriarũ ſui ac ſuorum. Fallit in iudice delegato qui

42 licet delictum ſit notorium & pœna à iure certa ſtabilita, non poteſt de cauſa propriæ iniuriæ cognoſcere ſi irrogata nõ ſit ratione officij, ita poſt alios limitant Auiles nu. 12. & Cancer. n. 255. vbi ſupra, Bouadil. in polit. to. 1. li. 2. cap. 16. num. 140. & li. 3. cap. 1. num. 34. Fallere quoq. tenuit Bart. in l. quis

43 ex alienа ff. de iudic. quando iudici ex lege vel ſtatuto applicaretur aliqua pars pœnæ vel litis licet pœna eſſet à iure certa ſtatuta. id etiam dixit Alex. in l. quidam conſulebãt num. 14. ff. de re iud. & citati per Capici. deci. 124. n. 6. ſed cõmunem praxim eſſe in contrarium in regno Caſtellæ teſtatur Auiles in dicta verb. *Abogados* n. 12. verſic. *Sed in contrarium eſt cõmunis practica.* & ibi plures pro iſta praxi DD. congerit.

44 Si eſt dubium vtrum iniuria laceſſitus ſit iudex ordinarius obtentu officij aut perſonæ, dãdum eſſe ei adiunctũ, notarũt poſt alios Viui. deciſ. 278. & Cãcer. d. c. 2. num. 256. qui animaduertit hoc caſu in Cathalonia Regiũ Senatũ ad ſe cauſam euocare.

45 Si illata ſit iniuria ex inimicitia perſonali, licet ſecundario pertineat ad dignitatem officij, prævalet principale ſcilicet iniuria perſonalis vt in l. cum qui §. ſi iniuria mihi ff. de iniur. Cyn. in l. vni. C. ne quis in ſua cauſ. iudi. Abb. in c. cum veniſſent de iudic. Viui. deciſ. 124. n. 9. & num. 11. vbi plures allegat, Auil. d. c. 3. prætor. in verb. *Abogados* num. 12. verſ. *ſi vero.* vbi aſſerit quod licet iudex hoc caſu non poſſit punire, poteſt tamen facere vt malefactor pœnatur in tuta cuſtodia & ſucceſſori vel Principi querela reſeruetur, vt in l. Senatus ff. de offic. præ. & in l. capite quinto ff. de adulte. Vnde Abbas in d. c. cum veniſſent de iudic. ait eſſe conſiderandum principale propoſitum an ſcilicet quis intendat principaliter irrogare iniuriam dignitati, vt quia principaliter nõ habet reſpectum ad perſonam, & tunc erit realis: nã iniuria cognoſcitur & diſtinguitur ex voluntate inferentis vt in c. cum voluntate de ſenten. excom. & l. qui iniuriarum ff. de iniur.

Omni caſu quo iudex poteſt cognoſcere de 46
iniuria ſibi illata, cenſet Carreri. in prac. crimin. q. 35. ſub verb. *Solet etiã quãdoq. dubitari*, quẽ refert Farinac. to. 1 prax. crimin. q. 17. n. 47. Superiorẽ ad tollẽdã omnẽ ſuſpicionẽ ſẽper debere eſſe prõptũ præſertim parte id petẽte cauſã offenſionis ſuo officia li factæ, alteri quã ipſi officiali offenſo cognoſcẽdã cõmittere vel ſaltẽ ad illi dãdũ ad iũctũ, licet offenſa facta ſit ratione officij.

Interdum iniuria neque ſpectat directe 47
officium & dignitatem iudicis, neq. perſonam ipſius: deficit enim iniuriandi animus: ſed tamen turbatur iuriſdictio illius; & tũc iudex ſiue ſit ordinarius ſiue delegatus, poteſt cognoſcere de cauſa hac & punire malefactorem cap. vt officium ca. vt commiſſi cap. vt inquiſitio §. fin. de hæret. in 6. Alex. conſ. 35. vol. 2. Ioſeph. de Seſe in tractat. de inhibition. c. 30. §. 1. n. 158. Auiles in d. cap. prætor. 3. in ver. *Abogados* n. 12. verſic. *Iudex vero delegatus.* Narbona ad leges regias d. l. 20. glo. 18. n. 16. & 17. vbi exemplũ in eo qui exemit carceratum de manibus aut ex domo officialis ſiue cuſtodis vel ſatellitis, in cuius domo ex mandato iudicis erat detentus.

Quid quando iniuriatur officialis iudicis 48
delegati in executione officij, ſed non vt officium impediatur, ſcribit Cardin. in clem. 1. quæſtione 4. de hæret. An ſi quis ex priuata inimicitia verberet vel lædat

UAB Biblioteca de Ciències Socials

alterum ex litigantibus venientem ad iudicium coram delegato, ignorans venire ad iudicium, vel non faciens ad impediendã iuriſdictionem, poſſit delegatus in eum animaduertere tanquam turbantem iuriſdictionem ſuam tradunt Specul. in tit. de offic. delegat. §. ſequitur verſ. *quid ergo*. Innocen. in cap. 1. de offic. delegat. num. 3. qui
49 ſunt inter ſe contrarij. Denique quando injuria afficitur officialis, non in exercitio officij, an offendens vel occidens officialẽ aut miniſtrum iudicis delegati, non vt officialẽ aut miniſtrum, nec ex cauſa officij, ſed propter priuatam inimicitiam, quæ non habuit ortum ex cauſa officij, ſciebat tamen eum eſſe officialem, poſſit iſte offenſor à iudice delegato puniri tanquam turbator aut impeditor vel iniuriator officij, latiſſime diſcutit & reſolvit Seſe d. c. 30. §. 1. à n. 160.

50 Poteſt quis licet in cauſa ſua vel ſuorum iudex eſſe non valeat, iudicare cauſam ſui officialis puta notarij vel Aſſeſſoris qui deliquit in officio, imò ab eius ſententia appellari non poterit l. nulli C. quorum appellat. non recipi. cap. nulli 2. quæſt. 5. Bart. & Angel. poſt alios antiquiores in d. l. nulli. Specul. in tit. de competen. iudicis ad litione §. ſequitur. verſ. *in materia*. Soc. reg. 203. verſ. *fallit in officiali*. Alex. in d. l. qui iuriſdictioni ff. de iuriſd. om. iud. Auiles in c. 3. prætor verb. *Abogados* nu. 13. verſ. *& de aci cto*. qui licet antea num. 10. verſic. *Octauo limita*. hoc poſt Iaſonem & Cortium intelligat dumtaxat procedere quando delictum eſt notorium & pœna eſt certa & limitata à iure vel ſtatuto: tamen hanc limitationem veram non cenſeo, & contrarium iudiciorũ praxim in contrarium video.

51 Quæro vſq. ad quem gradum conſanguinitatis prohibeatur quis iudex eſſe in cauſis ſuorum. Dico quod de iure vſq. ad decimum gradum, vſque ad quem permittitur ab inteſtato ſucceſſio. ita glo. in ca. poſtremo de appellation. Bart. Angel. Alex. &
52 Iaſ. in d. l. qui iuriſdictioni. Bald. & Deci. in d. c. poſtremo. alios referunt Auiles in d. verbo *Abogados*. & Portoleſ. ad Molin. verb. *index*. n. 50. Menoc. caſu 152. n. 4. de arbitr. iudic. Rationem aſſignat Deci. vbi ſupra n. 5. quia ſi ad effectum ſucceſſionis cõſideratur vſq. ad eum gradũ coniũctio. §. vlti. inſtit. de ſucceſſion. cognat. à fortiori conſiderabitur ad effectum recuſandi iudicem, cũ recuſatio iudicis ex leui cauſa cõcedatur c. cum R. canonicus. vbi glo. de offic. delegat. imò ex leuiori cauſa recuſari iudicẽ quam teſtẽ cenſuit glo. in c. 2. verb. *ſubeſſe*, vt lite non conteſta.

Intellige prohiberi iudicem recuſante parte ipſum: nam ſi iudex conſanguineus à parte non recuſaretur, pronũciare poſſet & teneret eius ſententia. Caſtrenſ. in d. l. qui iuriſdictioni n. 3. Panor. in d. c. poſtremo n. 7. Felin in c. cauſam quæ n. 3. & ibidẽ Deci. num. 17. & 18. communem proferẽs de offic. delega. Portoleſ. vbi ſupra n. 56. Auẽda. de exequen li. 2. c. 23. num. 14. qui alios citant: imò ſi iudex recuſetur ab vno ex litigantibus, ab alijs nihil opponatur, poterit quo ad non recuſantes iudicare, Rebuf. to. 3. tit. de recuſat. arti. 8. glo. vni. Alex. conſ. 64. n. 6. vol. 7.

Rurſus intellige prohiberi iudicem vſq. ad decimum conſanguinitatis gradum, niſi ſtatuto vel conſuetudine (quod ſæpè euenit) aliud diſponatur, ad tradita per Abbat. in d. c. poſtremo n. 4 & in c. non nulli. §. ſunt & alij num. 10. in fin. de reſcrip. Meno. d. caſu 152. num. 6. Portol. in d. verb. *index* n. 49. vbi quod in Aragonia iuxta forum illius regni legitima iudicis ex cauſa conſanguinitatis recuſatio eſt intra quartum gradum & ex cauſa affinitatis intra tertium. In Catholonia circa Doctores Regij concilij qui ex cauſa conſanguinitatis recuſantur ſuſpecti, declarat Regius Senatus ſuſpiciones procedere vſq. ad quartum incluſiue gradũ argumento poteſt eſſe glo. verb. *à propinquo* in c. requiſiſti de teſtam. quæ ait relictũ Epiſcopo à propinquo præſumi relictũ intuitu Epiſcopi, non Eccleſiæ, ſi tamen propinquus ſit intra quartũ gradũ. ſed & ipſi Regij Senatores vltro vſq. ad dictũ gradũ abſtinent ex officio antequam recuſentur.

Quo ad affinitatẽ in eodẽ regio cõcilio cõtra eoſdẽ Regios cõſiliarios ſimiliter procedũt ſuſpiciones ex cauſa affinitatis vſq. ad quar-

quartum inclusiue gradū, ſicq. meo tẽpore in cauſa ſuſpicionū oppoſitarū contra magnificum Franciſcum Bonet Regium Senatorem deciſum fuit, declarando in eiſdem gradibus locum habere ex cauſa affinitatis ſuſpiciones, in quibus obtinent ex cõſanguinitatis cauſa. hoc argumento tex. in cap. non debet de conſanguin. & affinita. quo tam ex cauſa conſanginitatis quam ex cauſa affinitatis prohibentur ſolum coniugia ad quartum vſq. gradum. Fuerunt tamen in noſtro Regio Senatu circa hoc aliquando obſeruantiæ contrariæ quas refert Cancer. var. par. 1. cap. 21. in noua editio. num. 55. & quod affinitas inter iudicem & alterū ex litigantibus iuſtam præbeat recuſationis parti alteri cauſam docet Ferret. 3. par. obſer. cap. 10. Ripol. vari. reſol. cap. 2. num. 178. non tamen iure communi protenditur vltra primum gradum vt teſtatur Bald. conſ. 472. num. 6. vol. 1. Non reputatur apud nos legitima ſuſpicionis cauſa contra Regios Senatores affinitas, quando non remanent affinitatis reliq iæ, vt quando relicta fratris prolem non habet & liberi nulli extant. conducunt tradita per Flamin. Cartar. deciſ. 23. num. 10. & 11. vbi probat affinitate ceſſante, teſtẽ eſſe omnino idoneum quamuis affinis fuerit & teſtem eſſe non poſſe fratrem pro vxore fratris viuentis, mortui tamen ſic. Plurimum certe de his iudicibus tãquã ſelectiſſimis viris propter muneris auctoritatem confiditur, ita vt non niſi graues ſuſpiciones contra ipſos audiantur, vnde ex cauſa ſolius amicitiæ cum altero litigantium, niſi alia concurrant, raro aut nunquam recuſantur ſuſpecti.

Opinatur Menochi. d. caſu 152. num. 6. non ſolum iure inſpecto iudicem vſq. ad decimum conſanguinitatis gradum recuſari poſſe, ſed etiam vltra eum gradum eſſe in iudicis arbitrio perpenſa perſonarum qualitate & mutua inter eos affectione, quod etiam cenſuerunt alij relati per eundem Menochi. caſu 146. num. 7. ſubdit tamen prudentem iudicem non fore arbitraturum eum iudicem eſſe ſuſpectum cum videt illum eſſe virum integerrimū & religioſum valde.

Computatio graduū circa recuſationẽ iudicis ex cauſa conſanguinitatis fieri debet ſecundum ius Ciuile, non ſecundum ius Canonicum, ita in terminis reſoluũt Auẽda. de exequen. lib. 1. cap. 3. num. 5. Præpoſi. in cap. poſtremo de appellat. Rebuff. tom. 1. tit. *de euocat.* artic. 3. verſic. *quarto.* effuſe multis citatis Gratian. diſcep. forenſ. tom. 1. cap. 77. num. 7. Portol. ad Molin. in verb. *iudex* num. 51. cum. 2. ſeqq. licet dicat in Aragonia ex conſuetudine fieri hanc computationem ſecundum ius Canonicum. Nam computatio gradum iuxta ius Canonicum dumtaxat attenditur in cauſis matrimonioriorum, in alijs vero cauſis ius Ciuile inſpicitur etiam in terris Eccleſiæ cap. ad ſedem 5. nos vero 35. q. 5. docet expreſſe collega meus don Acaſius de Ripoll var. reſol. cap. 2. num. 258. vbi citat Benedic. in cap. Raynuntius verb. *& vxorem nomine Adelaidam* prælud. 3. num. 86. & 87. & Ruin. conſ. 32. num. 1. & 3. adde optimum locum ab iſtis non citatum Stephani Gratiani diſcep. forenſ. tom. 1. cap. 77. vbi id ipſum late tenet & confirmat maximè à num. 1. ad num. 10. & Eſcobar. variarum computationum cap. 23. num. 4. & 5. vbi hanc communem vocat & à num. 1. ad num. 3. & per totum caput bene explicat quæ ſit computatio iuris Ciuilis & quæ iuris Canonici & quomodo fiant. & computationem graduum cõſanguinitatis in ſtatutis ac in ſucceſſionibus & alijs rebus regulariter ſecundum ius ciuile, non ſecundum ius Canonicum fieri debere notant in l. ſi auiæ Bald num. 4. Salyc. num. 5. Bart. num. 4. Caſtren. & Alex. n. 6. Deci. num. fin. C. de ſucceſ. edic. Curt. iun. conſ. 7. nu. 6. vbi communem dicit, Natta cõſ. 424. num. 2. vol. 2. Gozad. conſ. 19. n. 1. Gratia. vbi ſupra num. 5. 7. & 8. Eſcobar qui ſupra num. 5. Matien. lib. 5. nouæ recop. tit. 11. l. 7. glo. 5. num. 7. ità communiter receptum aſſerens. In Cathalonia vbi aduerſus DD. Regij conſilij admittuntur tantum ſuſpiciones vſq. ad quartum gradũ ex conſanguinitatis cauſa, exiſtimaui computationem fieri ſecundum ius Canonicũ, quia ita legiſſe memini inter reſpõſa Magnifici

68 61 62

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tilici Fontpaſtor olim Regij Senatoris præfati Concilij: ſed Contrarium tenet Gratian. d. cap. 77. num. 7. licet prout in Cathalonia, in decidendis cauſis prius eſſet ſeruandum ius Canonicum quam Ciuile. Et ſecundum ius Ciuile fieri hãc computationẽ in noſtra Regia Audientia hodie audiui à quodam grauiſſimo Senatore eiuſdem Senatus circa recuſationem ipſorum. Fieri ſecundũ ius Canonicum in hac Prouincia dictam computationem dicit Cancer. var. par. 1. cap. 21. in noua editio. num. 55. ſed nihil allegat.

63 Illud ſilentio inuoluendum non eſt quãdo vterque ex litigantibus æqualiter & in eodem gradu iudici coniũctus eſſet, tunc eum à nemine illorum recuſari poſſe: quia par effectio ſuſpicionem tollit l. non ſolum 5. de vno & ibi Bart. ff. de rit. nupti & ita in terminis docent in d. l. qui iuriſdictioni Bar. num. 5. Iaſ. num. 9. Alex. num. 1. ff. de iuriſd. om. iud. glo. & Panor. num. 5. Deci. num. 25. in d. cap. poſtremo de appellat. Marant. de ordi. iudi. tit. de appella. num. 30. Menoc. de arbitr. caſu 152. num. 8. Socin. regu. 203. Auil. in cap. 3. prætor. in verb. *Abogados* num. 10. verſic. *Quinto* & num. 13. verſic. *tamen*. alios citat Rolan. conſ. 16. num. 20. vol. 2. Secus eſt ſi vnus ex litigantibus eſt propinquior conſanguineus iudicis quam alter, vt ſi vnus attineret iudici in primo gradu, alter in ſecundo vel tertio: nam iſte conſanguineus remotior tanquam minus dilectus & in quo minor iudicis affectio præſumitur, iudicem vti ſuſpectum libere recuſare poſſet, vt probat Bart. in d. l. qui iuriſdictioni numero 5. Panor. in d. cap. poſtremo n. 5. Deci. nu. 26. Portol. ad Molin. verbo, *iudex* num. 55.

64 In controuerſiam venit an non ſolum pater in cauſis liberorum iudex eſſe non poſſit, ſed nec compater in cauſa filij ſpiritualis. Non nulli DD. diſtingunt vt ſi ſecundum morem regionis ex compaternitate inducatur familiaritas, repellatur compater à iudicando: ſecus ſi compaternitas familiaritatem non inducat, pro vt eſt in quibuſdam Prouincijs Franciæ, niſi alio iuuetur adminiculo & ita in quodam Galliæ Senatu iudicatum refert Aufrer. in tractat. de recuſatione iudicum. Sed indiſtincte quod iure communi ſola compaternitas eſt iuſta ſuſpicionis cauſa ad repellendum iudicem, eſt communis & recepta opinio, & quam longe plures DD. ſequuntur & tenent eam in ſpecie Specul. in tit. de appellatio. §. nunc dicamus verſic. *Quædam vero eſt media* num. 5. Imol. in cap. prudentiam num. 19. de offic. delega. Petr. de Rauen. Alphabetico iuris verb. *recuſatio*. Præpoſit. in cap. poſtremo de appellatio. Iaſ. in l. aperuiſſimi num. 7. C. de iudic. in verſic. *ſexta cauſa*. Bertachi. in tractat. de Epiſcopo, Eneas de Falcon. in additio. ad Panor. in cap. cauſam de iudic. Paris de Pute. de ſyndica. in verb. *ſuſpicio* num. 10. vbi dicit hanc eſſe ſeruandam, Marant. de ordi. iudic. 6. par. num. 71. Marcheſan. in tractat. commiſſionum vtriuſq. ſignaturæ 2. par. cap. 5. à num. 33. Cabed. deciſ. 20. 1. par. 6
Hæc ſententia ſæpius fuit approbata in Regia Audientia Cathaloniæ. Sic enim refert Michael Ioan. Paſtor in 2. par. deciſionum deciſ. 2. in cauſa Geraldi de Queralt fuiſſe recuſatum mag. Martinum Ioannem Sunyer Regium Senatorem & contra eũ declaratum. Sic quoque aliam eiuſdem Concilij declarationẽ in cauſa T. Ferrer contra admodum Reuer. Cancellariũ refert & de prædicta obſeruãtia teſtatur (vt in quibuſdam ipſius allegationibus legi) notiſſimus Font & Paſtor olim præfati Concilij Doctor vel doctrina vel moribus quos à Cynicis philoſophis mutuo habuit, inſignis. Sed & ita iunctis tribus aulis Regiæ noſtræ Audientiæ ſub anno 1616. in cauſa Ioannis Guiot & Iacobi Monſerrat deciſum fuit. Imò in fortioribus terminis cum de 6
iure communi minor cauſa ſuſpicionis ſufficiat contra iudicem quam contra teſtem, compaternitas repellit teſtem ſecundum Parid. de Pute. in d. verb. *ſuſpicio* num. 10. vbi recitat duas DD. opiniones in hoc cõtrarias & tandem concludit opinionem de iure veriorem eſſe quod ſola compaternitas repellat teſtem, vnde magis videtur excludere iudicem.

Quæro

Quæro an Comites & Barones possint cognoscere & iudicare de causa quæ vertitur inter ipsos & eorum subditos. negative concludendum est ex DD. supra citatis qui docent speciale esse in Principe, vt possit iudex esse in causa propria, & in terminis Comitum & Baronum ita resoluit Bart. in l. qui iurisdictioni num. 2. ff. de iurisdic. om. iud. late Capici. decis. 124. Bouadil in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 16. num. 140. Cass. in catal. glo. mun. 5. par. consider. 14. Oldrad. cons. 7. & subdit supra Bartolus neq; posse Comites & Barones dictam causam alteri delegare, eo quod & ab eis delegatus similiter suspectus esset. Hanc tamen regulam quod si iudex suspectus deleget causam, delegatus etiam censetur suspectus, limitat multis citatis Cancer. var. resol. par. 3. cap. 13. num. 189. & 190. vt procedat dumtaxat quando delegatus esset subditus delegantis, nam alias suspectus in cognoscendo vel iudicando, non est suspectus in delegando vt notat Marc. Anton. de Amatis decis. 14. num. 12. & infert ac probat vbi supra Cancerius num. 191. Baulū Baronis qui est iudex inferior & ordinarius prædictorum subditorum, iudicem constitui posse in præfata causa Baronis & subditorum.

Sane in Cathalonia secundum iura vsaticorum Barones & domini habentes iurisdictionem & imperium vel etiam iurisdictionem sine mero imperio, in causis communibus inter ipsos Barones siue dominos ex vna & eorum subditos parte ex altera assignant iudicem, qui de causa cognoscit & ab eius iudicis sententia tam ipse Baro, quam subditos appellare potest & rursus in secunda instantia Baro dabit iudicem, sed tertia instantia Principi & Comiti Barcinonis reseruata, late post patrios scriptores Anton. Olban. de iur. fisci cap. 10. n. 21. & 22. vbi cum supradictis auctoribus notat in hac Prouincia dominos in assignando iudicem in causa propria eorum & subditorum suorum, æquiparari Principi seu Imperatori, qui de sua causa cognoscit, dando iudicem.

Sed & dominus directus in Cathalonia dat iudicem emphyteotæ suo in causis inter ipsum dominū & emphyteotā constit. 6. *nengun home* tit. *de iurisdictio de tots Iutges*, late Solzon. in stilo capibreuiandi, ante formam creationis iudicis versic. *Si vero vult procedere*, habet enim iurisdictionem in eum, non tamen priuatiue ad ordinarium vt declarat Cancer. var. par 2. cap. 2. num. 205 & seq. & Iacob. Calici. in vsat. placitum iudic. inquit quod sicut Imperator iure communi assignat iudicem in causa propria & subditi sui, sic etiam potest facere dominus directus in Cathalonia. An autem tunc dominus si fuerit condemnatus, appellare possit, disputant Marquil. & Iacob. de Monteiudai. in vsat. Similiter & si senior. Calici in d. vsat. placitū iudicatum. Solzon. in stilo capibreui. post formam amortizationis factæ per Episcopum. versic. *Et quia al. quando contingit.* & post formam appellationis interpositæ per emphyteotam in prima appellatione. vers. *Deinde dicta commissio.* vbi quid si dominus litigauerit per procuratorem.

De iniurijs & offensis Baroni à subditis 72
suis illatis minimè potest Baro cognoscere seu iudicare neq. per se neq. per suos iudices siue delegatos etiam non subditos siue ordinarios Bar. Castren. Alex. Iaf. & alij in d. l. qui iurisdictioni ff. de iurisd. omn. iud. Bouadill. d. cap. 16. num. 140. vbi etiā quod non solum procedit si criminaliter, verum etiam si ciuiliter de illis agatur, Albert. Brun. cons. 30. vol. 1. vbi subdit propter ini- 73
micitiā domini reddi suspectos eius officiales, quia factum ab officiali censetur factū ab ipso domino, quod melius tradit Crauet. cons. 6. n. 33. Pet. Caball. in suis resol. cri. casu 128. Auil. in e. prætor. 3. glos. *Abogados* num. 13. Capici. decis. 124. repugnat enim 74
rationi naturali quam pro lege haberi non dubitatur, Angel. cons. 274. prope fin. Bald. in rubr. ff. de rer. diui. & Decia. cons. 62. num. 67 vol. 3. vt offensus sit iudex offendentis de offensa contra eum facta, nam per offensam ei irrogatam censetur factus eius inimicus, vt post Specul. Bar. Marsil. notat egregie Rolan. à Valle cons. 16. num. 1. & seq. neq. opus est vt sit inimicus

capi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

capitalis vt scribit idem Rolan. à Valle d. cons. 16. nu. 4. Crauet. cons. 6. n. 31. cum 2. seqq.

75 Intellige conclusionem quod Baro in causa offensæ sibi per subditum factæ iudex esse non possit neq. per se neq per dictos suos iudices, vt vera sit non solum iure communi, sed etiam municipali Cathaloniæ, Calici. in Margarit. fisc. dub. 8. num. 21. fin. 154. Cancer. var. par. 3. cap. 13. à num. 197. & præsertim numero 200. & 201. vbi exemplari Regiæ Audientiæ refert.

76 Rursus intellige Baronem in causa offensæ sibi per subditum illatæ iudicem esse non posse, etiam parte non opponente, & ipso iure, Iason in dict. l. qui iurisdictioni nu. 8. Alber. Brun. dict. cons. 30. Cancer. dict. c. 13. num. 197.

77 Dubitatur quid si offensa sit notoria & pœna à iure determinata. docet Bouadill. d. cap. 16. num. 140. neque tunc Baronē cognoscere posse per se vel per iudices suos. id ipsum censere videtur Capici. decis. 124. n. 11. quicquid antea arguendo dicat n. 4. vsque ad n. 8.

78 Hæc dicta sint vbi offensa Baroni subdito irrogata non concernit officium & præheminentiam iurisdictionis eius seu non est facta intuitu officij & dignitatis iurisdictionis ipsius, nam si facta sit intuitu officij & dignitatis iurisdictionis illius, potest Baro cognoscere & punire. ita in terminis Comitum & Baronum post Cyn. Bar. Salycet. & Abbat. concludit & tenet Capici. d. decis. 124. num. 11. vbi de vassallis Baronis rebellantibus à suæ obedientia ad Cæsarē, impedientibusque introituum exactionē, & inuatur ex ijs quæ superius late scripsi de iudice contemplatione officij offenso: quapropter procedere hoc arbitror etiam si factum non sit notorium, nec pœna à lege determinata, licet Bouadil. d. cap. 16. num. 140. requirat quod pœna sit legalis & certa, nisi Priuilegio vel consuetudine aliud esset obtentum. Existimo quidem optimū

79 sæpè Baronibus fore Concilium quod eis Bouadilla ibidem præbet vt eueniente casu quo officij & dignitatis obtentu à subditis offendantur, informationem recipiāt & personas offendentium si fugæ timor subsit, capiant & postea pro puniendo delicto Regium Concilium adeant, quia sic se integerrimos ostendunt iudices, & pectora ab ira & odio priuato aliena, atque in Regio Concilio tunc rectius contra delinquentes ministratur iustitia quam quādo rei per dominum condemnati ad illud per appellationem venirent conquerētes de eo quod iratus vlcisci se voleps ius sibi in causa sua dixit.

Accidit paucis ab hinc annis in hac Prouincia in oppido de Lorba quod cum nomine & iussu domini iurisdictionis præconea quædam in eo publicarentur, populus iniqua illa reputans, ira commotus tumultum excitauit, verbaq. in domini contumeliam protulisse ferebatur, capiente autem domino super facto offensæ suæ informationem ad puniendum, vniuersi incolæ Laribus & Penatibus suis derelictis ad Ciuitatem Barcinonis, quod caput est Principatus, iter susceperunt & Excellentissimo Locumtenētu Generali eiusq. Regio Cōcilio recurrendo à domino se supplices obtulerunt. disceptatum fuit vtraq. parte informante an causæ cognitio & punitio ad dominum iurisdictionis spectaret, & omnes Regij Consiliarij Criminales censebāt causam offensæ domino iurisdictionis contemplatione officij & dignitatis factæ ad eundem dominum pertinere, & hanc dicebant esse Regij Concilij obseruantiam. tandem dominus Loci obtulit declarare causam & sententiam in ea proferre insequendo votum Senatus Regij & subditi conserserunt.

Episcopum posse esse iudicem in causa suæ Ecclesiæ nemo ambigit glo. in cap. si quis ergo 2. quæst. 7. & in cap. cum venissent de iudic. Innocen. in cap. in nostris de electio. & quando Episcopus rem Ecclesiæ vendidit, & postea cupi eam venditionem retractare, potest coram eius vicario litem mouere: & similiter quando vult mitti in possessionē bonorum pauperibus relictorum, potest per eius Vicarium sibi dari tenuta illorū secundū Bart. in l. si quis ad

declinan-

declinandam C. de Episco.& cler. Alex.& Ias. in d. l. qui iurisdictioni ff. de iurisdic. om. iud. Auiles in cap. 3. prætor. glos. *Abogados* num. 10. versic. *Duodecimo*. quicquid teneat Innocen. in cap. ex parte de verb. *signific.* Sed & subsistente manifesta & rationabili causa quæ spectet ad dignitatem & honorem Ecclesiæ, potest Episcopus esse iudex in causa propria cap. Romana de prenis cum traditis per praxim Episcopal. par. 1. verb. *Episcopus* §. 33. Alex. Trenta sinqui. vari. resol. lib. 2. tit. de iudic. resol. 5. num. 7. Marta in votis nouiss. decis. voto 57. num. 23. Surd. cons. 50. tum etiam ratione notorij & manifesti, Trentasinq. d. resolut. 5. num. 6. Barbos. in l. si de vi num. 143. ff. de iudic. & Augusti Barbos. in tract. de offic. & potest. Episcop. par. 3. allegati. 87. num. 6. Imò Episcopus subsistente manifesta & rationabili causa poterit subditos clericos compellere ad charitatiuum subsidium sibi soluendum, ita Hostien. Ioan. Andre. Butri. & Abb. in cap. cum Apostolus de censib. & plures alij quos refert & sequitur Rendina. in promptuario recept. sent. tit. 38 num. 12. & Lap. allegat. 2 c. quæ incipit. *Si vacante*. asserit posse Episcopum propter hoc clericos excommunicare, quod probat ex clem. frequens de excess. prælator. & Auditores Rotæ citati per Augusti. Barbos. d. allega. 87. num. 5. dicunt posse Episcopum in sua diœcesi edictum proponere vt vbicunq. clericus beneficium habens non soluerit ei charitatiuum subsidium infra certum tempus, sit excommunicatus. 82 83

Quæsitum & disceptatum est an per partem ipsam sine nuncij seu apparitoris publici interuentu possit citatio alterius partis fieri, iuxta communem & veriorem opinionem dicendum est duobus modis fieri posse. vno modo ex commissione iudicis, glo. in l. si vt proponis 2. nominis C. quomodo & quando iud. glo. Panor. & alij in c. cum sit Romana in fi. de appellat. Bald. in Margar. verb. *citatio*. quæst. 39. Specul. in tit. de citatio. §. sequitur. versic. *quandoque citatio fit per partem*. Marant. de ordi. iudic. 6. par. tit. de citatio. num. 45. non tamen isto casu credendum est parti sine litteris iudicis committentis glo. in c. prudentiam de offici. delega. & in cap. cum parati de appellatio. Bald. in d. l. si vt proponis. Specul. in d. §. sequitur Maranta vbi supra num. 45. Secundo modo quando pars nō inuenit nuntium, tunc enim potest coram Notario & testibus litteras citationis parti ostendere & requirere eam vt compareat iuxta iudicis præceptum, & huiusmodi citatio valebit, Bart. in extrauagan. ad reprimendam verb. *per litteras*. in fin. Alex. in l. iuste num. 31. ff. de acquir. possess. Ias. in l. iubere num. 7. ff. de iurisdic. omn. iud. Hipolyt. in reperit. l. de vnoquoque numero 196. ff. de re iudic. 84

Non mouet Rebuff. ad constitut. Regi. tom. 3. tit. de citatio. in præfatio. num. 83. & seqq. vbi contrarium defendit, & tenet. nam argumenta quibus fundatur, non reluctantur. quod enim ait partem non teneri venire in iudicium ad partis alterius denuntiationē ex glo. in cap. cum sit Romana verb. *nec solent*. de appellatio. & ex Innocen. in c. dilecti de maiorit. & obed. nec partem teneri credere parti, quæ facile mēti i posset l. 1. §. cū quis ff. de quæstio. non inficior: secus tamen est, si pars denunciet ex commissione iudicis & doceat litteras commissionis. quod autem subijcit ex antiquis historiographis olim Consules Prætores & alios Magistratus habuisse lictores & exequutores qui illorū iussa exequutioni mandarent, & nullus fuisset apparitorum & executorum vsus, si pars potuisset absque eis partem citare, non concludit cum nec iudex semper parti commisisset citationem, & adhuc ad multa alia ijdem executores & apparitores publici profuissent. 85

Illud verum puto quod idem Rebuff. num. 81. docet citationem realem id est prehensionem siue capturam personæ nō posse à parte fieri nisi in debitore suspecto de fuga l. ait Prætor §. si debitorem ff. de his quæ in fraud. cred. glo. & Ias. in §. 1. inst. de actio. DD. in cap. 1. de iudic. sunt enim vitanda scandala & materia delicto- 86

rum,

rum, & prædicta opinio ſupracitatorum auctorum quod pars ex commiſſione iudicis poſſit citare partem, intelligenda eſt prout eam Rebuffus d. numero 81. intelligit, non de prælibata citatione reali, ſed verbali.

87 Caſus in quibus quis propria auctoritate ſine iudice poteſt ſibi ius dicere, tradunt glo. Bar. & Io. Faber in l. neminem C. de exhiben. & tranſmitten. reis, Guilielmus de Ferrarijs in l. 1. C. quando liceat ſine iudice ſe vindic. vbi quinquaginta caſus enumerat, Calici. in Margarita fiſci dubio 7. ſub ſpeciali rubr. *caſus in quibus propria auctoritate poteſt quis ſibi ius dicere.* vbi octuaginta duos caſus congerit, Cacer var. p. 2. in noua editio. cap. 10. vbi plures explicat & declarat. & cap. 5. num. 165. & 166.

AD QVÆST. XV.

SVMMARIVM.

1 *AN iudex in ſententia teneatur cauſam exprimere.*

Fatuus iudex eſt qui cauſam in ſententia exprimit & quare.

Niſi adijciat dictionem, maximè.

2 *Procedit tam in definitiua quam in interloquutoria ſententia.*

3 *Fallit in ſententia excommunicationis.*

4 *Fallit in cauſa appellationis, quando reuocatur ſententia primitiua.*

5 *Fallit vbi ſine expreſſione cauſæ ſententia eſt incerta.*

6 *Quando iudex in ſententia recedit à iuris diſpoſitione, tenetur cauſam exprimere vt quando auget vel minuit pœnam legalem.*

An tunc ſufficiat cauſam exprimere ingenere.

Cauſæ expreſſio in ſententia an requiratur dicto caſu ad validitatem ſententiæ vel ad iudicis excuſationem.

7 *Sententia præſumitur lata ex cauſa, quæ apparet in actis.*

8 *In Cathalonia tenentur iudices cauſam in ſententia exprimere & motiua apponere.*

Intellige in ſententia diffinitiua, ſecus in interloquutoria.

9 *In Regia Audientia Cathaloniæ non apponuntur motiua in ſententijs, etiam diffinitiuis, confirmatorijs priorum ſententiarum, licet ex nouiter deductis confirmentur. & quare.*

Eſt in arbitrio iudicis d. caſu illa apponere.

10 *In Regio Concilio Cathaloniæ non apponuntur motiua in ſententijs criminalibus ſiue diffinitiuis ſiue interloquutorijs.*

11 *Si ſententia continet plures cauſas, & vna tantum vera reperitur, ex qua ſuſtineri poſſit, non eſt irrita ipſa ſententia.*

Licet ceſſet vna cauſa de qua in aliqua diſpoſitione, non ceſſat effectus ſeu diſpoſitio altera manente.

12 *Intellige quando vnaquæque cauſa per ſe, vel ea quæ vera reperitur, tanquam cauſa finalis conſiderari poteſt.*

13 *An ſententia ex falſis motiuis lata ſit nulla, & an potuerit iudex ſe mouere ex motiuis, quæ ſunt in proceſſu, non mentionatis in ſententia.*

14 *An ſententia qua pronunciatur Titium eſſe condemnandum, & non additur, prout cum præſenti condemnamus vel abſoluimus, nulla ſit.*

15 *Prima DD. opinio ſententiam nullam eſſe.*

16 *Secunda DD. opinio validam eſſe, & idem eſſe condemnare ſeu abſoluere: & condemnandum ſeu abſoluendum pronunciare.*

17 *Tertia DD. opinio vt poſterior opinio procedat in Principe, prior autem in alijs.*

18 *Quæ ſit exiſtis receptior & quæ verior opinio, quamque tueatur doctiſſimus Franciſcus Sarmiento & teneat auctor.*

19 *Defenditur ſecunda opinio, & oſtenditur per quæ verba olim ſententiæ cõcipiebantur.*

20 Sen-

20 *Sententia qua pronunciatur Titium relegandum vel decapitandum, ſine dubio valet. & quare.*

21 *Idem eſt condemnare vel abſoluere, & condemnandum vel abſoluendum pronũciare.*

Superflua dijudicatur quorundam DD. quæſtio an qui non poteſt abſoluere vel condemnare, poſsit condemnandum vel abſoluendum pronunciare.

Salyceti opinio improbatur de iudice, qui in vltimo menſe ſui officij non poteſt bãnire, quod poſsit banniendum pronunciare.

22 *Duæ opiniones don Ludouici à peguera refutantur.*

Valet ſententia cum ſolo verbo pronunciãdi, nec neceſſario ad validitatem ſententiæ requiritur verbum abſoluendi vel cõdemnandi.

23 *Abſoluere qui poteſt, poteſt & condemnare.*

24 *Quæ clauſula in curijs ſecularibus Cathaloniæ ad inuocandum Diuinum numen in ſententijs apponatur, & quæ in Curia Romana. & vnde hoc proueniat.*

25 *Omiſsio dictæ clauſulæ an vitiet ſententiam. & n. 29.*

26 *Inuocatio Diuini nominis in inſtrumento notarij an ſit de ſubſtantia inſtrumenti in terris, in quibus de conſuetudine ſemper apponitur. & n. 28.*

27 *Legis mandatum ſi inductum ſit dumtaxat de honeſtate, actus in contrarium factus non dicitur nullus.*

Per verba legis ſimpliciter aliquid inducentia, forma actui non imponitur.

30 *Intellectus tex. in l. rem non nouam C. de iudic. & in c. 1. de ſenten. & re iudic. lib. 6.*

Iudex ſententiam dicturus quemadmodũ debeat inuocare Spiritum Sanctum vt in voluntate & lege Domini ambulet.

Propter peccata aliquoties neſcimus ſoluere dubia cauſarum.

31 *Sententia tempore noctis ferri non poteſt.*

Fallit in caſibus hic congeſtis.

32 *An tacitus partium conſenſus ſufficiat, vt ſententia nocte fieri poſsit.*

An ſufficeret quod partes ambæ præſentes eſſent, & non contradicerent.

33 *An ſufficeret quod iudex multitudine cauſarum impeditus eſſet.*

34 *An quod iudex noctu ſententiam proferre non valeat, communi ſtylo curiarum, præſertim in curia Romana ſit derogatum.*

35 *An ſententia nocte prolata ſit nulla, quando eo tempore fieri non potuit.*

36 *Iudex tenetur ſententiam dicere claram & certam & per verba proprium ſenſum habentia, & conformem libello, exceptis aliquibus caſibus, & qui ſint iſti caſus.*

37 *In delictis pro quibus à iure certa pœna impoſita eſt, ſufficit iudici pronunciare reum tale delictum commiſiſſe, licet pœnam non exprimat: tutius tamen eſt ſemper in ſententia exprimere pœnam ſiue à lege ordinaria ſit, ſiue arbitraria, & hoc iure vtimur in Cathalonia & ſeruatur in Regno Caſtellæ.*

38 *Sententiæ verba ſtricte & pro vt ſonãt, interpretanda ſunt.*

39 *Iudex ſedendo, non ſtando iudicare debet ſub decreto nullitatis. & quare.*

Quid ſi ſedebat incedendo ſuper equum, vel ſedebat in altaturri & partes erant inferius, vel ſi dolebat in ſedibus ſuis & non poterat ſedere vel iacebat.

Anima ſedendo & quieſcendo ſit prudentior.

40 *Iudex in foro exteriori tendere debet ſemper in mitiorem partem, in foro autẽ interiori in tutiorem.*

Iudex ius ſcriptum debet præferre æquitati & procedere ſecundum æquitatem iure informatam.

41 *In Cathalonia iudex tenetur iudicare ſecundum veritatem, quæ ex actis proceſſus elicitur, parum curando de nullitatibus.*

42 *Iudex tenetur ſententiam ferre in ſcriptis, alioquin erit nulla, & quæ ſit ratio.*

43 Obtinet hoc etiam in sententia Principis.

44 Procedit etiam in causis summarijs sine strepitu & figura iudicij, sola facti veritate inspecta declarandis.

45 Remittitur scriptura sententiæ in causa modicæ quantitatis & maximè vilium personarum.

Conciliatur dictum Paridis de Putro cum dicto glosæ, quæ videntur contraria.

46 Quæ dicatur causa modicæ quantitatis.

47 Scriptura non requiritur in sententia interloquutoria.

Fallit nisi verteretur magnæ causæ cognitio.

Iudici non creditur super sententia interloquutoria, nisi per notarium redacta sit in scriptis.

48 Alij casus, in quibus scriptura non requiritur in sententia, remissiue.

49 Iudex debet sententiam per se scribere & in Cathalonia apud omnes iudices maiores & minores obseruatur, nisi ex causa per Superiorem dispensetur. & refertur exemplar Doctoris Regij Concilij senectute impediti.

50 Iudex sententiam per se recitare debet. Intellige de diffinitiua, non de interloquutoria. n. 51.

Fallit in personis & casibus de quibus hic, dummodo recitetur per alium præsente iudice & ex ipsius mandato.

52 Quid seruetur in Cathalonia & in ducatu Sabaudiæ.

53 An in causa seculari possit sententia proferri in Ecclesia siue Ciuilis siue Criminalis, & an lata nulla sit. Quid in causa Ecclesiastica per iudicem Ecclesiasticum. num. 55.

54 Contractus in Ecclesia facti valent, quamuis peccatum sit eos ibi celebrare.

56 An in domo Ecclesiæ prohibeatur iudex secularis sententiam proferre, sicut in Ecclesia.

Quid si eam conductam habeat, vel ab Ecclesia gratis concessam.

Quid si eam habeat sua auctoritate quasi ex iure publico ad habitandum.

Intellectus c. decet de immunitat. Ecclesiæ.

57 Si actori vel reo interdictus sit ad Ecclesiam ingressus, & causa Ecclesiastica per suum iudicem in Ecclesia tractetur, an locus iudicij mutandus sit, vel licite possit actor aut reus in iudicium venire.

58 An post latam à se sententiam possit iudex illam corrigere. & numero 60. & 65.

59 Iudex post latam à se sententiam potest illam declarare, & quare.

60 Intellige quando verba essent dubia secus si clara, quia non potest iudex mutare sententiam, maximè quando correctio & mutatio non fit incontinenti.

61 Neque iudici licet declarare seu interpretari suam sententiam, nisi esset de maioribus iudicibus, scilicet habentibus mœrũ imperium.

62 Traditio seu opinio don Acasij de Ripoll vti falsa notatur.

63 Si sententia ipso iure nulla sit, potest iudex ordinarius iterum iudicare, etiã in Cathalonia.

Sententia ex defectu iurisdictionis nulla an possit per eundem iudicem nulla declarari.

64 Sententiam nullam an possit iudex appellationis reformare & nullam declarare.

Iudex appellationis vel nullitatis potest sententiam nullam confirmare, si iusta sit, & est in arbitrio eius an velit confirmare vel nullam declarare.

Non potest iudex appellationis sententiam ex defectu iurisdictionis nullam confirmare.

65 Sententiam interloquutoriam non solum declarare, sed etiam reuocare iudex potest, etiam inferior & non semel & bis tantũ sed millies.

Interloquutoria si cum causæ cognitione fiat, in rem iudicatam transit.

66 Interloquutoria habens vim definitiuæ non potest per iudicem reuocari.

67 Non potest reuocari interloquutoria re non integra post ipsius exequutionem vel post quæsitum ius parti. & quid quando esset geminata.

68 Non potest iudex suam interloquutoriam reuocare

revocare post inhibitionem sibi factam, ni si interlocutoria esset nulla, vel inhibitio non esset legitima.

69 Index post sententiã ordinatam & notario traditam, potest eam corrigere antequam publicetur, quia ante publicationem non habet vires sententiæ.

70 Est tamen tunc temporis in arbitrio iudicis an velit audire partem, qui arbitrabitur an malitiose videatur venire. Et quid obseruetur, in hac Prouincia Cathaloniæ.

71 Index quo ad accessoria an possit eadẽ die quo sententiã tulit, supplere & quomodo.

72 Arbitri post expiratum compromissum non possunt taxare expensas.

Possunt durante compromisso victum in expensis condemnare.

Possunt reseruare sibi taxationẽ expensarũ, dũmodo illam faciãt durante cõpromisso.

73 Non potest iudex sententiam ferre si nulla partium petat, alias erit nulla: sufficit tamen quod vna pars instet, licet feratur pro eo qui non instat.

74 An sit iudicandum exemplis. & num. seqq.

Sententia Principis siue Regij Senatus habet vim legis & facit ius in omnibus casibus: secus de sententijs inferiorũ, quia non faciunt ius nisi inter partes, inter quas de causa cognitum fuit.

75 In Cathalonia sententia Domini Regis seu Regij Senatus ius Generale non constituit, nec habet vim legis.

Non est in dicto Regno Domino Regi sine curijs Generalibus condendarum legum auctoritas.

Leges siue constitutiones Cathaloniæ habet specie cõtractuum inter Regẽ & Populũ.

76 Quando sententiæ non habent vim legis nec ius vniuersale constituunt, si tamẽ tot sint vt consuetudinem inducant, consuetudini standũ est & ibi locus dõ Ludouici à Peguera in declarationem adducitur.

77 Extenditur etiam si communis DD. opinio esset in contrarium.

Et quamuis statutum disponeret, quod non attendatur consuetudo. & declaratur in terminis constitutionum Cathaloniæ.

78 Consuetudo interpretatiua non requiritur quod sit præscripta certo tempore, sed sufficit quod in aliquibus actibus ita fuerit in curia seruatum, quod relinquitur iudicis arbitrio.

Consuetudinem interpretatiuam regulariter iudex potest æstimare esse stabilitam paruo tempore, cum diuturnitas in his nõ exigatur.

Quid si sint diuersæ obseruantiæ, cui standũ sit.

Obseruantia tanto efficacior est ad legis interpretationem, quanto proximior est tempori legis conditæ.

79 Duo saltem actus necessarij sunt ad consuetudinem inducendam, ad præscriptionẽ autem vnus sufficit, ex sentẽtia Ludouici Molina.

Quid in Cathaloniæ.

Cõsuetudo præter ius quanto tempore inducatur: & quid si sit contrarius.

80 Auctoritas exemplorũ licet non liget, debet tamen valde mouere animum iudicis.

Exemplis plurium personarum iudicãdum est, non paucorum.

Decisio Doctoris in specie habet vim legis, quamuis sine auctoritate loquatur, si nõ adsit contradictor.

81 Fortior est ratio quam exempla ex Socrate Platonico.

Plebeia ingenia exemplis magis quam ratione capiuntur, ex Macrobio.

Aduocati ignari iurium, dicere solent ita alias iudicatum fuisse.

82 Decisiones Rotæ Romanæ non faciũt ius in partibus, nec decidunt causas tanquã leges, sed velut magistrales doctrinæ attenduntur. Et quid de regulis Cancellariæ.

83 Si iudex de iure potest in aliqua causa summarie procedere, an possit si malit, procedere plenarie & ordinarie. & n. 85.

84 Quid si in ordine iudiciario esset erratum, cum in causa summaria proceditur plenarie, an vitietur processus.

85 An in Cathalonia in causa sũmaria, procedi possit plenarie. vbi Thomæ Mieres interpretatio reijcitur, & declaratur quomodo verum sit, quod in causa summaria possit iudex procedere plenarie.

86 *Arbiter cui data est facultas procedendi de iure & de facto, non debet credere testibus qui nullam vel malam dicti sui rationem assignant: potest tamen adhibere fidem secundum conscientiam eo casu quo ratio reddita non esset plena, sed persuasiua.*

87 *Iudex licet ei sit data licentia procedendi sola facti veritate, debet iudicare de iure.*

88 *Ex duabus pœnis à lege vel statuto alternatiue pro aliquo delicto impositis an possit iudex quam velit eligere in sententia, vel sit electio rei. vbi affertur distinctio.*

89 *Intelligitur dicta distinctio procedere in dubio, & fallit stantibus verbis & coniecturis, de quibus hic.*

90 *Iudici censetur data optio, quãdo varias pœnas & modos procedendi à iure contra aliquam criminis speciem reperimus traditos. & declaratur exemplo.*

Cum iura de clerico concubinario varie disponant, quandoque apponendo pœnam acerbam, quandoque mitem, quandoque mediam, relinquitur Superioris arbitrio.

91 *Vbi pœna à iure statuta non est, iudex potest illam arbitrio suo in sententia imponere & procedet tunc de similibus ad similia vel imponet mitiorem pœnam.*

92 *Ex quibus circunstantijs & quo modo in dd. casibus debeat iudex arbitrari pœnam & quid si non seruet consuetam pœnam.*

An iudex in arbitrarijs possit pœnam mortis apponere.

93 *An capitalis pœna imposita intelligatur de pœna mortis; & quæ intelligatur pœna capitis de iure Ciuili, & quæ de iure Canonico.*

94 *An iudex qui damnat aliquem ad mortem, possit reo concedere facultatem eligendi quo genere mortis velit mori.*

95 *Declaratur Menochij super hoc sentẽtia.*

96 *Quod fertur iudicem qui ex duabus pœnis vnam arbitratur, debere mitiorem eligere, quomodo intelligendum sit & an importet necessitatem vel consilium.*

Intellectus tex. in cap. in pœnis de regul. iur. lib. 6.

97 *Ex interuallo potest iudex commutare pœnam pecuniariam in corporalem cum reus non habet vnde soluat, cautius tamẽ faciet si formet sententiam bimembrem condemnando reum in pecunia & nisi soluerit intra talem terminum, in certa pœna corporali.*

98 *An hoc casu lapso dicto termino possit pœnam pecuniariam exequi & corporalẽ dimittere.*

Quid si Rectores Reipub. vellent post d. terminum potius pœnam pecuniariam quam corporalem eligere, cum Respub. sit creditrix.

99 *An ex indicijs indubitatis possit quis pœna mortis ordinaria delicti condemnari, & quid seruet Regium Concilium Caballoniæ.*

Et quid seruauerit idem Concilium in delictis occultis & difficilis probationis.

100 *Barones & Regij ordinarij ex indicijs indubitatis non possunt pœna mortis ordinaria reum condemnare. vbi decisio.*

101 *Iudex non solum super petitis potest pronunciare, sed etiam super causa petendi.*

Valet sententia, quæ declarat quem esse dominum vel heredem, si petitum sit aliquẽ condemnari ad rei restitutionem in petitione hæreditatis vel rei vendicationis.

Iudex potest declarare causam deseriã esse, si pars petat exequutionem sententiæ.

102 *Pars petens rem restitui, satis videtur petijsse cõtractus recisionẽ, quæ necessaria erat ad rei restitutionem.*

Minor qui rem venditam repetit, videtur petijsse restitutionem in integrum.

103 *Iudex in iudicio summario potest sine aliqua partium specificatione pronunciare & iustitiam ministrare.*

In d. iudicio omne ius à principio deductũ censetur.

104 *Iudex causæ appellationis potest pronunciare de accessionibus, de quibus nihil dictum est à iudice primitiuo.*

105 *Iudex causæ appellationis sequi debet statuta & cõsuetudines primi iudicis.*

Si sententia Criminalis per iudicem appellationis confirmetur, pœna applicatur fisco iudicis primitiui.

106 *In*

106 *In causa appellationis licet mutetur iudex, non dicitur mutari iudicium, nec lis dicitur finita.*

107 *Si iudex appellationis reuocat primam sententiam, debet ob reuerentiam primi iudicis addere illa verba, ex nomine deductis.*

108 *Melius non pronunciat, quàm nouissimus pronunciat, & interdum sententia reformatur in peius per iudicem appellationis.*

109 *An vitandæ appellationem iudex quod de facto fecit, potest de facto reuocare. Et iam ipse per querelam aditus vel ex officio, quam iudex appellationis etiam nõ citata parte.*

110 *De æqualitate in iudicijs seruanda. In iudicijs etiam decisorijs concessum vni ex litigatoribus, porrigitur ad alium.*

111 *Princeps in paritate probationum potest ferre sententiam pro actore viro probo cõtra reum virum malum.*

Quid de iudice qui habet liberum iudicandi arbitrium.

112 *Quando super incidenti vel emergenti possit vel debeat iudex declarare ante diffinitiuam vel non. vbi Bartol. distinctio vtilissima approbatur.*

113 *Quæ dicantur quæstiones emergentes, & quæ incidentes.*

114 *In dubio exceptiones præsumuntur appositæ ad mentem causæ & non ad processum impediendum.*

115 *Iudex procedendo ad vlteriora, tacite cẽsetur reijcere exceptionem, quæ ad remorandum processum apposita fuit.*

116 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem, ad diffinitiuam reseruari debent, si opponantur ad causam, secus si ad processum.*

117 *Exceptiones iuris dubij an ad hunc effectum dicantur altiorem indaginem postulare.*

118 *Interdum quando exceptio est intricata & implicita, potest reseruari ad diffinitiuam, licet opponatur ad processum impediendum.*

119 *Propter quas causas exceptio attentatorum remittatur ad diffinitiuam.*

Verbum, In dependentibus intelligitur de dependentibus immediatis & proximis, non de remotis & separatis: & sic etiam circa attentata.

120 *Quando exceptionis cognitio pendet à cognitione causæ principalis, remitti ad diffinitiuam debet, etiam si sit super attentatis. & quare.*

Consilium Iacobi Cancerij hoc casu vt non agatur via attẽtatorum, sed interdicto sũmarissimo, Interim.

121 *Exceptiones etiam respicientes processum si appareat non obstare & oponantur in puncto ferendæ sententiæ, an possit de ipsis pronunciari simul cum diffinitiua.*

122 *Causa præiudicialis ad causam principalem, prius decidenda est siue causa præiudicialis principaliter moueatur, siue per modum exceptionis. & quare. & illustratur exemplis.*

123 *Intellectus l. fin. C. de ordin. iudici.*

Quod causa Criminalis vti maior prius iudicanda sit quam ciuilis, vbi super eodem facto existere possunt, & estimatur, nisi ciuilis causa Criminali præiudicialis sit.

124 *Ponitur exemplum in exequuto ciuiliter pro maiori quantitate, qui vult agere Criminaliter actione iniuriarum, & prius coram ciuili iudice debet facere declarari exequutionis nullitatem.*

Et aliud exemplum ex Stephano Gratiano.

125 *Referuntur DD. qui intelligunt & declarant d. l. fin. C. de ordin. iudic. atque l. vnic. C. quando ciuilis actio criminali præiud. & earum materiam.*

126 *Breuis resolutio & distinctio dictã materiam paucis complectens.*

127 *Iudex qui declarat parti sententiam, quam daturus est, pœna falsi tenetur.*

Oportet maximè iudicem seruare secretũ & exornatur.

128 *Obseruantia aliquorum Senatuum & præsertim Cathaloniæ, ne disgregentur Senatores Regij, postquam vota ferre inceperint, donec decisa causa sit, licet hora consueta interim dederit.*

129 *Iudex delegatus nulliter procedit quãdo ignorat fundamentũ ſuæ iuriſdictionis.*

Aliud in procuratore, cuius geſta valent ante acceptationem mandati.

130 *Proceſſus falſi delegati ratificari non poteſt. & quare.*

131 *An iud ci liceat mutare tribunal.*

132 *Princeps in qualibet parte ſui Regni poteſt Tribunal cum ſuo Senatu habere, proſpiciendo tamen commodo, vt poterunt, ſubditorum, qui illud adire tenentur.*

133 *Regibus pro iuſtitia miniſtranda tributa dantur tanquam alimenta, & debita præſtantur obſequia.*

134 *Principis auctoritas augetur ex habitatione in Loco ſplendido & illuſtri, vnde in omnia regimen habeat.*

135 *In Principatu Cathaloniæ ſtatuerant Proreges ab initio ſedem ſuam & ſenatum Regium in Ciuitate Barcinonæ, quæ omnibus Gotolanis commoda eſt pro iuſtitia miniſtranda.*

Barcino Ciuitas eſt Caput Principatus Cathaloniæ, & communis patria Gotolanorum, à qua Princeps totius Cathaloniæ nomen accipit Comitis Barcinonæ.

136 *Anno 1635. mutata fuit ſedes Excellen. Locumtenentis Regiæ Maieſtatis & ſui Regij Senatus ac Reij Concilij Baiuliæ Generalis Cathaloniæ atque Officij Magiſtri Rationalis domus & curiæ Domini Regis in Ciuitatem Gerundæ, ſed anno 1637. plurima damna expertus cum illis ad Ciuitatem maternam remeauit.*

137 *Rector ſeu Præſes Prouinciæ habet totam Prouinciam pro tribunali, & poterit quemlibet locum deputare ad ius dicẽdum.*

138 *Epiſcopus poteſt erigere Tribunal in qualibet parte ſuæ dioceſis, ad longum tamen tempus non poteſt ſine iuſta cauſa remouere Tribunal & Cathedram à Ciuitate.*

139 *Legatus à latere plures Prouincias habens, an poſſit exercere iuriſdictionem contentioſam etiam in alia Prouincia & in qualibet parte ſuæ legationis vel Prouincia reſidere. & n. 140.*

140 *Præſes duarum Prouinciarum an poſſit in altera negocia alterius expedire, etiam in iuriſdictione contentioſa.*

141 *Baro plura oppida habens an quo ad primam cauſarũ cognitionẽ poſſit ſubditos vnius oppidi cogere ire ad aliud, vt eis ius reddatur per officiales Domini.*

142 *Iudex habitans in domo priuata, cũ extat Prætorium publicum, in quo poſſit habitare, punitur.*

143 *Vicarius Epiſcopi an debeat morari in palatio Epiſcopi, vt ibi facilius inueniatur.*

Vicarius Epiſcopi non poteſt contra eum prætendere manutentionem poſſeſſionis, ſeu conſuetudinẽ habitandi in certo Loco, cum hæc ſint mœræ facultatis.

144 *An ſententia ſub conditione ferri poſſit, lataque valeat; & ſub quibus conditionibus vel non, & ibi de conditione præſtãdi cautionem, & de conditione, ſi probauerit.*

DE SENTENTIA

DICENDA.

QVÆST. XV.

1 IMprimis quæro an iudex in ſententia teneatur cauſam exprimere. Dic eum non teneri, ad tex. in cap. ſicut & in cap. cum Bertoldus de re iudic. & ibi DD. & in l. in ſumma ff. illo tit. notat glo. in l. ſi me & Titium ff. de excep. rei iudic. Socin. regul. 244. Tiraquel. de pœnis temperan. in præfatio. num. 54. Didac. Spin. de teſtamen. in 11. par. glo. rub. num. 8. Farinac. in prax. crim. par. 1. de delictis & pœnis quæſt. 17. numero 62. Mendoſ. de inhibito. q. 72. ex n. 20. Ceuall. q. 718. imò fatuus eſt iudex qui cauſam in ſententia expreſſerit, vtpote quia eam exprimendo, viam aperiat ſuæ impugnandæ ſententiæ vt ait Imola in l. ſi is ad quem ff. de acquir. hæred. niſi adijciat dictionem, *maximè*, ſecundum Panor. in cap. ex parte de conceſſ. præben. Obtinet hæc theorica

2 non ſolum in ſententia diffinitiua, ſed etiã in interlocutoria, nam neq. in hac tenetur iudex cauſam apponere, vt expreſſe declarat Iacobus Nouellus libro 9. regularum iuris Ciuilis & Pontificij regula 40.

3 Fallit in ſententia excommunicationis quia in ea debet iudex cauſam inſerere cap. cum medicinalis de ſenten. excom. lib. 6. vbi ita cõſtituit Rom. Pontifex, quod late diſcutit Didac. Spin. de teſtam. vbi ſupra n. 8.

Fallit inſuper in cauſa appellationis, 4 quia in ea debet narrari cauſa propter quã reuocetur prior ſententia ne prioribus iudicibus imputetur, ſecundum glo. verb. *exprimantur*. in capite ſicut de ſenten. & re iudic. argumento c. cum Ioannes de fid. inſtr.

Fallit item vbi ſine expreſſione cauſæ 5 ſententia eſt incerta l. 2. §. ignominia de ijs qui notan. infam. Specula. in tit. de ſenten. §. quod autem circa fin.

Fallit denique quando iudex in iudican- 6 do recedit à iuris diſpoſitione, tunc enim tenetur cauſam adſcribere ſecundum Oldrad. conſ. 325 Roman. conſ. 483. Deci. in cap. conſuluit num. 13. & 14. de appellatio. Tiraquel. de pœn. temperan. in præfatio. num. 54. & ſeqq. Farinac. d. q. 17. numero 63. ſic quando iudex ex cauſa recedit à pœna legali ſtatutaria ſeu conſuetudinaria, illam augendo ſeu minuẽdo, debet in ſententia cauſam auctæ vel diminutæ pœnæ exprimere, Paris de Pute. de ſyndic. in verb. *Arbitrium officialis* num. 7. Vaſqui. controuerſ. illuſtri. cap. 14. num. 5. Iul. Clar. in prac. q. 85. late Farinac. qui ſupra num. 62. cum 3. ſeqq. vbi declarat hoc caſu ſufficere cauſam dicere in genere, vtputa dicendo *iuſtis de cauſis animum noſtrum mouentibus*, & adhuc tenet neq. tunc neceſſariam eſſe cauſ expreſſionem ad validitatem ſententiæ, ſed ad iudicis excuſationem in ſyndicatu.

Præſumitur ſententia lata ex cauſa quæ 7 apparet in actis, Garcia de benefic. 5. par. c. 8. n. 88. Gonzal. de alternatiu glo. 3. num. 41.

8 In Cathalonia tenentur iudices cauſam in ſententia exprimere & motiua apponere ita vt clare in quo partium iuſtitia conſiſtat, liquent, conſtitut. 2. tit. de ſententias. notant Peguer. in prac. ciuil. rub. 24. num. 5. Cancer. var. par. 3. cap. 17. num. 407 quod intellige in ſententia diffinitiua: ſecus in interlocutoria, vt declarat Fontanell. de pact. nuptia. tom. 2. clauſ. 7. glo. 3. par. 10. num. 49 nam conſtitutio illa de diffinitiuis expreſſe loquitur vnde Regij Senatores abſtinent ſæpè in interlocutorijs
9 motiua adijcere. Præterea in noſtra Regia Audientia non ponuntur motiua in ſentẽtijs etiam diffinitiuis confirmatorijs priorum ſententiarum, licet ex nouiter deductis cõfirmentur, vt teſtatur Ioſeph. Ramõ. conſ. 72. num. 35. qui rationẽ aſſignat, quia ſi declararetur expreſſe ſuper nouis exceptionibus confirmando ſententiam iudicis primitiui, daretur materia iterum ſupplicandi tanquam à nouis capitibus & in vna & eadem cauſa contingerent plures ſupplicationis ſuper meritis diffinitiuæ. veritas eſt quod eſt in arbitrio iudicis præfato caſu motiua inferere & ita praxis obſeruat.
10 Denique in cauſis criminalibus non ſolent apponi motiua in ſententijs vel prouiſionibus in Regio Concilio Cathaloniæ & alijs ipſius curijs, quod notauit quoque Fontanella de pac. nup. to. 1. clauſ. 4. glo. 10. p. 2. n. 68.

11 Quando ſententia continet plures cauſas, & aliquæ ex ipſis falſæ demonſtrantur, vna tamen ex expreſis vera reperitur, ex qua ſuſtineri poſſit, non ideo irrita fit ſententia. ita Innocen. in cap. in præſentia de renun. cuius opinio communiter eſt approbata teſte Alex. in l. impoſſibilis num. 5. de verb. oblig. Grat. conſ. 120. num. 47. libro 2. ratio eſt quia licet ceſſet vna cauſa de qua in aliqua diſpoſitione, non propterea ceſſat effectus ſeu diſpoſitio altera narente §. affinitatis inſt. de nupti. Deci. in cap. ex litteris de conſtitutio. Gratianus deciſione 42. numero 4. Sed pro-
12 cedit quando vnaquæque cauſa per ſe, vel ea quæ vera reperitur, tanquam cauſa finalis conſiderari poteſt, ita vt ex ſe ipſa abſq. concurſu aliarum cauſarum ſit potens ad effectum producendum, cap. frequenter §. porro iun. §. ſin autem, vt lite non conteſta. & ibi notat Abb. Alex. in d. l. impoſſibilis numero 5. Iaſ. in l. teſtamẽto numero 14. C. de teſtam. milit. & non male probatur ex ipſo §. affinitatis. Et vtrũ 13
ſententia ex falſa cauſa ſeu falſis motiuis lata, ſit nulla exponunt Cornazanus deciſ. 1. numero 18. Afflic. deciſ. 28. & ibi Vrſil. Celſ. Hugo conſ. 10. numero 2. & conſ. 120. numero 79. & an potuerit ſe mouere iudex ex motiuis quæ ſunt in proceſſu, non mentionatis in ſententia deciſ. rotæ Farinacij 24. Scaccia de appellatio. q. 11. numero 112. in fin. & numero 113. Zabarel. in clem. ſæpè §. & quia n. 18. de verb. ſign.

Quæro an ſententia qua pronunciatur 14
Titium eſſe condemnandum vel abſoluendum, & non additur, *pro vt cum præſenti condemnamus vel abſoluimus*, nulla ſit. Tres fuerunt in hoc articulo opiniones DD. Prima ſententia nullam eſſe, 15
quia debet condemnare vel abſoluere, non autem condemnandum vel abſoluendum pronunciare. hanc tenuerunt Bart. in l. ſolent ff. de offic. proconſul. & legat. Bald. Imola, Roma. & Alex. poſt Ioann. Andre. quem ipſe refert in l. 1. in §. ſi quis ita numero 17. de verb. oblig. adde ex noſtris don Ludouic. à Peguera in Praxi ciuili rubr. 24. numero 7. Secunda 16
ſcriptorum opinio eſt præcedenti contraria eam ſcilicet ſententiam validam eſſe, idemque eſſe condemnare vel abſoluere, & condemnandum vel abſoluendum pronunciare. hanc amplectitur glo. in l. non diſtinguemus §. ſi plures ff. de arbitr. in verb. *conſenſerunt*. & ſequuntur non pauci DD. vt refert ibi Alex. & eam late probat Aretin. in dic. §. ſi quis ita & tenet Bart. ſibi contrarius in dic. l. ſolent. Tertia inter- 17
pretum opinio fœdere diſtinctionis concertationem hanc fœdat & conciliat, vt poſterior opinio procedat in Principe, prior autem in alijs. iſtam diſtinctionem admittunt Aretin. Alexander & Romanus ſupra citati & Deci. in c. cum venerabilis de

exceptio.

exceptio. Prima opinio est receptior apud DD. secundum Deci. in d. cap. cum venerabilis num. 37. sed secundum opinionẽ veriorem dicit Claudi. de Saycel. in d. §. si quis ita. & eam reprobata prælibata distinctione acerrime defendit tenet & à cõtrarijs liberat doctissimus Francisc. Sarmiẽto selectar. interpretatio. lib. 1. cap. 14. per tot. & hanc arbitror veram. Imò antiqui iurisprudentes ita sententias protulisse videntur, *condemnandum, absoluendum pronunciamus.* sic tex. in l. Æmilius ff. de minor. ibi. *pronunciauit in integrum restituẽdã.* & in l. post legatum §. an libertas ff. de his quib. vt indign. ibi. *& de libertate Diuus Pius iudicauit, ea esse priuandum.* & in l. si accusatoribus C. de accusati. ibi, *sententiam dixit qua eum de quo querimoniam detulisti, liberandum existimauit.*

Illud minus difficultatis habet valere sententiam qua iudex pronunciat Titium alicuius criminis reum decapitandum vel relegandum, licet non addatur, *pro vt eum præsenti decapitari iubemus vel relegamus*: quia nunc verba iudicis factum ipsum executionis respiciunt & tanquam necessarium antecedens condemnatio comprehenditur in sententia argumẽto l. 2. ff. de iurisd. om. iud. & l. ad rem mobilem ff. de procurat. ideoq. hunc casum nullam dubitationem continere dixit Sarmien. dic. cap. 14. num. 5. versic. *Illud autem.*

Ex his liquet superuacaneam esse eam controuersiam, quam quidam scriptores concitarunt vtrum qui non potest absoluere vel condemnare, possit condemnandum vel absoluendum pronunciare sicut voluit Salycet. in l. 1. C. si aduers. libert. quod iudex qui propter statuta non potest in vltimo mense sui officij aliquem bannire vel absoluere à banno, poterit absoluendum vel banniendum pronunciare. nam verius est idem esse condemnare vel absoluere, & condemnandum vel absoluendum pronunciare & eãdem esse in vtroque potestatem, virtutem, & effectum vt optime censet Sarmiento dic. cap. 14. numero 6. & 7. Ideoque male contrarium censuisse visus est Peguer. in prax. ciuil. d. rubr. 24. num. 7. & peius iudicio meo dum asserit non valere sententiam cum solo verbo pronunciãdi, sed necessario requiri verbum condemnandi vel absoluendi ad validitatem sententiæ. nam hoc est falsum vt constat ex secure traditis per Flamini. Cartari. deci. 119. num. 8. 9. & 11. & per totam decisionem. Illud extra omnem aleam difficultatis est eum posse absoluere qui condemnare, Belluga in specul. princ. rub. 25. §. 1. in fin. Menochi. lib. 1. de arbitr. quæst. 43. l. nemo qui condemnare de reg. iur. 23

Quæro insuper de alio frequenti & quotidiano dubio. In l. rem non nouam C. de iudic. sancit Imperator vt omnes iudices in recitandis sententijs diffinitiuis depositas habeant ante sedẽ iudicialem Sacrosanctas scripturas siue Euãgelia Domini vt attendentes ad ipsa & Dei presentia cõsecrati ex maiore præsidio lites dirimãt. & in cap. 1. de senten. & re iudic. lib. 6. Rom. Pontifex conuerso sermone ad iudices ait quod in concipiendis sententijs & ferendis præ oculis habeant solum Deũ, illius imitantes exemplum, qui querelas populi tabernaculum ingressus ad Dominum referebat vt secundum eius imperiũ iudicaret. Inde inoleuit praxis in Regia Audientia Cathaloniæ & in curijs ordinariorum eiusdem quod semper in diffinitiuis sententijs apponitur illa clausula, *Sacrosanctis Dei Euangelijs coram positis & illis reuerenter inspectis, vt de diuino vultu rectum procedat iudicium.* & in curia Romana in sententijs semper inseruntur illa verba. *Deum solum præ oculis habentes.* non tamẽ in hac curia de Euãgelijs mentio fit. Nunquid ergo posito hoc iure & cõsuetudine in terris illis, omisso similis clausulæ vitiabit sententiam? censeo ex hoc defectu sententiam non vitiari, per ea quæ late tradit Stephanus Gratianus decisione 1. per tot. vbi præsupposito quod de iure & de consuetudine in aliqua Prouincia inuocatio diuini nominis per notarium in instrumentis præmitti debet, concludit 24 25 26

dit eam non eſſe de ſubſtantia inſtrumenti ita vt eius omiſſio reddat illud inualidum, quia licet iſta ſolennitas ſit magni momenti in his quæ pertinent ad fidem, tamẽ quo ad inſtrumentum dicitur leuis ſolennitas, cuius defectus non vitiat, ex Felin. in cap. 1. num. 2. de fid. inſtru. & Alex. in rubr. ff. de nou. oper. nunci. num. 10. verſic. *teneo concluſiue*. & non cenſetur inducta vt ſit pro forma & ſubſtantia inſtrumenti, vt reſoluit
27 Aciat. in rubr. de noui oper. nunci. nã & mã datum legis ſi inductum ſit dumtaxat cauſa honeſtatis, non adeo obligat vt actus in contrariũ factus dicatur nullus glo. in auth. decernit C. de arbitr. in verb. *ſacramenti*. & in d l. rem non nouam in fin. C. de iudic. & per verba legis ſimpliciter aliquid inducentia, forma actui non imponitur Bald. in l. 1. de liber. & poſthu. & in l. fin. vbi Salicet. C. de ſenten. ex breuic. recit. Aciat. qui de communi teſtatur in rubr. de nou.
28 oper. nunciat. nu. 12. & his non citatis ſed alijs multis congeſtis noſter Petrus Fontanella de pact. nup. tom. 1. clauſ. 2. num. 7. fuit huius opinionis quod nomihis domini inuocatio nullo modo ſit de ſubſtantia vel eſſentia inſtrumenti ita vt vitietur ex eius omiſſione, etiam ſi extaret conſuetudo præcipiens huiuſmodi inuocationem apponi, niſi quoq. vlterius progrediendo actum inualidaret ſeu nullum redderet in quo interpoſita non foret licet alij multi contrarium teneant quos ipſe refert, & ibi late docet quæ dicãtur leues ſolennitates quæ omiſſæ
29 non vitiant. Sed quod ſine præfata euangeliorum præſentia quam requirit textus in d. l. rem non nouam. valeat ſententia tenet expreſſe glo. ſecundum vnum intellectum in eadem l. rem non nouam in verb. *prætereatur*. iuncto verb. *ius iurandum* & ibi
30 ſcribentes. Sane quod principaliter Romani Pontifices & Imperatores voluerunt eſt vt iudex oculis mentis ſuæ in ferenda ſententia cernat euangelia domini id eſt diuinam voluntatem & legem & in illa ambulet. & ita eum debere ſcribunt Anton. Gomes. var. reſol. tom. 3. cap. 13. num. 30. in fin. Ludoui. Miranda de ordin. iudi. quæſt. 88. artic. 7. concluſ. 7. Ioan. Neuizan. in ſylua nupti. lib. 6. num. 5. Zuarez de Paz in praxi par. 1. tom. 1. tempore 11. num. 6. &. 10. vbi quod inuocet Spiritum Sanctum qui illuminet intellectum & purget eum à peccatis & purificet conſcientiam, quia propter peccata multoties neſcimus ſoluere dubia cauſarum, & ante oculos habeat contenta in d. ca. 1. de ſenten. & re iudic. lib. 6.

Sententia tempore noctis ferri non po- 31
teſt 6. ſe debunt in auth. de iudic. c. conſuluit de offic. delegat. & ibi glo. & DD. Catelian. Cotta in memoral. verbo, *Sententia regulariter*. Barthol. Zocin. regula 359. Sebaſtia. Vanti. de nullitate ex defectu iuriſdictionis num. 132. Menoc. de arbitr. iudic. quæſt. 62. Vincen. Caroci. de exception cõtra præiudicia. ſenteti. exceptio. 37. hæc tamen concluſio non habet locum ſi conſuetudo ſit in cõtrarium vel proferatur ſententia de conſenſu partium, vel die ſequenti eſſet expiratura iuriſdictio, vel res ſuper qua fertur ſententia, eſſet tempore peritura. ita tradunt DD. in d. cap. conſuluit & in ſpecie omnes iſtas limitationes congerit & comprobat Caroci. d. except. 37. num. 3. 32
Imò ſufficit tacitus partium conſenſus vt dicit Laſ. in l. more num. 12. ff. de ferijs & poſt alios Menoc. d. q. 62. num. 4. vbi ait ſufficere ſi ambæ partes eſſent præſentes & nõ cõtradicerent. Quod autem ſubdit Cotta 33
vbi ſupra, prædictam concluſionem nõ procedere vbi iudex multitudine cauſarũ impeditus eſſet, verum intelligunt Felin. in d. c. conſuluit & Barbac. in rubr. de fid. inſtr. num. 88. Caroci. vbi ſupra num. 2. ſi eo die iuriſdictio eſſet peritura quia poſſet prorogare in diem ſequentem. Sed quod iudex 34
noctu ſententiam ferre non valeat, ex communi ſtilo præſertim in curia Romana non obſeruari notant Vant. qui ſupra num. 132. Caroci. d. except. 37. numero 6. & in curijs Regum Socin. dic. regu. 359. fallen. 2. & in vtriſque Menoc. dic. q. 62. numero 1.

At vbi hæc conſuetudo non viget, ſed ius 35
commune ſeruatur, quæro an ſententia, nocte prolata ſit nulla. Nullam eſſe defendit Signorol. conſ. 52. & hanc communẽ opi-

nionem

nionem eſſe teſtatur Iaſ. in l. non minorẽ num. 3. C. de tranſactio. Sed Sylueſt. in ſũma verb. *Iudex* 2. num. 2. tenet valere ſententiam quia multa prohibentur quæ tamẽ facta tenẽt c. quemadmodum de iur. iuran. cap. ad apoſtolicam de regular. ego pro hoc doctore calculum ferrẽ quia quod noctis tempore non pronuncietur ſententia, ex honeſtate potius quadam quam ex neceſſitate introductũ fuit, vt docuit Deci. in d. c. conſuluit n. 12.

36 Tenetur iudex ſententiã proferre claram, & certam & per verba propria & intelligibilia habentia ſuum proprium ſenſum vt in §. curare Inſtit. de actio. & notat Suarez de Paz in praxi par. 1. tom. 1. tẽpore 11. num. 12. debetque illam proferre conformem libello. cap. licet Heli de ſimonia l. fin. C. de fideicom. libertat. exceptis aliquibus caſibus. eos cõgerit Socin. reg. 357. Niconicus in repetitio. cap. queniam

37 contra falſam de probatio. Et quamquam vbi reus condemnandus eſt pro aliquo delicto pro quo iure extat pœna certa impoſita vt in homicidio & adulterio, ſufficit pronunciare eum tale delictum commiſiſſe licet pœnam iudex non exprimat, quia cenſetur impoſita illa quæ per legem reperitur determinata, eaque poteſt exequutioni mandari vt expreſſe ait Iureconſultus in l. 1. § nam ſi quidem ff. ad Turpil. & ibi DD. tutius tamen eſt ſemper in ſententia impo nere & declarare certam & determinatã pœnam pro delicto ordinario vel arbitrario gratia maioris claritatis & ad omnem amputandam dubitationis materiam vt animaduertit & in ſuo regno ita obſeruari aſſerit Anton. Gomes. var. reſol. to. 3. c. 13. n. 30. & hoc iure vtimur etiam in Cathalonia.

38 Sententiæ verba ſtricte interpretanda eſſe & id dumtaxat importare quod verba ſonant, obſeruant Pinel. in l. 2. c. de reſcind. vendit. 3. par. cap. 3. num. 20. Garcia de expenſ. cap. 6. num. 18. Scaccia de appellatio. q. 17. limit. 6. membr. 9. ex num. 8. Cancer. par. 3. cap. 17. num. 411. & ſeqq. Rota Roman. deciſ. 171. n. 2. p. 1. recentior. Gratia. deciſ. 214. n. 11.

Debet iudex iudicare ſedendo, non ſtãdo ſub decreto nullitatis §. ſedebunt in auth. de iudicib. cap. fin. de ſenten. & re iudic. in 6. ad fin. & ibi DD. Sylueſ. in ſum. verb. *iudex* 2. num. 4. glo. verb. *recitauit*. in l. 1. C. de ſenten. ex breui. recit. late glo. in verb. *ſedendo* in d. cap. fin. vbi quid ſi ſedebat incedendo ſuper equum, vel ſedebat in alta turri & partes erant inferius, vel ſi dolebat in ſedibus ſuis & non poterat ſedere vel ſi iacebat. ratio eſt quam hæc glo. aſſignat quia ſedendo maturitas ſententiæ comprobatur & anima ſedendo & quieſcendo fit prudentior. In his quæ iudicis arbitrio relinquuntur, ſemper debet iudex 40 æquitatem ſeruare vt notãt Innocen. in c. 1. de conſtitutio. Bart. in l. 1. C. de litig. Abb. in cap. ex parte de tranſactio. in glo. in verb. *æquitate*. DD. in cap. fin. de tranſactio. Sylueſ. vbi ſupra num. 4. Bene Anton. Lazari. canonic. qq. p. 2. q. 8. num. 28. vbi docet quemadmodum iudex in foro exteriori ſemper tendere debet in mitiorem partem, in foro autem interiori in tutiorem. Vbi autẽ ius eſt ſcriptum, ſemper debet illud præferre æquitati quia propter æquitatem non ſcriptam non debet iudex à iure ſcripto recedere. ita Panor. in cap. fi. de tranſactio. ſecundũ glo. ibi. debet enim procedere ſecundum æquitatem iure informatam, non autem ſpreta forma iuris æquitatem amplecti, Abb. in cap. ex parte 2. de offic. delega. in 3. notab. nam non debet eſſe clementior lege vt dicit tex. in §. oportet in auth. de iudicib. In Cathalonia 41 iudex tenetur iudicare ſecundum veritatẽ quæ ex actis proceſſus elicitur, parum curã do de nullitatibus conſt. 1. tit. *de donar libell* Ferrer. 3. p. obſer. cap. 288. verſic. *ex dicta*. Cancer. par. 3. cap. 17. num. 56. 537. 561. & ſeq. & cap. 16. num. 16. & ſeqq. & par. 2. cap. 2. num. 238. & ſeqq. Ceuall. q. 696. in fin. Pinel. 3. par. in l. 2. cap. 3. nu. 26. & 32. C. de reſcin. vendit. Flor. Diaz q. 5. num. 58. Lara de anniuerſarijs lib. 1. cap. 10. ex numero 45. 70. & ſeqq. Gonſal. de alternatiu. poſt. §. 1. glo. 9. num. 170. & ſeqq.

Tenetur iudex ſententiã ferre in ſcrip- 42 tis.

tis, alioquin erit nulla l. 2. & fin. C. de ſenten. ex breuic. recitan. & ibi Bar. & DD. can. imprimis in fin. 2. q. 1. Specul. in tit. de ſenten. §. iuxta. verſic. *non valet etiam.* glo. pen. in §. curare inſtit. de actionib. glo. in c. 11. 20. diſt. in verb. *ſcientia.* Suarez de Paz in praxi par. 1. tom. 1. tempore 111. num. 13. Paris de Pute. de Syndicat. in verb. *ſententia* num. 1. & 2. ſeqq. Gratian. deciſ. 163. n. 19. Peguera in prax. ciuili rubr. 24. num. 6. qui rationem tradit ne veritas occultetur, quia poſſet poſtea alio modo ſcribi quam fuit voce dictum vt ait glo. in clem. ſæpè §. ſententiam in verſic. *in ſcriptis.* de verb. ſignif. Alphonſ. Narbona ad leges regi. lib. 3. tit. 9. lege 24. gloſ. 1. num. 14. qui rationem reddit vt memoriæ commendetur & ſecuritatẽ rei iudicatæ victori quocũq. tempore ſententia præbeat.

43 Obtinet hæc concluſio etiam in ſentẽtia Principis, nam & iſta debet in ſcriptis proferri §. ſi vero aliquis in auth. in medio litis Paris de Pute. vbi ſupra num. 2.

44 Vendicat quoque ſibi locum in cauſis ſummarijs in quibus ſine ſtrepitu & figura iudicij ſola facti veritate inſpecta procedi-tur: nam & tunc ſcriptura in ſententia requiritur, non minus ac in ordinarijs iudicijs vt ex tex. in clem. diſpendioſam de iudic. iũcta clem. ſæpè de verb. ſignif. tenet Abb. in c. Albericus num. 2. de teſtib. vbi etiam Felin. in pri. & Franciſc. de Aretio quos ſequitur Robert. Maranta de ordi. iudic. 4. par. diſt. 9. num. 37. Narbona vbi ſupra nu. 14. ad de Peguer. vbi ſupra n. 6.

45 Remittitur tamen hæc ſcriptura ſententiæ in cauſa modicæ quantitatis & maximè vilium perſonarum auth. niſi breuiores C. de ſenten. ex breuic. recitan. coniuncta lege antecedenti vt idem Narbona declarat. & ſic debent conciliari quæ in contrarium videntur aſſerere glo. in d. cap. fin. de ſenten. & re iud. in verb. *illuſtrium.* & Paris de Pute. vbi ſupra num. 2. & 3.

46 Cauſam modicæ quantitatis dicit glo. prędicta cauſam duorum aureorum & ad hoc etiam inſpiciendam qualitatem perſonarum & relinqui iudicis arbitrio. Subdit quoque Pute. nu. 3. cauſam vnius bouis eſſe magnam in ruſtico, quia forte eſt maior pars fortunarum ſuarum l. illicitas §. veritas de offic. præfec. vbi glo. de vno porcello.

47 Non procedit concluſio in ſententia interloquutoria, ſed ſolum in diffinitiua: nam interloquutoria non requiritur quod proferatur in ſcriptis c. quoniam contra falſam in verb. *interloquutiones* de probati. Paris de Pute. qui ſupra num. 2. glo. in cap. fin. in verb. *diffinitiua* de ſenten. & re iudic. in 6. quæ tamen notat quod niſi per tabellionẽ redigatur in ſcriptis, non credetur poſtea iudici & propterea per notarium debet redigi in ſcriptis, non autem quod ſcriptura ſit de ſubſtantia interlocutoriæ. Stepha. Grati. deciſ. 33. num. 9. vbi tamen ſubdit, & probat quando verteretur magna cauſæ cognitio, tunc eſſe ferendã in ſcriptis ſicut diffinitiua.

48 Alios caſus in quibus ſententia poſſit ferri ſine ſcriptis tradunt d. glo in dict. §. curare & dic. glo. in verb. *illuſtrium* in d. cap. fin.

49 Debent quoque iudices ſententias per ſe ſcribere, non per alios glo. verb. *ſcientia* in c. decretales 20. diſt. quæ allegat l. præſides C. de aſſeſſor. hæc tamen lex nullum verbum facit ſcribendi ſententias, ſed ſubſcribendi libellis: libellos autem pro ſententijs capit vt conſtat ex glo. verb. *ex libello* in l. 2. C. de ſenten. ex breuic. recitan. verum inter nos ita apud omnes iudices maiores & minores obſeruatur quod ſua manu tenentur ſententias ſcribere & ſubſcribere, niſi propter aliquam iuſtam cauſam per Superiorem diſpenſetur, vt per Excellentiſſ. tunc Locumtenentem generalem domini Regis olim diſpenſatum fuit magnifico Frãciſco Sala Regio Senatori auo meo materno vt per aliũ poſſet ſententias ſcribere propter magnam eius ſenectutẽ qua præpeditus erat.

50 Imò iudex ſententiam per alium regulariter recitare nequit. extus eſt in 62. fin. de ſentẽ. & re iudic. lib. 6. & ibi glo. l. 1. & 2. C. de ſentẽ. ex breuic. recitã. Codex Fabri. tit. de feriis defin. 1. n. 2. in allegationibus, late Socin. regul. 201. quod tamẽ fallit in iudicibus illuſtribus & ſuperioribus l. 2. C. de ſen-

de ſentē. ex breui. recitan. & in Epiſcopis vt in d. cap fin. & in conſeruatoribus c. fin. de offic. vicar. in 6. & in inquiſitoribus hæreſis c. vt commiſſi de hæretic. in 6. & in caſibus in quibus valet ſententia ſine ſcriptura dū modo legatur & recitetur per alium præſēte iudice & ex ipſius mandato vt docet Socin. vbi ſupra verſic. *Septimo*. Hæc theorica intelligitur de ſentētia diffinitiua, nō de interlocutoria vt explicat Bal. in l. fin. C. de ſenten. ex breuic. recitan. per gloſ.

Sane in hac Prouincia conſuetudo inualuit apud omnia tribunalia vt ſententia manu iudicis ſcripta ac ſubſcripta recitetur & legatur per Notarium curiæ præſentibus teſtibus coram præſide illius curiæ & ex eius mandato etiam ſi abſit iudex ſiue aſſeſſor qui ei ſubſcripſit. eandem conſuetudinem in Ducatu Sabaudiæ licet contra iuris rationem, obtinere notat Anton. Faber d. def. 1. num. 2. in allegat.

Quæro an in cauſa ſeculari poſſit ſentētia in Eccleſia proferri. Nō poteſt ſiue cauſa ſit criminalis ſiue ciuilis, quia iudicia ſecularia fieri non poſſunt in Eccleſia, neque criminalia c. cum Eccleſia de immun. Eccleſ. in 6. neque ciuilia c. decet eo tit. ſi autem huiuſmodi fiat iudicium aut ſententia proferatur, non valebit quia in d. ca. decet. ſtatuitur vt omni roboris firmitate careat iudiciū ſi in Eccleſia fiat. At contractus in Eccleſia facti valent quamuis peccatum ſit eos ibi celebrare glo. in d. c. decet & Abb. in d. c. cum Eccleſia quia cap. decet. ad cōtractus non protenditur vt ait P. Ioan. Azor inſtitutio. moral. par. 2. lib. 9. cap. 9. verſic. *Primo*. Poterit tamen iudex Eccleſiaſticus cauſam Eccleſiaſticam licite in Eccleſia tractare, glo. Panor. & alij in d. cap. cū Eccleſia, quod probant ex Can. præceptum 2. q. 2. & cap. qua fronte de appellatio. nuſquā enim in iure Canonico tale iudicium prohibitum inuenitur.

Illud in dubium verti poteſt an ſicut iudex ſæcularis prohibetur ius dicere in Eccleſia, prohibeatur & in domo Eccleſiæ. & quidem Panor. in ca. 1. de immun. Eccleſ. ſuſcitat hanc quæſtionem & cenſet, ſi ius dicat, valere iudicium quia in d. cap. decet, ſtatutum eſt ne rata ſint iudicia quæ iudex ſæcularis facit in Eccleſia & cum hæc ſit pœna, non videtur extendi ad domum Eccleſiæ: ſed & tenet nō prohiberi iudicem ſecularem ius dicere in domo Eccleſiæ, ſi eā conductam haberet vel ab Eccleſia gratis conceſſam: ſecus ſi eam habeat ſua auctoritate quaſi ex iure publico ad habitandum. Quid ſi actori vel reo interdictus ſit ad Eccleſiam ingreſſus & cauſa Eccleſiaſtica per ſuum iudicem in Eccleſia tractetur, nūquid locus iudicij mutandus eſt vel licite poteſt actor aut reus in iudicium venire? Reſpondet P. Azor vbi ſupra verſic. *Secundo*. cum Panor. in d. cap. cum Eccleſia num. 5. actorem licite non poſſe in Eccleſiam ingredi ac proinde à iudicio repelli nec propter culpam ipſius locum iudicij mutari debere: ſed ſi vult in iudicio audiri, abſolutionem impetret: at reum iure poſſe in iudicium venire, quia venit vocatus & neceſſitate mādati c. intelleximus de iudic. 57

Quæro an poſt latam à ſe ſententiā, poſſit iudex illam corrigere. Reſpondeo poſſe 58 iudicem illam declarare cum declaratio nihil noui inducat nec mutet ſenſum declarati & ad illud retrotrahatur l. hæredes palā 21. 5. ſi quis poſt factum. vbi glo. in verb. *ſignificat*. de teſtamen. l. ſi donatæ 37. in fin. de donatio. inter vir. & vxor. Decia. conſ. 8. num. 211. lib. 1. fuſe Surd. deciſ. 29. per tot. Tiraquel. in l. ſi vnquam. verb. *libertis*. num. 13. cum ſeq. C. de reuoc. donatio. Stepha. Gratia. diſcep. forenſ. tom. 1. cap. 147. nu. 1. & 5. Habet igitur locum hęc declaratio quando verba eſſent dubia, ſecus ſi eſſent clara quia non poteſt iudex mutare ſententiam maximè quando correctio & mutatio non fuit facta incontinenti, antequā actus habitus ſit pro perfecto vt poſt Bald. Caſtrenſ. & Felin. explicat Gratian. d. ca. 147. num. 5. & 6. vbi num. 7. & ſeqq. ſubdit & probat imò neque iudici permitti declarare aut interpretari ſuam ſententiam, niſi eſſet de maioribus iudicibus ſcilicet habentibus mērū imperium, & hoc etiam notauit Surd. conſ. 288. num. 2. lib. 2. Hinc falſum exiſtimo quod ſcribit collega meus dom Acaſius de Ripoll var. reſol. cap. 3. num. 287. 59 60 61 62

poſſe

posse iudicem sententiam suam corrigere, dummodo iudicis ad quem, inhibitio non interuenerit: nam bene vel male officio suo functus est & probat expresse tex. in l. iudex
63 postea quam ff. de re iudica. Sane si sententia ipso iure nulla sit, potest iudex ordinarius iterum iudicare, qui quid sit in delegato vt late docet Menoc. de arbitr. iudi. lib. 1 quæst. 67. per tot. Cancer. par. 2. ca. 2. à nu. 266. vbi id etiam in Cathalonia procedere docet. Ioseph. Ramon. cons. 80. num. 6. & 7. vbi probat sententiam ex defectu iurisdictionis nullam posse per eundem iudicē
64 nullam declarari. Et an sententiam nullam possit iudex appellationis reformare & nullam declarare tractant Ferrer 3. par. obser. ca. 432. Vanti. de nullitat. tit. 6. n. 107. & seqq. Peguer. in prax. ciuil. rubri. 28. à n. 6. Cancer. p. 1. c. 17. num. 62. in noua editi. & p. 3. c. 17. à nu. 561. Cesar de Graff. de cis. 37. alias 9. num. 8. & 12. de causa possessio. Gonzal. in reg. cancell. tit. nulli. & atten. à num. 170. Viui. dec. 53. num. 10. & seqq. Cod. Fabri. defin. 1. tit. de ferijs. Flamin. Cartari. decis. 130. n. 35. cum 2. seqq. & dec. 232. n. 17. & 18. qui docet quod iudex appellationis vel nullitatis potest sententiā nullā confirmare si iusta sit, sed non cogitur & est in eius arbitrio an velit cōfirmare vel nullam declarare. & subdit quod iudex appellationis nō potest sententiā ex defectu iurisdictionis nullam confirmare.

65 Equidem sententiam interlocutoriam nō solum declarare sed etiam reuocare iudex etiam inferior potest, quia pronunciando diffinitiue, officium suum expleuit; vnde nihil aliud agere debet, secus est in interlocutoria postquam etiam remanet iudex, ideo potest nedum interpretari sed reuocare interlocutoriam neq. semel aut bis tantum vt voluit Iaffred. decis. 194. sed millies si millies vellet vti veriorem opinionē hanc testatur Gratian. vbi supra num. 11. qui tamen decis. 129. Prouincię Marchiæ num. 2. & decis. 33. num. 6. affirmat & probat interlocutoriam si cum causæ cognitione fiat, in rem iudicatam transire late Mō-
66 ter decis. Aragoniæ 3. Interlocutoriam habentem vim diffinitiuæ non posse per iudicem reuocari tradidit Surd. cons. 288. nu. 2. lib. 2. Bald. in l. arbitro ff. qui satisda. cogan. Non posse reuocari interlocutoriam re nō integra post ipsius executionem vel post quæsitum ius parti, docuit Bar. in l. quod iussit num. 16. de re iudic. Abb. in cap. cum cessante de appella. Ias. in l. si opus num. 3. ff. de nou. oper. nunci. prout quando esset geminata, non posset reuocari secundum Corset. de verb. gemin. in pri. q. 36. nu. 17. post glo. in clem fin. in verb. *super ea*. ad fin. de appellat. notat vtrumq. Gratian. decis. 33. num. 12. & 13. Similiter iudex post inhi 68
bitionem sibi factam non potest suā interlocutoriam reuocare, nisi esset nulla vel inhibitio non esset legitima. Lancellot. de attenta. post inhibitionem p. 2. c. 20. limit. 23.

Illud in controuersiam sæpè venit an iudex post sententiam ordinatam & notario 69
causæ traditam possit eam corrigere antequam publicetur. Dic quod potest ex traditis per Codicem Fabri. lib. 3. tit. 4. ne quis in sua causa defin. final. & Francisc. de Ponte cons. 60. num. 24. & 25. Ioseph. Ramon. cons. 27. num. 7. quia ante publicationem etiam si sit actuario causæ tradita, non habet vires sententiæ. Est tamen in arbitrio iudicis an tunc temporis velit audire 70
partē qui arbitrabitur an malitiose videatur venire causa impediendi vel differēdi iudicium vel alia simili, vt sæpissimè hoc tēpore euenit ex Couar. pract. qq. cap. 26. n. 3. Marta voto 251. ad fin. Carol. Tapia in adnotationibus ad ius Regni Neapolitani lib. 3. tit. suspicio. officia. Cancer. var. par. 1. cap. 21. de arbitr. & arbitrator. in noua editione num. 36. Apud nos obseruari video quod in hoc puncto regulariter pars nō auditur, tam in sententijs diffinitiuis, quam in interlocutorijs vt omnis materia excogitatæ malitiæ amputetur quæ pro temporum calamitate solet esse maxima.

Vnum notabile verbū profert Lanfrāc. 71
de Ariadno in suo tractatu interlocutionū & appellationum num. 54. iudicem quo ad accessoria posse eadem die qua sentētiam tulit, supplere addendo, non autem minuēdo per tex. in l. Paulus respondit rescindere

ff. de

ff. de re iud. ideoque si iudex hora tertiarum pronunciauerit sententiam & non cõdemnauit aliquem in expẽsis neq. absoluit, posse postea hora vesperarum cõdemnare in expensis, etiam si nullam fecisset reseruationem expensarum: si autem iudex victum absoluisset in expensis, non posse postea cõdemnare: & econuerso si condemnasset, non posse postea absoluere secundum Bart. in d. l. Paul. Similiter Fridericus Schẽch. in suo tractatu de sententia & re iudicata num. 23. asserit quæ ad cõsequentiam sententiæ pertinent circa condẽnandũ reũ vel absoluendum, supplere debere iudicẽ scilicet eodẽ dia d. l. Paulus. Sic etiam Baiard. ad Clarum §. fin. quæst. 62. num. 13. obseruat quod si iudex omiserit condemnationem expensarum, per totam diem qua sententia prolata est, supplere poterit. Non possunt arbitri post expiratum compromissum taxare expensas Alex. cons. 18. nu. 1 lib. 7. Blanc. de compromiss. quæst. 9. num. 87. Flamin. Cartar. decis. 5. num. 10. & 15. vbi etiam quod arbitri durãte cõpromisso possint victum in expensis condemnare atque etiam sibi reseruare taxationem valẽt, dũmodo deinde illam faciant durante cõpromisso.

Non potest iudex sententiam ferre si nulla partium petat quia esset ipso iure nulla Ripa in l. 4. §. hoc autem iudicium nu. 75. ff. de dam. infect. Cæsar de Grassis decis. 9. num. 4. de causa possessionis & proprietatis Gratia. discep. forens. tom. 1. c. 40. n. 23. sed sufficit quod vna pars instet pro sententia vt iudex possit eã ferre, licet ferat pro eo qui non instat Stepha. Gratian. decis. 122. n. 11.

Quæro an sit iudicandum exẽplis. Die quod exemplis supremi Principis iudicandum est, quia eius sententia habet vim legis ideoque facit ius inter omnes & in omnibus similibus causis tex. est in l. fin. & ibi glo. C. de legib. & in c. in causis & ibi Felin. & DD. de re iudic. exemplis autem iudicum inferiorum non est iudicandum, quia illorum sententiæ non faciunt ius nisi inter partes inter quas de causa cognouerũt, tex. est in l. nemo & ibi glo. in verb. *magistratus* C. de senten. & interlocut. om. iudic. ita post glosam prædictam distinguunt Nicol. Eberard. in locis argumentorum legalibus loco ab auctoritate num. 5. Ioseph. Ramon. cõs. 3. num. 95. & 96. & quod sententia Principis siue Regij Senatus habet vim legis & facit ius vniuersale quo ad omnes, notant Mathæ. de Afflict. decis. 96. num. 11. & decis. 190. num. 7. & dec. 383. num. 8. vbi de obseruantia sui Senatus testatur. Cabedo decis. 218. num. 1. p. 1. Menoc. de præsumpti. lib. 1. q. 1. num. 27. & cons. 59. à num. 10. Gamma dec. 33. in fin. & dec. 174. nu. 10. Vincen. de Franc. dec. 238. num. 3. Ioseph. Ludouic. Perusin. dec. 90. numero 8. parte 2. Pinel. in l. 2. C. de rescin. vendit. parte 2. c. 4. num. 2. Gutier. prac. lib. 3. q. 16. num. 74.

75 In Cathalonia sententia Domini Regis seu Regij Senatus ius generale nõ cõstituit, nec habet vim legis quia non est in hoc Regno Domino Regi sine curijs Generalibus condendarum legum auctoritas. ita post practicos scriptores antiquos in vsat. iudicium in curia datum late docet Regius olim senator doctissimus Barnabas Serra in suis adnotationibus decisiuis ad causas debatorum, quæ in curijs generalibus Cathaloniæ inter brachia suscitantur, editis Barcinonæ anno 1563. adnotatione 41 per tot. scripsit etiam Iosep. Ramon. d. cons. 3. nu. 96. vbi subdit ideo, vt quotidie experimur, super vno eodemq. facto plures contrarias Senatus decisiones reperiri. Imò leges siue constitutiones huius Principatus habẽt speciem contractuum inter Regem & Populum constit. 2. tit. *de Vsatjes cõstitutions y altres leys*. Mier. collatio. 8. cap. 1. num. 5. Cãcer. var. p. 3. cap. 3. num. 68. Francisc. Moli. de ritu nuptia. & pact. in matrim. conuent. li. 3. q. 28. n. 13.

76 Sane quãdo siue iure communi siue iure Municipali Cathaloniæ sententiæ nõ habent vim legis nec ius vniuersale producũt, si tamen toties sint vt consuetudinem inducãt, consuetudini standum est & per consequẽs iudicandum exemplis, quamuis tunc potius dicimur sequi consuetudinem quã exẽpla seu sententias aliorũ iudicũ, l. si de interpreta-

tione

tione l. nã Imperator l. minime ff. de legib. optime glo. in verb. *magistratus* in d. l. nemo C. de sẽtẽ. & interloca. om iud. Stepha. Gratian. discep. forens. tom. 3. cap. 460. nu. 22. & seqq. & tom. 1. cap. 158. num. 15. & seqq. Ludouic. à Peg. tom. 2. decis. 26. n. 13. & 14. vbi cũ essent prolatæ sex vel septem sententiæ in Cathalonia, quod dominus directus potest ius faciẽs seu prælationis alteri cedere, asserit non posse iudicem ab hac opinione discedere iudicando, quia fuit inducta consuetudo.

77 Excende etiam si communis opinio Doctorum esset in contrarium, adhuc enim consuetudo iudicem adstringeret, Alciat. præsump. 30. reg. 2. numero 3. Gratian. d. cap. 158. num. 15. Menoc. præsump. 71. nu. 22. lib. 2. tom. 1. Item quamuis statutum disponeret quod non attendatur consuetudo, quia etiam ista obseruatio subsequuta esset admittenda ex Decio cons. 11. num. 10. Surd. dec. 129. num. 19. Gratia. d. c. 158. num. 16. quod docuit in terminis nostrarũ constitutionum noster Fontanell. de pac. nup. tom. 1. claus. 1. n. 44. & 48.

78 Et ista consuetudo interpretatiua non requiritur quod sit certo tempore præscripta, sed sufficit quod in aliquibus actibus ita fuerit in curia seruatum, quod relinquitur iudicis arbitrio, vti ex pluribus probat Gratian. vbi supra num. 17. cum 2. seqq. vbi subdit regulariter in huiusmodi consuetudine interpretatiua iudicem posse æstimare illam esse stabilitam paruo tempore cum diuturnitas in his non requiratur ex Aimo. cons. 201. num. 12. & cons. 294. quod etiam probãt à Gratiano nõ citati Rossental de feud. cap. 5. de regal. concl. 14. numero 7. & in allegat lit. I. Peregri. de iur. fisc. lib. 1. tit. 2. de his qui iura fiscalia habent num. 99. Flamin. Cartar. dec. 67. num. 29. Et data diuersitate obseruãtiarum, sequenda est illa quæ pluries fuit obseruata, Menoc. cons. 75 nu. 36. lib. 1. Becci. cons. 101. num. 51. vol. 1. Valenzue. Velasq. cons. 64. num. 198. vel sequenda est vltima obseruantia, quæ antecedentem tollit, fusè citati per eundem Velasq. cons. 78. num. 60. Sed tanto efficacior est obseruantia subsequuta ad legis interpretationem, quanto proximior est tẽpori legis latæ, Ludouis. dec. 325. nu. 1. vbi additis nu. 26. plures decisiones cumulat. Voluit Molina de Hispan. primog. lib 2. 79
cap. 6. num. 24. cum Bart. & alijs duos satẽ actus necessarios esse ad consuetudinem inducendam, ad præscriptionem autem vnũ sufficere. Scripsit Calici. in extragrcator. curiar. cap. 4. num. 5. fol. 7. quod duo actus publicẽ & notorij faciunt consuetudinem notoriam in Cathalonia. De consuetudine noui iuris inductiua, non iuris declaratiua resoluit Mastril. decis. 130. num. 17. lib. 2. ad eam inducendam sufficere decem annos, si sit præter ius: si autem sit contra ius, sufficere quadraginta annos, quam distinctionem tradunt etiam glo. in cap. fin. & ibi Panor. num. 11. de probati. glo. in cap. fin. de consuetud. in 6. Ias. in l. de quibus num. 33. in fin de legib. Petr. Dueñ. regul. 139. cũ seq. Zerol. in prax. Episcop. par. 1. verb. *legatum* §. 3. versic. *Decima conclusio.* post Couar. Et Rot. Roman. adde Andre. Gail lib. 2. obser. 31. num. 3. & 4. vbi hanc distinctionem obseruat esse de iure Canonico, cum aliud sit de iure Ciuili, & subdit fallere si cõsuetudo tẽdat contra ea quæ sunt Principi in signum supremæ potestatis reseruata: tunc enim tanti temporis præscriptio requiritur, cuius initij memoria non extat ex ca. super quibusdam 5. præterea de verb. sig. Alex. cons. 6. n. 4. vol. 1. Rota Genuens. dec. 17. n. 12.

In casibus quibus iudex iuxta supra tradita non tenetur exemplis aliorum iudicare, debet tamẽ ipsorum auctoritas plurimũ 80
mouere animum eius Sylua nuptia. lib. 5. n. 26. & 62. in fin. Cephal. cons. 25. num. 16. & cons. 96. num. 24. Solis de censib. cap. 3. num. 1. lib. 1. tom. 2. Hinc ait Socin. in regula 225. exemplis plurium personarum iudicandum esse, nõ paucorum. Hinc quoque scripsit Gratian. discep. forens. to. 2. ca. 355. decisionem Doctoris in specie habere vim legis quamuis sine auctoritate loquatur si non adsit contradictor. quod antea dixit Monter. in responso pro vxoris amita p. 3. num. 155. quod est post decis. 45. Sed ro- 81
bustior & fortior ratio est vt Socrates Pla-

tonicus

tonicus in Phœdro sic probat. *At præter Hippocratem* (inquit) *ratio inspicienda examinandaque est, humana namque auctoritas tantum potest, quantum ratione pollet.* Macrobius 7. Saturna. 4. asserit plebeia ingenia exemplis magis quã ratione capi. Francisc. à Ponte de potestate Proregis tit. 6. n. 55. ait aduocatos iurium ignaros, quãdo deficiunt eis iura, dicere consueuisse ita alias in tali causa obseruatum fuisse.

82 Decisiones Rotæ Romanæ non faciunt ius in partibus nec decidunt causas tanquã legested velut magistrales doctrinæ attenduntur pro vt aliorum Doctorum, Lancellot. de attentat. p. 2. c. 20. limit. 1. num. 1. & 2. tom. 5. Grati. discep. forens. tom. 4. cap. 604. n. 14. 15. & 16. vbi idem dicunt de regulis Cancellariæ, intelligendo pro vt ibi Gratia. n. 16.

83 Quæro si iudex de iure potest in aliqua causa summarie procedere, an possit si malit, procedere plenarie seu ordinarie. Ita posse notant Bald. in l. non quicquid ff. de iudic. Thom. Mier. par. 2. collatio. 6 ca. 16. n. 18. vbi citat tex. in clem. dispendiosam de iudic. sic quoque Catellia. Cotta in memoralibus verb. *Arbiter.* docet arbitrum cui data est potestas procedendi summarie & de plano, posse nihilominus procedere ordinarie & eius processum valere ex Bald. qui ita decidit in Inulla circa fin. ff. de legib. argumento illius tex. & alijs pluribus DD. quos allegat. vnde Innocen. in ca notuit de iudic. ait seruare ordinem iudiciarium non posse nocere. quod dictum cõmendat Felin. in ca. cum dilecta de rescrip. vbi etiam asserit statuto permittẽte vt in syndicatibus non seruetur ordo, si tamen ordo seruaretur validum esse processum; quia seruare formã

84 non nocet. Extendit Cotta vbi supra suam sententiam post alios etiam si in ordine iudiciario esset erratum, quia per hoc processus non viciatur; actus enim de necessitate non requisitus, si tamen interueniat, nõ violat, ex Ludouic. singula. 788. incip. *in appellatione.* & Ias. in l. vinũ ff. si cert. petat. in pen. & vlt. colu.

85 Thom. Mier. d. c. 16. num. 18. subdit se credere non obtinere suam doctrinam in Cathalonia cum in hoc regno cõstitutiones sint iuratæ, ideoque existimare iudicem debere eas seruare ad litteram procedendo summarie & de plano vbi summarie & de plano procedi dicunt. Hæc limitatio mihi non placet quia iuramentum sequitur naturam contractus & dispositionis cui adhæret, nec mutat naturam actus ca. quemadmodum de iur. iuran. l. fin. C. de exceptio. non num. pecun. quam obrem limitationẽ istam veram non arbitror: Sed regulam illam quod qui possit procedere summarie, possit & ordinarie siue plenarie, intelligo locum sibi vendicare, nisi ius publicũ lederetur vel alteri partium præiudicium inferretur.

Idem Cotta in memoralib. verb. *Arbiter debet.* obseruat quod licet arbitris data esset potestas procedendi de iure & de facto, non tamen debẽt vigore huiusmodi arbitrij credere testibus, qui nullam rationem dicti sui assignant vel malam, quamuis possent adhibere fidem secundum conscientiam eo casu quo ratio reddita non esset plena, sed tamen persuasiua ex Bald. in l. 3. in vlt. q. C. de testib quod commendat & sequitur Francisc. de Aret. cons. 84. & cõs. 61. ad fin. & Deci. cons. 11. & cons. 37. & Ias. in l. certi cõdictio 5. si nummos ff. si cert. petat. 86

Bartolus tamen cons. 72. consuluit quod licet data sit licentia procedendi sola facti veritate, debet iudex iudicare de iure & eum sequitur Ludouicus Roman. cons. 248. 87

Quæro an ex duabus pœnis à lege vel statuto alternatiue pro aliquo delicto impositis possit iudex quam velit eligere in sententia. Distingue nam si verba legis diriguntur ad iudicem, vt quia lex dicit puniat reũ iudex ista vel illa pœna, electio pœnæ ad iudicem pertinet: Si autem verba legis diriguntur ad reum vt quia dicit, soluat centũ vel recedat à Ciuitate, tunc optio datur reo, nisi in vna parte alternatiuæ esset mors, nõ enim posset reus eam eligere cum nemo sit dominus membrorum suorum l. liber homo ff. ad l. Aquil. Denique si verba legis impersonaliter prolata sunt, tunc electio pœnæ ad iudicem spectat, si vera- 88

que

que pœna sit corporalis, sed si vtraq. sit pecuniaria vel altera corporalis & altera pecuniaria; rei est electio. ita ex multis resoluunt Menochi. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 94. Peguer. decis. 93. nu. 2. & 4. to. 1. Iul. Clar.
89 in pract. crimin. q. 85. num. 6. Hæc intellige in dubio nam si lex diceret, *secundum qualitatē personarum*, vel *inspecta facti qualitate* vel huiusmodi, indistincte iudicis electio est vt aduertit Clar. qui supra num. 6. in fin. pro quo Salzedo ad Diaz in prax. crim. canon. in verb. *concubinarij* cap. 79. lit. D. citat optimum tex. in l. 1. C de his qui latron. ibi. *supplicio corporali aut dispensatione facultatum pro qualitate personæ & iudicis existimatione plectetur*. Similiter si ordo scripturæ verisimiliter ostenderet mentem legislatoris vt velit pœnam primo loco relatam esse indicendam, illud sequendum vt notat Menoc. d. q. 94. n. 8.

90 Quando varias pœnas & modos procedendi à iure contra aliquam criminis speciem reperimus traditos, iudici videtur data optio iuxta notat. per glo. in c. fraternitatis 34. dist. & in ca. à crapula de vita & honest. cleri. & 11. q. 2. in sūma, late Bernard. Diaz in prax. crimin. can. in verb. *concubinarij* cap. 79. num. 3. & ibi addicio Ignatij Salzedo qui multa citant. optime Abb. in c.
92 at si clerici de iudic. quia asserit quod cum iura de clerico concubinario varie disponāt quandoque apponendo pœnā acerbā, quandoq. mitē & quandoq. mediā amplectendo viam relinquitur Superioris arbitrio vt cōsideratis circunstantijs & scandalo inde surgente &
88 consuetudine patriæ, adhibeat pœnam aliquando depositionis, interdum priuationis à beneficijs, nonnunquam sine monitione ne priuet cum de delicto constet.

91 Vbi pœna à iure statuta non est, iudex potest illam ex suo arbitrio in sua sententia imponere, cùm enim lex vel statutum aliquid prohibet & non exprimit pœnam, iudicis arbitrio remissa censetur l. 1. §. expilatores ver. *id circo* & ibi Bart. & communiter DD. ff. de effractorib. l. hodie ff. de pœn. Guid. Pap. decis. 433. Borgnin. Caualca. decis. 41. num. 41. Bernard. Diaz in prax. crim. canoni. verb. *arbitrarijs puniri ca.* 147 num. 1. & ibi additio Ignatij Salzedo multa iura citat. Franc. Marc. decis. 479. p. 2. Farinac. q. 30. num. 8. & 9. qui de more suo complures refert. & tunc procedet iudex de similibus ad similia vel imponet minorem pœnam vt docet Innocen. in ca. qualiter 2. nom. de accusatio. & ex quibus 92
circunstantijs & quomodo in huiusmodi casibus debeat iudex arbitrari pœnam, late tradit Diaz. d. c. 147. num. 2. Farinac. de delic. & pœn. quæsti. 17 num. 10. Roderic. qq. regul. tom. 2. quæst. 42. art. 4. Anton. Gomez var. p. 3. c. 6. num. 7. Vincen. Caroci. de rē medijs contra præiudiciales sentētias excep. 44 num. 120. & seqq. vbi late de iudice qui non seruat cōsuetam pœnā. Mirand. in ordin. iudic. quæst. 28. arti. 7. cōclus. 6 & an iudex in arbitrarijs possit pœnam mortis apponere Maranta in suis disputationibus disputatio. 3. Ceuallos q. 304. Menoc. de arbitrar. casu 557. Peguer tom. 1. decis. 84. fuse Farinac. d. quæst. 17. à nu. 34. & Cened. in collecta. ad Decretales collec. 46. nu. 3. & an capitali pœna imposita intelligatur de pœna mortis Micha. Grass. lib. 2. commun. opini. cap. 6. quæst. 2. Frāciscus Viui. lib. 2. commun. opini. 152. Bonacosa commu. opin. crimin. verb. *pœna capitis*. Stracca de mercatura par. 4. num. 22. & 23. vbi quæ intelligatur pœna capitalis de iure Ciuili & quæ de iure Canonico.

Quando iudex mortis pœna delinquentem punire sua sententia potest, an ipsi delinquenti concedere valeat facultatem eligendi quo genere mortis velit mori disputauit Menoc. de arbitrar. quæst 87. vbi Baldi Romani Socini & aliorum sententiam sequutus est tenentium hanc facultatem dari per iudicem reo non posse & ea ducitur ratione, quia iudex iuxta facinoris qualitatem vt cæteros magisterreat, grauiorem interdum mortis pœnam indicere potest, quod si hanc electionem reo tribueret, euenire facile vt legum sanctiones eluderētur. Ex qua ratione sententiam Menochij de- 95
clararem vt si lege expressum sit quo genere mortis moriturus sit reus, denegāda omnino sit reo electio & legi stari debeat l. aut

dam-

dānū §. proinde ff. de pœnis: si autē lege nō determinetur, & ex duabus vel pluribꝰ mortis speciebꝰ ad terrē dū alios parui vel nihil interſit vna vel alia vti ſicuti facile euenire poſſet, valeat tūc iudex electionē alteriꝰ illarū delinquēti indulgere.

Iudicē qui ex pluribus pœnis arbitrari vnā poteſt, mitiorem debere eligere, paſſim ſcripſerūt interpretes poſt glo. in c. de cauſis verb. *certa* de offic. delegat. ſed veritas eſt quod iuxta qualitatē circumſtātiarū poteſt grauiorē indicere, vt cū Felino, Ripa, & alijs explicat Menoc. de arbitr. q. 85. docens tex. in c. in pœnis de reg. iur. in 6. & alia iura ſimilia nō importare neceſſitatē atq; dictū prælibatorū interpretū intelligi per modū cōſilij traditū, nō vero neceſſitatis. ego dictum hoc quod iudex in arbitrarijs debeat mitiorē pœnā eligere, intelligo in dubio vt iuxta qualitatem circumſtantiarum in dubio mitius arbitretur, vt bene declarat Mirāda in ordi. iudicia. q. 28. artic. 7. cōcluſ. 6.

Si cōdēnatus in pecunia nō poteſt ſoluere, iudex etiā ex interuallo poteſt permutare pecuniariā pœnā in corporalē; quia in delictis qui nō habet in ære, luit in corpore l. fin. ff. de in ius vocan. l. ſi quis id quod §. in ſeruos de iurisd. omni. iudi. & ibi DD. cautius tamē facit iudex ſi formet sētētiā bimēbrē ſcilicet cōdēno Titiū in pecunia, & niſi ſoluerit intra talē terminū, mādo quod patiatur talē pœnā corporalē. ita Aloyſi. de Leo in l. 3. C. ex quibus cauſ. infam. irroga. n. 20. Sed dubiū ſuboritur quādo iudex hāc bimēbrē sētētiā profert an lapſo præfato termino poſſit pœnā pecuniariā exequi, & corporalē dimittere. Et nō poſſe decidit Bart. in l. cū duobus §. fi. n. 1. ff. pro ſocio, quia illa pœna pecuniaria trāſlata fuit in corporalem vt in l. 1. ff. ad leg. Cornel. de falſ. Bartoli ſententiam ſequitur Panor. in c. inter cæteras n. 5. de reſcrip. Felin. in eodē c. inter cæteras n. 6. Peguera to. 1. deciſ. 93. vbi tamen n. 3. in fin. poſt Deci. cōſ. 12. n. 2. limitat hāc doctrinā niſi Reſpublica & eius Rectores vellent poſt terminū potius pœnā pecuniariam quā corporalē eligere q, uia cū ipſa Reſpublica ſit creditrix, illa trāslatio vniuſ pœnæ in aliā intelligitur facta ſi creditori placuerit ſeu in fauorem creditoris.

An ex indicijs indubitatis poſſit quis pœna mortis ordinaria delicti cōdēnari, vide Boeri. deciſ. 164. Regiū noſtrū Cōciliū affirmatiuā ſeruat. Sed & in delictis occultis & difficilis probatio. quāuis indicia nō ſint omnino indubitata, ſufficit quod ſint plura dubitata, ex quibus reſultet indiciū indubitatū & adſint aliæ præſumptiones & adminicula, vt quis per prædictū Regiū Cōcilium poſſit pœna mortis ordinaria delicti dānari. ita fuit cōcluſū in eodē Regio Cōcilio 2. Maij 1616. in cauſa fiſci procuratoris Regiæ Curiæ cōtra t. Barber reū cuiuſdā neciſ ictibus pugionū illatis perpetratæ in perſonā t. Carātell clerici beneficiarij in Eccleſiæ Sāct Mariæ Barcinonæ, qui ex indicijs ex proceſſū reſultātibus nō releuatis in defenſionibꝰ fuit furca ſuſpēſus & manus ei amputata ratione ſacrilegij referēs nobili Dō Frāciſco Roig Iudice Regiæ Curiæ. Sane Barones & Regij Ordinarij ex indicijs indubitatis nō poſſūt pœna mortis ordinaria reū cōdēnare, & ita Iac. Cācerius, Philippus Vinyes nūc Regius Cōcilarius, Ioſephus Ramō viri ſua egregia doctrina notiſſimi & ſine fraude, & ambitione dixerim ſapiētiſſimi, Iuris oracula, ac decus & ſplēdor huius Principatus, & ego vti Aſſeſſores Baronis oppidi de Martorell reſoluimus & obſeruauimus in cauſa t. Puiades reicuiuſdā cædis cōmiſſæ in perſonā vxoris ſuæ prægnātis, qui indicijs indubitatis laborabat, & ex quibus pleno ore diximus omnes quod Regiū Cōciliū potuiſſet eū cōdēnare & cōdēnaſſet ad mortē, ſi cauſa illa pro vt vertebatur in curia dicti Baronis, in eo ducta fuiſſet: vnde voluimus eum condemnare ad ſeruitiū Regiarū triremium remigando perpetuò, ſed demū prouidimus vt torqueretur acriter ad eruēdā veritatē, vt delictū cōfiteretur, ille vero vicit in tormentis & liber euaſit. 99 100

Non ſolū iudex ſuper petitis pronū- 101

ciare potest,sed etiã super causa petendi,Innocen.in c. cũ Ecclesia Sutrina in pri.n.2.de causa possessio. & propri. Castrens.cõs.85.n.2.li.2.vbi ideo cõcludit valere sententiã,quæ declarat quẽ esse dominũ vel hæredẽ,quãuis non fuerit expresse petitũ se talem declarari,cum sufficiat si dixerit aduersarium condemnari ad restitutionẽ in petitione hæreditatis vel rei vendicationis,quia in cõsequentiam videtur hoc petitũ.Stepha. Gratia.discep.forens. to.1.c.40.n. 7. & seqq.vbi refert se in causa sibi cõmissa pronunciasse super desertione,non obstante quod pars expresse non petierat declarari causam desertã , sed petierat executionem sententiæ, quod videbatur sufficere,Alex.& Areti.in l.1.de acquir.hæred.Aymon cons.174.n.2.& cõs.
102 266.n.3.Sic quoque dicimus petẽtem rem restituri,ad cuius restitutionẽ obtinẽdã necesse erat cõtractũ prius rescindi,satis videri petijsse illius recisionẽ pro vt in minore qui rem venditã repetendo, videtur petijsse restitutionẽ in integrũ,late Felin.in c.2.n.13. de libel. oblatio.

103 In iudicio sũmario potest iudex sine aliqua partium specificatione pronũciare & iustitiã ministrare, quia in sũmario iudicio omne ius à principio deductum esse censetur,vt notat Aloysi. Ricci.in collectaneis decisionũ p.6.collec.2118.& testatur Rota diuers. decis. 82.p.4.

104 Si in sententia iudicis à qua cõdemnatus debitor prouocauit,nihil dictum fuit de accessionibus vt puta de vsuris aut eo quod creditoris interest,potest appellationis iudex de his pronũciare si ex natura propositæ actionis venire debeant in condemnationẽ,maximè si tẽpore prioris sententiæ paucorũ dierũ mora intercesserat l.tutor 41.ff.de vsur. l.vlt.ff.de re iudic.l.negociorũ 24.ff.de appellatio.Cod.Fabriã.tit.de appellatio. defin.24.nã(vt dici solet)iudici cuilibet statimatq; iudex factus est,officiũ incũbit rerũ omniũ quæcũq. in iudicio versantur l. Ædiles 25.§.itẽ sciendũ ff. de Ædil.edic.Guid.Pap.q.405.Sẽpronius.

Iudex causæ appellationis in iudicã- 105
do sequi debet statuta & cõsuetudines primi iudicis,quia in illius locũ successit vt bene docet Thom.Mieres p.1.collatio.4.c.37.alias 35.n.3.in curia 1.Barcin. Regis Iacobi 2. vbi infert quod si in criminali causa appellatur,& confirmatur sentẽtia,pœna venit applicanda bursæ fisci,cuius iudex pronũtiauit,quia
hæc est lex illius iudicis.Sic quoq;Anto. 106
Thesaur.decis.202.n.13.asserit in causa appellationis licet mutetur iudex , non tamen mutari iudicium nec litem dici finitam donec appellationis causa durat.
Si tamen iste iudex appellationis iudi- 107
caturus est pro appellãte,debet ad exonerationẽ & ob reuerentiã iudicis primitiui addere illa verba , *propter nouas probationes in causa appellationis factas, vel,ex nouiter deductis.* ita nos instruit Salycet.in l.cos in 6.q.C. de appellati.Angel.Areti.in l.si expressim ff. eod. Cotta in memoralib.verb. *Iudex debet iudicare.*
in fin.licet nõ nũquã bene latas sẽtẽtias 108
iudex appellationis in peius reformet, neq.enim vtiq.melius pronunciat qui nouissimus sentẽtiam laturus est, vt expresse animaduertit Vlpianus in l.1. ff. de appellatio.Ad vitandã autẽ appella- 109
tionẽ illud quod de facto iudex ordine iuris nõ seruato & sine cognitione fecit,potest ipsemet reuocare sine cognitione l.verũ §.ex facto ff. de minor. & ibi Guill.de Cugn.& alij vt notat Tho. Mieres p.2.collatio.6.in curia 3. Regis Petri3.c.24.de salarijs sententiarũ n.15. versic. *Vlterius nota.* & tã ipse per querelã aditus vel officio suo,quã iudex appellationis etiã nõ citata parte,vt docet Parlador.rer.quotidi.c.10.n.2.

De æqualitate in iudicijs seruãda iux- 110
ta tradita in l.fin.C.de fruct.& liti.expẽs. multa scribit Francisc. à Ponte de potesta.prореg.tit.4.de regalib.imposition. §.2.ex n.31.vbi cum Bald. Salycet. & alijs probat quod in iudicijs etiam in decisorijs concessum vni ex litigatoribus

bus porrigitur ad alium, nec refert si concedatur singulari personæ, dignitati, corpori, aut collegio vel etiã fisco quãdo sui natura concessio de iure propter æqualitatem seruandam cõprehendere debet vtrãque partem, vt in restitutione in integrum. Sentiunt tamen Purpurat. & Alciat. in l. qui accusare C. de eden. Alberic. in l. illicitas §. veritas de offic. præsid. Principem in paritate probationum posse ferre sententiam pro actore viro probo contra reũ virũ æquam. Et sic etiam posse iudicare iudicem qui liberum habet iudicãdi arbitrium defendit Menochi. de arbitr. li. 2. casu 98. n. 10. & 11. de similib⁹ tamẽ quæstionib⁹ cõplura alibi tradidi.

Quæro quando super incidenti vel emergẽti possit vel debeat iudex declarare ante diffinitiuã vel nõ. Verissima & receptissima est distinctio Bartoli in l. 1. n. 8. C. de ordin. iudic. quod aut exceptio opponitur ad processum impediẽdũ seu remorandũ, & tũc super ea necessariò ante diffinitiuã pronũciãdũ est l. à procedẽte C. de dilation. l. à liberis in fin. ff. de liberal. caus. l. prætiaricationis ff. de prætiarication. aut opponitur ad iustitiã & merita causæ & tunc super ea nõ est ante diffinitiuã pronũciandũ l. fin. C. de ordi. iudic. potest tamẽ iudex sed nõ cogitur, vt inquit idẽ Bart. in d. l. 1. prope fin. ideoque arbitrio iudicis relinquitur vt Bartolũ explicat Menochius de arbitrar. li. 2. casu 167. n. 6. hanc distinctionẽ amplectũtur Asini. in praxi iudi. §. 18. c. 2. Anton. Oliba. de action. p. 2. li. 1. c. 43. n. 35. Menochi. d. casu 167. Ioseph. Ramon. cons. 71. n. 1. 2. & 3. & ante eos Panor. in c. 1. n. 11. vbi rationes vtriusque mẽbri præfatæ distinctionis expẽdit, de ordi. cognitio. & alij innumeri DD. quos præcitati referunt. Priorẽ quæstionẽ appellat Menoc. vbi supra n. 4. & 5. emergentem veluti an dilatio dãda sit, an quis procurator esse possit, an libellus vti inept⁹ reijci debeat Posteriorẽ quæstionẽ vocat incidentẽ sicuti si ad merita causæ & ad iustitiã litis obijcitur exceptio trãsactionis vel pacti de nõ petẽdo vel iuramẽti. In dubio exceptiones præsumũtur oppositæ ad merita causæ & non ad processum impediendũ vt docuit Bald. in l. elegãter §. si quis potest ff. de condic. indeb. & in l. perẽptorias n. 29. C. senten. rescind. non posse. Franc. in c. 1. n. 8. de litis contestatio in 6. Regulare quoque est quod iudex procedẽdo ad vlteriora, tacitocẽsetur reijcere exceptionẽ, quæ ad remorandũ processum opposita fuit & super ea declarasse c. ex parte de appellatio. Bald. in d. l. procedẽte n. 2. Anton. Gabri. tit. de exceptio. cõclus. 1. Peregri. decis. 146. n. 9. Surd. cons. 467. n. 4 vbi plures citat. 114 115

Sane exceptiones requirẽtes altiorẽ indaginẽ ad diffinitiuã reseruari & cũ ea declarari debent, si opponantur ad causã, secus si ad processũ impediẽdũ veluti quod quis nõ sit iudex vel procurator, quoniã hæ indistinctè sũt prius declarandæ. ita Stephan. Gratian. discep. forens. to. 1. c. 170. n. 1. cũ 2. seqq. vbi allegat l. 3. §. ibidẽ ff. ad exhiben. Marsil. singula. 365. n. 1. Menoc. de arbitr. casu 20. in fin. Arctin. cõs. 7. Felin. in c. exceptionem n. 24. de exceptio. An autẽ exceptiones iuris dubij dicãtur ad hunc effectũ altiorẽ indaginẽ postulare, cõtrarias commemorat Doctorũ sentẽtias Gratian. ibidem n. 3. 116 117

Sed interdũ quando exceptio est intricata & implicita, potest reseruari ad diffinitiuã licet opponatur ad processũ impediẽdũ sicuti si sit super attẽtatis vt decidit Rota Romana teste Lancelot. de attentat. p. 3. c. 30. n. 225. quod extẽdit Aloysi. Ricci. p. 1. decis. 26. sive exceptio sit intricata in iure siue in facto. Refert etiã Lancel. ibidẽ n. 225. & alias causas propter quas exceptio attẽtatorũ remittitur ad diffinitiuã scilicet propter incommodã purgationem, & quod causa non haberet bonum odorem, & quod essent attentata multum antiqua. His adde quod attentata non dicuntur, nec per consequens reuocantur, in ijs 118 119

quæ accidunt in dependentibus remotis, stante diuersitate causarum, Rota decis. 500. num. 6. & 10. par. 1. in recenti. & in Rom. dom. coram Andr. 26. Martij 1618. vbi amplius dictū est hoc procedere, etiam quod aliquid fuisset innouatum circa ius quod venit secundario & in consequentiam ab illo iure, super quo causa pendet, vt notat Beltramin. ad decis. 345. Ludou. nu. 6. Nam verbum, *In dependentibus* postum in alia dispositione solum verificatur in his quæ immediate & proxime dependent, & non in dependentibus separatis & remotis, ex accurate scriptis ab Imola cons. 139. n. 6.

120 Quando exceptionis cognitio pendet à cognitione causæ principalis, remitti ad definitiuā debet, etiam si sit super attentatis, Lancellot. de attentat. par. 3. c. 24. q. 19. Capici. decis. 72. attigit etiam id Cancer. var. p. 3. c. 14. n. 73. & 74. vbi propterea cōsulit parti, vt isto casu nō agat via attentatorum, sed interdicto summarissimo, quod *interim* appellant, experiatur. Hoc est quod voluit Ioseph. Ramon. cōs. 72. n. 35. vbi ait ab vrbe condita nunquam fuisse visū, quod vbi exceptio tāgit merita negotij principalis vel etiam est super attentatis, declararetur per iudicē ante diffinitiuā, si ante diffinitiuam declarando, pāderētur merita diffinitiuæ. Et ibidē hic auctor testatur, quod etiam super exceptionibus respicientibus processū, si opponantur in puncto ferendæ diffinitiuæ & appareat eas non obstare fuit sēper pronunciatum simul cum diffinitiua.

121

122 Causa præiudicialis ad causā principalē, prius decidēda est, siue causa præiudicialis principaliter moueatur, siue per modū exceptionis l. si quis libertatē ff. de petitio. hæredit. l. præses C. ad l. Flaui. de plagiar. l. si crimen l. cum hic statu C. de ordi. cognit. l. quoniam per Alexandrū C. ad l. Iul. de adulter. & ibi DD. Bald. cons. 275. li. 5. Paul. de Castro cons. 281. li. 1. fusè Peguer. to. 1. decis. 9. n. 1. & 2. & latius Stephan. Gratian. discep. forēs. to. 1. c. 394. à n. 17. veluti in d. l. si quis libertatē. si agēti petitione hæreditatis moueatur quæstio libertatis, hæc prius declarāda venit, quia sententia lata super libertate, parit præiudicium in causa hæreditatis. & in d. l. præses, si agenti contra aliquē tāquā plagiarium, quod seruum agentis subtraxerit, obiecerit reus seruum esse ipsius accusati, prius cognoscendū est de dominio serui quam de crimine plagij, quia causa dominij est præiudicialis ad causam plagij. Ratio est, quia si articulus præiudicialis prius non discuteretur, tribueretur ius ei qui non habet, vel sequeretur, quod innocentes punirentur. Nā quod disponitur in l. fin. C. de ordi. iudic. causam criminalē vtima orem prius iudicandam quā ciuilē, vbi super eodem facto existere possint, restringitur nisi Ciuilis causa criminali præiudicialis esset, vt interpretatur glo. verb. *sæpè* in d. l. fin. & docet Peguer. vbi supra n. 3. Gratian. d. c. 394. n. 23. & 25. optimè declarans. Ego exemplum proponerem vsu frequens. Titius misit rigidam exequutionem cōtra bona Neuij pro præteso debito exequutionem parata habēte. Neuius exequutus vult agere actione iniuriarū criminali contra Titium, quia nihil debebat vel lōge minorem summā. certe prius corā iudice ciuilis causæ debet facere declarari exequutionis nullitatē resruata criminali actione, quā postea mouebit: quia hoc casu ciuilis actio præiudicialis est criminali. simile huic subijcit Gratian. exemplum d. loco n. 24.

123

124

Pro intellectu d. l. fin. C. de ordi. iudic præter Peguerā vbi supra n. 3. qui duos tradit, multa cōgerit Aloysi. Ricci. p. 2. in collectan. decision. collecta. 409. Mascard. de probatio. li. 1. conclus. 434. & pro materia huius legis cū l. vnic. C. quādo ciuil. actio crim. præiud. Thesaur. decis. 18. Afflic. dec. 103. & 229. Lācellot. p. 2. de attentatis lite pēdēte c. 4. limit. 23. & par. 3. c. 30. n. 148. Hieron. Laurēn. decis. 10. Fontanell. de pact. nupti.

125

nupti.tom. 1.clau.4.glo.15.nu.44. & ſeqq. & omnino videdi Stephan. Gratian.diſcep. forenſ.to.2.cap.394.à n.17. Anton. Oliba de action.tom.1.lib.3.ad §.pœnales n. 64.
126 & 68. In ſumma ſic habe. Cum à diuerſis idem iudicium principaliter inſtituitur, iudicium criminale tanquam potentius ſuſpendit iudicium ciuile, & ſimiliter quando iudicium criminale abſorbet ciuile. At quoties ſententia abſolutoria lata in ciuili, poſſet parere exceptionem rei iudicatæ in criminali & quoties cauſa criminalis pendet à reſolutione cauſæ ciuilis, ſuſpenditur criminale pendente iudicio ciuili. Rurſus vno delicto commiſſo ſi inde oriatur ciuilis & criminalis actio, poteſt iudicium criminale principaliter intentatum cumulari cum ciuili incidenti & per officium iudicis moto.

127 Iudex qui declarat parti ſententiam, quã dicturus eſt, pœna falſi tenetur vt poſt Iacobum de Arena obſeruat Paris de Puteo de ſyndicat. in verb. *Subijcio ſubtilem.* num. 7. vbi citat in argumentum tex. in l. obſeruandũ ff. de offic. præſ. iuncta l. 1. ff. ad l. Cornel. de falſis. oportet enim maxim. è iudicẽ ſeruare ſecretum quod ſapientis eſt, vnde Prouerb. c. 29. *Totum ſpiritũ profert ſtultus, ſapiens differt & reſeruat in poſterũ.* & Eccleſiaſtici c. 28. *Verbis tuis facito ſtateram ne forte labaris in lingua & cadas in cõſpectu inimicorum inſidiãtium tibi.* & S. Iacob. in epiſt. c. 1. *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, &*
128 *tardus ad iram.* Quapropter in multis Senatibus receptum merito fuit vt poſtquã Senatores incæperint ſuper aliqua cauſa ſuffragia ſua ſiue vota ferre, licet hora conſueta interim dederit, non diſgregẽtur, donec deciſa cauſa illa ſit & de deliberatione, ſeu concluſione iudicum per notarium fides facta, ne ſecreta propalentur & vt multa, quæ inde oriuntur partium præiudicia & ſcandala, vitentur: & ita ſeruatur hodie in noſtra Regia Audientia, quamuis olim aliter obſeruaret vnde plura damna, experta fuit.

129 Iudicem delegatum nulliter procedere quando ignorat fundamentum ſuæ iuriſdictionis, notauit Mendoſ. reg. 31. quæſt. 1. n. 3. vſque ad 10. Gratian. diſcep. foren. t. to. 3. cap. 551. num. 40. & ſeqq. vbi aliud dicit eſſe verius in procuratore cuius geſta valẽt etiam ante acceptationẽ mandati. & Bald. in l. mancipia 4. C. de reb. alien. non alienan. quem citat Gratian. cap. 565. num. 52. con- 130
cludit proceſſum falſi delegati non poſſe ratificari, maximè quia iudex delegatus non adminiſtrat negotium delegantis, ſed negotiũ partiũ, ideo nõ ratificat, itẽ nec partes, cum iuriſdictio non ſit in arbitrio partium.

Quæro an iudici liceat mutare tribunal. 131
Clarum eſt imprimis Principem in quali- 132
libet parte ſui regni poſſe illud cum ſuo Senatu habere, proſpiciendo tamen commodo, vt poterit, ſubditorum, qui pro iuſtitia cõſequẽda illud adire tenentur, nã regibus pro iuſtitia miniſtranda tributa dãtur tãquã alimẽta & debita præſtantur obſequia, vt 133
notat glo. in c. ſtatutum de reſcrip. li. 6. c. tributum 23. q. 8. S. Auguſtin. lib. 22. contra Fauſtum, S. Thom. ad Roman. 13. Elegan- 134
ter etiam Iuſt. Lipſius politic. lib. 4. ca. 9. de auctoritate Principis, docet augeri Principis auctoritatẽ ex habitatione in loco ſplẽdido & illuſtri, ideoque ei conſulit vt pro habitatione eligat vrbem aliquam principem, vnde in omnia regimen habeat, adducitque ad hoc illud Clau diani Carmen.

Medium non deſerit vnquam
Cœli Phœbus iter, radijs tamẽ omnia luſtrat.

Quare in hoc Principatu Cathaloniæ Locumtenentes Regiæ Maieſtatis conſtitue- 135
runt ab initio ſedem ſuam & Senatum Regiũ in Ciuitate Barcinonæ, quæ eſt totius Cathaloniæ caput vti eã eſſe teſtantur Marquill. in vſatic. Sequiam molendinorũ verſ. *nota* 6. Mier. parte 1. collatio. 2. capite 37. numero 2. Oliba de action. parte. 1. lib. 3. capite 2. numero 10. & 11. Ferrer 1. parte obſer. c. 57. Fõtanell. de pac. nup. to. 1. cla. 4. glo. 8. n. 21. Berar. in ſpecul. viſitatio cap. 22. num. 10. Andre. Boſch in tractat. de titulis honorificis Cathaloniæ lib. 4. capite 3. ad fin. ex conſtitutione 3. tit. *de celebrar corts.* & eſt communis patria Cathalanorum cap. 2. tit. *de iuriſdictio de tots Iutges* in 2. vol. conſtitut. Mier. & Ferrer vbi ſupra, Can-

ce. par. 2. vari. cap. 2. num. 31. à qua Princeps totius Cathaloniæ nomen accepit Comitis Barcinonæ vt obseruat Oliba de iure fisci cap. 1. nu. 18. & num. 11. & 12. & iuxta ipsius situm commoda est pro iustitia ministranda omnibus Cathalanis, terraque & mari cincta, ideoq. annona victuq. necessario abundans. Et licet anno 1635. Excellentissimus Dux Sugurbi & Cardonæ tũc Prorex sedens Regiam & Senatum transtulerit ex præcepto Regiæ Maiestatis in Ciuitatẽ Gerundæ vnà cum Regio Concilio Baiuliæ Generalis Cathaloniæ, ex quo vnus eram, & officio Magistri Rationalis domus & curiæ præfatæ Maiestatis, cuius etiam eram Assessor, tamen sub anno 1637. plurima dãna & incommoda inde expertus maternã Ciuitatem Barcinonæ cum prælibatis Concilijs Regijs merito remeauit. 136 137

Rector seu Præses Prouinciæ habet totã Prouinciam pro tribunali, Ancharra. & Gemini. in c. si Episcopus de offic. delegat. in 6. & poterit quemlibet locum deputare ad ius dicẽ dũ Bald. in l. si vt proponis in princ. C. quomo. & quan. iud. Episcopus potest erigere tribunal in qualibet parte suæ diœcesis Franc. in cap. cum Episcopus num. 3. de offic. ordin. lib. 6. Lancellot. de attentat. par. 2. cap. 4. limit. 1. num. 69. sed ad longum tẽpus non potest sine iusta causa remouere tribunal & Cathedram à ciuitate, Gemini. in ca. placuit vt nemini 7. q. 1. cum alijs de quibus per Gonçalez ad regul. 8. cancellar. de alternat. glos. 43. nu. 192. Legatus à latere plures Prouincias habens potest exercere iurisdictionem contentiosam etiã in alia Prouincia & in qualibet parte suæ legationis vel Prouinciæ residere, Bart. & Imo. in c. nouit de offi. legat. Bart. & Io. de Plate. in l. 1 C. de Metropol. Berito. li. 11. Flamin. Cartar. decis. 68. n. 8. vbi de Præside duarum Prouinciarũ quod potest in altera negocia alterius expedire etiã in iurisdictione cõtẽtiosa licet aliqui secus sẽserint & contrariũ quod nõ possit prędictus legatus subditos vnius prouinciæ trahere ad alià quoad iurisdictionẽ cõtẽtiosã sequãtur Panor. & Barbat. in d. c. nouit per c. neminẽ 3. q. 6. de quo multa Frãc. Marc. decis. 241. li. 1. Baro plura oppida habens an quo ad primã causarũ cognitionem possit subditos cogere vnius oppidi ire ad aliud vt eis ius reddatur per officiales domini, tractat noster Cancer. var. p. 2. c. 2. ex n. 363. cum 3. seqq. in noua editio. Iudex habitãs in domo priuata cum extat prætoriũ publicũ in quo possit habitare, punitur l. nulli C. de offic. Rector. prouinc. Decian. in praxi de varijs & extraordin. crimi. cap. 41. nu. 7. p. 2. Et per d. l. nulli decidit Rota Marchiæ Vicariũ Episcopi debere morari in Episcopatu, seu palatio Episcopi vt ibi facilius inueniatur teste Stepha. Gratian. decis. 113. n. 1. & ibi n. 6. extendit asserens neque posse in hoc Vicarium prætendere cõtra Episcopũ manutentionẽ possessionis, seu consuetudinẽ cũ hæc sint mixtæ facultatis. 138 139 140 141 142 143

An sententia sub conditione ferri possit, latàq. valeat, & sub quibus cõditionibus vel nõ, vide Vãti. tit. de nullitat. ex defectu processus. & pulcrè Flamin. Cartar. decis. 36. vbi de conditione pręstandi cautionem & de conditione si probauerit, & alijs. 144

EX QVÆST. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Historia facti cuiusdam equitis, qui in Curijs Generalibus Barcinonæ celebratis proposuit, quod omnes leges abrogarentur, & omnia arbitrio boni viri cõmitterentur.*

2 *DD. potius disputationis gratia quã alicuius dubitationis causa mouerunt quæstionem an expediat Reipub sine legibus iudicare.*

3 *DD. referuntur qui hãc quæstionẽ ad partes discutiunt & negatiuam tenent opinionẽ.*

4 *Fundamenta vtriusque opinionis proponũtur. & n. seqq.*

5 *Lex est nostrarum actionũ mẽsura, & debet esse certissima.*

Lex humana non potest de omnibus prouidere, neque singulas rerum, casuũque circunstantias prospicere.

6 *Plura sunt negocia quam vocabula.*

Na-

Natura nouas semper properat edere formas.
Ex facto oritur ius.
Leges futura, non præterita respiciunt.
7 *Per legem Dei æternam sufficienter omnia sunt ordinatissima.*
Lex æterna satis, abundeque nobis per Naturalem communicatur.
8 *Iudex est animatum ius.*
Lex est mutus magistratus.
Magistratus siue iudex est lex loquens.
9 *Licurgus legislator paucas leges tulisse fertur, easque scriptis mandari prohibuit.*
10 *In Cathalonia in Curijs Generalibus anni 1251. prohibitum fuit leges Romanorum quod est ius commune, admitti & allegari.*
11 *Legislatores cum iudicent de vniuersalibus & futuris, nullam habent affectionē potius ad sinistram quā ad dexteram partē: iudices cum de præsentibus ac certis iudicent, proprijs affectibus iudicia sua obumbrant.*
12 *Cum homo flexibilis sit, necessarium fuit lege determinare quid iudicandum sit & paucissima eius arbitrio dimittere. ex S. Antonino.*
13 *Lex nullo affectu mouetur & diligit pariter omnes. ex Patricio.*
14 *Qui legem imperare iubet, is Deum iubet imperare: qui vero hominem belluā adiungit. ex Aristotele.*
15 *Pauci sapientes ad leges ferendas requiruntur, ad iudicandas autem innumeras negociorum causas multi, sicque facilius ad illud, quam ad hoc sapientes inueniuntur.*
16 *In Cathalonia quemadmodum leges in Curijs Generalibus fiant, & quā auctoritatem, & præsumptionem habeant.*
17 *Leges Alexandri Seueri firmæ fuerūt & quare.*
18 *Facilius in iudice quā in legifero error cōtingit & quare.*
19 *Iudicia & sensus hominum incerta sunt: Ius autem semper est certum, & Iustitia constans & non ars incerta.*
20 *Humana Natura in primi hominis præuaricatione vitiata, etiam inter beneficia, inter præcepta & auxilia Dei sēper in deteriorem est proclinior voluntatem.*
Iudex est legis minister & exequutor.
21 *Consilium optimum ad Principum pedagogos & consiliarios, quando eos reprehēdere non audent ex Dominico Soto.*
22 *Pœnæ potius præuenire delictis debē, quā post scelera commissa, exequantur, conducitque potius vt improbi comminatione pœnæ à malo agendo arceantur, quā vt cōmisso delicto puniantur.*
Principijs obstare expedit.
23 *Bonus iudex non debet inniti prudentiæ suæ, ne apud semetipsum decipiatur.*
24 *Quis dicatur inniti prudentiæ suæ ad intellectū tex. in c. ne innitaris de cōstitutio.*
25 *Prius iudices in definiendis causis recurrere debent ad constitutiones Pōtificū quā ad expositiones Sanctorum.*
26 *Omnes gentes quæ de recto Reipub. regimine curarunt, imprimis legibus condendis operam dederunt. & referuntur quam plurimæ nationes quæ ita fecisse feruntur.*
27 *Gentes quæ sine lege viuunt, feræ ac barbaræ habitæ sunt.*
28 *Vt homo perfectione suscepta est optimum omnium animalium, ita si alienū fiat à lege, cunctorum pessimum, ex Aristotele.*
29 *Respondetur argumentis opinionis affirmatiuæ in quæstione principali.*
30 *Quæ sit ratio quare leges humanæ nō sunt immobiles vt naturales.*
31 *Quare nobis vltra legem Naturalem necessaria sit quoque Ciuilis.*
32 *Natura semina virtutum moralium in nobis iecit, quæ nostra disciplina & cōsuetudine culta, ad messem albescūt, ex Aristotele.*
33 *Quare S. Paulus dixerit iusto non esse legē positam.*
34 *Lex humana per ora iudicum loquitur.*
Prudens iudex anima legis est, ex Aristotele.
Lex humana à lege æterna prouenit.
Iudices custodes legum sunt.
35 *Ex non scripto etiam ius oritur, sicut ex scripto.*

36 Constitutio Regis Iacobi prohibentis in Cathalonia recipi & allegari leges Romanorum, correcta fuit per constitutionē Regis Martini.

37 Olim in Cathalonia deficientibus vsaticis & constitutionibus Patriæ, iudicabatur secundum sensum naturalem.

38 Intellectus constitutionis Regis Martini 2 tit. de offici de Canceller.

Secundum quæ iura olim in Cathalonia iudicaretur post constitutionem Regis Martini & an prius secūdum ius Canonicum, quam secundum ius Ciuile.

39 Nouissimè superuenit in curijs anni 1599 constitutio Philippi, quæ statuit secundum quæ iure debeat iudicari in Cathalonia.

Quid in Gallia.

Quid in vrbe Romana.

40 Necesse fuit, non vtile solū, præter leges Naturæ, Humanas condi.

Ciuitates possunt aliquo tempore sine muris Conseruari, nullo modo sine legibus. ex S. Chrisostomo.

In legibus salus Ciuitatis posita est, ex M. Tullio.

41 Lex est à Domino, prænaricatio legis à diabolo.

Princeps secularis est Vicarius Dei in tēporalibus.

42 Iustiniani sanctio quod iudices iurarent non exemplis, proprijsue arbitrijs iudicare, sed secundum leges & Principum constitutiones.

43 Iudices huius tempestatis reprehēsi quod nimium suo potius arbitrio quam legū sensui ius reddant.

44 DD. referuntur, qui inuehuntur contra litteratum contemptores affirmantes, quod melius illiteratis homines, quam Iurisperiti iudicent.

45 Nihil magis proprium est Imperij, quam legibus viuere, ex Giurba.

46 Non est vtendum imperio vbi legibus agi potest, ex Tiberio Cæsare.

47 Illæ leges optimæ sunt quæ quampaucissima iudicis arbitrio dimiserunt, & in omnibus casibus sancita sunt. ex Aristotele.

Et quæ mulctat duntaxat iudicibus commiserunt, ex Platone.

48 Quæ in legibus cōtineri & prouideri minime possint.

49 Nimia legum & præceptorum multitudo vitanda est. & quare.

50 Legum multiplicatio quoddam seruitutis genus inducit, vt de populo Hebræo dicitur. & laqueum pedibus parat, sicut de Caligula Imperatore legitur.

51 Lex debet esse necessaria, id est, non nisi instante necessitate facta, vbi intellectus tex. in can. erit autem lex 4. dist.

52 Legislator non debet promulgare leges punientes omnia vitia, sed sub silētio pertrāsire quædam quæ vix euitari possunt.

An officia antiquorum Censorum Romanæ Reipublicæ admittenda sint.

53 Admonētur Principes vt nouas leges parcè ferant.

54 Ordinationes Ædilium Ciuitatis Barcinonæ pluralitatis vitio laborant & magis retia videntur ad capiendum homines & ditandum Ædiles.

55 Leges breues esse oportet, vt paucis iubeāt non pluribus disputent. & quare.

56 In lege non ratio quærenda est, sed auctoritas.

Magistratus non præest legi: sed lex Magistratui.

Ideo legibus derogare non potest, nec de legibus iudicare sed secundum leges.

57 Vbi ratio legis difficile colligeretur, debet legifer illam attingere.

58 Authentica Iustiniani, & in Cathalonia pragmaticæ sanctiones vitio prolixitatis notantur. & laudantur responsa Pauli, Iuliani, Papiniani, & aliorum Iureconsultorum, quæ laconica verborum brenitate accinguntur.

59 Aliæ legum qualitates, vemissiue.

60 Propter quas causas fines & effectus, leges constituantur & fiant, & quis sit scopus Legislatoris.

Quādo liceat iudici leges transgredi.

61 Legis variæ definitiones.

62 Reprehenditur Iustus Lipsius qui in Iureconsultos & in ius ipsum Ciuile inuehitur.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

AN MAGIS EXPEDIAT REIPVBLICÆ SINE LEGIBVS IVDICARE, & arbitrio iudicum relinquere omnia, vbi multa de qualitate legum.

QVÆST. XVI.

Anno 1632. cum Hispaniarum noster Rex potentissimus, Barcinonę vbi præsēs erat, in templo diui Frāciſci Carhalanis curiata comitia celebraret, eques quidam in concione militari in medium prodijt suggestū ascendit & scripturam quam præ manibus gerebat, multis (credo) vigilijs excogitatam quibus oleum & operam (vt aiunt) perdiderat, publicè legit suadendo omnibus toto pectore vt maiorum nostrorum leges tot seculis editas, tantorum patrum consilio sapientia ac prudentia constitutas & quasi præsidia humanæ vitæ posita abrogarent, alias in posterum non conderent, sed quęlibet iudicem suo omnino sensui & naturali rationi committerent in causarum decisionibus. Obstupuerunt omnes paradoxa tam rari hominis audientes. illex ille Philosophus in sua opinione permansit. mihi certe videbar audiuisse, cum tulisse suffragiū vt sine iustitia iudicaretur, quando sine legibus iudicari debere dixit. Scio complures DD. hanc mouisse controuersiam vtrū magis expediat Reipublicæ sine legibus iudicare, & omnia arbitrio iudicū relinquere; sed potius disputationis gratia, quam alicuius dubitationis causa scripserunt.

Hanc quæstionem ad partes discutiunt & pro negatiua opinione facile concludunt Aristotel. 1. Rhetor. cap. 1. S. Thom. 1. 2. q. 95. artic. 1. ad 2. Soto de iusti. & iur. lib. 1. q. 5. artic. 1. Bouadil. polit. tom. 1. lib. 2. ca. 10. à num. 9. Rebuff. ad constitutio. Regi tom. 1. in prin. à num. 10. ad 14. Marquez de gubernatore Christiano lib. 1. cap. 17. colum. mihi 8. Eandem tuchtur & tenent Plato lib. 9. de legib. Aristo. 3. Polit. c. 11. & 5. Ethic. c. 6. Netizan. in sylu. nupti. lib. 5. num. 74. Menochi. de arbitrar. iudic. in prin. proemij num. 1. Bellug. de officiali lib. in carcer. milit. Petr. Gregor. in syntag. iur. 3. par. lib. 47. cap. 3. num. 1. & 2. Bossi. in pract. verbo, *Captura*. num. 3. Simanc. de repub. lib. 4. cap. 18. n. 2. & seq. Menchac. lib. 1. controuersia illustri. cap. 1. num. 1. Ioan. Matien. in dialog. relator. 1. par. cap. 8. Burg. de Paz in procem II. Taur. num. 392. Ioan. Redin de maiestate princip. 5. sed etiam legibus. ex num. 59. Thom. Cerdan in cap. 1. *del Verdadero gouierno*. Ioan. Boterus de ratione status pag. 25. Ribadeneyra de Principe Christiano lib. 2. cap. 13. S. Hieroni. in parabolis relatus in c. ne innitaris & ibi glo. de constitutio. S. Ambrosi. super Psal. *Beati immaculati*. relatus in ca. iudicet 3. q. 7. S. Ioan. Chrisost. oratio. 75. Turrecrem. in initio 4. dis. n. 6. Giurb. conf. 1. n. 34.

Libet præcipua fundamenta vtriusq. opinionis proponere & expendere. & imprimis pro affirmatiua vrgere videtur hæc. 4

Lex cum sit nostrarum actionum mensura, debet esse certissima vt 10. Meca. 5

auctor

auctor est Aristoteles, certitudo autem humanæ rationi de rebus gerendis, quæ singulares ac mutabiles sunt, competere non potest, cumque actiones hominum in singularium vsu consistant, non potest humana lex de omnibus prouidere vt fatetur Iureconsultus in l. neq. leges ff. de legib. neque singulas rerum, casuumque circumstantias prospicere vt faceret sua prudentia iudex.

6 Item vt Iureconsultus docet in l. 2. ff. præscrip. verb. *plura sunt negocia quam vocabula*: natura enim nouas semper properat edere formas l. 2. §. sed quia diuinæ C. de vete. iur. enuc. tam aq. est casuum & factorum diuersitas vt vix vnum reperiri possit, quod ab alio in aliquo non differat, minima autem circumstantia facti totum ius mutat cum ex facto ius oriatur l. si ex plagis §. in duo ff. ad l. Aquil. cum igitur leges futura respiciant, quæ præuidere bene non possunt, non præterita cap. 2. de constitut. impossibile est singula omnia recte cõprehendere, vt comprehenderet iudex tanquam certior.

7 Insuper vt S. Augustinus in 1. de lib. arb. asserit, per legem Dei æternam sufficienter omnia sunt ordinarissima, illa autem satis, abundeq. nobis per naturalem communicatur, vnde illud Psalmistæ. *Delecta quis intelliget? signatum est super nos lumen vultus tui.* id est lumen sapientiæ naturalis. Sic Cicero lib. 2. de legib. *Nec si regnante Tarquinio* (inquit) *nulla erat Romæ scripta lex de stupris id circo non contra illam legem sempitetnam Sextus Tarquinius vim Lucretiæ Tricipitini filiæ attulit.* ergo humana leges redundant.

8 Præterea iudex est animatum iustum vt Aristoteles 5. Ethi. c. 4. definit, & Cicero in offic. ait magistratum siue iudicem legem esse loquentem; legem autem mutum magistratum, ergo congruentius, faciliusq. fieret ad iudicem recursus quam ad legem surdam & mutam.

9 Denique in huius sententiæ cõfirmationem profertur Licurgi antiqui ac sapientis legislatoris auctoritas qui paucas admodum leges tulisse, easq. scriptis mandari prohibuisse feratur, plura relinquẽdo arbitrio & prudentiæ iudicum seu magistratuum. 10
Sed & in Cathalonia celatis comitijs anni 1251. expressa constitutione Serenissimi Regis Iacobi Primi quæ est 1. tit. *de vsatjes* in 3. vol. constitut. Cathal. prohibitum fuit leges Romanorum, quod est ius commune, admitti & allegari & meminit Thom. Mier. collatio. 9. tit. de legibus patriæ præ cæteris obseruandis p. 2. in fin.

Pro negatiua opinione vim incredibilẽ 11
sequentia faciunt. Primum quia legislatores iudicant de vniuersalibus & de futuris nec affectionem potius habent ad sinistrã quam ad dexteram partẽ, nec nouisse possunt qui in legem committuri sunt; sed iudices de præsentibus, iam determinatisq. rebus & personis iudicant, vnde fit vt cum amnem & oderint, sua quæq. vtilitas connexa sit, non queãt veritatem semper prospicere, sed propria, vel voluptas, vel dolor, vel metus, vel cupiditas iudicia sua obumbret c. quatuor modis 11. q 3. iudiciumq. varijs animi affectibus nociuis iustitiæ subsit, vnde S. Antonin. in 1. parte summæ tit. 17. rubr. de lege canonica §. 2. notat quia 12
flexibilis est homo, ideo necessarium fuisse determinare quid & qualiter iudicandũ sit & paucissima arbitrio hominum dimittere. eleganter Patrici. de republ. lib. 1. tit. 1. ait. *lex nullo affectu mouetur, non irascitur, non odit, nulla ambitione ducitur, diligit pariter omnes.* pulcre Aristoteles Politic. 13
3. cap. vlt. *Qui legem* (inquit) *imperare iubet,* 14
is Deum iubet imperare: qui vero hominem, belluam adiungit cum vtrisq. communis cupiditas, & ira magistratus alioqui optimos varie peruertat. est enim lex mens affectu & appetentia carens.

Secundum quoniam ad ferendum le- 15
ges pauci sapientes requiruntur: ad iudicãdum autem, innumeras negotiorum causas multi facilius autem est decem sapientes inueniri ad conficiendum leges, quam mille ad decidendum in iudicio litigantiũ causas. Quid quod in Cathalonia leges fiũt 16
in curijs Generalibus sub pacto inter dominum Regem ex vna & ipsam Vniuersitatẽ id est totam Prouinciam quæ in tribus brachijs

chijs repræsentatur, parte ex altera, constitutio. Petri 2. cap. 14. anni 1283. quæ est 1. tit. *de Vsatjes constitutions.* in 1. vol. constit. Cathal. Olib. de iur. fisc. cap. 1. num. 17. Cancer. p. 3. c. 3. num. 68. quò quamplurimiijq grauissimi & prudentissimi viri totius Prouinciæ conueniunt, vnde summam leges istæ auctoritatem & præsumptionem pro se obtinent argumento tex. in vsatic. Iudicium in curia datum. ibi. *Car orat es è sens seny qui vol contrastar al seny è al saber de la Cort en que ha Princeps Bisbes, Abats, Comtes, Vescomtes, Comdors, Vernessors, Philosophs, sauis, è Iutges.* Sic legitur in vita Alexandri Seueri nunquam eum sacrasse legem aliquam, quin prius consuluisset viginti saltem iurisperitos & quinquaginta disertissimos, ideoque leges eius firmas fuisse.

Tertium quia difficile est vt bene à iudicibus sicut à legislatoribus iustum & cõducibile distribuatur, faciliusque in iudice quam in legifero error contingit, nam iudicia breuissimè cogitantur, pressique iudices temporis angustijs & clamoribus partium pro decisione causæ instantium illa conficiunt: at leges longi temporis consideratione latæ sunt, multis seculis editæ, longa rerum experientia comprobatæ l. humanum & ibi DD. C. de legib.

Quartum quia quod sententia relinqueretur omnino arbitrio iudicantis, graue præiudicium esset, nam vnum esset arbitrium iudicis primæ instantiæ, aliud iudicis secundæ instantiæ, quia quot capita, tot sensus c. quia diuersitatem & ibi glo. in verb. *corporum.* de concessio. præben. vbi textus dicit quod diuersitatem corporum diuersitas sequitur animorũ. vel hic erit mihi fauorabilis, ille aduersario, & sic res esset semper sub incerto, nec partes seu aduocati scirẽt vnquam an bonam vel malã causam fouerent: ius autem semper debet esse certum l. ornamentorum ff. de aur. & argu. lega. & Iustitia est constans & perpetua voluntas l. iustitia ff. de iusti. & iur. & non Ars incerta Bar. in l. si is qui ducenta §. vtrum ff. de reb. dub. Neuiza in sylua nuptia. lib. 5. n. 74.

Quintum quia si iudices suo solo arbitrio iudicarent, grauissimas incurrerent inimicitias hominum quos damnarent, & magno propriæ etiam vitæ periculo laborarent, nec pacificè posset ius reddi & iustitia ministrari: quilibet enim existimaret se vel odio, vel timore iudicis, vel alio iniquo animi affectu condemnatum: nam humana natura, vt S. Ambros. lib. 1. de vocatio. gent. cap. 2. ait, in primi hominis præuaricatione vitiata, etiam inter beneficia, inter præcepta & auxilia Dei, semper in deteriorem est procliuior voluntatem. sic S. Hieron. super Esaiam relatus à Gratiano in ca. non est crudelis 23. q. 5. inquit. *Latro suspensus patibulo crudelem iudicem putat.* nunc cum iudex sit legis minister & executor, ca. non solum ca. qui malos 23. q. 5. legis ipsius secundum quam iudicat, præsidio se tuetur. Sic Soto de iusti. & iur. lib. 1. q. 5. arti. 1. circa fin. Principum pedagogos & consiliarios admonet vt quando ipsi non audent patronos suos reprehendere, leges virtutum, historiasque legendas porrigant, quæ inuidiam non generant & mores instituunt. 20 21

Sextum quia bono Reipublicæ regimini conducit vt improbi comminatione pœnæ à malo agendo arceantur & formidato supplicio à noxijs perpetrandis refrenentur, putiusq. pœnæ præueniant delicta, quam post scelera commissa exequantur, argumento c. factæ 4. dist. id autem per leges & statuta publica, quæ generalia sunt & diuina quadam prouidentia ante oculos omnium constituta, fieri necesse est: melius est enim intacta iura seruare quã post vulneratam causam remedium quærere, sicut satius est in tempus quam post illatũ vulnus occurrere l. fin. C. in quib. caus. in integ. restit. non est necessã. l. 1. C. quãdo licc. vnicuique sine iudice se vendic. Mantic. de tacit. & ambig. conuentio. lib. 21. tit. 8. num. 30. Ioan. Maria Beller. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clericali §. 5. num. 105. vnde Ouidi. ait. 22

Principijs obsta, sero medicina paratur:
Cum mala per longas inualuere moras.

Septimum quia bonus iudex nõ debet in- 23

iuri

niti prudẽtiæ ſuæ ne apud ſemet ipſum decipiatur iuxta illud verbum Salomonis Prouerb. 3. *Fili mi ne innitaris prudentiæ tuæ ne*
24 *ſis ſapiens apud temet ipſum.* S. Hieronymus vt habetur in c. ne innitaris. cum glo. caſuali & in verb. *decretis.* de conſtitutio. exponit dicens illum inniti prudentiæ ſuæ qui ea quæ ſibi videntur agenda vel dicenda, præponit decretis patrum, conſtitutionibus & legibus. ſic quoque S. Ambroſius in c. iudicet 3. q. 7. *bonus iudex* (inquit) *nihil ex arbitrio ſuo facit & propoſito domeſticæ voluntatis, ſed iuxta leges & iura pronũciat. Statutis iuris ob emperat.* Petr. Gregor. in ſyntagm. iur. 3. par. lib. 47. cap. 10. num. 9. ibi. *Secundum leges & iura non ſuo ſenſu.*
25 Imò prius recurrendum eſt iudicibus in definiendis cauſis ad conſtitutiones Pontificum quam ad expoſitiones Sanctorum c. de libellis 20. diſt.

26 Octauum quia omnes nationes & gentes quæ rectæ rationis lumine illuſtratæ fuere, imprimis ad ſe regendum & gubernandum leges conſcripſiſſe curarunt. Moyſes gentis Hebreæ primus omnium diuinas leges ſacris litteris explicauit. Phoroneus Rex Græcis primus leges, iudiciaque cõſtituit. Mercurius Trimegiſtus primus leges Ægyptijs tradidit. Solon equidem primus leges Athenienſibus edidit. Lycurgus primus Lacedemonijs iura ex Apollinis auctoritate confinxit. Numa Pompilius qui Romulo ſucceſſit in regno, primus Romanis leges confecit, deinde cum populus ſeditioſos magiſtratus ferre nõ poſſet, Decẽuiros legibus ſcribendis creauit qui leges ex libris Solonis in latinum ſermonẽ tranſlatas duodecim tabulis expoſuerunt. ca.
27 Moyſes diſt. 7. Iſidor. lib. 5. etymol. Imò gentes quæ ſine lege viuunt, feræ ac barbaræ dictæ & habitæ sũt, vnde Ouid. Faſtor. lib. 3.

Inde datæ leges ne fortior omnia poſſet:
Exuitur feritas.

28 Nam homo (auctor eſt Ariſtoteles 1. Polit. cap. 2.) vt perfectione ſuſcepta, optimũ eſt cunctorum animalium: ita, ſi alienus fiat à lege & à iudicijs, omnium peſſimum. meminit Rebuff. ad conſtitutio. regias tom. 1. in procem. numero 9.

Aduerſa argumenta minimè reluctan- 29
tur. Ad primum & ſecundum reſpondeo ex Soto vbi ſupra q. 5. artic. 1. negari quidem non poſſe leges humanas non ea vigere certitudine qua ſpeculatiuæ concluſiones, eò quod non circa neceſſaria, ſed circa ſingularia contingentia, varietati ſubiecta ſtatuuntur: ſed non opus eſſe omnem menſuram infallibili certitudine pollere, ſatiſque eſſe vt naquæq. ſecundum ingenium ſuę materiæ fida ſit, & hæc eſt ratio quare 30
leges humanæ non ſint vti naturales, immobiles 5. ſed naturalia inſtit. de iur. natur. gent. & ciuil. Addo huic incertitudini per iudicum & Iureconſultorũ interpretationes mederi. Reſpondeo etiam ex Patre Ioan. Marquez ſupra citato cap. 17. ſi lances huius ſtateræ æquo libramine appendamus, longè grauiores eſſe rationes quæ 31
pro legibus conſtituendis expenduntur, mulòq. maioris ponderis præiudicia & damna quæ ex illarum omiſſione euenirent.

Tertium non mouet, quia humana ra- 31
tio totam virtutem principiorum naturalium ſimplici intuitu, veluti intellectualis Angelus cernit, apprehendere non poteſt; ſed diſcurrendo & ratiocinando, aliudq. ex alio deducendo, ideoque neceſſe eſt vt ſuſcipiendo generalia principia, atque diſcurrendo ex eiſdem principijs alias particulares leges eliciamus, quæ cum in æterna lege, cuius participatio eſt lex naturæ, præeminenter exiſtant, non ſatis per naturalem explicantur. Vnde Ariſtoteles in initio. 2. 32
Ethic. Naturam ait ſemina virtutum moralium in nobis iecisſe, quæ noſtra diſciplina & conſuetudine culta, ad meſſem albeſcerent. diſciplina autem morum potiſſima ac efficaciſſima eſt legum humanarum poſitio. Accedit quod lex naturæ certas pœ- 33
nas non adhibet compulſorias, quæ tamen hominibus pro ſtatu naturæ lapſæ neceſſariæ ſunt, ſunt enim quidam homines vſq. adeo maligni, vt non niſi quæ oculis obijciũtur, formidẽt. quæ tamen ratio in viro iuſto & recto locũ nõ habet, quare S. Paulus inquit, iuſto non eſſe legem poſitam.

Quar-

Quartum fumeſcit,nam lex humana quæ in ſe dicitur muta & ſurda,per ora loquitur & per aures audit iudicum & magiſtratuum,nam Ariſtoteles 5.Ethic. prudentem iudicem animam legis appellauit, quod etiam notauit Marius Salomonius in tit. de iuſti. & iur. ipſa autem à lege æterna prouenit iuxta illud Prouerb.8.*Per me Reges regnant & legũ conditores iuſta decernunt.* quapropter iudex præter animi rectitudinem apprime ſcientia ac prudentia indiget, vt legum vniuerſalia dextrè valeat ad ſingularũ euentus accõmodare. oportet enim vt iudices, non leges ipſæ (vt loco citato inquit Ariſtoteles)legũ ſint fidi cuſtodes.

Vltimũ mirime reluctatur ſi enim Lycurgus paucas leges condidit, alij alias protulerunt,ſi illas ſcriptis mandari vetuit, ex non ſcripto etiam ius & lex oritur §. ex non ſcripto inſtit. de iur.natur.c. omnes leges 1. diſt. In Cathalonia ex d. conſtitutio.Iacobi primi quæ incipit. *Encara ſtatuim.* prohibitũ olim fuit recipi & allegari leges Romanorum,ſed eadem conſtitutione iuſſum fuit iudicari ſecundum vſaticos & conſtitutiones patriæ & poſtea hæc cõſtitutio correcta fuit & admiſſæ fuere Romanorum leges poſt vſaticos & cõſtitutiones Cathaloniæ conſtitutio. incipiẽti *Lo Canceller.*quæ eſt Regis Martini ſub anno 1409. & eſt 2.ſub t t. *de offici de Canceller* in 2.vol.Conſtit.ideoq. d. conſtitutio Iacobi primi collocatur hodie & legitur in 3. vol. conſtitutionum correctarum. Quare Mier.in dic. tit. de legibus patriæ præ cæteris obſeruandis.in fin.notat antiquitus in Cathalonia in cauſis ſecularibus nec leges Goticas,nec Romanas, nec Decretales potuiſſe allegari,ſed deficientibus vſaticis & conſtitutionibus patriæ debuiſſe iudicari ſecundum ſenſum naturalem, quod totum ſtatutum fuit in d. conſtituti. Iacobi primi:verum ſubdit Mieres quia tot capita,tot ſenſus, ideo poſtea æquius viſum fuiſſe vt ſenſus naturalis hominis regularetur per iura cõmunia ſcilicet Canonica vel Ciuilia,argumento c. ne innitaris de conſtitutio. vt fuit cautum in d. conſtitutio. *Lo Canceller.* quod quemadmodum intelligeretur explicat Mier. ſub num. 12.loco citato.&debebat iudicari prius ſecundum iura canonica quam ſecundum iura ciuilia, vt docet Micha. Ferrer 3.par. obſer.c.20. & antea in proœmio ad primam partem ſuarum obſeruantiarum,in quibus duobus locis tradit is auctor ſecundum quæ iura eſſet in Cathalonia iudicandum,& latius Oliba mox citandus. Demum poſt tempora Thomæ Mieres atque etiam Michaelis Ferrer ſuperuenit conſtitutio incip. *Axi be ſtatuim.* quæ eſt 40. curiarum anni 1599. Philippi Regis, in qua expreſſe conſtituitur vt prius iudicetur in Cathalonia ſecundum vſaticos, conſtitutiones,capitula curiæ, & alia iura huius Prouinciæ,& his deficientibus ſecundum ius Canonicum, & in defectũ iuris Canonici ſecundũ ius Ciuile& doctrinas Doctorum,& non poſſit iudicari ex æquitate niſi reguletur & conformis ſit regulis iuris communis& quas tradunt Doctores in materia æquitatis. Anton. Oliba. de actio. par. 1. lib. 3. cap.2.num.22. & 23. Similiter Rebuff. in proœm. ordinatio. glo.5. num.20.& 21. annotauit in Gallia poſt ordinationes Gallicas recurri ad ius commune, Canonicum potius quam Ciuile. quod etiam ſcripſit Chaſſan. conſ. 63. num. 24. & 25.Miror quod tradit Stepha. Gratia.diſcep.forenſ.tom.4.c.611.num. 23. in vrbe Romana prius attendi in iudicando ius Ciuile quam Canonicũ ex ſtatuto.

38

39

Ex his non ſolum vtilius Reipublicæ viſum eſt legibus quam ſolo iudicis arbitrio iudicare: ſed etiam prorſus neceſſarium. Sic Soto d. q. 5.artic.1.concluſionem hanc format& firmat,neceſſe omnino fuiſſe, præter legem naturæ alias humanas pro rerum varietatibus, emergentibuſque cauſarum negotijs

40

cond.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

condi. Marquez d. c. 17. teſtatur ſemper habitũ fuiſſe neceſſarium Reſpublicas ſcriptis legibus gubernari, ſi hiſtoricorum monumenta voluamus. S. Chriſoſt. oratio. 75. aſſerit Ciuitates poſſe aliquo tempore ſine muris conſeruari, nullo modo autem ſine legibus. Ariſtoteles 6. Polytico. ait non facile eſſe, permanere Ciuitatem, non legibus, & cõſuetudinibus compoſitam. & Rhetor. 1. cap. 3. in legibus ſalutem Ciuitatis ſitam. M. Tullius lib. 1. de legibus in fin. *profecto* (inquit) *ſic ſe res habet, vt quoniam vitiorum emendatricem legem eſſe oportet, commendatricemque virtutum, ab ea viuẽdi doctrina ducatur.* & idem lib. 2. de legibus, *conſtat profecto* (dicit) *ad ſalutem ciuium, Ciuitatumque incolumitatem, vitamq; hominum & quietam & beatam*
41 *inuentas eſſe leges.* Nam lex eſt à domino, præuaricatio legis à diabolo 35. diſt. 6. & Princeps ſecularis eſt Vicarius Dei in temporalibus glo. in pri. rub. de hæred. & falcid. Ideo merito Iuſtinianus
42 Chriſtianiſſimus, pariterque pijſſimus Imperator in l. nemo C. de ſenten. & interloquutio. omn. iud. & in auth. de iudic. §. quia vero. verſic. *Omnis iudex.* & in auth. de defenſor. ciuit. §. ius iurãdum. ſancit iudices ſecundum leges & Principum conſtitutiones, non exemplis, proprijs ve arbitrijs iudicare debere & de hoc ſacramentum præſtare
43 iuſſit. Iure optimo Bouadilla in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 10. num. 12. valde exclamat & ex animo dolet hodie iudices multum ſuo potius arbitrio quam legis ſenſu ius reddere. & Ioan. Redin.
44 de maieſtate Princip. §. ſed etiam legibus ex num. 59. Ioan. Matien. in dial. relat. 1. par. cap. 8. Burg. de Paz in proœm. ad ll. Taur. num. 392. Thom. Cerdan. in capit. 1. *del Verdadero gouierno.* à verſic. *Y porque ſe me trasluze.* accerrime inuehuntur contra litterarum contemptores qui affirmant iuriſperitos ſuis perniciosis ſubtilitatibus litigia ſuſcitare, ignaros vero ſuo dumtaxat iudicio,
45 multò melius iudicare. optime Giurba conſ. 1. num. 34. ſcribit nihil magis proprium eſſe imperij quam legibus viuere. Eleganter Tiberius Ceſar apud Cornelium Tacitum lib. 1. Annal. contra 46
Dolabellam ſuadet Senatui nõ eſſe vtendum imperio vbi legibus agi poteſt: ſatiſque onerum Principibus, ſatis etiã potentiæ eſſe ait minui iura quoties gliſcat poteſtas: & monet ne verterẽt ſapienter reperta, ſemperque placita.

Imò Ariſtoteles Rethoricorũ. 1. ſcrip- 47
tum reliquit illas legis optimas eſſe, quæ in omnibus, qui incidere poſſunt, caſibus ſancitæ ſunt, quæque quampauciſſima iudicis arbitrio dimiſerunt. Similiter Plato lib. 9. de legibus, *Legislator* (inquit) *minimas dumtaxat mulctas iudicibus committat, plurima vero & maxima quæq. in ferendis legibus ipſe declaret.* Sunt enim quædam quæ in lege conti- 48
neri non poſſunt, qualia ſunt ea quæ certa ſub regula claudi nequeunt & quæ ob magnam varietatem commodè definiri non valent, vt conſiderat Menoch. de arbitr. iudi. in proœm. num. 4. & 5. dicens ea iudicis arbitrio relinquenda eſſe, vnde Eguinar. Baro de diuiduis & indiuiduis cap. 4. n. 11. iudicem appellauit auxilium legis.

Fateor bonum legiſlatorem nimiam 49
legum & præceptorum multitudinem vitare debere, vt ſenſit S. Thom. 2. 2. q. 105. art. 1. ad 3. quem ſequitur Pater Ioan. Marquez de Chriſtiano gubernatore lib. 1. cap. 17. colum. 9. & aſſerit S. Auguſti. epiſto. 119. cap. 19. quia nimiæ leges faſtidium & contemptum ſubditis pariunt, obliuioni dantur, & occaſionem delinquendi & tranſgrediendi præcepta præbent: nam & ipſa priuatio, vt Philoſophus ait, eſt cauſa appetitus. Et legum multiplicatio quoddã 50
ſeruitutis genus inducit vt de populo, Hebræo dicitur, & laqueum pedibus parat ita vt homo ſine periculo ruendi incedere non valeat ſicut de Caligula Imperatore legitur ſolitum eſſe quotidie Romæ noua edicta, eaque litteris

minu-

minutiſſimis conſcripta proponere ita vt vix quiſquam poſſet legum cuadere pœnas. Propterea dicit tex. in c. erit autem lex 4. diſt. legem debere eſſe neceſſariam, id eſt (vt Rebuff. explicat to. 1. ad conſtitutio. Regi. in procem. num. 29.) non niſi inſtante neceſſitate factâ, vt habetur in ca. regulæ & per tot. 29. diſt. vbi ſic ſcribitur. *Regulæ ſanctorum patrum pro tempore loco & perſona & negotio, inſtante neceſſitate traditæ ſunt.* Sic ſubdit Rebuff. num. 37. & 38. legislatorem non debere promulgare leges punientes omnia vitia, ſed quædam quæ vix euitari poſſunt, ſub ſilentio pertranſire & Deo punienda relinquere. Inde venuſtè Senec. lib. 2. de ira cap. 27. *Quæ multa* (ait) *pietas, humanitas, liberalitas, iuſtitia, fides exigunt, quæ extra tabulas publicas ſunt.* Idcirco exiſtimo multis viſa fuiſſe officia Romana antiquorum Cęſorum in Republica admittenda non eſſe, de quibus Aul. Gelli. lib. 7. cap. 22. Cicero 4. de Republi. Huc ſpectat ſententia illa Taciti 4. Annal. *Corruptiſſimæ Reſpublicæ plurimæ leges.* quinimo conqueritur Tacitus, vt antea flagitijs, ſic ſuo ævo legibus laborari. Ideo Iuſtus Lypſius politi. 2. cap. 11. Principem admonet vt nouas leges parcè ferat.

Hoc pluralitatis vitio afficiuntur præſertim in hac florentiſſima Ciuitate Ædilium ordinationes vti expertus ſum, cum Aſſeſſoris Domus illius officium gererem: tot enim quotidie cõficiuntur, tot prohibitiones & pœnarum impoſitiones eduntur, tot caſibus, tot modis cõtra ruſticos agricolas & reuẽditores victualium, vt magis retia videãtur ad capiendum homines & ditandũ ædiles. Reſpondent quidam Patricij id totum relinqui miſericordiæ ædilium, ſed non bene. quia non eſt eis præbenda anſa furandi, niſi cum Diogene philoſopho dicamus, *Magni fures parvum ducunt.*

Eadem ratione opere pretium eſt legem breuem eſſe teſte Alexandro dierum genialium lib. 6. c. 14. vbi ait leges & conſtitutiones breues eſſe debere velut monita oraculorum diuinitus miſſa vt paucis iubeant, non pluribus diſputent. Sic Senec. epiſt. 95. *legem* (inquit) *brevem eſſe oportet, quò facilius ab imperitis teneatur, velut emiſſa diutius vox ſit, iubeat, non diſputet. nihil mihi videtur frigidius quam lex cum prolegomeno.* hactenus Seneca. Plato in Protagor. Rebuff. in ſupracitato procem. num. 15. Pater Marquez d. c. 17. Iuſt. Lipſi. politic. in rub. de conſilio & forma operis. Nã poſtquam leges conſtitutæ fuerint, non eſt noſtrum iudicare de legibus, ſed iudicare ſecundum leges c. erit autem lex 4. diſt. l. proſpexit ff. qui & à quibus. Nam Magiſtratus non præeſt legi, ſed econtra lex Magiſtratui, vt ait Maſtril. de magiſtrat. lib 3. cap. 3. num. 128. & ſeq. & ideo Magiſtratus non poſſunt legibus derogare l. formam C. de offic. præfec. prætor. oriẽt. Stepha. Gratia. de cif. 237. num. 22. In Repub. bene inſtituta ſuprema auctoritas eſt legibus deferenda, nec vlli Magiſtratui quamuis magno & præexcellenti fas eſt, quidquam contra leges publicas tẽtare, Ioan. Baptiſ. Vanlenęuela Velaz. conſ. 80. num. 26. Simanc. lib. 4. de Repub. cap. 15. & 16. In lege enim (vt auctor eſt S. Hieronym. dialog. 2. contra Pelagianos) non ratio quærenda eſt, ſed auctoritas. Quamquam vbi ratio legis difficilè colligeretur, debet legifer illã attingere vt intelligi, interpretari, & vſibus forenſium negotiorum accommodari valeat, vt cenſet S. Thom. 1. 2. q. 100. ar. 7. ad 2. nam intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi c. intelligentia de verb. ſig. & legis mens magis eſt attendenda quam verba l. ſcire leges ff. de legib. l. non dubium C. illo tit.

Hoc prolixitatis vitio peccant in iure communi authentica Iuſtiniani, & in iure huius Patriæ pragmaticæ ſanctione, quorum prolegomena magno ſupercilio à iudicibus & patronis cauſarum occurrentibus controuerſijs legun-

tur

tur quærendo vnum granum inter plurimas paleas, quas dictantes vt viderentur eloquentes, non sine iactura iustitiæ immiscuerunt, & quidem eos remisisse velim ad veterum Iureconsultorũ siue Paoli, siue Iuliani, siue Papiniani, siue aliorum leges, quæ laconica verborum breuitate & dicendi acumine accingũtur. Alias legis qualitates & requisita habes in d. c. erit autem lex ex Isidoro lib. 5. ethym. quas & alias profusè exornat Rebuff. in prolib. to procem. à nu. 16. cum multis seqq. 59

Seruntur leges vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaq. sit inter improbos innocentia, & in ipsis improbis formidato supplicio nocendi facultas refrenetur c. factæ 4. dist. Fiunt causa oppressionis vitandæ c. prædicator 16. q. 1. & causa subiectionis seruandæ c. esto subiectus 95. dist. & vt appetitus noxius sub regula limitetur in procem. Decretalium versic. *ideoque*. & propter honestatem tuendam c. porrò 35. q. 3. & propter vtilitatem habendam c. tali 1. q. 7. & causa negligentiæ remouendæ c. volumus 89. dist. & causa diligentiæ habendæ c. peruenit 18. dist. & causa tollendæ necessitatis c. quod pro 1. q. 7. & propter maius malũ euitandum c. 1. & 2. 13. dist. vel causa maioris boni adipiscendi c. duæ sunt 19. q. 2. & vt laboribus & expẽsis partium occurratur c. finem de dol. & contum. ac vt discordia euitetur & contra fraudes subueniatur c. non nulli de rescrip. Legislator omnia æstimat ex publica vtilitate, eique semper ac in omnibus & per omnia salus populi suprema lex est, vt eleganter expendit Anton. Faber in Rationalibus ad Pandectas tit. Quod cuiusque Vniuers. nomin. ad leg. 1. Propterea saluti Reipub. cedunt omnes leges & conuentiones humanæ & exigente necessitate illius licitum est recedere à legis dispositione, quod quãdo obtineat & quæ sint ad hoc requisita, effusè docent don Loan. del Castillo Soto mayor lib. 7. controuersi. iur. c. 41. à num. 78. don Ludouic. à Peguer. dec. 51. per tot. & hoc est quod alibi dixi supra quæst. 7. num. 53. & seqq. posse iudicem aliquando transgredi leges. adde ex nostris Ioannẽ de Socarrat. ad consuetudines Cathaloniæ in cap. Si aliquis dominus. ex nu. 98. vbi late disputat an in Cathalonia vbi noua vectigalia sunt prohibita, possint tamen ex causa magnæ necessitatis imponi. pag. 382. 60

Est autem lex, sanctio sancta iubens honesta, prohibens contraria l. 2. ff. de legib. aliter definitur in c. lex est 1. dist. aliter in §. lex est instit. de iure natur. gen. & ciuil. & aliter in l. 1. ff. de legib. & secundum S. Thom. 1. 2. q. 90. art. 1. est regula & mensura actuum agendorum vel omittendorum. 61

Illud conquoquere nullo modo possum quod Iustus Lipsius vir alioquin multis litteris imbutus lib. 2. politicorum siue ciuilis doctrinæ cap. 11. postquam in Iureconsultos inuectus est, Ius etiam ipsum Ciuile toto Christiano orbi Commune mordendo dixit, nouo & diuerso Iustiniano opus esse, in quo barbarorũ more loquutus est improbãdo quod nesciebat, cum potius Romanorum leges & præsertim Iustiniani fuerint diuinitus per ora Principum promulgatæ can. fin. 16. q. 3. sed vir ille eloquentissimus (vt verum sine eculeo fatear) flores Scientiarum, non fructus consequutus videtur & *nec sutor vltra crepidam*, vt est in prouerbio. sacrilegiũ mihi illis verbis commississe videtur, si credimus Vlpiano in l. 1. ff. de legib. vbi Iureconsultos vocat sacerdotes, Iusque sacrum esse existimauit. 62

AD QVÆST. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Quid & quotuplex culpa sit iuxta Theologorum & Iureconsultorũ dogmata,*

dogmata, & referuntur DD. id scribentes.

2 Culpa à Theologis & à Iureconsultis quomodo definiatur.

3 Diuisio culpæ à Theologis tradita in mortalem & venialem.

Quid mortalis, quidque venialis culpa sit.

4 Diuisio culpæ à Iurecõsultis facta in dolũ & culpam simplicem.

5 Quid sit dolus.

Dolus duplex est scilicet verus & præsumptus & quid quisque sit, & quomodo à Bartolo appellentur, latior & latissima culpa.

6 Culpæ simplicis diuisio in latam, leuem, & leuissimam.

Culpa simplex quomodo differat à dolo.

7 Lata culpa quid sit, quid leuis, & quid leuissima.

8 Casus fortuitus differt à dolo, & à culpa, & in quo differat.

Casus fortuitus quid sit.

9 Videns se imperitũ, si professus est se peritum esse & munus iudicandi assumpsit, omnia dãna, quæ ex eius imperitia procedunt, restituere tenetur quamuis postea in executione nullam committat culpam.

10 Iudex petens aut suscipiens iudicandi munus, quo ita est indignus, vt sit verisimilè inde aliquod damnũ notabile proximo euenturum, mortaliter peccat.

11 Sic quoque is qui nescens se contra potẽtes sententiam ferre non ausurum, iudex efficitur.

12 Iudex in foro conscientiæ non tenetur ad restitutionem damni à se iniustè dati, nisi mortaliter peccauerit.

Limitatio ex Leonardo Lesio n. 13.

Pœna grauis non incurritur, nisi propter magnam & grauem culpam.

Qui damnificat præter intentionem, non tenetur restituere, nisi ex ignorantia crassa vel supina, vel notabili negligentia damnificet.

14 Iudex ex leuissima tantum culpa, vel etiã leui in conscientia non tenetur ad restitutionem damni à se iniustè dati.

In culpa leui & leuissima non est mortale peccatum, imò aliquando nec veniale & quando hoc contingere possit.

15 Iudices tenẽtur ex contractu cum Republica inito, vel cum partibus explicitè vel implicitè, nõ tamen videntur se voluisse ad restitutionem obligare ex leuissima vel leui culpa, nec quòd Respub. vel partes eis voluerint hãc obligationem imponere.

16 Quid de aduocato.

17 Opinio glosæ in c. consuluisti 2. q. 5. tenẽtis quempiam etiam ex leuissima culpa teneri ad restitutionem.

18 Opinio Patris Azor & aliorum Theologorum tenẽtiũ iudicem teneri ad restitutionẽ ex leui culpa, nõ tamẽ ex leuissima.

19 Iudex ex dolo vel lata culpa in cõscientia tenetur ad restitutionem damni à se iniustè dati.

20 In lata culpa communiter reperitur peccatum mortale.

21 Tenetur quis ad restitutionem damni dati ratione suæ ignorantiæ crassæ vel supinæ in officio quod gerit, quia huiusmodi ignorantia est lata culpa.

22 An lata culpa possit aliquando dari in homine sine mortali peccato, atque etiam sine vllo peccato & consequenter sine obligatione restituendi.

23 Iudex dolum in executione sui officij committens, interdum non tenetur ad restitutionem, & quomodo hoc contingat.

24 In materia restitutionis longum est discrimen inter vtrumque forum.

Quandoque quis in foro animæ ex culpa leui aut leuissima & aliquando ex culpa lata non tenebitur ad restitutionem, & tamen cogetur restituere in foro iudiciali secundum iura Ciuilia & Canonica, & quare.

25 Frequentissimè fit vt qui coram Deo verè non est in dolo, præsumatur in eo esse coram hominibus.

Sæpè aliquid secundum forum externũ iustum reputatur, quod in foro conscientiæ locum non habet.

26 Multa sunt legibus iustè constituta quo ad forum externum, quæ tamen cessant in foro animæ.

27 Iudex qui per imperitiam vel negligẽtiam malè iudicauit, in foro fori dicitur teneri ex quasi maleficio & facit litem suam & tenetur in quantum religioni iudicantis videbitur.

Procedit vbi imperitia seu negligentia est ex leui culpa. n. 28.

Hoc casu dicitur iudex peccasse per imprudentiam.

28 Vbi dicta imperitia seu negligentia non est ex leui sed ex lata culpa, insolidũ tenebitur iudex. & intelliguntur loca Doctorũ Suarez de Paz & Castelli à Roua dilla.

Quid si pars læsa non appellauit, cum appellare posset, an tunc etiam iudex teneatur.

29 Scire tenetur quisque ea quæ pertinent ad suum statum & officium. Et declaratur n. 31.

Et quæ communiter homines sui ordinis sciunt.

30 Paria sunt scire vel scire debere.

Et scire posse.

31 Non tenetur quis scire omnia quæ pertinent ad suum statum & officium sed ea tantum, quæ communiter homines sui status & officij sciunt.

32 Iudex si quid ex leuissima culpa agit, in foro contentioso non tenetur.

Multa in defensionem iudicum qui ex imperitia malè iudicarunt, vel in modicis peccarunt, remissiuè.

33 Casus in quibus iudex à condemnatione interesse excusatur, quamplurimi recẽsentur.

34 An excusetur iudex propter consuetudinem iudicandi contra legem.

35 An iudex inferior excusetur, si iudicãdo sequutus fuit Superiorum exempla.

36 Iudex dolo malo iudicãs veluti si pretio vel precibus aut alicuius odio seu fauore corruptus, ex maleficio tenetur. & vltra infamiã & pœnã priuationis officij, tenetur parti læsæ ad verã litis æstimationẽ.

37 In Criminalibus causis capite plectitur, vel in Insulam deportatur, vel exilio punitur, & bona ipsius confiscantur.

38 Iudex in Criminalibus ex imperitia malè iudicans, puniri debet pœna arbitraria, quod procedit etiã si ex imperitia condẽnaret aliquem ad mortem.

39 Secus quando imperitia est iuncta cum dolo, & fraude.

Iudex dolo ad mortem innocentẽ condemnando, eadem pœna puniendus est.

40 Iudex criminaliter non punitur pro leuissima culpa, sed pro lata, & an pro leui.

41 De pœna iudicis ex imperitia malè iudicantis, qui DD. tractant, referuntur.

42 Iudex ex ignorantia peccans non tenetur insolidũ. sed in quantũ facere potest, & ideo si non est soluendo, in carcerẽ nõ detruditur: secus si dolo iudicauerit.

43 Iudex ex imperitia aliquem iniustè cõdemnãs, nõ tenetur iniuriarum actione, quia non dicitur feciſſe iniuriandi animo.

44 Hodie ex generali consuetudine iudices non syndicatur de sententijs per imperitiam latis. Secus tamen erit si imperitia magna sit.

45 Iudices conscientiæ, quales in Cathalonia esse dicuntur Iudices tabulæ, excusantur, si per imperitiam malè iudicauerint.

Huiusmodi iudicibus cum arbitrium concedatur, censetur remissa leuissima & leuis culpa, non dolus vel lata culpa.

Alia distinctio Paridis de Puteo.

46 De pœna iudicis negligentis qui DD. agunt, referuntur.

47 Iudex quod propter suam negligentiam condemnatus soluit, an possit à parte recuperare.

48 Iudex qui non facta solutione condemnationis vel pœnæ reũ à carcere liberat, an teneatur ipse soluere.

49 Vt iudex cõuincatur & puniatur de negligentia, an pluries & quoties debeat interpellari, & an sufficiat vnica interpellatio seu requisitio.

50 Iudex malè iudicans, quæ requirantur vt faciat litẽ suã. & quid in Cathalonia.

51 An iudex malè iudicans teneatur in syndicatu, si pars condemnata non appellauit, vel appellationi renunciauit,

vel

vel eam prosequenta nõ fuit, sed passa fuit desertam fieri.

52 *An teneatur pẽdẽte appellatione à sententia per eum lata.*

53 *De pœna corrupti & dolosi iudicis DD. qui disputant, recẽsentur.*

54 *Quid in Cathalonia, vbi intellectus constitutionis vnicæ tit.* de la pena del Iutge qui ab dol judicarà

55 *Quemadmodũ sit condẽnandus iudex ex dolo, lata, leui culpa, & imperitia breuis distinctio ex Aloysio de Leo.*

56 *Comites & amici iudicis summum vendentes promittendo victoriam causæ ex pecunia vel alias, quomodo puniãtur.*

QVANDO IVDEX AD DAMNI DATI RESTITVTIONEM TENEAtur, tam in interiori, quam in exteriori foro.

QVÆST. XVII.

1 AD HVIVS quæstionis resolutionẽ necessariò præmittẽdum duxi quid & quotuplex iuxta Theologorum & Iureconsultorum dogmata culpa sit, quod late scripserunt S. Thom. 1. par. quæst. 48. artic. 5. & 6. & 1. sec. quæst. 21. artic. 2. & 2. sec. quæst. 118. artic. 8. Barto. in l. quod Nerua ff. depos. t. Parlon. in cap. 1. de commoda. & cap. fi. de depos. Siluest. verb. *culpa* in princip. & §. 2. Adrian. quolibet. 11. suppositi. 2. Nauarr. in manua. c. 17. n. 177. Petrus Nauarra in tractat. de restitutio. to. 1. li. 2. c. 1. n. 46. & 47. Augustin. Morla in empor. iur. pl. 1. tit. 2. q. 7. n. 5. & 6. Culpa generaliter sumpta est voluntaria inordinatio actus, vt loquitur S. Thomas: aut deuiatio à bono, vt Bartolus ait: sed aliter Theologi, & aliter Iurisperiti eã diuidunt, vt Morla animaduertit. Diuidũt Theologi in culpã mortalem. & venialem. Mortalis est quando lex diuina, naturalis, vel humanã in materia graui plena libertate violatur. Venialis vero quando in materia leui vel sine plena libertate. Iuris professores culpã genericè sumptã diuidũt in dolũ & culpam simplicem. Dolus est machinatio seu circumuentio ad decipiendum seu fallendum alium adhibita l. 1. ff. de dol. mal. gl. c. sciẽti de reg. iur. lib. 6. & est duplex scilicet verus & præsumptus, nam quando doli signa sũt manifesta, dicimus dolum verum, quando autem secus, dicimus dolum præsumptum, vt docet & exemplis declarat Nauar. Dolũ verũ appellauit Bartolus latissimã culpã, dolum vero præsumptũ vocauit latiorem culpã. Culpa simplex diuiditur in latam, leuem, & leuissimam, & differt à dolo, quia hic scienter & studiosè fit, illa vero ignoranter vel negligenter seu inconsideratè. Lata est quam regulariter omnes communiter vitant. Leuis quam regulariter homines diligentes suæ professionis euitant. Leuissima quam homines diligentissimi vitare solent. & ita secundum cõmunem opinionẽ, vt Nauarrus testatur, vbi etiã exẽplis illustrat & declarat, istę tres culpę species definiuntur. A

2 3 4 5 6 7

dolo & culpa diſtat caſus fortuitus, quia eſt inopinatæ rei cuētus qui prævideri non poteſt, etiam per diligentiſſimum, & caſu fortuito fit quod ſine vllo dolo & culpa eius de quo agitur, contingit l. quæ fortuitis & ibi DD. C. de pignor. actio.

9 His præſuppoſitis prima ſit concluſio, quod quando quis videns ſe eſſe imperitum, profeſſus tamen eſt ſe peritum eſſe & maximè in rebus verſatum & munus iudicandi aſſumpſit, tunc omnia damna quæ ex eius imperitia procedūt, reſtituere tenetur, quamuis poſtea in executione non committat culpam latam, ſed leuem, leuiſſimam, vel nullam, DD. in c. non eſt ſine culpa de reg. iur. lib. 6. & in l. imperitia & in l. culpa, vbi latè Deci. ff. eod. tit. Panor. in c. quia iudicante de præſcriptio. Turrecremat. in ca. quicunque 11. q. 3. Burg. de Paz in procem. leg. Tauri num. 170. & ſeqq. Auguſti. Morla in empor. iur. par. 10 1. tit. 2. q. 7. n. 10. Sic quoque Nauar. in manua. cap. 25. n. 12. ait quod iudex petens aut ſuſcipiens iudicandi munus, quo ita eſt indignus vt ſit verſimilè inde aliquod notabile damnum proximo euenturum, mortaliter peccat per c. non eſt putanda 1. q. 1. idem tradunt S. Anton. in ſumma 3. p. tit. 9. c. 2. & p. 2. tit. 1. c. 19. §. 4. Gabriel. in 4. diſt. 15. q. 6. notab. 2. Burgos de Paz in d. 11 procem. num. 164. & ſeqq. Sic etiam is qui noſcens ſe contra potentes ſententiam ferre non auſurum, iudex efficitur contra c. 7. Eccleſiaſt. mortalem culpam committit, vt ibidem Nauar. docet.

12 Secunda concluſio ſit quod iudex in foro conſcientiæ non tenetur ad reſtitutionem damni à ſe iniuſtè dati, niſi mortaliter peccauerit. conſtat ex Petro Nauarra de reſtitutione to. 1. li. 2. c. 1. n. 42. & 43. & 52. Leonardo Leſio de iuſtit. & iur. li. 2. c. 7. dubit. 7. n. 31. & 32. Auguſtino Morla qui ſupra q. 7. n. 11. vbi hoc confirmat, quia pœna grauis non incurritur, niſi propter magnā & grauē culpam, vt de excommunicatione omnes docent, ſed reſtitutio prædicti damni eſt veluti iniuſtitiæ pœna & eſt grauis, ergo ſolum incurritur propter peccatū mortale, nam aliòqui qui ex veniali negligentia inuaſorem occideret, excedendo aliquantulū moderamen inculpatæ tutelæ, teneretur omnia damna reſarcire, quod aſperum eſt. Vnde (ſubijcit Morla) ſæpè DD. in eo qui damnificat præter intentionē, requirunt ignorātiā craſſam vel ſupinā, vel notabilem negligentiam vt reſtituere teneatur.

Limitat dictam concluſionem P. Leſius qui ſupra d. dubit. 7. n. 32. niſi quis profiteretur ſe diligentiorem aut peritiorē aliis, aut etiā diligentiſſimum, ac peritiſſimū, & hac ratione eum qui talē quærebat, ād ſe pertraxiſſet, tunc enim tenetur ad reſtitutionē ex veniali culpa, quia tunc promittit ſaltē implicitè, amplius quam alij paſſim præſtent, & alter hanc ob cauſam ceſſat meliorē quærere, ergo niſi hāc diligentiā præſtet, tenebitur ad reſtitutionē, quæ tamen eo caſu reſtitutio qualis ſit auctor ille explicat ſecundum ſuam ſententiam. 13

Tertia concluſio conſtituitur iudicem ex leuiſſima tantum culpa, vel etiā leui in conſcientia non teneri ad reſtitutionē damni à ſe in iuſtè dati, Syluеſt. verb. *culpa* q. 4. & 6. & verb. *reſtitutio* 2. q. 17. Mercad. de reſtitut. c. 5. Parlad. rer. quotidi. c. 2. n. 2. & ſeqq. Petr. Nauarra de reſtitut. to. 1. li. 2. c. 1. n. 43. & latè à n. 48. vbi reſpondet contrarijs & cōmuniorem ſententiā eſſe aſſerit n. 51. & ſequitur ipſe eā n. 52. late etiā Auguſtin. Morla in empor. iur. p. 1, ti. 2. q. 7. à n. 7. ad n. 10. & n. 12. qui etiā plura tradit ac ſoluit contraria. nam in culpa leui & leuiſſima non eſt mortale peccatum, imò neque veniale eſſe contingere poteſt, quia ſæpè homo obliuiſcitur naturali quadam obliuione diligentiæ maioris & maximę faciendæ, attamen non eſt dicē dū peccaſſe, ergo leuis & leuiſſima culpa ſine peccato eſſe poteſt. hanc ratioue expēdit Petr. Nauar. ſupra d. c. 1. 14

num.

num. 52. & 54. quod ſi iudex (inquit ſupra Auguſtinus Morla) erat peritus & exercitatus & non fuit in lata culpa, durũ eſſet ad reſtitutionem eum obligari, quia tam grauis obligatio in culpa leuiſſima vel leui fundari nõ debet:

15 Et quamui iudices teneantur ex contractu cum Republica inito vel cum partibus explicite vel implicitè, non videntur ſe voluiſſe ad reſtitutionem obligare ex leuiſſima vel leui culpa, nec quod Reſpublica vel partes eis voluerint huiuſmodi obligationem tam duram imponere, cum in eorum poteſtatem re a ienæ non venerint, ſed tãtum teneantur ratione iniuſtitiæ in ſui muneris exequutione commiſſæ.

16 Eandem ſententiam tenet in aduocato & pluribus auctoritatibus & rationibus confirmat Ioan. Gutier. prac.qq. lib.1.

17 q.29.n.5.& 6. Quapropter non videtur probari debere ſententiam gloſę in ca. conſuluiſti 2. q. 5. quæ tenet etiam ex leuiſſima culpa teneri quempiam ad reſtitutionem non ſolum in foro iudiciali ſed etiam in conſcientia, nec mouere videntur textus in d. ca. conſuluiſti & in cap. fin. de iniur. quæ fundamenta sũt prætactæ ſententiæ gloſæ, quam etiam ſequitur Adrian. in 4. tit. de reſt. q. *Vtrũ*

18 *in foro animæ*. Sunt quoque alij Theologi qui terẽt iudicem teneri ad reſtitutionem non ſolum ex lata, verum etiam ex leui culpa, non tamen ex leuiſſima, ſi ſuum officium vel negligenter vel ignoranter fecit, & ex ea negligentia vel ignorantia damna ſubſequũtur, pro vt tenet hanc opinionem & concludit Pater Azor. inſtit. moral. p. 3. li. 13. cap. 23. in fine, verſic. *Dubium quintum*.

19 Quarta concluſio. Iudex ex dolo vel lata culpa in conſcientia tenetur ad reſtitutionem damni à ſe iniuſtè dati, Innocen. in c. ſicut dignum de homicid. Ioan. Anan. & Panor. in c. 1. de conſtitut. Sylueſt. verb. *culpa* q. 4. Iul. Clar. lib. 5. recep. ſenten. §. fin. q. 75. n. 3. Petr. Nauarra de reſtitutio. to. 1. lib. 2. c. 1. n. 43. & n. 51. & 52. Auguſtin. Morla in d. q. 7. numero 10. & ſeqq. Leonard. Leſi, de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 7. dubit. 7. num. 51. & 55. quæ concluſio certiſſima eſt & à nemine quem viderim, in dubium verſa, nam in lata culpa communiter reperitur peccatum mortale vt notat Morla ſupra n. 10. ad fin. & Petrus Nauarra ſupra nu. 56. ait quod lata culpa ſemper eſt mortale peccatum & ad reſtitutionẽ obligatoria. ſic docent DD. teneri quempiam ad reſtitutionem damni dati ratione ſuæ ignorantiæ craſſæ vel ſupinæ in officio, quod gerebat, quia huiuſmodi ignorantia eſt lata culpa, Leſius ſupra dub. 7. n. 33. Nauarra d. ca. 1. n. 56. Morla d. q. 7. n. 11.

20

21

22 Quamuis concluſio veriſſima ſit, tamen euenire aliquando poteſt vt iudex ex culpa lata non teneatur in foro conſcientiæ ad reſtitutionem damni dati, quia lata culpa poteſt in homine dari ſine mortali peccato, atque etiam ſine vllo peccato ex quadã naturali obliuione, eritque ignorantia inuincibilis, vt probat Nauarra ſupra numero 54. 55. & 56. & notat Morla qui ſupra numero

23 12. Iudex quoque qui dolum in exequutione ſui officij committit, interdũ non tenetur ad reſtitutionem, vt ſi mortali odio, malo animo ac fine, aliòqui tamen iuſtè, aliquem morte vel mutilatione damnet, ſecundum S. Thom. 2. ſec. q. 40. articulo 1. Nauarrus in ſumma confeſſor. cap. 25. numero 15.

24 Quinta concluſio. In materia reſtitutionis, de qua agimus, longum eſt diſcrimen inter vtrumque forum: Quandoque enim quis in foro animæ ex culpa leui aut leuiſſima & aliquando ex culpa lata non tenebitur ad reſtitutionem, & tamen cogetur reſtituere in foro iudiciali ſecundum iura Ciuilia & Canonica, tũ ob præſũptiones fori exteriorisex circunſtãtijs, tũ ne detur locus fraudibus & iniurijs, quod bene adnotauit Nauarra qui ſupra in d. cap. 1. num. 55. & 60. ſic Nauarrus in ſumma

25

cap. 17. numero 177. asserit frequentissimè fieri vt qui coram Deo verè non est in dolo, præsumatur esse in eo corã hominibus arg.c. tua de sponsal. b. faciunt tradita per Andræ. Fachine. cõtrouers. iuris. lib. 4. cap. 5. in versic. *Secũdum argumentum* & in versic. *Sextum argumentum.* vbi probat sæpè aliquid secundum forum externum iustum reputari, quod in foro conscientiæ locum nõ habet can. vlt. 17. q. 4. ibi. *iure fori sed non*
26 *iure poli.* & multa esse legibus nostris iustè & saluberrimè constituta quantum ad forum externum, quæ tamen cessant in foro conscientiæ arg. c. inquisitioni de sentent. excom. ibi. *debere potius excommunicationis sententiam humiliter sustinere, quam per carnale commercium peccatum operari mortale.*

27 Sexta conclusio. Iudex qui per imperitiam vel negligentiam malè iudicauit, in foro fori dicitur teneri ex quasi maleficio, & facit litem suam & tenetur in quantum religioni iudicantis videbitur. tex. est in pri. Instit. de obligat. quæ ex quasi delic. nasc. & in l. vlti. ff. de varijs & extra ordin. cognitio. glo. in d. l. vlt. in verbo, *de ea re.* Angel. in l. 1. in pri. ff. de iniur. Cataldin. de Boncompagnis in tractat. de syndicat. n. 69. Claudius Cãtiuncula in tractat. de officio iudicis cap. 3. n. 25. & 26. Iacob. Menochi. de arbitra. iudic. lib. 2. casu 339. n. 3. & 5. Eman. Roderic. quæst. regular. & canonicar. to. 2. quæst. 40. art. 2 notat ex Bossio & Iul. Claro Bouadilla in Polit. to. 2. li. 5. c. 3. n. 33. in glo. lit. B. Hoc casu peccasse dicitur iudex per imprudentiã d. l. fin. de vari. & extraord. & in d. prin. Inst. de oblig. quæ ex quasi delic. & notat expres-
28 se Cantiunc. vbi supra. Procedit nostra conclusio, vbi imperitia seu negligentia sit ex leui culpa: nam si ex lata culpa sit, insolidum tenebitur iudex, Menochi. supra citatus n. 5. vbi n. 10. & 11. tradit quid si pars læsa condemnata non appellauit, cum appellare posset. Roderic. qui supra artic. 2. Bossi. in tractat. causar. crimin. tit. de officiali b. corruptis n. 23. Iulius Clar. li. 5. senten. §. fin. q. 83. ita videtur intelligendus Suarez de Paz in praxi p. 1. to. 1. tempore 1. n. 54. & Bouadi. in Polit. tom. 2. lib. 5. cap. 3. n. 27.

Equidem vnusquisque tenetur scire 29
quæ pertinent ad suum statum & officium S. Thom. 1. 2. q. 76. art. 2. Roderic. quæst. regular. tom. 3. q. 64. artic. 1. & 2. & quæ communiter homines sui ordinis sciunt, Campanilis in diuersorio iuris Canonici rubr. 7. cap. 4. num. 14. Garcia de nobilitat. glo. 4. num. 28. & 29. Iuuat illud, quod paria sunt scire 30
vel scire debere l. idem iuris §. mulionem ff. ad leg. Aquil. Marant. de ordi. iudic. p. 3. num. 103. Nauar. in cap. cum contingat de reserip. 11. causa null tat. Mantic. dec. 118. Crecen. dec. 10. de dolo num. 11. & seqq & scire posse, Ioseph. Ludoui. dec. 127. num. 7. Garcia de nobilita. glo. 4. num. 22. Martin. del Rio d. squi. magic. lib. 4. cap. 4. q. 5. sect. 2. versic. 12. optime Villalob. tom. 1. Theo- 31
logiæ moralis & canonicæ tractat. 3. difficult. 10. num. 2. declarat eam propositionem, quod vnusquisq. tenetur scire ea quæ pertinent ad suum statũ & officium: subijcit enim teneri quidem, sed non omnia quia moraliter esset impossibile, sed ea tantum quæ cõmuniter homines sui status & officij sciunt.

Vides quemadmodum in foro con- 32
tentioso iudex malè iudicans tenetur ex leui culpa ad damni dati restitutionem, cum tamen in foro poli nõ teneatur, vt supra scripsimus. Si quid autem iudex leuissima culpa egit, in foro fori non tenetur, Bald. in cap. 1. §. iudices n. 1. de pace tenenda in vsib. feudo. & ita omnes vno ore scribere asserit Mẽochi. in d. casu 339. numero 21. Conducunt multa, quæ in defensionem iudicum, qui ex imperitia malè iudicarunt, vel in modicis peccarũt, congerit Bouadil. in Polit. tom. 2. lib. 5. cap. 1. n. 34. & c. 3. n. 26. & 27.

Cõplures sũt casus in quibus iudex 33
iste à cõdemnatione interesse excusatur,

recen-

recenſent & explicãt Suarez de Paz in praxi p.1.to.1.tẽpore 1.à n.55.Menoch. de arbitrar.iudic.li.2.caſu 339.à n. 19. Bouadill.in Polit.to.2.li.5.c. 3. numero 27.& 28. & alij.innumeri DD.quos illi citant: veluti ſi circa legem difficilem vel vbi eſſet articulus valde difficilis & arduus,lapſus eſſet, cum tamen ipſe debitam adhibuerit diligentiam. Sic etiã cum variæ ſunt Doctorum opiniones, nec diſcernitur,quæ ſit verior & magis recepta, quãuis alius eo prudentior & doctior aliam opinionem forte ſequutus eſſet. Sic quoque quando licet contra communem opinionem iudicauerit, communis tamen illa opinio probabilibus rationibus conuinci poterat. Similiter quando defendens doctrinam ſui Præceptoris, qui inſignis Doctor eſſet, errauerit, exemplo Caſij Iuriſconſuki, quem refert Iulianus in l. dicere §. Caſius,alias Sabinus ff.de arbitrar.Vel quã do iudex imperitus iudicat ſecundum conſilium ſui aſſeſſoris, quem ſibi ipſe non elegit,ſed Princeps aut Reſpublica.

4 Tiraquellus de pœnis temperan. caſu 42.nu. 1c. excuſari dicit iudicem propter conſuetudinem iudicantem contra

5 legem.Socinus in tractat.fallent.regula 225. fallen. 1. excuſari notat iudicem inferiorem,ſi iudicando ſequutus fuerit Superiorum exempla.

6 Septima concluſio. Iudex dolo malè iudicans veluti ſi pretio vel precibus corruptus, vel odio aut fauore alicuius malè iudicauerit, ex maleficio tenetur & vltra infamiam & pœnam priuationis officij, quam incurrit,tenetur parti læſæ ad veram litis æſtimationem & ad omnia damna expenſas & intereſſe l. fin. C. de pœna iudicis qui malè iudicauit, l. filiusfamilias iudex §. iudex ff. de iudic. authent.nouo iure C. illo tit. de pœna iud. qui mal.iudica.In Crimi-

7 nalibus autem cauſis capite plectitur vel in inſulam deportatur, vel exilio punitur& bona ipſius confiſcantur l. lex Iulia §. hodie ff.ad leg. Iul.repetunda.d. auth.nouo iure.Notant hæc Angel.in l.1. in prin.ff. de iniur. Cataldin.de Boncõpag.in tractat.de ſyndicat.n. 69. Suarez de Paz in praxi p. 1.to.1.tempore 1.n. 61.& 62. Bouadilla in politic. to.2.li.5. cap.3.n.29.30. & 34.Tiberi.Decian.in 2. tom.Criminal. lib.8. cap.39.num.28. Tiraquel. de pœnis temper. cauſ.44.n. 60. Petr. Gregor.in ſyntagma.iur. 3. p. lib.36.c.28.n.6.

Octaua concluſio. Iudex in crimina- 38
libus malè iudicans ex imperitia, puniri debet pœna arbitraria, adeo vt etiam ſi condemnaret ex ignorantia & imperitia ad mortem, debeat pœna arbitraria plecti, docent Faber & Angel. in §. 1. inſtit. de obligat. quæ ex quaſi delict.Boerius q. 163.n. 12. Eman. Roderic.qq.regular. & canonica.tom.2. q. 40.artic.2.Secus tamen eſt quando im- 39
peritia eſt iuncta cum dolo & fraude, iudex enim dolo innocentem ad mortẽ condemnando, eadem pœna puniendus eſt iuxta ea quæ tradit Boſſius in pract. crimin. tit.de offi. corrup.iudicis pecunia n. 22. Roderic. vbi ſupra, qui ex 40
Homodeo in tractat. de ſyndicat. carta 89. tradit iudicem pro leuiſſima culpa criminaliter non puniri, pro lata autem culpa puniri criminaliter: & denique an puniatur criminaliter pro leui culpa refert eundem Homodeum negatiuè tenẽte,licet Baldus in §. iudices de pac. iur.firm.contrarium ſentiat.

De pœna iudicis ex imperitia malè 41
iudicantis, vltra ſupra citatos agunt Farinac.p.2.prax.crim.tom.1.q. 111. à nu. 435. Tepat.p.1.tit. pœna iudicis. Vaſqui.controuerſ.vſufrequen.c. 10. n. 45. & 47. Aloyſi.de Leo in l. ſi quis 3. C. de ſepulc. viola. n.9. vbi quod quando 42
iudex ex ignorantia peccauerit, non tenetur inſolidum, ſed in quantum facere poteſt & ideo ſi non eſt ſoluendo, in carcerem non detruditur,licet ſecus ſit ſi dolo iudicaſſet: Gabrie. Berar.in ſpecul.viſitat.cap.25.à n.51.vbi quod iudex 43
nõ tenetur iniuriarum & ſi in iuſtè aliquẽ ex imperitia condẽnet,quia nõ dicitur feciſſe animo iniuriãdi,&à n.55. vbi

quod ex generali conſuetudine hodie iudices nó ſyndicãtur de ſententijs per imperitiam latis: quod credo verũ, niſi ſit magna imperitia. & cap. 26. n. 39. & numero 42. & ſeq. Iacob. Cancer. var. par. 3. cap. 12. ex numero 69.
45 vbi quod iudices conſcientiæ, quales dicit eſſe in Cathalonia iudices tabulæ, excuſantur ſi per imperitiam male iudicauerint, quia cum talibus iudicibus arbitrium concedatur, cenſetur remiſſa leuiſſima & leuis culpa, non dolus vel lata culpa. Quæ diſtinctio melior videtur, quam ea quam in eadem quæſtione docet Paris de Puteo de ſyndicat. in verb. *An iudex poſsit* n. 5. vbi diſtinguit inter ea quæ ſunt parui vel magni præiudicij.

46 De pœna iudicis negligentis vltra ſupra allegatos differunt Menochius de arbitrar. caſu 341. & caſu 571. Farinac. par. 2. prax. crim. tom. 1. q. 111. à n. 396. Seſe in reſponſ. de ſyndica. ad fin. tractat. de inhibition. n. 39. Segur. in director. iudi. Eccleſ. for. p. 1. c. 10. Garcia de expenſ. c. 12. à num. 55. Gail lib. 1. obſer. 28. Belluga in ſpecul. princip. rubr. 11. §. reſtat & rubr. 24. verſic. *poſtremo* & rub. 38. n. 9. & ſeqq. & ibi addit. Oliba in vſat. alium namq. c. 3. n. 45. Cancer. var. p. 3. c. 12. à n. 259. & c. 13. n. 156. Berar. in ſpecul. viſitat. cap. 26. à num. 48. Auiles in cap. 1. Prætor. glo. *fiel* n. 47. vbi an
47 illud quod iudex propter ſuam negligentiam condemnatus ſoluit, poſſit à parte recuperare. & in iudic. ſyndicat. c. 19. in glo. *cobrar* n. 1. & ſeqq. vbi an iu
48 dex qui non facta ſolutione condemnationis vel pœnæ liberat à carcere reũ, teneatur ipſe ſoluere.

Vt iudex cõuincatur & puniatur de
49 negligẽtia an pluries & quoties debeat interpellari & an ſufficiat vnica interpellatio ſeu requiſitio, glo. verb. *recuſauerit* in clement. 2. §. ſi vero & ibi Panor. de ſepultur. Farinac. p. 2. praxis to. 1. q. 111. à n. 431. Cancer. var. p. 3. c. 12. à nu. 244. & à nu. 263. & c. 18. n. 106. Berar. in ſpecul. viſitat. c. 3. n. 19. Auiles in c. 1. Prætor. glo. *fiel* n. 46. Rota Roma. diuerſ. p. 1. deciſ. 77. Roderic. to. 3. qq. regular. q. 77. artic. 4.

Iudex malè iudicãs, ad hoc vt faciat 50
litẽ ſuã quæ requirãtur, Franc. in c. 1. §. 1. n. 5. de ſentẽ. & re iudic. li. 6. Paz in pract. p. 1. to. 1. tẽpore 1. à n. 54. Vaſqui. controuerſ. vſufre. c. 37. Auiles in c. 1. Prætor. gloſ. *y el derecho.* Diaz in reg. 363. Bouadil. in politic. tom. 2. lib. 5. c. 3. Cancer. p. 3. c. 12. à n. 69. videndæ in Cathalonia conſtit. vni. tit. *de la pena del Iutge qui ab dol judicarà*, & conſtit. 11. & aliæ tit. *de obſeruar conſtitutions.*

An iudex iniuſtã ſentẽtiã proferens 51
& male iudicans, teneatur in ſyndicatu, ſi pars condemnata non appellauit, vel appellationi renũciauit, vel eam proſequuta nõ fuit, ſed paſſa fuit deſertã fieri, Ceuall. qq. practic. q. 153. Bouadil. li. 5. c. 3. n. 73. & 74. Berar. in ſpecul. viſita. c. 17. n. 51. & 52. Menoc. de arbitrar. li. 2. caſu 339. n. 10. & 11. Auiles in c. 1. Prætor. glo. *à las partes* n. 9. vbi etiam n. 11. 52
an teneatur pendẽte appellatione à ſententia per eum lata. Aloyſi. de Leo in l. 3. C. de ſepulc. violat. n. 8.

De pœna corrupti & doloſi iudicis, 53
Paz in pract. p. 1. to. 1. in primo tempore, Menochi. de arbitrar. lib. 2. caſu 342. Farinaci. p. 2. prax. tom. 1. q. 111. & eſt tex. in auth. vt litigan. iur. in exor. lit. §. ſi quis autẽ. Anton. Rondinel. de ſyndicat. n. 14. Ioſeph. Cumia. de ſyndicat. c. 9. n. 12. Gabri. Berar. in ſpecul. viſit. c. 17. n. 43. & ſeqq. & n. 91. & 92. & c. 26. à num. 38. & à n. 45. & eſt tex. in Cathalonia in
d. conſtit. vnic. tit. *de la pena del Iutge qui* 54
ab dol judicarà, cuius interpretationem & intellectum ſcribunt Cancer. var. p. 3. c. 12. à n. 271. Berar. d. c. 26. n. 44. Quẽ-
admodum ſit condemnandus iudex 55
ex dolo, lata, leui culpa, & imperitia breui diſtinctione tradit Aloyſi. de Leo in d. l. 3. C. de ſepul. viola. n. 8. Comites 65
etiam & amici iudicis fumũ vẽdentes, promittendo victoriam cauſæ ex pecunia vel aliàs, quomodo puniantur, Menoch. de arbitr. lib. 2. caſu 344.

AD QVÆST. XVIII.

SVMMARIVM.

1 TRes DD. opiniones in illa quæstione, Vtrum iudex in definiendis causis debeat omnino sententiam dicere ex allegatorum probationibus, aduersus ea quæ priuatim certò nouit.

2 Prima opinio affirmatiua. & DD. eam tenentes. & est communis.

3 Iudex publica auctoritate fungitur, publicã personam agit, & publica scientia in iudicando vti debet.

4 Secunda opinio negatiua, & DD. eã tenẽtes. & dicitur probabilis.

5 Condemnare personam cognitam innocẽtem, ex sola humana potestate, an intrinsecè malum sit.

6 Tertia opinio distinguens inter causas Ciuiles, seu causas Criminales minores, & causas Criminales maiores & DD. eam tenentes. & referuntur DD. illam reprobantes.

7 Iudices supremi Senatus an possint ferre sententiã cõtra allegata & probata, ex propria & priuata scientia, si hæc priuata scientia omnium iudicum est & ibi contrariæ referuntur DD. sententiæ.

8 An Princeps qui potestatẽ habet leges cõdendi & conditis derogandi, possit sententiam dicere iuxta propriam & particularem scientiam, quamuis contrarium in iudicio probatum sit. & ibi referũtur cõtrariæ DD. sententiæ.

An sit de iure Gentium & conforme iuri Naturali & Diuino vt ex publica scientia iudicetur.

9 In causis breuioribus, quas iudex potest absque actorũ scriptura definire, an possit sententiam dicere secundum suam priuatam scientiam aduersus allegata & probata. & referuntur contrariæ DD. sententiæ.

10 Quid stante in cõmissione clausula, sola facti veritate inspecta.

11 Viæ omnes à iudice tentandæ sunt, quibus reum, quem innocentem priuata scientia nouit, quique ex actis processus de crimine conuincitur, liberet. & quæ sint istæ viæ.

12 Iudex si alio modo innocentem liberare nequit, an debeat eum Superiori remittere. & ibi conciliantur DD. sententiæ cõtrariæ.

13 An iudex debeat officium suum deponere potius quã reum, quem priuata scientia nouit innocentem, & in processu de crimine conuictus existit, condemnare. Vbi contrariæ referuntur DD. opiniones.

14 Opinio Francisci Viuij improbatur.

15 An iudex aliquem ex priuata scientia, seu non citatum & auditum cõdemnare possit.

16 A iure Gentium est atque iuri Naturali & Diuino conforme, vt nemo condemnetur sine testibus, nec nisi citatus & auditus.

17 Iudex qui reum ex priuata scientia cõdemnat, ad restitutionem tenetur.

18 An Princeps possit aliquem ex priuata scientia condemnare.

19 In Cathalonia non potest, quia tenetur iudicare per directum, id est causa cognita & iuribus Patriæ seruatis.

20 Manutentiæ in Cathalonia concedi inaudita parte non possunt in rebus profanis, sed tantum in beneficijs & rebus Ecclesiasticis seruata forma constitutionum.

21 Leges non obligant Principem legẽ ferentem, contractus tamen obligant Principem contraentem.

Constitutiones Cathaloniæ sunt contractus Regis, & leges pactatæ cum Rege & iuratæ per ipsum.

22 Iudex non potest iudicare secundũ scripturas, quæ non sunt productæ in actis, & facta notificatione parti aduersæ ad dicendum contra producta.

Exceptio debet opponi in processu causæ, & non sufficit si opponatur in allegationibus iuris.

Contra tenent alij, quorum sententia non approbatur.

23 An

23 An iudex possit moueri ad iudicandum, etiam ex aliqua confessione coram se facta & non scripta in actis.

24 Iudex in notorijs moueri potest, etiam ex his quæ sunt extra processum, & potest se informare super notorio, etiã parte non citata.

25 Quando facta commissio iudici seu officiali vt se informet, intelligatur de informatione iudiciali per processum, vel extraiudiciali sine processu. & ibi inter DD. Narbona & Bouadilla concertatio.

26 Iudex iudicare potest ex his quæ per inspectionem oculorum nouit, si tamen ei vt iudici & non vt priuatæ personæ constent.

27 Lex humana ab æterna deriuatur, ideoq; obligat subditorum, sicque etiam iudicis conscientias.

Mens legislatoris est magis attendẽda quã verba.

28 Si de mente legis dubitatur, an & quãdo iudex debeat Superiorem consulere.

29 Ad Principem recurrendum est, si de intellectu & interpretatione legis quæratur, quia eius est interpretari, cuius & condere.

30 Obseruantia legis subsequuta ad eius interpretationem attenditur, etiã si verba repugnent.

31 Obseruantia interpretatiua vt attendatur, regulariter necesse non est quod sit præscripta.

32 An iudici liceat simulare, vt veritatem rei apud ipsum dubiæ extorqueat. & nu. seqq.

33 Mentiri non licet, etiam pro tẽporali vita alicuius.

34 Recepta DD. sententia est posse iudicem aliquando simulare causa veritatis indagandæ.

35 Dolus duplex est, scilicet bonus & malus.

36 Aliud est fingere vel simulare, & aliud mentiri.

Fictio seu simulatio ad bonũ finẽ permissa est, mendacium autẽ semper est prohibitum.

37 Doctrina Patris Ioannis Marquez ac cerrimè tuentis contrarium, vbi Sancti Hieronymi & Sancti Augustini cõtrarias inter se super hoc sententias refert.

38 Iudicium auctoris & referuntur DD. tenentes priorem sententiam. & num. 34.

39 Refutatur quorundam opinio asserentium posse iudicem ad eruendam veritatem, promissionem impunitatis facere reo, vt si ea ratione confiteatur, puniat eum.

40 An iudex possit delatũ de crimine cõdemnare & punire ex confessione, quam ab eo promissa criminis impunitate extorsit. traduntur variæ DD. opiniones. & n. seqq.

41 DD. & argumenta, quibus fulcitur affirmatiua opinio.

42 DD. & argumenta, quibus fundatur opinio negatiua. & numero 43. & 44.

43 Hosti etiam fides seruanda est.

Fides & iuramentum æquiparantur.

44 Nemo debet publica iudicis auctoritate circunscribi.

45 Diuersæ DD. conciliationes ad dictas affirmatiuam & negatiuam opiniones. & n. seqq.

45 Conciliatio Didaci Couarruuiæ.

Cum reus criminis confessionem a se per iudicem impunitate promissa extortam reuocauit, tunc ex illa cõfessione reus puniri non potest.

47 Cũ reus ita confessus, in sua confessione perseuerat, postquam spe promissionis sibi factæ frustratus est, tunc ex sua cõfessione pœna ordinaria delicti plectendus est.

84 Cum reus ita confessus, nec confirmauit, nec reuocauit confessionem, postquã sciuit se iudicis promissione frustratum, tũc pœna non ordinaria, sed mitiori & arbitraria puniendus est.

Quid tamen senserit Fachineus.

49 Conciliatio Iulij Clari.

Si is qui promisit impunitatẽ delicti, persona est, quæ poterat gratiam de illo facere, promissio seruanda est.

50 Si persona est, quæ non poterat gratiam concedere, reus sibi imputare debet nunquam tamen condemnabitur ex hac confessione

fessione ad pœnam delicti ordinariã, nisi esset alijs indicijs grauatus.

51 *Conciliatio & sententia Castelli à Bonadilla.*

Quando plures sunt socij criminis & iudex promisit impunitatem vni ipsorum si veritatem facti declararet & socios detegeret, cum alia via veritas facti nota fieri non posset, promissio seruanda est, & an super hoc Princeps consuli debeat.

52 *An possit iudex seruato iuris ordine ius iurandum exigere, quamuis noverit iurãtem peieraturum. & n. seqq.*

53 *Quid quando iudex ad partis instantiam hoc iuramentum exigit. & quid quando pars non petit.*

54 *Quid quando iudex ductus legis necessitate exigit, licet pars non petat.*

55 *Exactio ista iuramenti dicitur esse partis & legis.*

56 *Quando iudex dicatur duci necessitate legis ad exigendum iuramẽtũ. & ibi opinio Turrecremate.*

57 *Opinio Leonardi Lessij & Philiarchi, excusat. iudicem quando pars postulat, vel alias ratio officij suadet.*

58 *Quãdo iudex potest aliqua via vitare petitionẽ dicti iuramenti, nõ deficiendo suo muneri, tenetur ad vitandũ periurium.*

59 *Dictum iuramentum non potest deferri à iudice, iuris ordine non seruato.*

60 *An liceat iudici iuramentum ab ethnico & infidelj exigere, quando nouit fore vt per falsos Deos iuret.*

An ad illud exigendum requiratur bonũ publicum, & quæ sint iustæ causæ exigẽdi hoc iuramentum.

61 *Quid si infidelis nolit iurare nisi per falsos Deos, an possit iudex petere vt per illos iuret.*

62 *Quid si iuraturus nullã haberet notitiã veri Dei, an possit iudex ab eo exigere iuramentum.*

63 *Iudex ex generali consuetudine cõstito de perpetrato crimine, non de difamatione delinquentium, præcedente denuntiatione in genere, procedit ad inquisitionem generalẽ interrogando testes quis commisit illud delictum.*

Hæc consuetudo in conscientia tuta est.

64 *Dicti testes, etiam sub præcepto & iuramento vel etiam sub excommunicationis pœna interrogati, vt dicant de eo quod nouerint veritatem, nec tenentur nec possunt dicere quis delictum commisit, nisi laboret infamia vel indicijs, nec iudex potest eos ad id obligare.*

56 *An iudex dictis testibus animaduertere teneatur, ne auctorem si de eo infamia nõ sit, detegant, propter periculum reuelandi occultos peccatores. & magna cõcertatio DD. traditur.*

66 *Excommunicatio quod ad finem ipsius spectat, ad spiritualem excommunicati salutem tendit & ad morum correctionem.*

Excommunicatio medicinalis est, nõ mortalis.

67 *Quare dicatur & sit medicinalis. & ibi falsum Lutheri dogma reijcitur.*

68 *Iudex excommunicaturus aliquẽ, si credat facturum vt illi excommunicatio non prosit, an possit eum excommunicare.*

69 *Finis etiam excommunicationis est salus aliorum de Republica, vt eo exemplo terreantur.*

70 *An liceat iudicibus causa verificãdi delicti vel ob alium bonum finem efficere, vt coram illis malefici exerceãt aliquod maleficij opus.*

71 *Nunquam ob quemcumque bonum finẽ licet vti maleficio, cum sit intrinsecè malum inuocare dæmonis auxilium per maleficia.*

Minimè sunt facienda mala vt eueniant bona.

72 *Intellectus tex. in l. eorum 4. C. de malefic. vbi excusantur malefici bono, ne maleficia exercentes.*

73 *Exercentes ad bonum finẽ maleficia, iure Canonico puniuntur, licet iure Ciuili nõ puniantur.*

74 *An possit aut debeat iudex maleficum compellere ad maleficij signum destruẽdũ causa obtinendæ salutis. & n. seqq. cũ n. 77. vbi resolutio.*

Ratio dubitandi.

75 *Licet maleficio & cuicumque alij signũ male-*

maleficij amouere, non animo vt pactum maleficio à dæmone ſeruetur, ſed aeſtruendi pacti cum dæmone initi & obtinẽdæ ſalutis.

76 Signum maleficij amouere tenentur ſcilicet maleficus tanquam dãnificator, miniſtri iuſtitiæ lege iuſtitiæ, & quicũque alius lege charitatis, ſi commodè poteſt.

78 Licet iudicibus volentibus maleficũ torquere, efficere vt eius corpus abluatur & totius corporis eius capilli abradantur. & quare & ad quem effectum.

Id eſt ſuperſtitioſum, ſi tonſio illa fiat credendo per illam vires amitti, inſtar Samſonis.

79 Si iudex maleficiorum temerè õtra aliquem non præcedentibus indicijs aut fama inquiſitionem fecerit, non ſolum in conſcientia tenetur propter infamiam, ſed etiam in foro exteriori tenetur ad intereſſe & expenſas.

80 Iudex cum ſit protector iuſtitiæ, facile poteſt exceſſum committere inclinando ad miſericordiam vel remmittendo delictaeat perſonis priuatis & partibus læſis vix poteſt in remittẽdis iniurijs exceſſus contingere.

Iudex debet genere ſuo clemens eſſe.

Quando iudex accuſatore ceſſante remittere pœnam poteſt, rato remittet, & vbi arbitrio ſuo decere videbit aut bono publico expedire in legibus diſpenſare.

81 Ferè ſemper licitum eſt rogare priuatam perſonã vt remittat iniuriam & ab accuſatione deſiſtat.

Quid ſi crimẽ ſit atrox an tũc pars læſa roganda ſit.

82 Rogare iudicem vt pœnam minuat vel relaxet, tunc demum licet, quando licet iudici illud facere, ideoque roganti prudẽtia opus eſt.

83 Pars læſa ſecurius poteſt pro reo intercedere ad oſtendendam charitatem, quam alij.

84 Apud iudicem probum & conſtantem ſecurius poteſt intercedi, aliàs examinãda petitio eſt, quia peccabit intercedens cum obligatione reſtituendi.

85 Importunæ preces violentiæ comparantur.

86 An diſpoſitio l. venales C. quãdo prouoc. non eſt neceſ. procedat ſi iudex corruptus ſit multis precibus & fauoribus.

87 Blanditiæ potentum minis æquiparantur.

88 An liceat conferre munera concubinæ iudicis aut ab ea aliter petere, vt apud iudicem pro aliquo intercedat.

89 In iudicijs non eſt habenda acceptio perſonarum. & exornatur.

90 An data æqualitate cauſarum teneatur iudex expedire prius cauſã pauperis, & miſerabilis perſonæ.

91 Iudex in cauſis miſerabilium perſonarũ tenetur ſupplere in iure & in facto.

92 Quæ dicantur miſerabiles perſonæ.

93 In Cathalonia cauſæ decidi debent ſecũdũ ordinem denunciationum ipſarum, ſine concluſionum in cauſa.

Intelligi hoc debet parte petente. & excipiuntur cauſæ fiſcales.

94 Quibus modis iudex dicatur peccare peccato acceptionis perſonarum.

95 Iudex condemnans non ſubditum, vel condemnans ſubditum in crimine exẽpto, tenetur ad reſtitutionem hæredibus, etiã ſi reus morte dignus fuerit, liberatur tamen ab obligatione reſtituendi, ſi cõpetẽs iudex condemnati ratum habeat, ſeu approbet factum alterius.

96 Iudex condẽnans ſubditum non ſeruato ordine iuris, vel ex cognitione per iniuriã extorta, tenetur ad reſtitutionem.

Fallit quãdo alia via poterat reum cõdẽnare iuridicè. n. 98.

Fallit item ſi erraſſet in aliquo, in quo Princeps poteſt diſpenſare, quia tunc poſſet Princeps remittere iudici reſtitutionẽ. n. 99.

97 Quando dicatur iudex condemnare nõ ſeruato iuris ordine vel ex cognitione per iniuriam extorta.

100 Iudex iuſtè & iuridicè, mortali tamẽ odio, malo animo ac fine aliquẽ dãnãs, peccat mortaliter, ſed ad reſtitutionẽ non tenetur.

Occidens aggreſſorem ſiuore vindictæ peccat,

peccat, licet posset ex causa defensionis.
Occidens ex odio particulari bannitũ puniendus venit.

101 Iudex appellationem ad Superiorem nõ admittens peccat.
Appellatio ad Superiorem regulariter admittenda est.
Peccat qui iniustã causam dedit vt subditus ad Superiorem iret pro iustitia consequenda.

102 Alia iudicum peccata congeruntur.

103 Consuetudo in aliquibus Locis vt in die festo ius rusticis reddatur propter cõmoditatem rusticorum.

104 Hæc viget in oppido Sanctæ Margaretæ de Moncada Baroniæ Consiliatorũ Barcinonæ.

105 Non tenetur iudex reũ à morte liberare, si nolit confiteri & cõmunicare, etiam si certo sciat illũ decessurũ in peccato mortali: sed si subest spes quod duobus aut tribus lapsis diebus cõfitebitur, differre executionem tenetur.
Quid si imminet periculum ne interim à carcere rapiatur.

106 An peccet iudex si reo neget licentiam suscipiẽdi sanctissimũ Eucharistiæ sacramentũ pridie quã moriatur. Vbi DD. Roderici & Nauarri cõtrariæ referuntur opiniones.

107 An inferior iudex à tyranno cõstitutus ius dicẽdo peccet. & ibi de duplici tyrãno.
Tyrannus vsurpatione potestatis qui Rẽpub. absq. vllo iure inuasit, an ius dicendo peccet & qualiter, & an eius sententiæ valeant.

108 Iudex ferens sententiam sanguinis irregularis efficitur sequuto effectu, & an effectu non sequuto.

109 Quæ dicatur in proposito sententia sanguinis.

110 Iudex erit irregularis si ex eius præcepto reus alimento priuetur, vel carceris rigore ita affligatur vt inde mors moraliter sequatur.

111 Hæc irregularitas extenditur ad assessorem, consultorẽ, exhortatorẽ, & quẽlibet alium concurrentem proximè ad sententiam ferendam.

112 Iuramentum seruandi statuta quomodo intelligatur.

113 Iuramentum Regiorum Auditorum & Assessorum quo iurarunt secretò seruare ea, quæ in congregatione tractantur, quẽadmodum intelligatur ligare.

DE

DE CONSCIENTIA IVDICIS.

QVÆST. XVIII.

1  Imis agitata est à DD. tum Theologis, tũ Canonistis celebris illa cõtrouersia vtrũ iudex in definiendis causis debeat omnino sententiã dicere ex actorũ probationibus, adhærens eis quæ priuatim certò nouit. Ego vero pro loci & materiæ opportunitate illud dumtaxat attingam, in hac quæstione tres esse DD. opiniones.

2 Prima est affirmatiua, quam tenent & defendunt S. Thom. 2.2.q.67.artic.2. Dominic.Soto de iust.& iur. lib.5.q.4. artic.2.Couar.var.resol.lib.1.c.1. Pater Vincent.Filliuc.moralium qq.to.2. tractatio.40.cap.6.à num.168.Guillel.Cassado.decis.12.n.8.9.& 10. super regul. Cancellariæ,Francisc.Viui.decis.178.& sequitur Rota Romana vt testantur Cæsar de Grass.decis.2.num.6.& 10.de solutio.Gratian.dis.forens.tom.3.cap.550. num.36.& tenent alij quãplurimi quos illi citant.hanc sententiam communem vocat Filliuc.& magis communem esse testantur Soto & Couar. locis citatis.

3 Eius fundamenta multa sunt, quæ præallegati DD.& præsertim Couar.à n.4. tradunt,præcipuum tamen est quod iudex publica auctoritate fungitur,& publicam personam agit l. Barbarius ff.de offic.Prætor.ideoq.in iudicando scientia publica vti & fidem exhibere ijs, quæ sibi vt iudici ac publicæ personæ nota sunt,atque priuatã sententiam deponere debet.

4 Secunda opinio priori contraria, est negatiua,quam tuentur & tenent Panor. in c. Pastoralis §.quia vero de offic.delegat.Nicolaus à Lyra Exodi cap.23.nouissimè Pater Leonard.Lessius de iusti. & iur.lib.2.cap.29.dubit.10.& alij quos isti allegant. hanc sententiam dicit esse probabilem Filliuc. qui supra nu.170.

5 ideoque posse iudicem illam sequi. Eã octo argumentis confirmat dictus Lessius à n.78. & maximum est quod condemnare personam cognitam innocentem, ex sola humana potestate,intrinsecè malum sit,dum non habeat ad id auctoritatem iudex,sed soli Deo subiecta sit, atque ratio naturalis dictet tunc non esse sequendã notitiã publicã vtpote aberrantem à veritate & à iustitia.

6 Tertia opinio distinguit inter causas ciuiles seu causas criminales minores, in quibus vult seruari debere affirmatiuam,& causas criminales maiores vt mutilationis & mortis,in quibus asserit seruari debere negatiuam,vt bene notat Filliuc.qui supra num.168. & antea Couar.d.cap.1.nu.7.vers. *Secundum.* vbi refert DD.hanc tenentes.Sed eã distinctionem pluribus ijdem reprobant nẽpe Couarruuias in dicto vers.*Secundũ.* & Filliucius n.169. reprobat & multis Soto vbi supra artic.2.ad fin.& expresse contra eam tenet S. Thomas 2.2.q.64. artic.6.

7 Retenta priori opinione affirmatiua, quam communiorem diximus, admittenda non videtur limitatio Guidonis

Pap.

Pap.dum q.29.ſcribit poſſe ſupremi Senatus iudices ferre ſententiam contra allegata & probata,ex propria & priuata ſcientia:modo hæc priuata ſcientia omnium iudicum ſit. Quam opinionẽ refutãt Couar.d.c.1.n.7.verſ. *Tertiũ etiã.* Perez de Lara de anniuerſarijs li.1. ca. 10.nu.37.& ſeqq.Ioan.Gutier.lib.2.Canonic.qq.cap.29.num.fin.Theſau.deciſ. 1.num.43.& ſeqq.quod hi iudices nullam habeant à Principe poteſtatẽ derogandi legibus:quamquam (vt reperi) ſecundum dictam limitationem ſentire videntur Franciſc.Marc.deciſ.13.nu. 7. & Thom. Grammatic. dec.62. nu.32.

8 Fatetur tamen ibidem Couar.P incipẽ qui poteſtatem habet leges condẽdi & conditis derogandi, poſſe ſententiã dicere iuxta propriam & particularẽ ſciẽtiam,quamuis contrariũ in iudicio probatum ſit. quod etiam concludit Balb. dec.99.quẽ refert ad hoc Aloyſius Riccius in collectaneis deciſionum collec. 717.& cõplures citans Marta de clau.p. 1.clau.368.n.1.ſed poſt alios cõtradicit Vincen.Filliuc.in d.c.6.n.174. eo quod ſit ſaltem de iure Gentium & conforme iuri Naturali & Diuino, vt ex publica ſcientia iudicetur, tametſi non negat Principem poſſe abſoluere eum quem priuata ſcientia nouit eſſe innocẽtem, nimirum ex gratia remittendo pœnam.

9 Similiter reijcienda videtur limitatio Felini in c.paſtoralis §.quia vero n. 25. de offic.& pot.iud.deleg.dum dicit in cauſis breuioribus, quas iudex poteſt abſq;actorũ ſcriptura definire, iudicem poſſe ſententiam dicere ſecũdum ſuam priuatam ſcientiam aduerſus allegata & probata.Quam etiam opinionẽ refellit Couar.d.c.1.nu.9.verſic. *Sexto ex principali.* quia etiam in præfatis cauſis iudex publica auctoritate fungitur & tenetur iudicare ex ijs quæ vt iudex,nõ quæ vt priuatus cognouit, licet in ſcripta non

10 redigantur .Scribit tamẽ Riccius collec.1129.ſtante in commiſſione clauſula,*ſola facti veritate inſpecta*,poſſe iudicẽ virtute dictæ clauſulæ iudicare ſecũdũ conſcientiã,ſed allegat ad hoc Andream Gaill.li.1.obſer.111.qui nihil de eo dicit, melius citaſſet Thomam Grammat.deciſ.62.num.31.Hoc ſi verum eſt,intelligi neceſſe eſt in commiſſione facta per Principem non per alium , cum nemo plus iuris in alium transferre poſſit quã ipſe habet.De hoc fuſe diſerui ſupra in q.10.de officio iudicis in cauſis ſummariſſimis.vbi videas.

Rurſus retenta dicta priori opinione affirmatiua,obſeruandum eſt inter omnes DD.conuenire in caſu quæſtionis, de qua agimus vias omnes à iudice tentandas eſſe,quibus reum quem innocẽtem priuata ſcientia nouit, quique ex actis proceſſus conuincitur de crimine, liberet,vel non recipiendo accuſationẽ, vel differendo iudicium,vel aperiendo abſque tamen ſcandalo & incommodo proprio carceres,vel ſæpius examinãdo teſtes,vt in uchiat aliquod cõtradictoriũ, & huiuſmodi:ſi autem hac ratione liberare non poſſit, & aduerſa pars vrgeat condemnationem , iuxta prædictã communem ſententiam abſq.animæ periculo condemnabit,Couar.d.cap.1.n.9.verſic. *Septimo ſunt.*Filliuc. d.cap.6.nu. 168. Leſi. d.cap.29.dubit.10.in pri.Soto d.q. 4.artic.2.Viui.d.deciſ.178.n.2.& 3. vbi exempla refert. Difficultas manet circa 12 duo media quæ aliqui neceſſariò exquirunt à iudice antequã cõdẽnet, alij autem nequaquã. Nam imprimis quidã exiſtimarunt iudicem ſi alio modo innocentẽ liberare nequeat, debere eum Superiori remittere:ſed hoc iudici neceſſarium non eſſe contra eos Doctores defendunt Soto in d.articu.2. in verſic. *Sunt autem.*Couar.in d.cap.1.num.9. in verſic. *Septimo ſunt.* Veritas eſt quod tenetur iudex cauſam Superiori remittere,& depoſita perſona iudicis, fieri apud Superiorem teſtis innocentiæ rei,ſi ita eum liberari poſſe ſperet. ita declarat Filliuc. d.ca.6.num.168.Leſius d.dubit.10.in pri.neq.ab hoc intellectu diſſentiũt ſupra citati Soto & Couar.quoniam ipſi ideo negant remiſſionem eſſe

neceſ-

necessariam, quia asserunt nō pro futurā, sed pariter reum per alium iudicē cōdemnandum fore.

13 Similiter sunt qui tenuerunt iudicē debere officium & magistratum suum dimittere potius, quam reum innocentem de quo agimus, condemnare, ita vt tunc possit condemnare, quādo nō posset officium suum dimittere: & hunc etiam sensum reprobat Soto in d. artic. 2 versic. *Alterum subterfugium*. tum quod hoc remedium sit inutile, tū quod nemo teneatur tam ingenti suo incommodo, damnum quod ipse non dedit in fratre suo cauere, cum officio prædicto vitari, & ea ratione refutat Syluestrum sequentem præfatum contrarium sensū, dicens illum non fuisse Sancti Thomæ,

14 cuius doctrinam Syluester defendit. Ex his deducitur nō bene loquutum fuisse Viuium d. decis. 178. num. 3. dum ait iudicem ex charitatis lege teneri deponere officium & fieri testem, licet sutū testimoniū non esset sufficiens ad reū liberandum.

15 Finitima est illa quæstio an iudex aliquem ex priuata scientia vel non citatum & auditum condēnare possit. Vera ac communis est DD. sententia negatiua, quam tenent & defendunt DD. in clem. Pastoralis §. cæterum de sen. & re iudic. & in c. qualiter 2. de accusatio. & in c. 1. de caus. poss. & propriet. per ea iura, Sairus lib. 12. cap. 8. num. 21. Lessius de iust. & iur. lib. 2. ca. 29. dubit. 11. in prin. Filliuc. moralium qq. tom. 2. tractatio. 40. c. 6. n. 172. & 173. qui rationē

16 reddit quod probat à iure Gentiū esse atq. iuri Naturali, & Diuino conforme, vt nemo cōdemnetur sine testibus, nec nisi citatus & auditus, d. §. cæterum. in fin. can. 1. can. Deus 2. q. 1. d. c. qualiter 2. c. cum inter de exceptio. Syluest. verb. *Iudex* 1. q. 5. vnde non nisi barbaræ gen-

17 tes & tyranni contrarium faciunt. Extende quia etiā iudex proprius qui reū ex priuata scientia condemnat, ad restitutionē tenetur. ita Soto de secreto, mēbro 3. quæst. 1. concl. 5. Nauar. c. 18. n. 59. Lessi. d. cap. 29. dubit. 18. n. 172. Tota difficultas est in Principe an is possit aliquem ex priuata scientia vel non citatum & auditum condemnare, qui quidem articulus longiorem discussionem habet, & contrarias DD. opiniones, de quo multa Lessi. d. dubit. 11. & Filliuc. d. ca. 6. à num. 174. vbi nonnullos casus distingunt. In hoc certè Principatu Ca- 19
thaloniæ notissimi iuris est dominū Regem non posse, quia tenetur iudicare per directum id est causa cognita & iuribus patriæ seruatis vulgato vsatico. aliū namq. cum alijs adductis per nostrum Anthon. Oliban. de iur. fisc. c. 3. num. 25. & 26. Calici. in Margarit. dub. 8. vers. 92. 182. & 200. Mier. collati. 11. c. 4. *confirmants*. col. 2. Adeò vt nec manutenentiæ 20
inaudita parte concedi possint in rebus profanis, sed in beneficijs tātū & rebus Ecclesiasticis seruata forma constitutionum, vt cauetur in cōstitut. 2. tit. *de manutenētiis*. Oliba de iur. fisc. ca. 15. num. 28. & seq. Licet enim leges non obligēt 21
Principem legem ferentem, contractus tamen obligant Principem contrahentē, Mantic. de tacit. & ambig. conuentio. li. 3. tit. 10. numero 47. constitutiones autem & iura Cathaloniæ sunt contractus Regis & leges pactatæ cum Rege & iuratæ per ipsum, Mier. collatio. 8. c. 1. n. 5. & alibi sæpius. Oliba. de iur. fisc. c. 1. nu. 17.

Ex his infertur neq. iudicem posse 22
iudicare secundum scripturas sibi particulariter productas, nisi fuerint productæ in actis, facta notificatione parti aduersæ ad dicendum contra producta, Bart. in extrauag. ad reprimendā in glo. verbo, *de plano*. Roman. cons. 519. nu. 3. ad med. Gratian. dis. forens. to. 3. c. 574. num. 28. faciunt quæ ex Bartolo & Gratiano de ijs qui aliquam exceptionem opponere debentes, eam nō in processu causæ, sed in allegationibus iuris opponunt, notaui in quæst. 6. de arbitris. iud. circa ea quæ legib. expres. sunt. circa fin. Contrariam sententiam tenent alij, vt constat ex Cattelliano Cotta in memor.

verb.

23 verb. *Iudex debet iudicare*. Ego priorē sē-
tētiā verā existimo. Idē Cattellianus Cot
ta loco citato affert quorūdā Doctorū
traditiones asserētiū, quod iudex potest
moueri ad iudicādū, etiā ex aliqua con-
fessione coram se facta & non scripta in
actis. & easdē allegat Matthæus de Afflic.
24 decis. 28. n. 5. Illud sępius scriptū est iudi
cē in notorijs moueri posse, etiā ex his
quæ sūt extra processū. ita Viuius decis.
340. n. 7. Afflic. d. decis. 28. n. 6. Deci. cōs.
445. n. 55. Crauet. cōs. 198. in fi. Prosper.
Paseth. cons. 131. n. 1. li. 1. & potest iudex
se informare super notorio, etiam parte
nō citata, vt per Bald. in c. inter vos de cō-
25 suet. Viuiū d. decis. 340. n. 7. Quādo autē
facta cōmissione iudici seu officiali, vt se
informet, cēsetur cōmissa iudicialis per
processū informatio, vel tātū extraiudi-
cialis sine processu vt informet animum
suū, vide Nicolaū Garcia de Benefic. 6. p.
c. 2. n. 244. 251. & 247. to. 1. & p. 12. c. 2. n.
136. to. 2. Bouadil. in polit. li. 5. c. 1. n. 224
Molin. de Hispan. primog. li. 2. c. 6. nu. 29.
& 30. Stephan. Gratian. dis. forēs. to. 1. c.
90. n. 25. & to. 2. c. 335. n. 14. & c. 192. late
Alphōs. Narbon. ad leges regi. li. 2. tit. 5.
lege 82. glo. 2. à n. 37. vbi multis reprobat
26 opinionē dicti Bouadilla & aliorū. Nota
denique iudicē iudicare posse ex ijs, quæ
per inspectionē oculorū nouit, si tamen
iudici vt iudici & nō vt priuatę personæ
per dictā, inspectionē oculorū constent,
quia tūc etiā dicitur iudicare secundum
processū, cū iudicialiter ei detur inspe-
ctio oculorū, quę omnes alias probatio-
nes superat. fusè Perez de Lara de anni-
uersar. li. 1. c. 10. n. 36. Roder. Suarez in l.
post rē iudicatā notab. 3. n. 4. ff. de re iu-
dic. post. glo. in c. quoniā verb. *ad loca*. de
præscrip. quam ita intelligunt.

27 Quæro insuper. Certū est leges scrip-
tas, nō solū si sint cōformes iuri Natura-
li, illudq. cōtineāt, obligare subditorum
cōsciētias vt tex. ait in c. fi. de cōsuetu. sed
etiā si cōtineāt ius positiuū, iustæ tamen
sint nec iuri Naturali vel Diuino repug-
nēt, vt latè probat Soto de iusti. & iu. li. 1.
q. 6. artic. 4. & not. per glo. & DD. in c. 2.
de maiorita. & obed. quia omnis lex hu-
mana ab æterna deriuatur secūdū illud
Prouerb. 8. *Per me Reges regnāt, & legū
cōditores iusta decernūt*. & cōsequenter in-
dubiū est in consciētia iudicē iudicare
debere secundū omnes præfatas leges
scriptas, maximè cū ipse nō solū sit illis
subditus, sed tāquā custos & in custodiā
illarū positus sit vt expēdit Pater Filliuc.
moral. qq. tom. 2. tractatio. 40. c. 6. n. 177.
Cū dicimus autē iuxta leges, nō intēdi-
mus tātū legis verba aduertēda esse, sed
& multo magis legislatoris mētē, quæ est
anima legum c. intelligentia de reg. iur.
Quid ergo facturus est iudex si ei vi- 28
deatur aliam esse mentem legis à verbis
ipsius, aliudq. in sua causa cōuenire mēti,
& aliud congruere verbis legis? Di-
stinguunt Leonard. Lesius de iust. & iur.
li. 2. c. 29. dubit. 5. n. 47. & Vincen. Filliu-
cius in d. c. 6. n. 177. quoniā primò si cō-
stet mentē aliam esse à verbis legis, non
opus est iudici consulere Superiorē, sed
iudicādū secundū legis mentē l. nō du-
biū C. de legib. l. nulla ratio ff. *illo ti.* Se-
cūdò si nō cōstet sed probabilius sit aliā
esse mētē, tūc si Superior cōsuli potest, v-
tiq. debet: si nō possit, quia res moram nō
patiatur, adhærēdū est mēti legis & vtē-
dū epicheia. Tertiò, si æquale vtrinq; du
biū sit, & Superior cōsuli nō possit, iudicā
dū secūdūm verba legis, quę est in posses sio
ne suæ auctoritatis. Ita Lesius & Filliucius,
& hāc dicūt cōmunē DD. Et generale est, 29
quod si de interpretatione, vel intellectu
legis quæratur, ad Principē recurri ne-
cesse est, nā & illius interpretari est, cuius
est condere l. 1. l. cū de nouo & l. fi. vers.
si enim C. de legib. Morla in empor. iur.
tit. de legib. q. 11. num. 21. Fachin. con-
trouers. iur. lib. 1. capite 3. versi. *tertia est
conclusio*. Alphon. Narbona ad leges
regias parte 1. lib. 1. tit. 3. lege 35.
glo. 5. numero 28. Certè vt dicatur 30
constare aliam esse mentem legis à
verbis, potēs erit obseruātia subsequuta
l. si de interpretatione l. minimè ff. de
legib. hæc enim attenditur etiam si eiuf-
modi interpretationi verba repugnent,

&videatur cõtrà verba Ioſeph.Ludouic. cõmun.cõclu.38.illatio.41.Alderã.Maſcard.de gen.inter.ſtatut.conclu.2.n.148. Petr.Fontanell.de pact.nuptial.to.1.clauſ. 1.n.41.qui à n.35.cũ multis ſeqq. multa cõgerit de viribus dictæ obſeruãtiæ ſeu
31 cõſuetudinis interpretatiuæ.Obſeruãtia interpretatiua vt attẽdatur, regulariter neceſſe nõ eſt,quod ſit præſcripta,Aymo. cõſ.101.n.4.& conſ.118.n.2.Becci.conſ. 101.n.50.Menochi.cõſ.21.n.15. Stepha. Gratian.diſ.forẽſ.to.2.c.377.n.20.Pute. li.1.dec.283.nu.3.ſed adde eundẽ Pute. li.3.dec.15.n.4.Fontanell.d. clauſ.1.nu. 47.Ioſeph.Seſe.deciſ.90.

32 Quæro præterea an iudici liceat ſimulare vt veritatẽ rei apud ipſũ dubiæ extorqueat.Et imprimis nõ licere videtur,quia dolus & fraus omni iure reprobãtur c.cũ vniuerſorũ de rer.permut.l. 1.ff.de dolo & maximè in iudice ne inde naſcãtur iniuriæ, vnde iurà naſcuntur c. qualiter & quãdo 2.nom. de accuſatio.l.
33 meminerint C.vnde vi.Secũdò, quia & Diuino& Humano iure homini prohibetur mẽtiri c.ſuper eo de vſur.c.1. de crim.falſ.adeo vt nec pro tẽporali vita alicuius mẽtiri liceat c.ne quis arbitretur c. vtilem verſ. *ſed quæritur quare.* 22. q.2.
34 His tamẽ nõ obſtãtibꝰ recepta noſtrorũ ſententia eſt poſſe iudicẽ aliquãdo ſimulare cauſa veritatis indagãdę veluti ad capiẽdũ & puniẽdũ homicidas,latrones & alios delinquẽtes.notãt Abb.& DD.in c.afferte de preſũtio.per illũ tex.exẽplo Salomonis,quãdo ſimulauit diuidere infantẽ viuũ,Couar.var.reſol.li.1.c.2.n.16. Iul.Clar.recept.ſẽtẽ.§.fi.q.55.n.8. Bouadill.in politic.to.2.li.3.c.13.n.10.eſt etiã
35 tex.in d.c.vtilẽ.Nec obſtat primũ argumẽtũ,quia datur duplex dolus,bonus & malus.bonus autẽ à iure nõ improbatur l.1.§.nõ fuit ff.de dolo c.Dominus 23.q.
36 2.Neq; obſtat ſecũdũ,quia aliud eſt fingere vel ſimulare, & aliud mẽtiri. fictio ſeu ſimulatio ad bonũ finẽ,eſt permiſſa: mẽdaciũ sẽper eſt prohibitũ. probatur in c.vtilẽ cũ ſeq. 22.q.2. & ita in ſpecie declarat Iul.Clar.d.q.55.n.8.Sic Chriſtus Dominus Lucæ 24.cũ iret cũ diſcipulis ſuis ad Caſtrũ nomine Emaus,legitur finxiſſe ſe lõgius ire.& Ioan.7.finxit ſe nolle aſcẽdere ad diẽ feſtũ, & tamen aſcẽdit, nõ tamẽ mẽtitus eſt,ſicut nec mẽtiri poterat,cũ eſſet ipſa Veritas. ſic etiã Dauid vt eſt 1.Reg. mutauit faciem ſuam coram Abimalech & dimiſit eum & abijt.

Hæc cũ aliquãdo in Vniuerſitate Bar 37
cinonẽſi,vbi primariã Iuris Põtificij cathedrã obtinui,interpretãdo d.c. afferte ex præcitatis DD.docuiſſe,reperi doctiſſimũ virũ Patrẽ Ioannẽ Marquez in ſuo tractat.de Chriſtiano gubernatore li.1.c. 14.quo loco hãc quæſtionẽ an liceat ſimulare ad bonũ finẽ,latiſſimè examinat & quãuis in ea dicat diſſenſiſſe duo ſplẽdidiſſima ſanctæ Eccleſiæ lumina D.Hieronymũ & D.Auguſtinũ,atque S. Hieronimũ tenuiſſe affirmatiuã,& S.Auguſtinũ negatiuã,ipſe tamẽ firmiſſimè hæret negatiuæ,quam etiam ait eſſe Sancti Thomæ,aſſerẽs ſimulationẽ nõ differre à mẽdacio,ſed eſſe mẽdaciũ facto,ideoq. sẽper vetitã eſſe,& in reſpõdendo ſacrarũ litterarũ auctoritatibꝰ,quæ vidẽtur cõtrariæ,plurimũ torquetur. Ego ſi quod 38
meũ eſt in hoc iudiciũ,illud ſicut in reliquis,Romanæ Eccleſiæ ſubmitto.ſed vnũ dico affirmatiuã probari videri in d.ca. afferte & in d.c.vtilẽ,& in d.auctoritate Domini Lucæ 24.& hãc certã&crebriorẽ DD.opinionẽ vocat Clar.d.q.55.n.8. & vltra ſupra citatos eã etiã docet & tenet P.Rodriguez in ſumma in ordin. iudic. capite 10. concluſ. 7. numero 7. quam difficile autẽ præfatæ præſertim auctoritati Chriſti Domini, Marquez reſpondeat,lectores videant.

Ex his infertur ſuſtineri nõ poſſe opi- 39
nionẽ quorũdã tenẽtiũ poſſe iudicẽ ad eruendã veritatẽ,promiſſionẽ impunitatis facere reo, vt ſi ea ratione confiteatur,puniat eum.quia hoc non ſimulare, ſed mentiri eſt,vt ſentit Iul.Clar.in d.q. 55.n.8.vbi præfatam opinionem falſam eſſe cenſet,& tenet etiã contra eam Andræ.Fachinæus controuerſ.iur.to.3.li.9. ca.61.licet enim iudex poſſit ac debeat

omnibus

omnibus modis veritatē inquirere ad notat.in c.qualiter & quando 2.nom.de accusat.c.1.de offic.iud.ordin.&l.1.ff.de quæst.hoc tamē intelligitur licitis & legitimis modis, vt ait Imperator in præmio Instituț.Ciuil. ibi. *sed per legitimos tramites calumniarum iniquitates expellat.* & recta via est quæ dirigit, vt dicit tex. in l.nō solū §.annus 2.ff.de excusat.tut.

40 Consequens est illa quæstio an iudex possit delatū de crimine condēnare & punire ex cōfessione, quā ab eo, promissa criminis impunitate extorsit. Variæ fuerunt in hoc DD.opiniones. Affirmatiuā tenuerunt Cinus & alij quos referūt Couar.li.1.var.c.2.n.16.Clar.in prax. crim.q.55.nu.9,Bouadil.in polit. to.2. lib.3.c.13.n.10. Primò, quia ista hæc promissio perniciosa est Reipub.& ideo iudex seruare illā nō tenetur. Secūdò, quia iudex potest variis quæstionibus & tormētis reos vexare ad eruēdā veritatē de ore ipsorū l.1.& tot.tit.ff.de qq. Tertiò, quia huiusmodi promissio impunitatis & veniæ reo per iudicē facta, licet fiat per personā publicā, qualis est iudex.l. Barbarius ff.de offic. prætor. l. priuatorum C.de iurisd.omn. iud. obligatoria non est, quia delictorū veniam cōcedere ad Principem spectat §. sed & quod Principi placuit Inst.de iur.Natur.

42 Negatiuā tenuerunt Io.de Imol.& alij quos citant ijdē Couar.n.16.Clar.n.9.Bouadil.n.11.tenet etiā Anton.Gomez var. to.3.c.12.n.6.& Suarez ad eū,& alij quos ipsi allegāt. Primò, quia dolo & fraude iudicis fuit inducta ista cōfessio & quadam spe probabili liberationis rei cōfitētis,& sic nō videtur libera nec spōtanea, vt ex ea possit cōdēnari, quia paria sunt cōfessionē esse factā dolo, vel esse factā metu, argumēto ti.ff.de dolo & ti.ff.de eo quod met.ca.& c.cū cōtingat in fi.de iur. iurā. Secundò, quia cū reus ob datā sibi fidē à iudice cōfessus sit, cōuenit viro probo eā seruare, quia impleme tū eius descēdit à iure Naturali & Diuino l.1.ff.de pac.l.1 ff. 43 de const.pecun. Ideoq. etiā hosti data fides seruāda est c.noli, existimare 23.q.1. accedit tex.in c.ad aures de ijs quæ vi met.cauſ.fi. quo fides & iuramētū æquiparātur. Tertiò, quia nemo debet publica iudicis auctoritate circunscribi l.1.a C. de his qui veniam ætat. impetr. 44

In hac opinionū varietate nonnullas tradiderunt conciliationes & casus aliquos distinxerūt Couar.qui supra n.16. Clar.d.n.9.Bouadill.d.c.13.n.13. cum 3. seqq.Iacob.Menochi.de arbitrar. iudic. casu 367. Et imprimis Couar. quē Menochius sequitur, distinguit tres casus. Primus est cū reus criminis confessionē à se per iudicē impunitate promissa extortā reuocauit; & tunc ex illa cōfessione pœna aliqua puniēdū nō esse reū cēsēt; & cōsuit quoq. Senatus Sabaudiæ in C.Fabriano l.7.ti.24.de cōfessis defin.8. Secūdus casus est, cū reus ita cōfessus, in sua cōfessione perseuerat, postquam spe promissionis sibi factæ frustratus est, & tunc tenēt eū ex sua cōfessione pœna ordinaria delicti plecti debere; & tenuit quoq. Fachinæ.cōtrouers.iur.to.3.li.9.c. 61.verſ. *Nā respondeo.* & decidit Senatus Sabaudiæ d.definitio.8. Tertius casus est quando reus ita cōfessus cōfessionē suā nec cōfirmauit, nec reuocauit, postquā sciuit se iudicis promissione frustratum esse, & tunc tenēt eū pęna nō ordinaria sed mitiori & arbitraria puniēdū esse: dissentit tamē ab ista opinione Fachinæus qui supra d.c.61.verſ. *Nec assentior.* tenēs reū hoc casu absolui debere. Iulius Clar. distinguit duos casus. Primus est cū promittēs impunitatē delicti, poterat etiā de ipso delicto gratiā seu indulgētiā cōcedere, nēpè quia esset Princeps vel ab eo auctoritatē habēs huiusmodi gratias delictorū cōcedēdi, & tunc dicit omnino seruandā esse ab eo promissionem impunitatis, graue enim est fidem fallere l.1. ff. de pac. Secundus casus est cum impunitas promissa est ab eo, qui non potest illam concedere, & tūc ait reū sibi imputare debere, qui credidit promissioni, nūquā tamē huiusmodi reū cōdēnādū esse ex hac cōfessione ad pęnā delicti ordinariā, nisi esset etiā indicijs gra- 45 46 47 48 49 50

UAB Biblioteca de Ciències Socials

51 uatus. Denique Bouadilla ſub n. 13. & 16. ſequitur doctrinã Iulij Clari in dd. 1. & 2. caſu, & aliũ etiã cõſtitutũ caſum in quo promiſſionẽ impunitatis reo à iudice factã ſeruandã fore aſſerit, nempè quãdo plures ſunt ſocij criminis & iudex promiſit impunitatẽ vni ipſorũ, ſi veritatẽ facti declararet & cõſocios detegeret, cũ alia via veritas facti nota fieri nõ poſſet, ſed voluit Bouadilla Principem ſuper hoc per iudicem conſuli.

52 Quæro inſuper an poſſit iudex ſeruato iuris ordine, ius iurãdũ exigere, quãuis nouerit iurantẽ peieraturũ. Concludũt DD. affirmatiuè, quia iudex vtitur iure ſuo & ratione officij legitimã iurãmẽti exigẽdi causã habet, & vt legitimus ſit proceſſus, atq. ita docent S. Tho. 2.2.q.98.art.4. S. Antonin. 2.p.tit.10.c.7. §.3. Archidiaco. in can. ille n. 2. 22.q. 5. & ibi Bellemera n. 1. Turrecrem. n. vnic. & in can. quamuis 22.q.1.nu.2. Bartholom. Socin. regula 210. *iurare faciens.* n. vnic. Sylueſt. verb. *Iuramentũ* 2.q.9. Nauar. in ſumma cap. 12.n.20. Couar. in c. quamuis pactũ 1.p.§.6.n.2 in fin. Pater Soto li.8.de iuſt. & iur.q.2.art.4.cõcluſ. 3. Pater Azor to.1.inſtitutio. morali.li. 11.c.11.q.2. Pater Leſius de iuſti. & iur. lib.3.cap. 41. dubio 10.n.49. latè Pater Thomas Sanchez operis moralis to. 1. li.3.cap.8.n.2. & 3. Intelligẽ cõcluſionẽ

53 quando iudex ad partis inſtantiã id iuramentũ exigit, & ita declarant S. Thomas, S. Antoninus, Silueſt. Nauar. Sot. & alij quos refert Sanchez qui ſupra n. 2. Et expreſſe aiũt nõ licere quãdo pars non petit, Archidiac. Bellamer. & Azor

54 ſupra citati. At exiſtimat Sanchez qui ſupra n.2. id intelligendũ quãdo iudex nulla legis aut partis neceſſitate coactus, illud iuramentũ exigeret, ſed ſpõte ſua ad conſcientiã ſuã informãdã: quia cum nulla neceſſitas cogat, tenetur tũc inſtar perſonæ priuatæ id proximi periuriũ vitare, vnde in c. clericos de cohabit. cleric. interdicitur iudici accipere iuramẽtũ dimittẽdi cõcubinã præſtitũ à clerico, ob periurij ſuſpicionẽ. Secus autem (ait Sãchez) quando etſi pars nõ petat, tenetur iudex ex officio, lege ad id obligãte, ad petendũ iuramentũ, vt cõtingit in cauſis criminalibus quãdo iudex etiã ex officio procedit. Sic Turrecre. in d.c.quã 55
uis nu.2. in ſolutione ad 3. reddẽs rationẽ iudex ad inſtãtiã partis hoc iuramẽtũ exigẽs, nõ peccet, ait id euenire quod exactio iſta nõ ſit iudicis, ſed partis & legis. Sic etiam Alenſis 3.p.q.31.mẽbro 2. 56
artic.6.§. 1.n.2. & Turrecrem. eodẽ n.2. in corpore dicũt iudicẽ excuſari quoties cogitur ordine iudiciario, ita vt nõ exigens iuramentũ, omitteret aliquid ex pertinentibus ad ordinẽ iudiciariũ. Et 57
Leſius qui ſupra atq. Philiarcus de officio ſacerdotis to.1.p.2.lib.3.c.16. ad finẽ aſſerunt excuſari quãdo pars poſtulat, vel alia ratio officij id exigit. Quare ſi iudex 58
poteſt aliqua via nõ deficiẽdo ſuo muneri vitare petitionẽ huiuſmodi iuramẽti, tenetur ad id, vt vel ſic peccatũ proximi vitet, vti ex plurimorum ſententia concludit Sanchez in d.c.8.nu.3. ad fin. & Azor qui ſupra d.c.11.q.2. in fin. qui 59
etiam ait huiuſmodi iuramentum à iudice non poſſe deferri iuris ordine non ſeruato.

Affinis eſt illa quæſtio an liceat iudici 60
iuramẽtũ ab ethnico ſeu infideli exigere, quãdo nouit fore vt per falſos Deos iuret. Dico licere hoc iuramẽtũ exigere quãdo exigẽs neciſſitate cogitur, cũ petatur iuramẽtũ, quod licitè præſtari poteſt per verũ Deũ, & ex malitia iurãtis male præſtat. probat tex. in can. mouet te 22. q.1. & docent D. Auguſtin. epiſt. 154. ad Publicolã, vnde ille canon sũptus eſt, D. Tho.2.2.q.98.art.4.ad 4. quem ab omnibus receptũ dicit Tho. Sanchez oper. moral to.1.lib.3.cap.8.n. 11. & idem n. 21. aſſerit neq. eſſe neceſſarium bonum publicũ ad exigẽdũ huiuſmodi iuramẽtum, ſed ſatis eſſe priuatũ exigẽtis. vnde Suarez to.2.de religione tractat. de iuramento lib.3.c.13.nu.8. ait iuſtã huius exigendi iuramenti causã eſſe, ſi ſit cõponenda lis, aut cõtrouerſia finiẽda, vel fœdus firmandũ, aut ſecuritas in quolibet

bet humano negocio accipienda. & Leonar. Lesius lib. 2. de iust. & iur. c. 42. dub. 20. num. 50. dicit in contractibus & alijs causis licitè exigi id iuramentum ad dānum vel iniuriam cauenda. Maior difficultas est an si quis videat infidelē nolle omnino iurare nisi per falsos Deos, possit ab eo in casibus quibus loquimur, petere vt iuret per falsos Deos, sed quia moraliter nunquam est necessaria hæc expressio, & sufficit absoluta iuramenti petitio, & hic articulus latè disceptatur & declaratur à Sanchez d. cap. 8. n. penult. illum omitto. Illud notat is auctor n. vlt. quod si iuraturus nullā haberet neque per famam & confusam notitiam veri Dei, per quē Christiani iurant (quod in terris fidelium moraliter nunquam euenit) non posset quis etiam simpliciter exigere ab eo iuramentum, quia si non nouit licitum iurādi modū, petitur ab eo quod nequit licitè facere, supposita sua veri Dei ignorantia per quem iurandum est. 61 62

Venio ad aliam quæstionē. Quidquid sit de iure cōmuni, tamē ex generali cō suetudine iudex cōstito de crimine perpetrato, & nō de diffamatione delinquētiū, præcedēte denuntiatione in genere quæ iudici viā ad inquirēdū aperit, procedit ad inquisitionē generalē examinādo testes & interrogādo eos quis cōmisit illud delictū, ad tradita per Iuliū Clar. in pract. crimin. q. 6. nu. 1. & dō Ludouicū à Peguera in prax. crimin. c. 12. §. 1. n. 3. quam consuetudinem in foro conscientiæ tutam esse defendit Pater Vincen. Filliuc. tomo 2. morali. quæsti. tractatio. 40. capite 6. numero 191. Iubentur hoc casu qui testimonium dicturi sunt, sub præcepto, & sub iuramēto & nōnū quā sub pœna excōmunicationis dicere de eo quod nouerint, veritatē, quā tamen detegere dicēdo quis delictū cōmisit, nō tenētur, neq. etiā possūt, nisi reus laboret infamia vel indicijs, cū agatur per iudicē ad puniendū, imò nec iudex posset subditos ad id obligare, vt pulcrè explicat idē Filliuc. n. 185. vbi n. 188. in vers. *Ex his patet* docet quēadmodū nec iuramētū nec excōmunicationis pœna obstet. Hic inquirendi modus præbet occasionē reuelādi occultos peccatores cōtra ordinē charitatis & iustitiæ, dū enim iudex interrogat quis delictū cōmisit, & iubet subdito dicere veritatē, existimabit is adesse in iudice obligādi vim & aperiet quæ tacere tenetur: ideoq. dubitatur an iudex teneatur testibus animaduertere ne auctorē, si de eo infamia nō sit, detegāt. Nōnulli DD. inter quos sūt Sotus & Sairus quos Filliucius allegat ind. c. 6. n. 188. dixerūt teneri iudicē rudiores instituere ne auctorem occultū de quo nō sit infamia, reuelent. Cōtra refellūt hoc alij & aiunt iudicem nō teneri, in quorū numero est Lesius de iust. & iur. li. 2. c. 29. dubit. 14. n. 115. quia quod occulta crimina detegātur, id non prouenit ex cōditione interrogationis, sed ex imperitia eorū qui interrogātur, qui nescientes iura, putāt se teneri occulta patefacere & animaduersio supra dicta redderet iudicem suspectum corruptelæ vel fauoris in criminosum, atque adeo scandalo esset populo. At si id non sequeretur, nec periculum esset vllius scandali, ait Filliucius d. nu. 188. se nō videre cur eā diligētiā præstare nō possit ac etiā teneatur iudex, si prēuidet aliquē ex ignorātia reuelare posse. 63

Quæro de alia quæstione. Excommunicatio, quod ad finem ipsius spectat, ad spiritualem excommunicati salutem tendit & ad morū correctionē, iuxta verbum Sancti Pauli de excōmunicatione cōmuniter intellectū relatū in c. audi. ibi. *Vt spiritus eius saluus fiat in die domini* 11. q. 3. ca. notādū 24. q. 3. c. Apostolicæ. ibi. *dediscāt blasphemare*. cadē caus. & q. Concil. Trid. sess. 25. capite 3. ibi. *Valde salutaris.* & ibi. *salutem.* vt excōmunicatus cū se ab omnibus vitari videt, rubore suffusus ad recōciliationis gratiā, & obediētiæ meritū facilius cōuertatur, vt est insigne exēplū in ca. cum apud Thessaloniā 11. q. 3. sic dicit tex. in c. 1. de sentē. excō. li. 6. excōmunicatio- 64 65 66

nem medicinalem eſſe non mortalem.
67 Vnde hoſtis Chriſtianæ Reipub. Lutherus peſſimè arguit excõmunicationẽ nõ priuare bonis ſpiritualib⁹, nec cõmunib⁹ ſuffragijs Eccleſiæ, quod eſt falſum: eſt etenim & dicitur excõmunicatio medicinalis ex fine, quia eius finis eſt mederi peccatori morbo peccati laborãti, ordinatur ſi quidẽ in hũc finẽ vt excõmunicatus reſipiſcat, pœniteat, ac ſatisfaciat Eccleſiæ, quam propria contumacia
68 iniuria afficit. Quid ergo ſi excõmunicationẽ in aliquẽ prolaturus iudex credat futurũ, vt illi excõmunicatio nõ proficiat, nũquid poterit eũ excõmunicare? Aliqui notarunt iudicẽ nõ debere ferre excõmunicationis sẽtẽtiã in eũ, cui ſcit excõmunicationẽ non profuturã. Sed dicẽdũ eſt quod poteſt aliquãdo vt alios terreat, Abbas in cap. ab excommunicato de reſcrip. Felin. in cap. ad apoſtolicæ de exceptio. Couar. in ca. alma mater par. 1. in init. n. 10. de ſenten. excom. vbi allegat tex. in can. prodeſt & ſeq. 23. q. 5. Marc. Anton. Genuẽſis in praxi Archiepiſcop. c. 23. n. 2. P. Auila de cenſur.
99 p. 2. ca. 4. dub. 1. Eſt enim etiã finis excommunicationis ſalus aliorum de Republica, vt eo exemplo terreantur, vt ſcribit idem Genue. d. loco. videndi præſertim ſunt pro iſta quæſt. Soto 5. de iuſt. quæſtione 6. artic. 2. Bañes 2. 2. q. 33. arti. 8. dub. 4. & Auila d. c. 4. dub. 1.
70 Quæro an liceat iudicibus cauſa curioſitatis aut verificandi delicti vel ob quemcunque alium bonum finem, efficere vt coram illis malefici exerceãt aliquod maleficij opus, vt facere ſubito apparere ibi ranas, vel ſtryges ferri vnctione quadam linitas per aera vel ſimilia. Reſpondet Thom. Sanchez tom. 1. operis moralis li. 2. c. 41. n. 4 non licere, ſed imò huiuſmodi iudices peccare mortaliter, quia illud eſt intrinſecè ma-
71 lũ. Nam nunquam ob quẽcunq. bonum finẽ licet vti maleficio cum ſit intrinſecè malũ inuocare dæmonis auxiliũ per maleficia. atq. ita docet S. Tho. d. 34. q. vnic. art. 3. ad 4. quẽ omnes ſequuntur, vt teſtatur idẽ Sãchez to. 2. de matrimon. li. 7. diſput. 95. n. 1. & probatur in c. qui ſine ſaluatore 26. q. 2. c. admoneãt c. nõ obſeruetis 26. q. 7. c. illos 26. q. 2. quare D. Paulus ad Roma. 3. affirmat minimè eſſe faciẽda mala vt eueniant bona, & Rom. Põtifex in c. 2. de ſortileg. præsbiterũ dãnauit, qui bono fine ſuperſtitioſã diuinationem expertus fuit.

Hinc infertur quemadmodum intel- 72
ligendus ſit tex. in l. eorũ 4. C. de malefic. vbi excuſantur malefici bono fine maleficia exercentes ne fructus terræ vi ventorũ vel grãdinis abſumãtur. intelligitur enim quod id delictũ iure ciuili nõ puniatur, non autem quod culpa careat. ita intelligunt illũ textũ Bart. & Salycet. in d. l. eorũ Gregor. Lopez in l. regia 3. ti. 13. p. 7. Sanchez qui ſupra d. diſput. 95. n. 1. Suarez to. 1. de religi. li. 2. de ſuperſtit. c. 24. n. 14. dicentes in foro cõſcientiæ hoc nullo modo licere, quãuis attento iure ciuili id delictũ minimè puniatur. Im- 73
mò Bart. & Salycet. citati aſſerunt iure Canonico huiuſmodi maleficos ad bonũ finẽ maleficia exercentes puniri licet iure ciuili non puniantur per tex. in c. illos 26. q. 2. c. ex tuarũ c. fin. vbi glo. de ſortilegijs.

Sed quæro an poſſit aut debeat iudex 74
maleficũ cõpellere ad maleficij ſignum deſtruẽdũ cauſa obtinẽdæ ſalutis. Suppo nitur enim ſolere à maleficis pactũ cum dæmone iniri, vt quãdiu ligatura aliqua vel dũ res aliqua in certo loco defoſſa per mãſerit, vel quid ſimile, duret malefici ũ & ijs ablatis ceſſet. Quidã negarũt licere maleficij ſignũ deſtruere ad obtinẽdã ſanitatẽ, quod id ſit cõfirmare pactũ à dæmone initũ, & nulla alia ratione ablato ſigno dæmon nocere deſinat, niſi virtute pacti: quas & aliàs illorũ rationes retulit Sãchez li. 7. de matrimon. diſ. 96. n. 2. Di- 75
cẽdũ tamen eſt licere ipſi maſefico vel cuicũq. alij, ſignũ illud amouere, nõ quidem animo vt maleficio pactum à dæmone ſeruetur, ſed deſtruẽdi pacti cũ illo initi & obtinẽdæ ſalutis, Suarez to. 1. de religi. li. 2. de ſuperſtit c. 17. à n. Say-

rus

rus in claũ regia li. 4. c. 6. Leonar. Lesi. de iust. & iur. lib. 2. c. 44. dub. 6. à num. 36. Sanches d. disput. 96. num. 3. & 6. &
76 to. 1. oper. moral. lib. 2. ca. 41. à n. 18. Nec tantũ illud posũt efficere sed etiã tenẽtur scilicet ipse maleficus tanquã dãnificator, & ministri iustitiæ lege iustitiç, & quicũq. alius lege charitatis si cõmode
77 potest vt docẽt Suarez d. c. 17. n. 13. Sãchez d. c. 41. n. 22. Igitur iudex & potest & tenetur magũ seu maleficũ illũ cogere ad id signũ destruẽdũ, & in specie ita in iudice tenẽt Suarez qui supra eod. li. 2. ca.
78 18. n. 7. & 8. Sanches d. c. 41. n. 24. Et hic idẽ n. 11. asserit licere iudicibus volẽtibus maleficũ torquere, efficere vt eius corpus abluatur & vt capilli totius corporis eius abradãtur, quia id nõ fit gratia alicuius superstitionis, sed dũtaxat ne maleficiũ lateat foraminibus insertum vel crinibus inspersũ aut aliqua vnctio subsit quibus maleficus nõ sentiat dolorem tormentorũ, quod etiã docent Leonard. Lesi. li. 2. de iust. & iur. c. 44. dub. 6. n. 44. & Martin. del Rio li. 5. disquis. magic. sect. 9. dub. 3 in 3. cautel., vbi addit id fore superstitiosum si tonsio illa fiat credendo
79 ammitti vires per illã instar Samsonis. Illud bene notat Amedeus de Castello in tractat. de syndicat. n. 139. quod si iudex maleficiorũ temerè cõtra aliquẽ nõ præcedẽtib⁹ indicijs aut fama inquisitionẽ fecerit, non solũ in cõscientia tenetur propter infamiã, sed etiã & in foro exteriori tenetur ad interesse & expẽsas argũ. l. Seueriter C. de excusat. tutor & notat Bald. in l. eũ quẽ temere ff. de iudic. ideoq. debet esse cautus (ait Amadeus) vt antequã inquisitionẽ formet examinet testes & si probetur maleficiũ, vel probentur indicia, formet inquisitionẽ, & alias non. facit quod notat Bart. in l. 1. §. 2. ff. ad Turpilia.

Alibi late diserui etiã in foro cõscientiæ quãdo iudex possit pœnas delinquẽbus remittere, facta distinctione inter iudicẽ superiorẽ & inferiorẽ, & data partis læsæ instantia vel remittẽte parte. Illud modo dumtaxat subijciã ex Soto de
80 iust. & iur. li. 5. q. 4. artic. 4. lõgũ esse discrimen inter partẽ læsã & iudicẽ. Iudici enim quia protector est iustitiæ, præscripta est linea inclinãdi in misericordiã: debet quidẽ genere suo esse clemẽs, & quod Aristot. 5. Ethic. agnouit, pronior ad minuẽda supplicia, quatenus tamẽ fert ratio iustitiç & legis: inde enim exilire, nõ est clemẽtia sed clades publica. Quãdo autem accusatore cessãte, remittere pœnã potest, raro remittet & vbi arbitrio suo decere videbit aut bono publico expedire in legib⁹ dispẽsare: nã remittẽdo pœnã, nocumentũ Reipublicæ infert, dũ metũ de medio tollit quo homines arcẽtur à malo. At personis priuatis vix potest in remittendis iniurijs excessus cõtingere, adeo nobis cõmẽdauit
81 Christus inimicorũ dilectionẽ. Hinc ait Morla in empor. iur. p. 1. tit. 1. q. 10. n. 19. fere sẽper licitũ esse rogare priuatã personã, vt remittat iniuriã & ab accusatione desistat, quo deinde iudex licitè potest mitius se habere cũ reo, quia persona læsa ferè sẽper potest iniuriã remittere: subdit tamẽ ibidẽ Morla, quod si
82 crimẽ sit atrox, non est rogãda pars læsa vt remittat iniuriã. Rogare iudicẽ vt pœnã minuat vel relaxet, tunc dẽmũ licitũ est vt Morla dicto loco n. 20. docet, quando licet iudici illud facere: ideoq. petenti à iudice relaxationem pœnæ, opus est prudentia & circunspectione, vt caueat ne damnum sequatur personæ læsæ, vel Reipublicæ, cui plurimũ
83 nocet delicta impunita remanere. Sed & persona intercedens cõsiderãda est: nam læsa persona securius potest pro reo intercedere ad ostendendam charitatem quam alij. Præterea est persona
84 iudicis attendenda, nam si est doctus probus & constans in sui muneris administratione securius potest apud eũ intercedi, solum enim quæ sibi licita sunt, concessurus credetur: contrà si est idiota, prauus, vel inconstans, tunc qui intercedit, examinet petitionem, alioquin peccabit cũ obligatione restituẽdi. ita Morla qui supra n. 20. Vnde Soto d. artic. 4. animaduertit ne illi qui pietatis

obtentu nimiũ procurant maleſactores è iudicũ manibus eripere, putẽt egregiũ pietatis opus exhibere, inferũt enim ſæpè
83 iuſtitiæ violentiã. Hoc maximè euenit quãdo preces sũt importunæ, quia importunæ preces violẽtiæ cõparãtur Aſflic. deciſ. 69. n. 4. & ſeqq. Camil. Borell. in addit. ad Bellug. in ſpec. Princip. rubr. 35. ſub lit. C. Oldrad. conſ. 36. Maſcard. con-
86 cluſ. *Violentia* n. 31. Decia. tractat. crimin. to. 2. c. 7. n. 7. li. 8. pulcrè Vincen. Caroci. de remed. cõtra præiudicial. sẽtẽt. exceptione 46. vbi diſputat an diſpoſitio l. venales C. quando prouoc. non eſt neceſſ. habeat locũ ſi iudex corruptus ſit multis precibus & fauoribus. Similiter præ-
87 ſertim accidit, quãdo ſunt preces potẽtum, quia blanditiæ potentum minis æquiparantur ex glo. in l. 1. C. ſi rector prouinciæ. concinit carmen Poetæ.

Eſt rogare Ducem, ſpecies violẽta iubẽdi.

Pulcrum eſt Martialis Poetæ dictum, qui cum caneret, quod Cæſar rogabat eum ſcribere, ſubdit.

Blando vis latet imperio.

88 Illud notabile eſt quod quærit Pater Sanchez oper. moral. tom. 1. lib. 1. capite. 7. n. 38. an liceat cõferre munera cõcubinæ iudicis ut ab ea aliter petere vt apud iudicẽ pro aliquo intercedat & videbatur licitũ, cũ res petatur indifferẽs & ex neceſſitate: ſed concludit non licere, quia hoc eſt amorẽ illũ turpem fouere, coque vti, & ipſo ius ſuum tueri velle.

89 Quamquam in iudicijs non eſt habẽda acceptio pẽrſonarũ vulgato c. in iudicijs & ibi Dyn. de reg. iur. li. 6. c. nouit de iudic. & Exod. c. 23. ibi, *Pauperis quoq. non miſereberis in iudicio.* & Leui. 19. ibi, *Non cõſideres perſonã pauperis nec honores vultũ potẽtis, iuſtè iudica proximo tuo.* & Deuter. c. 1. ibi, *audite illos & quod iuſtu eſt iudicate, ſiue ciuis ſit ille ſiue peregrinus nulla erit diſtinctio perſonarũ: ita paruum audietis vt magnum: nec accipietis cuiuſquam perſonam, quia Dei iudicium eſt.* Tamen
90 tradiderunt quidam DD. iudicem data æqualitate cauſarum, teneri prius expedire cauſas pauperum & miſerabilium perſonarũ iuxta glo. ſingularẽ in can. in primis 2. q. 1. in verb. *in primis.* vt cõſtat ex Tiraquel. de cauſa pia in præfatio. Bouadill. qui ita tenet in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 2. nu. 62. & tom. 2. lib. 3. capite 14. num. 76. & d. cap. 2. num. 63. ſubdit iu- 91
dicem in cauſis dictarum perſonarum teneri ſupplere in iure & in facto ex Bar. in l. 4. §. hoc autem ff. de dam. infec. & ex Innocen. in cap. ad noſtram de iur. iuran. & alijs. Quæ autẽ dicantur 92
miſerabiles perſonæ docẽt Couar. prac. qq. c. 6. nu. 3. in fin. Guid. Pap. deciſ. 566. Gregor. Lop. in l. 48. tit. 6. p. 1. gloſ. magna poſt medi.

In Cathalonia cõſtitutionibus ſub tit. 93
de denũciatione proceſſus iubetur decidi cauſas ſecũdũ ordinẽ denũciationũ ipſarũ ſiue cõcluſionũ in cauſa, à quo cõſultiſſimus collega meus dõ Acacius de Ripoll var. reſol. c. 6. n. 17. excipit cauſas fiſcales, in quibus regius fiſcus intereſſe habet. Sed & intelligi illud debet parte petẽte, ſicut quãdo iudici præcipitur infra certũ terminũ cauſas decidere, intelligitur ſi à parte petatur, vt probat Micha. Ferrer. 3. p. obſer. c. 76. per tradita per Laſ. in l. properãdũ in pri. n. 15. C. de iudic. & in l. adminenendi n. 16. & ſeqq. ff. de jur. iuran.

Peccabit iudex peccato acceptionis 94
perſonarũ, vt explicat Leonard. Leſius de iuſt. & iur. li. 2. c. 32. dub. 2. n. 5. ſi aliquid in iure dicendo reſpiciat præter cauſarũ merita: neque tantũ quando in ferenda ſententia cõſiderat perſonã potius quã æquitatẽ cauſæ, ſed etiã quando cauſas pauperũ differt & extrahit, cauſas autẽ diuitum expedit, & ſimiliter quãdo vni parti cõcedit longiorẽ terminũ ad probãdũ vel informãdum quam alteri, cum tamen par ſit vtriuſq. ratio.

Sæpè euenit quod iudex cõdẽnat non 95
ſubditũ vel cõdẽnat ſubditũ ſi d in crimine exẽpto. tenet Leſius de iuſt & iur. li. 2. capite 29. dub. 18. n. 171. iudicẽ tunc teneri ad reſtitutionẽ hæredibus etiã ſi reus morte dignus erat: ſubdit tamen liberari eum obligatione reſtituendi, ſi

pro-

proprius iudex, qui legitimè poterat reũ condemnare, ratum habeat ſeu approbet factũ alterius. Idem notat Pater Vincen. Filliuc. moral. qq. to. 2. tractat. 40. cap. 6. numero 199.

6 Nõ minus frequẽter contingit quod proprius quidem iudex cõdemnat ſubditum & in crimine non exempto, ſed nõ ſeruato iuris ordine, vel ex cognitione per iniuriam extorta, docent his caſibus iudicem teneri ad reſtitutionem Sot. de ſecret. memb. 3. quæſt. 1. concl. 5. Nauar. c. 18. n. 59. Leſi. d. cap. 29. dub. 18. à num. 172. Filliuc. d. cap. 6. numero 199.

7 & 200. Accidit autem iudicem non ſeruato iuris ordine condemnare veluti quando ex priuata ſcientia condemnat reum, vt explicat Filliuc. numero 199. Dicitur vero per iniuriam à iudice crimen ſeu criminis cognitio extorqueri, vt declarat Leſi. num. 173. veluti ſi iudex à ſe ipſo inquiſitionem inchoet nulla præcedente infamia vel denunciatione iuridica, quæ viam inquiſitioni aperiat: aut ſi tormentis ſeu propinquo metu tormentorum elicuit confeſſionem, cum tamen non eſſent indicia idonea ad torquendum, quamuis confeſſio fuerit poſtridie ratificata: aut ſi erant indicia quidem ad torturam, tamen perſona non poterat torqueri ob dignitatem vel ætatem; aut ſi dolo iudex induxit ad confitendum v.g. promittendo impunitatẽ: aut ſi confugientem ad locum ſacrum abſtraxit contra ius.

8 Hanc concluſionem fallere dicunt præcitati Leſi. n. 174. Filliuc. num. 200. quando alia via iudex poterat reũ damnare iuridicè: tunc enim aſſerunt eum non teneri ad reſtitutionem, quia non in re ipſa, ſed tantum in modo iniuria

9 commiſſa eſt. Et idem affirmant ſi iudex erraſſet in aliquo in quo Princeps poteſt diſpenſare, tunc enim ſubdunt Principem remittere poſſe iudici reſtitutionem.

10 Si iudex alloqui iuſtè & iuridicè, mortali tamen odio, malo animo, ac fine aliquẽ damnat, mortaliter peccat, quãquam hoc caſu ad reſtitutionem non tenetur, c. cum miniſter 23. q. 5. Nauar. cap. 25. num. 15. Tolet. lib. 1. cap. 79. nu. 4. ſic non licet aggreſſorem occidere liuore vindictæ, quamuis liceat ab cauſam defenſionis, Vaſq. controu. illuſt. in 1. c. 19. Nauar. c. 15. num. 2. & 3. ſic ſi quis bannitum ex odio & inimicitia particulari occiderit, puniendus venit ex doctrina Bar. in l. nulla C. de adult. lib. 10. Menoc. de arbitrar. quæſt. 90. num. 48. Aloyſ. Ricci. par. 2. deciſione 97. n. 5.

Peccat quoq. iudex ſi appellationem 101
ad Superiorem non admittat, quia regulariter admittenda venit iuxta glo. final. in l. qui reſtituere ff. de rei vendic. l. à proconſulibus C. de appellatio. Pute. de ſyndicat. verb. *appellatio* n. 7. Nauar. cap. 25. num. 13. S. Antonin. 3. par. tit. 9. cap. 14. §. 2. ſic & qui iniuſtam cauſam dedit vt ſubditus ad Superiorem iret pro iuſtitia conſequenda, Auiles in cap. 26. prætor. glo. fin. num. 1. in fin. Bouadil. in polit. tom. 2. lib. 5. cap. 3. num. 79.

Alia iudicũ peccata recenſet Nauar. 102
d. c. 25. à num. 12. veluti ſi ſine iuſta cauſa omittat condemnare victum in expenſis à victore petitis, ſi non ſatis ſtudeat, nec conſulat, ſi die in Dei honorẽ feriato teſtem iurare faciat aut aliquẽ alium actum iuriſdictionis cap. 1. & fin. de feriis, niſi neceſſitate excuſetur iuxta notat. in dd. iuribus. Animaduertũt tamen Caieta. 2. 2. q. 122. art. 4. & in ſum 103
ma verb. *feſtorum violatio*, & Azor inſtit. moral. par. 2. lib. 1. cap. 27. quæſt. 11. & idem Nauar. cap. 13. num. 13. vſum & conſuetudinem in aliquibus locis obtinuiſſe, vt in die feſto ius ruſticis dicatur, eo quod alio tempore in iudicio commodè venire ac teſtes arcere & adhibere profeſtis diebus nequeunt.

Hæc conſuetudo viget in oppido 104
Sanctæ Margaretæ de Moncada Baroniæ Conſiliariorum Barcinonę, quiquot annis die ipſo Sanctæ Margaretæ Loci Patronæ ſacro & feſto maiori eo accedunt

dunt cum assessoribus suis & scriba maiori, & facto præconio vt quisque velit, iustitiã petat, eam ipsi omnibus administrant, quo non pauci confluunt, cum eo quoque die celebrentur ibi nundinæ.

105 Tenetur iudex reo ad mortem dãnato tempus congruum concedere ad confitendum peccata, non tamen tenetur eum à morte liberare, si nolit confiteri & communicare, licet certo sciat illum decessurum in peccato mortali: sed si subest spes quod duobus aut tribus lapsis diebus confitebitur, & pœnitẽtiam aget, differre executionem vsq. ad illud tempus tenetur. ita Rodriguez in summa tom. 1. cap. 132. concluſ. 6. nu. 7. vbi etiam quid si imminet periculum ne interim à carcere rapiatur. Soto de
106 iust. & iur. lib. 8. q. 1. art. 2. ad 2. Peccabit quoq. iudex si huiusmodi reo neget licentiã suscipiendi sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum priedie quam moriatur, secundum Petrum Nauarra li. 2. de restit. 3. numero 224. cum seq. & eundem Rodriguez dic. cap. 132. conclu. 7. contra Nauarrum in manual. cap. 2. n. 2.

107 Quæro an inferior iudex à tyranno constitutus ius dicendo peccet. Alius est tyrannus vsu regiminis cum aliàs sit verus & legitimus princeps & alius est tyrannus vsurpatione potestatis qui absq. vllo iure Rempublicã inuasit, & oppressam tenet. Prioris tyranni inferiores iudices si eius tyrannidem non iuste tent aut iuuent, non peccare, modo alioquin omnia iure agant, certum est: sed neq. posterioris tyranni, tenet P. Lesius de iust. & iur. lib. 2. cap. 29. dubit. 9. num. 75. quia hi nullam Reipublicæ iniuriam inferunt & ipsa posito hoc rerum statu in illos tacitè consentit, cum illorum administratio in bonum commune cedat. Verum subdit raro fieri vt huiusmodi iudices non cogantur multa iniqua mandata & sententias dare & exequi, sicq. non facile excusari qui hæc officia suscipiunt. & ibi dic. dub. 9. disceptat an prætatus posterior tyrannus ius dicẽdo peccet, & qualiter, & an eius sententiæ validæ sint.

Iudicem ferentem sententiam san- 108
guinis effectu sequuto irregularem effici, minime tamen non sequuto effectu, communis est scriptorum sententia, DD. in cap. sententiam sanguinis ne cleric. vel mon. Couar. in clement. si furiosus par. 2. §. 5. Suarez disput. 47. sect. 1. num. 1. Filliuc. moral. qq. tom. 1. tractat. 19. cap. 9. num. 239. licet non desint, qui sentiant etiam non sequuto effectu irregularitatem incurrere vt sẽtit Maiol. l. 2. cap. 6. num. 3. Sententia 109
sanguinis in proposito intelligitur sententia mortis vel mutilationis, vnde etiam si mors sine sanguinis effusione fiat, vt cum quis suspenditur vel suffocatur, perinde est: minus autem nocumentum mutilatione non satis esset, vt flagellatio per vrbem, etiam cum effusione sanguinis, damnatio ad triremes, debilitatio per tormenta, & huiusmodi, vt explicat Filliuc. vbi supra.

Quod si reus ex præcepto iudicis vel 110
alimento priuetur, vel carceris rigore ita affligatur, vt inde moraliter sequatur mors, erit iudex irregularis, Couar. dic. §. 5. num. 8. Hæc autem irregularitas ex- 111
tenditur ad assessorem, consultorem, exhortatorem & quemlibet alium concurentem proximè ad sententiam ferẽdam vt ex supracitatis constat.

Iuramentum seruandi statuta, si iu- 112
dex iurauerit, vt moris est, custodire statuta alicuius Vniuersitatis aut Prouinciæ, quemadmodum intelligatur & quando liget, dixi latè in quæst. 19. de salarijs & expens. iudic. Adde de iura- 113
mento Regiorum Auditorum & Assessorum quo iurarunt secreto seruare ea quæ in congregatione tractantur, nam hoc iuramentum, si sequimur sententiã Thomæ Sanchez operis moralis tom. 1. lib. 3. cap. 14. num. 5. non obligat sub mortali in quauisre modica, sed iuxta materiam, quæ detegitur iudicanda est culpa, si enim ea sit gratis momenti,

detectio

detectio erit mortalis, si autem leuis, erit venialis atque idem sentit is auctor & si aliquod speciale secretum iuret quispiam se seruaturum, nec enim tũc erit mortalis transgressio sed venialis, si leuis momenti id secretum sit, secundum eundem.

EX QVÆST. XIX.

SVMMARIVM.

1 *IVstum iudicium vendi non potest, nec iudex potest recipere pretium pro sẽtentia. & n.6.*

2 *Opera iustitiæ venalia non sunt, nec iustitia est materia vendibilis.*

3 *Qui recte iudicat & præmium remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat.*

4 *Paria videntur iustitiam vendere, & simoniam committere.*

An grauius sit vendere iustitiam, quã præbendam.

5 *Aduocatus iustũ patrocinium vendere potest.*

Quæ sit diuersitatis ratio, quare iudex iustum iudicium vendere non possit, aduocatus autem iustum vendere patrociniũ possit.

7 *Iudex ita crimen corruptionis incurrit quando promissionem acceptat, ac quãdo pecuniam pro reddenda vel nõ reddenda iustitia accipit.*

8 *Si ante prolationem sententiæ, pœnitentia ductus restituerit, & postea pronũciauerit, an puniri debeat.*

9 *Iudex ab aliquo litigantium requisitus vt pecuniam recipiat & pro se ferat sententiam vel iniustam profereat, quid possit facere.*

Quid similiter vxor requisita de adulterio committendo.

Quid Castellanus requisitus vt mediante pecunia Castrum tradat.

10 *Si quis iudici pecuniam dederit vt iustã sententiam ferret, datum venit restituendum & danti competit repetitio. & quære.*

An dans hoc casu peccauerit, & iudex dicatur per sordes iudicare seu baratariam committere. & n.11.

11 *Intellectus tex. in can. non sane 14. q.5.*

12 *Si quis iudici pecuniam dederit, vt pro eo sententiam ferret, denegatur danti repetitio, licet bonam causam habeat. & quære.*

An fiscus hoc casu à iudice auferat.

Conciliantur textus in l. 2. §. sed si dedi ff. de condic. ob turp. caus. & in d. can. non sane.

13 *Si iudex pecuniam acceperit vt iniustam sententiam ferret, danti repetitio denegatur, & quare.*

Fiscus hoc casu lucrum capit.

14 *Acceptum ob turpem causam, cum dantis & accipientis turpitudo versatur, an turpi opere impleto sit necessario restituendũ in foro animæ, & an saltem pauperibus, vbi contraria referuntur Theologorum sententiæ.*

15 *Iudex qui pecuniam accepit vt iniustã sententiam ferret, turpi opere impleto per Bullam componi potest: opere autem non impleto, pactum rescindere & pecuniam danti restituere debet.*

16 *Iudex non tenetur gratis præstare officium iudicandi, sed potest salarium sibi ex publico constitutum & laboris mercedem legibus taxatam recipere.*

17 *Quicquid vltra quantitatem lege taxatam acceperit, restituere danti tenetur.*

18 *In sententia iudicis duo considerari possunt, & ratione alterius stipendium accipere potest, & alterius ratione nõ potest & quæ sint ista.*

19 *Iudici habenti de publico salarium, non debentur sportulæ, nec potest eas à partibus petere, quia sportulæ successerunt loco salarij de publico constituendi.*

20 *Salarium seu sportulas non debet iudex accipere à manu partis, sed à manu notarij.*

21 *Iudex siue ordinarius siue delegatus publicum*

blicum habens ſalarium, non poteſt vltra accipere aliquid pro ſalario & labore à partibus.

Intelligeſi ſalarium competens habet.

22 Medicum cui ſalarium publicum conſtitutum eſt, nec ſponte ab ægroto oblata poteſt recipere.

23 Iudex publicum habens ſalarium non poteſt iura aliqua recipere, niſi lege vel conſuetudine ita approbatum ſit.

24 Iudex ſi multum plus debito receperit, præſumitur ſententia venalis.

25 Si non adhibitis minis vltra taxatum ſalarium exigat, quaſi concutere dicitur.

Si per minas & oppreſsiones, concuſsione tenebitur, & quæ pœna iſta ſit.

Et criminaliter quomodo puniatur.

26 Si lata ſententia aliquid iudici vltra ſuum ſalarium ab aliqua partium ſponte detur, licite accipere poteſt. & quære.

27 Intellige ſi nulla tacita aut expreſſa conuentio, ſeu promiſsio præceſsiſſet, & omnis ſuſpicionis cauſa & fraudis præſumptio ceſſaret.

28 An in dubio præſumatur dicto caſu fraus de tempore ante ſententiam ad tempus poſt ſententiam. & numero 31.

29 Teſtis poſt teſtimonij depoſitionem, licitè à parte ſponte dante accipit.

30 Medicus publicum habens ſalarium quamquam non poteſt ab infirmis etiam ſponte oblatam recipere pecuniam, poteſt tamen accipere, ſi ijdem infirmi iam ſani effecti dederint.

31 Opinio Petri Cenedo contra prædicta, eiuſdemque ad iudices admonitio.

32 Iudex non poteſt mutuas pecunias accipere à litigantibus, imò neque à ſubditis non litigantibus.

33 An quo ad ſubditos procedat, tam in iudice perpetuo, quam in temporali. & defenditur opinio gloſæ contra Caſtelium à Bouadilla.

34 Quo ad litigantes procedit, tam in perpetuo, quam in temporali iudice, quia præſumitur corruptus.

35 Quo modo puniatur iudex qui recipit pecuniam mutuo à litigantibus.

Punitur etiam mutuo dans.

36 Prohibetur etiam iudex litigantibus pecunias mutuare & conſiderãtur ad hoc plures rationes.

Nimia amicitia inter iudicem & partem reprobata eſt.

37 An iudices poſsint negociari & fœnus ſiue cambia exercere.

Quid in Cathalonia quo ad Doctores Regij Concilij.

Dicti Doctores an ſint magiſtratus perpetui vel temporales.

38 An liceat iudici aliquid accipere vt iuſtitiam celeriter adminiſtret, & an danti competat tunc repetitio.

39 Opinio Leonardi Leſij, Iureconſultis cõtraria.

40 Similis opinio Emanuelis Rodriguez & ſimilis Antonini Diana numero 43.

41 Opinio iſta ſiue Leſij ſiue Roderici in foro externo non admittenda aſſeritur.

42 An cum eſt ea varietas ſententiarum vt iudici liberum ſit vtramlibet partem in iudicando ſequi. aliquid capere poſsit, vt hanc potius quam illam in iudicando ſequatur. diſceptatio Leonardi Leſij.

Diſceptatio Leonardi Leſij à fori controuerſijs longè aliena exiſtimatur.

44 An liceat iudici pecunia mediante expedire vnius cauſam ante alios, ſi litigantes iure temporis æqualiter gaudeãt. vbi opinio Pauli Layman Theologi. & quid auctor ſentiat.

45 Statuta antiqua, in quibus officialibus taxantur ſtipendia, quæ ſtante varietate temporum ſunt effecta valde vilia & modica, an ligent in conſcientia.

46 Quid ſi officialis iurauit ſeruare ſtatuta Loci, inter quæ ſunt dicta ſtatuta.

Qui iurauit ſeruare ſtatuta Regionis. non tenetur ad ſeruanda ea ſtatuta, quæ aliqua ratione non obligant, & quæ ſint iſta.

47 Qui iurauit ſeruare ſtatuta, an teneatur

tur seruare statuta post iuramentum cõdit.

58 Si officialis iurauit specifice seruare illa statuta, quæ prædictã iniquam taxationem continent, an teneatur illa seruare. referuntur contrariæ DD. opiniones.

59 Commissarius seu delegatus pro diuersis personis ac diuersis illarum negocijs ad locum aliquem proficiscens, an possit à singulis tantum stipẽdium eundi & redeundi exigere, quantum ab vna posset, si pro ea sola persona negocium gereret. contrariæ referuntur DD. opiniones.

60 Quæ æquior videatur auctori.

61 Dicta quæstio in pluribus Prouincijs statuto definita est, vt in Regno Castellæ, & in Regno Panormitano.

62 Quid in Cathalonia ex constitutio. 2. tit. de salaris de dietas.

63 Sententia Castelli à Bonadilla approbatur.

64 Iudex proprio motu expensis vtriusque partis potest assessorem assumere, si ipso indigeat. & n. 58.

65 Intellige verum in iudicibus qui ex se non sunt periti nec electi ratione scientiæ, in alijs secus, sed expensis propijs.

66 Quid in Cathalonia. & ibi intellectus constitutionis fin. tit. de salaris de sententias.

67 Quid si index habeat salarium de publico.

69 Si soluitur assessori salarium ab vna tantum parte, cum iudex suo motu, vel ad instantiam vtriusq. partis consilium habuit, datur regressus contra alterã partem.

70 Si vna tantum pars petijt consultorem iudici dari, ipsa totum salarium consultori soluere debet.

71 Quando quæstio committitur consulenda, salarium debet præberi consultoribus ab vtraque parte, nisi altera pars petat consilium. & n. 62.

72 Si mittitur ex mero officio iudicis notarius pro examinandis testibus ad aliquem locum, expensis vtriusq. partis mitti debet: secus si vna tantum pars mittat.

73 Si vna pars petat vt iudex se conferat ad locum differentiæ, fieri debet expensis eius qui petit actum fieri.

Sed si in loco differentiæ pars altera comparet, tenetur contribuere in expensis pro dimidia.

74 Si sint duo assessores & discordent, ideo que assumatur tertius, quis soluet tertio salarium.

75 Opinio Paridis de Puteo ab auctore refutatur.

76 An debeatur iudici salarium, si non proferat sententiam, sed non stet per eũ quo minus proferat.

Quid si index protestetur. numero 68.

Quid si iudex obtulit, & processus erat in statu publicationis. n. 69.

77 In causis in quibus deueniunt partes ad concordiam in calculo ferendæ sententiæ, debetur iudici salarium, licet sententiam non proferat.

An sit idem in iudice atque in assessore.

78 Quid seruetur in Regia Audientia Cathaloniæ circa iudicum salaria. cum lata diuersorum casuum distinctione.

79 Quid in causis feudalibus in Cathalonia specialiter constitutum sit.

80 Si partes concordent, an iudex possit habere salarium, DD. qui discerunt.

81 In Criminalibus causis in Cathalonia nullum recipiunt iudices salarium.

82 In Ciuilibus causis in Cathalonia Iudices, aduocati, & procuratores non possunt post sententiam salarium petere, nisi cum publico instrumento promissionem ostendant.

Et an excipere possint.

83 Quemadmodum salarium iudicis reguletur secundum quantitatem petitam, & non secundum quantitatem declaratã in sententia.

In causa querelæ pacis computari debet salarium iudicis secundum quantitatem

tatem moderatam in admissione querelæ.

76 Salaria iudicum an habeant priuilegia inter omnes creditores & æquiparentur dotí & fisco & habeãt tacitam hypothecam cum priuilegio prælationis.

77 Salarium iudicis promptam habet executionem tanquam pro debitis fiscalibus, non tamen in persona.

78 Si officialis vel assessor decedat in officio nondum finito, an debeat habere salarium totius temporis. & quid seruetur.

79 Quid si infirmatur & recedit cum licẽtia Superioris è loco officij, & quid si sine Superioris licentia recedit.
Quid si infirmus manet in loco officij.
Quid si culpa ciuium non gessit officium.

80 Officiali absenti an & quando salariũ debeatur & quando possit abesse sine licentia.

81 Si duo officiales eligantur ad perficiendum vnum officium, veluti duo assessores & vnus eorum decedat vel officium non impleat, an salarium decedentis vel nõ implentis accrescat superstiti qui solus impleuit.

82 Quid seruetur in Domo Deputationis huius Regni, & fuerit declaratum.

83 Quid in Regia Audientia Cathaloniæ & Baiulia Generali eiusdem.
Quid decisũ sit in Senatu Prouinciæ Marchiæ. n. 85.

84 Officialis subrogatus loco plurium, habebit tantum salarium, quantum illi omnes haberent.

85 Quid si sint duo officiales ad diuersa officia, & vno decedente, alter gerit vtrũque officium.

86 An iudicibus seu Auditoribus salaria, quæ ex publico soluuntur, debeantur in principio vel in fine. & n. 90.

87 Quando pecunia promittitur alicui pro labore, in fine solutio fieri debet.

88 Quando pro alimentis datur, debetur in principio.

89 Quando promittitur alicui pro sumptibus fiendis, debetur in principio.

90 Salarium officialis succedit loco victus.

91 Doctoribus regulariter debetur salarium, non propter laborem, sed propter scientiam.

92 Priuilegia DD. remissiuè.

DE SALARIIS, ET EXPENSIS IVDICVM.

QVÆST. XIX.

1 Llud ex D. Augustino in cap. non licet 11. q. 3. & in c. non sane 14. q. 5. cõstitutissimũ est iustum iudiciũ vendi nõ posse, neq. iudicem posse recipere pretium pro sententia. pro quo facit l. venales C. quãdo prouoc. non est necess. quia opera
2 iustitiæ venalia non sunt, nec iustitia est materia vendibilis, quare datio & acceptio sunt contrariæ rationi verævenditionis, quæ fieri non potest de rebus istis, quibus nulla conuenit æstimatio, Cayeta. in 2.2.q.32.art. 7. Couar. in reg. peccatum 2. par. §. 3. num. 1. Menoc. de arbitr. iudi casu 342. num. 20. tex. in cap. cum ab omni de vit. & honest. cler. Sic Cicero lib. 1. de legib. iniustissimum es-
3 se ait iustitiæ mercedem quærere. Qui enim rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat, quia iustitiam quam gratis impartiri debuit, acceptione pecuniæ vendit, vt author est S. Gregorius in c.
4 qui rectè 11. q. 3. Imò paria videntur iustitiam vendere & simoniam committere cap. accepimus, ibi, *quod illa crimina grauiora id est simoniam, venditionem iustitiæ.* de purgat. canon. & existimat Auiles verb. *donatio*, in cap. 1. Prætor. nu. 23. & 24. & probat ratione Alphõs. Narbon. ad leg. Regi. par. 1. lib. 1. tit. 7. lege 31. glo. 6. numero 50. grauius esse vendere iustitiam quam præbendam.

Sed quia aduocatus, qui veritatem 5
& iustitiam tuetur, iustum patrocinium vendere potest d. can. non licet. rationem diuersitatis inter eum & iudicem assignat Soto de iust. & iu. lib. 5. q. 8. artic. 4. in versic. *Secundum argumentum.* quia finis proprius iudicis, sicut & testis, est iustum & veritas in communi, sine respectu actoris vel rei: scopus autem aduocati, non est iustum simpliciter, sed iustum clientis sui, cuius causam omnibus suis viribus protegit, altera neglecta. & ideo concludit aduocatum non solũ pro labore, sed pro ipso patrocinio & defensa veritate posse mercedem suscipere: sicut doctor pro veritate docenda quam dilucidat. eandem rationẽ discriminis attigit D. Augustinus in d. can. non sane 14. q. 5.

Iudex pro ferenda iusta vel iniusta 6
sentẽtia nihil à partibus suscipere potest, vt probat tex. in l. 2. in fin. cum l. seq. & ibi DD. ff. de condic. ob turp. caus. Grammat. cons. 35. num. 3. Boher. decis. 153. num. 22. & 23. Bossi. in tit. de official. corrup. num. 2. Auenda. de exequẽ. lib. 1 cap. 2. num. 6. Menoc. de arbitr. casu 342. num. 16. 18. & 19. Similiter 7
nullam eo prętextu promissionem vel pactum à partibus accipere potest, sed ita crimen corruptionis incurrit quãdo promissionem acceptat ac quando pecuniam pro reddenda vel non reddenda iustitia recipit, vt probat tex. in l. Iulianus ff. ad l. Iul. repetun. & in l. 1. C. illo tit. & in auth. sed nouo iure C. de poen. iudic. qui mal. iudic. Grammat. n. 5. 6. 7. Boher. num. 34. 35. Meno. num. 28. in locis citatis, Hipolyt. singul. 190.

Sylua

Sylua nuptial. lib. 5. tit. quomod. iudi. in dub. num. 97. Contrariũ faciens grauiter puniendus eſt, vt ita decidit tex. in l. 3. l. eadem in pri. & §. lege Iulia & l. lex Iulia ff. ad l. Iul. repet. Boſſi. num. 1. & 2. & 7. Grammat. num. 3. & 4. Menoc. nu. 18. & num. 5. 6. 7. & 8. in locis citatis, Iul. Clar. in prac. §. fin. q. 73. num. 1. & 2. Hierony. Portoles ad Molin. §: iudex
8 num. 32. & 34. vbi alios allegat. Extendunt aliqui tenentes, quod ſi iudex qui pecuniam pro ferenda ſententia ſuſceperit, ante prolationem ipſius pœnituerit, & pecuniam acceptam reſtituerit, & poſtea pronunciauerit, nihilominus puniri debet, vt docet Bald. in l. 1. per illum tex. ff. de calum. & in l. 1. §. beſtias ff. de poſtula. Roman. ſingul. 328. & 330. Boher. d. deciſ. 153. num. 22. & 35. Menoc. d. caſu 342. num. 30. & 31. Sunt tamẽ alij qui cenſent verius eſſe huiuſmodi iudicem puniri non poſſe, vt tenent relati à dd. Boher. num. 33. Roman.
9 ſing. 328. Menoc. num. 32. Omittendum non eſt quod poſt Palaci. Rube. aſſerit Antonius Gomez ad ll. taur. in leg. 80. num. 67. quod ſi iudex ſit requiſitus ab aliquo litigante, vt pecuniam recipiat & pro ſe ferat ſententiam vel iniuſtam proferat, poteſt ei præbere aures & dicere, vt veniat tali die & hora & ibi ſecretè habere teſtes qui videant & audiant & poſtea eum capere & punire. & ibi nu. 65. ſimile probat de vxore requiſita de adulterio committendo. & n. 66. de Caſtellano requiſito vt mediante pecunia caſtrum tradat.

10 Vbi quis iudici pecuniam daret, vt iuſtitiam miniſtraret, litemque iuxta iuſtitiæ tramites definiret, datum veniret reſtituendum, & danti competeret repetitio, quia tunc non tendit pecuniæ datio in iudicis corruptionem, nec conſiderat turpitudo ex parte dantis, ſed ex parte recipientis. eſt communis concluſio & frequentius Doctorum iudicium, quod poſt alios cenſent ac tenent Couar. in d. §. 3. num. 1. Menochi. de arbitr. caſu 342. num. 22. Franciſc. Viui. deciſ. 113. num. 11. qui dicit dantem hoc caſu non peccare. Auguſt. Morla in emp. iur. par. 1. tit. 2. q. 10. num. 14. Leonar. Leſi. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 14. dubitat. 9. num. 64. Beatus Ioan. de Capiſtrano in ſpeculo conſcientiæ 3. par. num. 13. & ſeq. & probat tex. in cap. non ſane 14. q. 5. quem ſic interpretatur alijs reiectis interpretationibus Alphonſus Narbon. ad leg. regi. par. 1. lib. 1. tit. 7. leg. 31. glo. 6. num. 25. & hoc etiam caſu dicitur iudex per ſordes iudicare & (vt noſtri loquuntur) baratariam committere *l.* 3. l. lex Iulia §. hodie ff. ad l. Iul. repet. Menoc. qui ſupra numero 18. & 19.

Sed ſi quis iudici pecuniam daret, vt pro eo ſententiam pronunciaret; tunc quamuis is bonam cauſam haberet, tamẽ quia eo caſu dantis animus tendit ſaltẽ ex præſumptione ad corruptionem iudicis, ideoq. ex parte dantis turpitudo verſatur, denegabitur danti repetitio. ita intelligitur tex. in l. 2. §. ſed ſi dedi ff. de condic. ob turp. cauſ. & hoc modo conciliatur cum d. can. non ſane per Couar. d. §. 3. num. 1. & Narbon. in dic. glo. 6. num. 26. & 27. qui tamen docet, quod iudex hoc caſu, cum ob parem vtriuſq. turpitudinem repetitio ceſſat, acquiſitione & retentione pecuniæ malè quæſitæ non fruetur, quia fiſcus ab eo tanquam turpe lucrum extorquebit l. in hæredem 5. ff. de calumniat. l. Lucius ff. de iur. fiſc. in quam ſententiam cõplures DD. cõgerit. Si autem iudex pecuniam acceperit vt iniuſtam ſententiã ferret, certiſſimum eſt danti repetitionem denegari ex tex. expreſſo in l. 3. ff. de condic. ob turp. cau. cuius verba ſũt. *Vbi dantis & accipientis turpitudo verſatur, non poſſe repeti dicimus, veluti ſi pecunia detur vt malè iudicetur.* alia iura allegat P. Leſius de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 14. dubit. 8. num. 58. ſicut certum eſt ex ſupraſcriptis hoc lucrum in huiuſmodi caſu per fiſcum capi poſſe. Defendit latè Leſius d. dubit. 8. acceptum ob turpem cauſam, cum dantis & accipientis

turpi-

turpitudo verſatur, turpi opere impleto non eſſe neceſſariò in conſcientiæ foro reſtituendum non ſolum danti, verum nec pauperibus ſed licitè retineri poſſe, quod & tenuerunt D. Anthonin. 2. par. tit. 2. cap. 5. in prin. Angel. verb. *conceſsio*, numero 2. & verb. *reſtitutio*. §. turpe. Syluеſ. verb. *Eleemoſina* q. 4. Nauar. cap. 17. numero 30. & 36. Auguſtin. Morla in empor. iur. par. 1. tit. 2. q. 10. numero 15. Sed alij cenſuerunt pauperibus reſtituendum eſſe, quorum quidem ſententiam tutiorem, veriorem, & communem Doctorum vocat Pater Manuel Rodriguez in explicatione Bullæ compoſitionis §. vnic. caſu 4. num. 22. vbi ſequendo hanc poſteriorem opinionem, docet huiuſmodi iudicem qui pecuniam accepit, vt iniuſtam ſententiam ferret; turpi opere impleto, per dictam Bullam componi poſſe & ſecurus in conſcientia euadet. Diximus, *turpi opere impleto*, quia ſi opus adhuc commiſſum non eſt, pactū reſcindere & pecuniam danti reſtituere debet iudex can. in malis 22. q. 4. & probat Rodriguez citato loco numero 21.

Licet iudex non poſſit vt iuſtam ſententiam ferat, pecuniam accipere, vel iuſtum iudicium vendere: non tamen tenetur gratis præſtare officium iudicādi, ſed ei ex publico conſtituendum eſt ſalarium, & cum ſalarium publicum nō habet, poteſt iuſtiſſimè laboris mercedem legibus prætaxatam recipere l. 4. §. in iudicio ff. finium regun. l. ex part. in prin. ff. famil. herciſc. Adrian. quodlibet. 10. artic. 1. Ioan. Medina de reſtit. q. 25. qui ita hanc quæſtionem quó ad animæ iudicium definiunt, Didac. Couar. in reg. peccatum 2. par. §. 3. numero 2. vbi ſubdit quod quidquid vltra quantitatem lege taxatam acceperint iudices, reſtituere danti tenentur, Barthol. Socin. in tractat. fallent. reg. 37. Iacob. Menoc. de arbitr. iud. caſu 342. numero 40. vbi ait hoc eſſe ſine probabili dubitatione, Leonard. Leſſu. de iuſt. & iur. lib. 2. cap. 14. dubit. 9. 18
numero 64. & 68. vbi docet quod in ſententia iudicis duo conſiderari poſſunt. Prius, quod ſit actio maximè vtilis & neceſſaria Reipub. egens multo labore & examine actorum & probationum & magna auctoritate perſonæ. Alterum, quod ſit iuſta. Ratione prioris aliquid pro ſententia à partibus accipi poteſt, ſi aliàs iuſtum ſtipendium iudici nō eſt aſſignatum. Ratione alterius, nullum ei debetur ſtipendium: ſed ſuppoſito officio iudicis, gratis hanc qualitatem in ſua actione procurare debet. Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. tom. 3. cap. 561. numero 37. & ſeqq. vbi probat 19
quod ſportulæ per ſtatuta & conſuetudines locorum à partibus iudici dandæ ſucceſſerunt loco ſtipendij & ſalarij de publico iudicibus conſtituendi, & vbi iudices haberent ſalarium, non darentur eis ſportulæ nec poſſent eas à partibus petere, Rebuff. de ſalar. tax. prouiſion. proceſſ. glo. vnic. vbi in fin. dicit quod 20
requiritur vt hoc ſalarium ſeu ſportulas iudex accipiat, non à parte, ſed à notario, cui pars tradet, & demum ipſe iudici, alioquin pars poſſet magnam ſummam dare, quæ poſtea non veniret in taxationem.

Iudex ſiue ordinarius ſiue delegatus 21
publicum habens ſalarium, non poteſt vltra accipere aliquid pro ſalario & labore à partibus, conſtat ex Couar. d. §. 3. n. 2. Abba. in c. quia plerique num. 33. de immun. Eccleſ. Io. Medin. de reſtit. q. 25. Bouad. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 11. numero 38. vbi verum intelligit ſi ſalarium competens habeat, quem etiam intellectum docet Maſcard. de probatio. concl. 164. numero 11. iuuat additio ad Pinel. in l. 2. C. de reſcin. vendit. 2. par. cap. 2. num. 33. liter. E vbi 22
aſſerit medicum, cui ſalarium publicum conſtitutum eſt, nec ſponte ab ægroto

UAB Biblioteca de Ciències Socials

oblata poſſe recipere iuxta tradita per
23 Hyp. in l. vna n. 239. C. de rap. vir. Sic etiam dictus iudex non poteſt iura aliqua recipere, niſi lege vel conſuetudine ita approbatũ ſit, cõfirmatur ex Gratian. in d. c. 5611. num. 3. & 38. Bouadil. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 21. num. 40. Et iudex vltra taxatum ſalarium recipiens punitur glo. in auth. de iudicibus §. nullo quoque reſumẽtes colla. 6. Thom. Mier. ad conſtitut. Carhal. par. 2. collatio. 6. cap.
24 5. num. 5. ſi autem multum plus debito receperit, præſumitur ſententia venalis, vt notat Bald. in l. hæc venditio C. de
25 prædi. curial. lib. 10. Si non adhibitis minis iudex vltra taxatum ſalarium exigat, quaſi concutere dicitur, Farinac. conſ. 5. num. 10. ſi autem per minas & oppreſſiones illicitè petierit & exegerit, concuſſione tenebitur, vt tradit Mieres par. 1. c. 12. num. 3. coll. 1. cuius pœna eſt quadruplum reſtituere, ſi ciuiliter agatur: ſi autem criminaliter, arbitrio iudicis tenebitur glo. in can. indicatum in verb. *pœna* 89. diſt. glo. fin. in can. militare 23. q. 1. & poteſt puniri pœna furti & amiſſionis officij Mier. d. cap. 12. nu. 15. puniri etiam poterit pœna legis Iuliæ repetun. Matth. de Afflic. conſ. 51. nu. 13. plura de extorſione & concuſſione & pœna iudicis corrupti Farinac. d. conſ. 5. per tot. & Menoc. de arbitrar. caſu 342.

26 Quæro ſi lata iam ſententia aliquid iudici vltra ſuum ſalarium ab aliqua partium ſponte detur, an licitè poſſit accipere. Et dico eum licitè poſſe capere. ita Anchar. conſ. 271. Felin. in cap. tua nos de ſimon. Marſil. ſingul. 190. Boſſiu. tit. de officialib. corruptis num. 4. Menochi. de arbitr. iudic. caſu 342. num. 39. Alphonſ. Narbon. ad ll. regi. par. 1. lib. 1. tit. 7. lege 31. glo. 4. num. 1. & 2. Tiberi. Decian. tractat. criminal. lib. 8. cap. 40. n. 9. & numero 15. Eſtque ratio, quia hic
27 ceſſat ſuſpitio & cauſa corruptionis. Intelligitur tamẽ hæc doctrina procedere, ſi nulla tacita aut expreſſa conuentio ſeu promiſſio præceſſiſſet. & omnis ſuſpicionis cauſa & præſumptio fraudis ceſſaret, ſolaque dantis gratificatio ſubſequeretur, vt declarant Menochius & Narbona atq. Decianus ſupracitati. Quamquam 28
Martinus Lauden. in tract. de offic. dom. q. 81. quem referunt Decianus loco citato numero 9 & Neuizan. in ſylua nup. lib. 5. numero 97. aſſerit in dubio tali caſu preſumi fraudem de tempore ante ſententiam ad tempus poſt ſententiam argum. l. iuris gentiam §. Prætor ait, cũ glo. & ibi Angel. ff. de pact. Sic in teſte 29
poſt teſtimonij depoſitionẽ ſimiles præſtationes licitas eſſe docuerunt Marſil. in l. 1. in pri. numero 5. in fin. & 7. ff. de falſ. Menoc. de arbitr. caſu 310. numero 11. Farinac. de teſt. q. 67. numero 277. & ſeq. Auiles in cap. 1. Prętor. verbo *dadiuas* numero 15. Sic quoque medicũ 30
habẽtẽ publicũ ſalarium, quãquã non poteſt ab infirmis etiam ſponte oblatam recipere pecuniam, ſecundum Auil. in ca. 1. Prætor. glo. *ni lleuaran* numero 8. & Azeued. in l. 8. numero 2. tit. 9. lib. 3. recop. quos refert Bouadilla in polit. tom. 2. lib. 5. cap. 5. numero 26. poſſe tamen accipere ſi ijdem infirmi iam ſani effecti dederint, aſſerunt Matiẽço in dialog. relat. cap. 25. numero 3. Altamiran. de viſitati. verbo, *etiam qualiter cumq.* numero 24. Vidi poſt hæc 31
ſcripta Petrum Cenedo par. 2. collect. 177. numero 2. vbi cum allegaſſet Didacum Perez lib. 2. titul. 9. l. 1. in glo. 1. poſt medi. concludere, quod iudex poſt latam ſententiam recipere poteſt, quod ſibi ſponte offertur, ſubdit hanc ſibi opinionem ſatis dubiam videri, & approbat dictum Martini Lauden. qui ſupra, monetq. iudices vt caueant ab huiuſmodi praxi, eo magis, quia quando à pluribus capiunt, inducitur conſuetudo, quod quis erubeſcit eis non dare ſecundum Felinum in cap. tua nos de homic. & ſpe futuræ donationis nihil non tentabit auarus iudex in fauorem diuitum.

Quæ-

2 Quæro item an iudex mutuas pecunias accipere possit à litigantibus. Et respondeo non posse non solum à litigantibus, verum nec à subditis non litigantibus l. quisquis C. si cert. peta. Putc. de syndic. verbo, *corruptio* num. 1. Menoc. de arbitra. casu 342. num. 34. Grammat. cons. 35. nu. 8. Tiber. Decian. 2. tom. crimin. lib. 8. ca. 38. num. 14. Bouadil. in polit. tom. 1. lib. 2. ca. 12. num. 61. & seqq. Francise. Viui. decis. 113. num. 3.

3 Matienç. in dial. relat. 3. par. ca. 30. Intelligit Bouadilla vbi supra num. 63. non posse iudicem à subditis mutuas pecunias accipere siue sit perpetuus, siue temporalis: sed glo. in d. l. quisquis in verb. *pœna*, censet illud tantum obtinere in iudice temporali. cuius glosæ opinionem quam vt aduertit ibi marginaria, sequuntur Bald. & Cyn. in eodem tex. veram existimo. licet enim dicat Bouadilla nõ dari rationem diuersitatis inter iudicẽ perpetuum & temporalem, sufficit quod eam sentiat textus in quo glosa prædicta nititur in l. Præsidis ff. de reb. cred. illis verbis, *Præsidis Prouinciæ officiales, quia perpetui sunt, mutuã pecuniam dare & fœnebrem exercere possunt.*

4 Fateor quod a litigantibus non licet iudici siue perpetuus ille siue temporalis sit, mutuas pecunias recipere, quia præsumitur corruptus l. 2. ibi, *idemq. est si gratuita pecunia vtenda data sit aut minoris locata, vẽdita ve res sit*, ff. de calumniator. Auil. in cap. 1. prætor. glo. *dadiuas* num. 14. Ioseph. Mas. card. de probatio. conclus. 164. num. 4. Menoc. d. casu 342. nu. 34. Caballus re-

5 solut. crimin. 195. vbi quomodo puniatur iudex qui recipit pecuniam mutuo à litigantibus, Decian. 2. tom. criminal. li. 8. ca. 35. num. 7. imò non solum iudex qui pecuniam mutuatur, sed & qui ei mutuo dederit, punitur d. l. quisquis C.

6 si cert. pet. Et prohibetur quoq. iudex litigantibus pecunias mutuo dare l. principalibus ff. de reb. cred. si cert. pet. & ibi Alciatus qui plures rationes huius prohibitionis considerat ac præsertim quoniam quicquid ex concussionibus à partibus raperet, mutata causa sibi ex mutuo deberi fingeret & quia mutuũ gratuitum non nisi intimis amicis fieri solet, cum hæc amicitia inter iudicem & partem reprobata sit ex l. obseruandum ff. de offic. præsid. An iudices pos- 37
sint negociari & fœnus siue cãbia exercere, tota sunt in d. l. principalibus & in l. eos C. si cert. peta. & ibi DD. Auiles in cap. prætor. 32. in prin. Bouadil. lib. 2. cap. 12. & num. 34. Pater Filliuc. qq. moral. tom. 2. tractat. 35. c. 2. num. 52. & in Cathalonia pro iudicibus Regiæ Audiẽtiæ præscriptam habemus legem in cõstitutione 38. curiarum anni 1599. ad 38
quã nonnullos intellectus tradit noster Iacob. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 1. nu. 99. & seqq. vbi etiam probat præfatos iudices, licet creentur durante domini Regis beneplacito, esse officiales perpetuos.

Quæro an liceat iudici aliquid ac- 38
cipere vt iustitiã celeriter administret. & pro breuiori expeditione iustitiæ administrandæ. Licitum non esse tenet glo. in l. 2. §. fin. quam ibi Bart. Bald. Salicet. & Alb. faciunt singularem ff. de condic. ob turp. caus. per tex. in auth. nouo iure C. de pœna iud. qui malè iudica. & ibi idem Bart. & Angel. sic quoque tenet Bald. post Antho. de Pisis quem ipse citat, in cons. 476. incip. *proponitur quod dictus*. vol. 5. & Nicola. Boeri. quæst. 153. num. 2. per tex. in c. qui rectè iudicat 11. q. 3. atque Menochi. de arbitra. iudic. casu 342. num. 26. qui post Didacum subdit hoc casu dantẽ repetere posse, quod iudici dedit atq. ita non habere hic locũ textum in l. 2. §. vlt. & l. 3. ff. de condic. ob turp. caus. Inuenio Patrem Leonar- 36
dum Lessium de iust. & iur. lib. 2. ca. 14. dubit. 9. n. 64. vbi sic ait. *Iudicẽ teneri restituere id quod accepit, vt iustã sententiam ferret, intellige si datum est timore iniuriæ, aliàs non dandum: secus, si instar muneris liberalis, vt maiorem quam solet, quamq. tenetur, diligentiã in causa adhibeat.* hactenus iste Doctor. Similis est locus alius 40
Manuelis Rodriguez in explicatione Bul-

læ cõpoſitionis §. vnic.caſu 4. n. 23.vbi docet,quod ſi quis iudici pecuniã dederit vt bene iudicaret: ſi quidẽ dederit ad redimendam vexationem nempe ne ab altera parte corrũperetur, tenetur iudex dãti pecuniã acceptã reſtituere: ſed ſi non dederit ille ad redimendam vexationem ſed ſponte ad inuitandum iudicem vt iuſtitiam adminiſtraret, nõ
41 tenetur iudex ad reſtitutionem. Hanc ſiue Leonardi ſiue Manuelis doctrinam circa ſecundum caput imprimis certum eſt in foro exteriori non ſeruari neq.ſeruari debere ſed puniri iudicem qui vl-
42 tra ſuum ſalarium, pecuniam ab aliquâ partium accipit:ſicut longè alienam à dicti fori diſceptatione exiſtimo aliã quæſtionẽ,quã idẽ Leſius paulò inferius ſub eodẽ n. 64. mouet an cũ eſt ea varietas ſententiarũ vt iudici liberũ ſit vtrãlibet partem in iudicando ſequi, aliquid capere poſſit,vt hanc potius quam illam
43 in iudicando ſequatur. Poſt Leonar. Leſium & Manuelem Rodriguez locis citatis, vidi alium theologum Anthoninum Diana moral. reſol.par.3. tractat. 5. miſcellaneo reſol. 45. cuius verba ſunt. *Notandum eſt obiter cũ Leſio lib. 2. cap. 14. dub. 9. numero 64. iudicem in rigore & ſecluſo ſcandalo & periculo iniuſtitiæ poſſe accipere nec teneri reſtituere id quod accepit à litigantibus, ſi datum ſit inſtar muneris liberalis, vt maiorẽ quam ſolet,quamq.tenetur,diligentiã in cauſa adhibeat, vel vt loquitur Molina de iuſt. & iur.tom.1.tract.2.diſput.88.n. 6. ſi ante quã negociũ expediat,munus ad eum mittatur,vt afficiatur ad diligentiã, atqsin fauorẽ eius,qui munus mittit,negociũ intra iuſtitiæ limites expediendum.* Hactenus Diana.
44 Non multum diſſimilis eſt illa quæſtio, an liceat iudici expedire pecunia mediante, vnius cauſam ante alios, ſi litigantes iure temporis æqualiter gaudeant. Ne dubites hoc lege humana prohibitum eſſe iudici præſertim ex auth.vt iudices ſine quoq. ſuffrag. §. pen. & in auth. de mandat. Princip. §. oportet & in cap. ſtatutum §. inſuper de reſcrip. lib. 6. & ibi DD. & puniri debere iudicem talia molientem. Sed pro iure ac lege Naturali notauilocum Pauli Layman in Theol. mor. lib. 3. ſec. 5. tract. 4. cap. 4. numero 9. quem refert Diana vbi ſupra reſol. 45. vbi Layman ad caſum propoſitum reſpondens, ſic aſſerit. *Cauendum ne talia cum alterius iniuſto damno coniuncta ſint, vt ſi miniſter publicus propter oblatum ſibi munus, vnius cauſam citius expediat poſthabitis alijs, qui diutius expectarunt & ante alios expediri deberent. Sed ponamus plures adeſſe qui æquali iure gaudeant, vt in iudicis arbitrio poſitum ſit, quem præponat, peccabit ne iudex ſi vnius cauſam ante alios expediat, ex pacto oblati muneris? Res iſta periculo non vacat,ſpectato tamen naturali iure non audeo hominem damnare, quia ea in re alijs iniuriam non infert, in gratiam vero Titij remuneratoris ſuſcipit nouam obligationem, ante alios expediendi cauſam ipſius,quæ obligatio pretio æſtimabilis videtur.* hactenus Layman, cuius doctrinam remitto iudicio aliorum Theologorum. Pacta certè ſunt hæc viliſſima,& quæ expedit Reipub. vt acriter puniantur.

Quæro, cũ in multis Regionibus extent conſtitutiones antiquæ in quibus officialibus & miniſtris iuſtitiæ taxata ſunt ſtipendia,quæ modò ſtante varietate temporum & circunſtantiarum ſunt effecta valde vilia & modica,an obligent hodie in conſcientia. Negatiuè reſpondent Molina de iuſtit. & iur. tom. 1. tractat. 2. diſput. 83. Sanchez oper. moral. tom. 1. lib. 3. cap. 14. numero 14. Anthonin. Diana qui alios citat, reſolut. moral. par. 2. tractat. 3. miſcellaneo reſol. 60. nam cum illæ leges iuſtum pretium non contineant pro varietate temporum, & iuxta illam mutentur, iniuſtæ ſunt, & poterit officialis & miniſter iuſtitiæ accipere ſibi incrementum vſq. ad limites iuſti pretij: ſciẽdũ eſt enim creſcẽte pecunia decreſcere valorẽ illius ad cæteras res pecunia comparandas, atque adeo creſ- 45

cere

cere valorem reliquarũ rerum cõpenſatione pecuniæ, vnde cum his temporibus, quod nõ erat antiquitus, excreuerit pecunia, decreuit inde valor illius &
6 creuit valor aliarum rerum. Sed finge officialis ſeu miniſter iuſtitiæ veluti iudex aut aſſeſſor ſiue notarius ſingulis annis vel in ingreſſu ſui officij iurauit ſeruare ſtatuta Regionis inter quę extat ſtatutum quo taxatur eidem ſalarium, & temporis curſu effectum eſt valde modicum & vile, nunquid obſtabit ſibi iuramentum? Dicendum eſt non obſtare, quia virtute eius iuramenti is qui iurauit, non tenetur ad obſeruanda ea ſtatuta quæ aliqua ratione non obligant, vt quia recepta non ſunt, aut in diſuetudinem abiere, aut mutatione temporum & circunſtantiarum deſierunt ligare, quia id iuramentum eſt de ſolis ſtatutis ſeruandis quatenus ea obligant: ergo quoties ex quauis cauſa obligare deſinunt, ceſſabit perinde iuramenti obligatio, eò quod iam illa non ſint ſtatuta, atque iuramentum fuit illis acceſſorium quatenus ſtatuta erant. ita D. Antonin. 2. par. tit. 10. cap. 6. §. 6. Nauar. cap. 25. numero 23. Thom. Sanchez oper. mor. tom. 1. lib. 3. cap. 14. numero 8. Azor inſtit. moral. lib. 11. cap. 8. q. 8. Paris de Pute. de ſyndicat. verb. *excedunt conſiliarij.* num. 5. vbi quod iurans ſeruare ſtatuta intelligitur de licitis. & verb. *Statutum.* num. 4. vbi quod intelligitur de non ſublatis conſuetudine. Sylueſt. verb. *iuramentum* 4. q. 23. Dueñas reg. 79. ampliatio. 3. Auil. in c. Prætor. in procemio glo. fin. n. 10. vbi quod iurans ſeruare ſtatuta intelligitur de ijs quæ ſunt in vſu. Gutier. de iuram. confirm. 1. par. c. 38. num. 14. Sic generale iuramentũ ſeruandi ſtatuta intelligi de licitis & poſſibilibus, ne iuramentum ſit vinculum iniquitatis, decidit tex. in c. 1. de iur. iuran. li. 6. nec eſſe iuramenti tranſgreſſorem qui ſtatuta aut non licita aut non poſſibilia minimè ſeruat, ex eo tex. deducit Sanchez d.
47 c. 14. n. 7. An autem teneatur ad ſtatuta poſt iuramentũ condita qui iurauit ſeruare ſtatuta, Auiles in d. procem. num. 3. Sanchez d. c. 14. num. 1. Cardo difficultatis in eo vertitur quid dicendum ſit ſi officialis ſpecificè iurauit ſeruare ſupradictam iniuſtam taxationem. tenet Toletus in ſum. lib. 5. cap. 61. num. 7. tunc officialem peccare tranſgrediendo eandẽ taxationem. *Vnde* (inquit) *ſanctiſſimè facerent Principes ſi pretium conueniens habita temporum & regionũ ratione tmponerent, aut tale iuramentũ, quo multi illaqueãtur, auferrent.* Sed Pater Sanchez qui ſupra cap. 14. numero 14. adhuc aſſerit id iuramentum non obligare ad eam ſtipendij laboris taxam, quæ iniuſta eſt, quia iuramentum ſeruandi ſtatuti intelligitur, quatenus illud iuſtũ eſt & obligatorium: non ergo obligabit iuramentum ad eam taxam quatenus iniuſta eſt. Patrem Sanchez ſequitur expreſſe Diana vbi ſupra par 2. tract. 3. miſcellan. reſol. 60. qui eiuſdem opinionis allegat Molfeſ. in ſum. to. 2. tra. 12. c. 5. numero 67.

48

Quæro an eũ cõmiſſarius ſeu delega- 49.
tus pro diuerſis perſonis ac diuerſis illarũ negocijs ad locũ aliquẽ proficiſcitur, poſſit à ſingulis tantum ſtipendium eundi & redeundi exigere, quantum ab vna perſona poſſet, ſi pro ea ſola negotium gereret. Antonin. Diana reſol. moral. par. 3. tractat. 5. miſcellanea reſ. 76. in terminis, ſecluſo iure poſitiuo, vbi vigeret ſtatutum aliter ſuper hoc diſponens, tenet affirmatiuam, in fine ibi, *Vel melius in caſu noſtro.* Eandem ſententiã tenere videtur Leſius li. 2. de iuſt. & iur. cap. 24. dub. 5. numero 28. vbi ſic aſſerit. *Quando qui pluribus obligat operam ſuam, ſingulis inſolidum: & illa æquè commoda eſt ſingulis, ac ſi pro illis ſolis fuiſſet exhibita, poteſt à ſingulis tantum exigere, quantum ab vno poſſet, ſi pro eo ſolo præſtitiſſet, vt cum quis nomine diuerſorum proficiſcitur ad locum diſtitum, & ibi illorum negotia tractet vel teſtimonia & probationes in eorum cauſis conquirat: poterit ad bonam fortunam vel*

induſtriam illius pertinet, quod plura negotia concurrant, ita vt vno medio poſsit ad ea conficienda vti, vel eandem tuitionẽ pluribus impendere, neque opus eſt vt qui ſua negotia ipſi committunt, ſciant illum etiam aliorum negotia gerere, ſed ſufficit vt tam vtiliter & opportunè ea gerere poſsit, ac ſi alia ſimul gerenda non haberet & ſuam operam cuiquam ſeorſim impenderet. hactenus iſte Doctor.

Contrariam opinionem docet Tannerus in 2. 2. diſput. 4. quæſt. 7. dub. 6. n. 162. nimirum iuris eundi & redeundi ſtipendiũ vnũ dũtaxat deberi & diuidi pro rata inter eos qui negotia cõmittũt.
50 Eandẽ probat & aſſerit poſt alios ex noſtris Stephan. Gratian. diſ. forenſ. to. 1. c. 57. n. 5. Quæ ſententia mihi æqua videtur & prior opinio Antonini Diana periculoſa. Propterea in plurib⁹ Prouincijs
51 extant ſtatuta ſecundum prafatã poſteriorẽ ſententiã diſponentia vt in Regno Caſtellæ, iuxta cuius leges reſpondet ad quęſtionẽ, de qua agimus, Ioan. de Heuia in labirint. commercior. li. 2. c. 2. n. 10. & de Regijs pragmaticis ſui Regni Panormitani id ipſum continentibus teſtatur Diana loco citato in fin. d. reſol. 76. In
52 noſtra Cathalonia extat cõſtitutio 3. tit. *de ſalaris de dietas.* qua ſtatuitur quod officialibus & miniſtris, iuſtitiæ qui ad plures executiones faciendas mittũtur, ſolũ debetur & taxanda venit vna dieta, etiã ſi in vna die plurimorum negotia fecerint. Et notauit don Ludouic. à Peguera in praxi Ciuili rubric. 30. n. 11. Simile de procuratoribus habetur in conſtitut. 2.
53 illo eodem titulo. Veriſſimum arbitror quod reſoluit Bouadill. in polit. to. 1. li. 2. c. 20. n. 68. licet nihil pro ſe alleget, vbi ait. *Tambien ſuele dudarſe ſi eſtando el Iuez en vna comiſsion, ſe le mandaſſe por el tribunal que ſe la dio, ò por otro que entendieſſe en otro negocio al miſmo tiempo, ſi podrà lleuar dos ſalarios por ambos negocios, ſi ſon todos tocantes al Rey y de ſu miniſterio. Y digo que ſiendo compatibles los negocios y ocupaciones, y que no ſe impiden vna à otra, ſino que ſolo ſe acrecienta el trabajo è induſtria del Iuez, ſe le deuẽ dos ſalarios, ò gratificacion del trabajo acrecentado por la ſegunda comiſsion: porque aſsi como el dinero tiene ſu precio, y eſtimaciõ, la tiene el trabajo, el qual no deue quedar ſin ſatisfacion.*

Quæro ſi iudex ſumat aſſeſſorem 54
quis ſoluat aſſeſſori ſalarium. Dico quod expenſis vtriuſq. partis poſſunt iudices proprio motu aſſeſſorem, ſi ipſo indigeant, aſſumere cap. ſtatutum §. aſſeſſorem de reſcrip. in 6. Paul. Caſtren. in l. fin. ff. de Aſſeſſor. Abbas in cap. ſciſcitatus de reſcrip. Stephanus Gratianus diſ. forenſ. tom. 1. cap. 55. numero 44. & cap. 57. numero 2. Auiles in cap. 55
Prætor. 1. verb. *à las partes* num. 23. Intelligo hoc verum in iudicibus, qui ex ſe non ſunt periti, nec ſunt electi ratione ſcientiæ: ſecus autem ſi eſſent electi propter peritiam ſcientiæ, quia tunc non poſſunt compellere partes eligere conſultorem; ſi enim ipſe neſciat, de ſe conqueratur: nec facere expenſis ipſarum ſed proprijs, Lanfran. de Orian. in repetitio. cap. quoniam contra de probatio. in parte. *interloquutoriæ & appellationes.* numero 25. Auiles qui ſupra numero 23. Marta de iuriſdictio. par. 4. centu. 2. caſu 173. Extat in Cathalo- 56
nia conſtitutio 26. quæ eſt fin. tit. *de ſalaris de ſentencias*, idem diſponens & quæ ſic intelligẽda eſt. Ita quoq. S. Antonin. 57
in 3. par. titu. 9. cap. 2. §. 9. vbi etiam dicit hoc eſſe verum ſi iudex non habet ſalarium de publico. Sic Paul. Caſtren. in l. conſilium ff. de offic. aſſeſſo. docet 58
quod ſi iudex vel arbiter ſit idiota ſuper puncto iuris, benè poteſt mandare partibus, quod dent ei ſalarium pro habendo conſultore, vt in l. 4. §. 2. ff. 59
fini. regun. Si autem ſoluitur aſſeſſori ſalarium ab vna tantum parte caſu quo iudex ſuo motu vel ad inſtantiam vtriuſq. partis conſilium habuerit, datur regreſſus contra alteram partem, Speculat. in titulo de aſſeſſori. §. ſalarium. Bart. in l. in ſacris C. de proximi. ſacro. lib. 12. Sed ſi vna tantum pars 60

petierit

petierit consilium sapiẽtis,&consultorẽ iudici dari,ipsa totũ salarium consultoris soluere debet,Gratian.dis. forens. d. c.55.n.43. & d.c.57.n.2.Surd.de alimẽt. tit.1.q.63.n.4.Sic dicunt Bald.in l. 2. C. de senten. ex bre.reci.& Bart.in l. si postulauerit ff. ad l. Iul.de adult.quod quã
61 do quæstio committitur consulenda,salarium debet præberi consultoribus ab vtraq.parte,nisi altera pars petat consi-
62 liũ.& Bald.in l. prætor §.fin. ff. de eden. ter et quod qui petit consilium sapientis,debet petere suis expensis,& si mittit notarium ad aliquẽm locum pro examinandis testibus, debet mittere expensis petentis: si autem mittitur ex mæro officio iudicis,tunc expensis vtriusq.partis.
63 Sic etiam si altera pars petat vt iudex se conferat ad locum differentiæ, fieri debet expensis eius qui petit actum fieri, Speculat.de assessor. §. salarium ad fin. versic. *quid si alter litigatorum*. Gratian. d. c.57.n. 1. per l. prætor ait in fin.ff. de eden. quamuis si pars contraria in loco differentiæ compareat corã iudice allegãdo ius suũ sicut pars quæ actũ petijt, tenetur pro dimidia in expensis contribuere vti apud nos quotidie obseruatur
64 Sed quid si sint duo assessores & hi discordent & inter se dissentiant, ideoq. assumatur tertius: isti tertio quis soluet salariũ? Respondet Paris de Puteo de syndicat. in verbo, *Potestas*, n.6. quod is tertius participabit de salario vtriusq. secũdũ Speculat. in tit. de sala. siue de asse.§.salarium.versic.*quidam si*. ex Bald.
65 in repet. l. 1.ff. de offic.assess. quod ego durum existimo cum illi duo assessores expleuerint officium suum , maximè si votũ suum non solum voce sed in scriptis præbuerint,& absurdũ videtur,quod maius salarium consequãtur si sint vnius voti quam alterus.
66 Quæro an debeatur iudici salariũ si sententiã non proferat, sed non stet per
67 eum quo minus proferat. Dico quod in causis,in quib⁹ deueniũt partes ad cõcordiam in calculo ferendæ sententiæ, debetur iudici salarium quãuis sentẽtiã non proferat vt per Franc. in ca.statutũ §. assessorem in fin. de rescrip. in 6. post Speculat. de Salario §. dicturi in fin. & per Stepha.Gratian.dis.forens.to. 1.c.55. n.15. & 16. & latius to.3.c.561.n.34.& seqq. vbi contra quosdam super hoc hęsitantes, probat idem esse in iudice atque in assessore ex multis quæ citat.

Decius etiam in l. in iure Ciuili 121. 68
n.1. ff.de reg.iur. post Roman.cons. 85. incip.*euidenter ostenditur*. & eundẽ Roman.cons.434.incip.*in eo in quo quæritur* versic. *quò ad tertium*. docet quod si ex forma statuti debeatur iudici salarium post latam sententiam,si non stet per iudicem & protestetur, debet illud consequi,quamuis sententiam non tulerit, & Decium citauit Gratianus d.c.561.n.36. Hortensius Caualcanus de brachio regio part.4.n.224. probat salarium deberi iudici, cum non stetit per eũ quo minus processus publicaretur & obtulit & processus erat in statu publicationis,quia (inquit) respectu facientis actum, pro facto habetur quando non stat per agẽtem ex l.pen.ff.de milit.testam.ad quod alia plura iura allega Iosephus Ramon. cons.27.n.16. 69

Praxis huius Regiæ Audientiæ Cathaloniæ obseruat , quod quando assignatur dies certa cum sequentium continuatione ad sententiam,(assignatur autem post conclusum in causa seu,vt nostri dicunt , denunciato processu, antequã iudex laboret circa processum causæ pro conficienda sententia) deponitur iudicis salariũ:& cũ profertur & publicatur sententia, capitur & diuiditur inter Regios Senatores const.16.tit.*de salaris de senten.* sed si depositio iam salario, partes concordent , similiter diuiditur, quãquã nõ proferatur sententia, nec iudex laboret circa processũ.atq.idẽ seruatur si scripta in processu iã per relatorẽ sententia,partes nõ instent quod publicetur, quãuis concordiam non ineãt per const.18.tit. *de denunciations de processos* , facta fide per Cancellariũ seu Regentem Cancellariam,quod vidit sentẽ- 70

tiam ordinatam. Sed & cum partes depoſito iam ſalario tacent per triennium, diuiditur ſalariũ facta prouiſione, quod quia partes per triennium tacuerunt, ſalarium diuidatur. pro quo videas conſtit. 22. tit. *de ſalar. de ſentent.*

71 In cauſis feudalibus ſpecialiter Ius Municipale Cathaloniæ prouidet in ca.

72 41. Curiarum anni 1599. Et iure communi ſi partes concordent, an iudex poſſit habere ſalarium, vltra ſupracitatos diſputant glo. in l. 1. §. diuus vbi Bar. & additio de vari. cognit. Roman. conſ. 85. incip. *Euidenter*. gloſa verb. *Communiter* in c. ſtatutum §. aſſeſſorem de reſcrip. in 6. Iaſn. 38. & Angel. n. 11. in §. tripli de action. Deci. conſ 70. incip. *pro tenui*.

73 In criminalibus tamen cauſis in Cathalonia nullum recipiunt iudices ſalarium ſententiæ conſtit. 2. 8. & 9. tit. *de ſalariis de ſententias*, & notat Thom. Mier. par. 1. collatio. 4. cap. 13. de ſalarijs iudicũ & inquiſitorũ in criminalibus. n. 1.

74 In Ciuilibus autem Iudices aduocati & procuratores non poſſunt poſt ſententiam ſalarium petere niſi cum publico inſtrumento promiſſionem oſtendant conſtit. 1. tit. *de præſcriptions*, & notat Deſpuiol ad Mier. verbo, *Salarium*, & verb. *Iudices*, vbi etiam an ſaltem excipere poſſint. Micha. Ferrer 3. p. obſeruantiarum Regiæ Audientiæ Cathaloniæ c. 481. tradit quemadmodum ſalariũ reguletur ſecundum quantitatẽ petitam & non ſecundum quantitatem declaratã, quãuis in libello poſita fuerit clauſula, *ſaluo iure ſuperſtui* vel *ſalua iudiciali declaratione* & c. 483. quod in cauſa querelæ pacis cõputari debet ſecũdum quantitatem moderatam in admiſſione querelæ, non ſecũdũ quãtitatẽ in querela expreſſam, nec ſecundum quantitatẽ declaratam in diffinitiua ſententia.

76 Salaria iudicũ an habeãt priuilegia inter omnes creditores & æquiparẽtur doti & fiſco & habeãt tacitã hypothecã cũ priuilegio prælationis, quemadmodũ fiſcus & dos in plurimis cauſis, ſcripſi infra p. 2. quæſt. 8. de ſalarijs & sũptib⁹ aduocatorũ. Noſter Thom. Mier. p. 2. collatio. 77
9. c. 7. de ſalarijs omniũ iudicũ. n. 43. notat quod pro iudicis ſalario poteſt & debet ac cõſueuit fieri prõpta & rigoroſa executio tãquã pro debitis fiſcalib⁹, nõ tamẽ credit quod habeat locũ perſonæ captio.

Paris de Puteo de ſyndic. in verb. *Si* 78
officialis. n. 1. multis probat quod ſi officialis vel aſſeſſor decedat in officio nõdũ finito, debet habere ſalarium totius tẽporis. hoc tamẽ in praxi nõ ſeruari video.

Idem Puteus n. 2. tenet quod ſi officia- 79
lis aut aſſeſſor infirmatur & recedit cũ licentia Superioris à loco officij ad patriam vel domum propriam cauſa ſe curandi, debet habere ſalarium pro tempore abſentiæ, ſecus ſi recedat ſine Superioris licentia & hoc dictum praxi conforme eſſe apud nos perſpicio, ſicut & illud eiuſdem Putei d. n. 2. quod ſi infirmus manet in loco officij lucratur ſalarium: pro vt & quando culpa ciuium non geſſit officium, quod ex Baldo in c. 1. ſi de feu. contro. Sue. per notat. in c. aduerſus de immun. Eccleſ. notat idẽ auctor n. 9. Officiali abſenti an & 80
quando ſalariũ debeatur, & quãdo poſſit abeſſe ſine licentia, tractat Stephan. Gratian. deciſ. 200. Si duo officiales eli- 81
gantur ad perficiendum vnum officium & vnus eorum decedat vel officium nõ impleat, ſalarium decedentis vel non implentis accreſcit ſuperſtiti qui ſolus impleuit, ſecundum Parid. de Pute. de ſyndic. in verb. *Si officialis*. n. 8. Hoc vidi 82
in facto prætendi per vnum ex duobus aſſeſſoribus Domus Deputationis huius Regni, cum alter promotus eſſet ad aliud officiũ, & in eius locum nemo ſubrogatus fuiſſet. obtinuit ac recepit duplex ſalarium ordinarium, cumq. anno 1633. in iudicio ſyndicatus fiſci procurator conquereretur, facta querela cõtra eum & formata inquiſitione, fuit abſolutus aſſeſſor, qui tamen in defenſionibus oſtendit alia vetera exẽplaria eiuſdẽ domus in quibus etiam fuerat ita ſeruatũ.

In

83 In Regijs Senatoribus huius Regni nec non in Assessoribus Baiuliæ Gen. Cathal. qui etiã creati sũt Regij cõsiliarij, id circa salariũ ordinarium nõ obseruatur sed circa salaria causarum. facit l. binos
84 de aduoc. diuers. iud. quod officialis subrogatus loco plurium habebit tantum
85 quantum omnes illi haberent. Hãc quæstionẽ latissimè & doctissimè discussam inuenio apud Stepha. Gratian. decis. 101. per tot. vbi multis resoluit & ex mente sui Senatus Prouinciæ Marchiæ decidit, quod vbi duo sunt deputati ad vnum officium vt sunt duo Auditores vel Senatores, si vnus ex istis officialibus decedat. vel officium non impleat, salarium decedentis vel aliàs non ad implentis (præter sportulas quæ sine dubio accrescunt) nõ accrescit ei qui solus impleuit: secus vbi sunt duo officiales ad diuersa officia addicti & vno decedente alter gerit vtrũque officiũ de mãdato Superioris, quia tunc habebit duplex salarium, & de his traduntur multa exempla & rationes assignantur. quare obseruantia Regiæ Audientiæ & Baiuliæ Generalis Cathaloniæ videtur iuri conformis & consentanea, praxis autẽ Deputationis Regni non sic.

86 An Auditoribus seu iudicibus salaria quæ ex publica pecunia per Regem vel Rempublicam soluuntur, debeantur in principio vel in fine, pacta & consuetu-
87 do dirimunt. sed quid de iure? Quando pecunia promittitur alicui pro labore, in fine solutio fieri debet, cũ ante operas finitas non fuerit completum ex parte sua, Alex. & Cagnol. in l. diem functo de offic. Assessor. Rebuf. de senten. prouisional. articul. 3. glosa 7. numero 5.
88 Quando datur alicui pro alimentis, debetur in principio, Bart. in tractat. de alimen. DD. in d. l. diem functo, Rebuf. d. artic. 3. glo. 7. & 8. cum alijs per Surd.
89 de alimen. Sic etiã debetur in principio, quando promittitur alicui pro sumptibus fiendis vt est in eo quod datur legatis l. legatus §. 1. de legation. l. fi. C. eod.
90 lib. 10. Defendit Stephan. Gratianus decis. 201. ex num. 5. præfatis Auditoribus & iudicibus dicta salaria deberi in principio, quia salarium succedit loco victus l. 2. C. locat. Angel. in l. si non fortẽ §. libertus de condic. indeb. Surd. de alimẽ. q. 67. in fin. tit. 1. & quia regulariter debetur Doctoribus salarium non propter 91
laborem sed propter scientiam, quam munus iudicandi & officium Doctoratus principaliter respicit, Bar. in l. 1. §. diuus de var. & extraord. cognitio. Cephal. cons. 70. n. 7. ob quam scientiam & pro- 92
bitatem debentur illis multa priuilegia & prærogatiuæ, de quibus per DD. in l. 1. C. de dignit. li. 12. Nata cons. 537. Cassan. de glor. mund. consider. 12. parte 8. & conside. 24. & 41. par. 10.

EX QVÆST. XX.

SVMMARIVM.

1 *EX diuinis litteris plura loca conferuntur contra iudices recipientes munera.*

Iudices munera, xeniaque capientes lupis Arabiæ comparantur.

Donum apellatur vis maior, & tyrannus occultus.

2 *Ex humanioribus litteris plura loca cumulantur aduersus iudices munera capientes.*

Philosophus iudicandi munus recusauit dicens nolle accipere officium, in quo nõ posset magis amicis quam inimicis fauere.

Opinio quorundam, non deberi creari iudicem eum qui fuerit Aduocatus, quod donis clientum assuefactus sit, & lex Thebarum, ne quis mercator efficeretur iudex ob nimiam quæstus cupiditatem.

3 *Sermones circa vniuersalia sunt faciliores, circa particularia veriores.*

4 *Iudex qui nullum omnino donum recipit, in catalogo Sanctorum describi potest.*

5 DD. qui hanc quæſtionem de muneribus, & donis iudicum tractant, referuntur, qui tamen vt plurimũ confuſè & permiſtè loquuntur.

6 Menochij locus laudatur.

7 Iudex à ſubditis, quibus actu iudex nõ eſt, ſed tamen eſſe poteſt, non poteſt accipere magna illa dona & munera, quæ danti magno detrimento ſunt, ſed tamen eſculenta & poculenta poteſt. & cõfirmatur. cum n. 8.

8 Xenia ſunt eſculenta & poculenta.

9 Agnati & cognati ſunt à lege Iulia repetũdarũ exiepti, à quibus licet iudici magna dona accipere, non tamen ratione officij.

10 An hoc limitetur vſque ad centũ aureos, vbi de gloſæ veritate diſceptatur.

11 Iudices ab amicis maiora munera quam eſculenta & poculenta recipere poſſunt, non ex cauſa officij, ſed amicitiæ.

Si in officio recipiant ab amico, an regulariter præſumantur ex officij cauſa recipere.

12 Tradita per Doctorem Berart impugnãtur & eius rationes ſoluuntur.

13 Excuſatur iudex ſi remunerationis gratia & bona fide, non tamen ex cauſa officij, aliquid recepit, credens ſibilicere.

14 Is qui actu & re ipſa iudex eſt, nihil ab his quorum cauſas definiturus eſt, dono accipere poteſt pretioſum, hoc eſt aurum, argentum, ſuppellectilia, & alia his ſimilia.

15 An dictus iudex poſſit dono capere eſculenta & poculẽta à litigantib⁹, vtriuſque opinionis grauiſſimi ſunt DD.

16 Negatiua opinio fundatur ratione.

17 Affirmatiua fulcitur diuerſis argumẽtis.

18 Reſpondetur argumentis negatiuæ opinionis.

Intellectus ad conſtitutionẽ Iuſtiniani Imperatoris.

19 Verba licet vniuerſalia, reſtringuntur ad terminos iuris.

20 Munera à litigantibus, etiam modica accipere, periculoſum: quia non dantur cum charitate, ex Paris. de Put.

21 Et quæ inde ſequantur abſurda, ex Petr. Cened.

22 An iudex in foro conſcientiæ iuſtus ſit, dũ opinionum varietate confiſus, pro amico ſententiam fert, volens ei gratificari.

23 Samuelis laus qui ſe populo innocentem exibuit, quod manus mundas conſeruaſſet ab omni munere, quod etiam eſculentum & poculentum dicitur.

24 Reſpondetur ad tex. in c. ſtatutum §. inſuper de reſcrip. lib. 6. & numero 25. 26.

25 De iure communi iudex Eccleſiaſticus ſiue ordinarius, ſiue delegatus debet gratis ius reddere tam clericis, quã laicis litigantibus.

26 Fallit in ijs qui non habent beneficiũ aut redditus ſufficientes.

27 Supradictæ duæ opiniones affirmatiua ſcilicet & negatiua ſunt ambæ probabiles, ſed negatiua tutior.

Affirmatiua ſeruatur in Regno Neapolitano.

28 Affirmatiua facilius admittenda eſt in iudice, qui vel nullum, vel tenue ſalariũ habet.

Romæ & in toto ſtatu Eccleſiaſtico toleratur, quod officiales non habentes ex publico ſalarium, recipiant munera.

29 Eſculenta & poculenta intelligimus modici valoris & quæ paucis diebus conſumi poſſint, quod iudicis arbitrio relinquitur.

30 Verba illa, paucis diebus, an de duobus vel de tribus & quomodo intelligantur, vbi cõtrariæ recenſẽtur opiniones Patris Molina, Menochij, & Filliucij.

31 Iudex ex quibus circunſtantijs arbitraturus ſit eſculentum & poculentum tale eſſe quod recipi poſſit.

32 Eſculenta & poculenta intra paucos dies conſumi poſſe, quomodo interpretetur Menochius.

33 Eſculenta & poculenta iudex licet ſpõte & liberaliter oblata accipere poſſit, petere tamen vel exigere non poteſt.

34 Opinio Alphonſi Narbona qui cum proximè dicta modificatione ſequitur affirmatiuam.

35 Diſtin-

35 *Distinctio Patris Filliucij improbatur.*
36 *Maximi interesse Reipub. vt iudicibus & magistratibus congrua salaria ex publico assignentur, comprobatur.*
37 *Leges prohibentes iudicibus munera, male seruantur culpa Superiorum, qui insufficientia stipendia illis tribuunt.*
38 *Lex abhorret sine præmisso laborioso officijs homines præfici, nec labor debet esse sine mercede.*
39 *Alexãder Seuerus Imperator fertur solitus fuisse omnibus magistratibus magna assignare stipendia ne iustitiam venderent, neue ipsi contemnerentur.*
40 *An iure Naturali vel Diuino prohibitũ sit iudici recipere munera, & resoluitur affirmatiuè.*
41 *Intelligitur non de paruis, sed de his muneribus, quæ moraliter loquendo, peruertũt iudicium, & confirmatur.*
Interpretatur locus Isaiæ c. 33.
42 *Iudex munera prohibita accipiens, si sibi sponte & liberaliter oblata accipiat, an teneatur ad restitutionem in conscientia. & n. seqq.*
43 *Licet receptio muneris sit in iudice iure Naturali prohibita, non tamen dominij translatio eo iure impedita est.*
44 *Data inuoluntariè, veluti causa redimendi vexationem, restituenda sunt.*
45 *Munera iure Ciuili vel Canonico prohibita an in conscientia iudex teneatur restituere ante condemnationem.*
An lex Ciuilis vel Canonica impediat dictorum munerum dominij translationẽ in iudicem. & n. 47.
46 *Pœna non debetur in conscientia ante iudicis condemnationem.*
47 *Opinio Patris Leonardi Lessij impugnatur.*
48 *Datum per modũ muneris liberalis ad inclinandũ eũ qui accipit, ad bonum opus ex iustitia vel charitate debitum, an sit restituendũ, si lex positiua inhabilem nõ reddit accipientem, ad acquirendum dominium.*
49 *In Cathalonia circa munera iudicib⁹ & officialibus Regij Consilij prohibita, quæ iura habeamus constituta.*
50 *Qui iudicem donis corrumpit, pœna arbitraria punitur, & quibus pœnis.*
51 *An puniatur etiam is qui tentauit iudicem donis corrumpere.*
Qui iudicem corrumpit, litem perdit.
52 *Iudex alicuius Prouinciæ tenetur pro vxore, quam secum ducit, & pro matre, & pro familia.*
53 *Intellige si agatur ciuiliter, secus si criminaliter.*
An id obtineat in alijs officialibus.

DE MVNERIBVS, ET DONIS IVDICVM,

QVÆST. XX.

EXclamant multis & diuinæ & humanæ litteræ cõtra iudices accipiẽtes munera. Diuinę quidẽ, vt Eccleſiaſ. 20. num. 1. *munera & dona excæcant oculos iudicum.* Et Prouerb. 15. *Qui odit munera, viuet.* Et Iſai. 33. *Qui excutit manus ſuas ab omni munere, iſte in excelſis habitabit & Regem in decore ſuo videbunt oculi eius.* Et ca. 5. *Væ qui iuſtificatis impiũ pro muneribus & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo.* Et Deutero. c. 16. *munera excæcant oculos ſapientum & mutant verba iuſtorũ.* Et Michææ 3. *Principes eius in muneribus iudicabãt.* Et Pſal. 14. *Qui pecuniam ſuã non dedit ad vſuã, & munera ſuper innocẽtem non accepit, is habitabit in tabernaculo Domini.* Et Pſal. 2. *Reges eos in virga ferrea.* id eſt, quæ pecunia, muneribus, aut donis minimè flectitur. Et Iob cap. 15. *Ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt.* Et li. 1. Reg. c. 12. cum Samuel commendat ſe populo. *Si de manu cuiuſquam munus accepi.* Et c. 8. de filijs Samuelis. *Et nõ ambulauerũt, in vijs eius filij ſed declinauerunt poſt auaritiam, acceperũtque munera & peruerterunt iudicium.* Et S. Hierony. in Sophon. cap. 3. iudices munera, xeniaque capientes ac iuſtitiam vẽdentes, lupos Arabiæ appellat, qui noctis tempore comedunt & in mane nihil relinquunt. Et S. Iſidor. lib. 2. ſinonimo, ca. 16. *Cito* (inquit) *violatur auro iuſtitia.* & S. Gregor. Nazian. oratione 23. Denũ ait vim eſſe maiorem omnium, atq. tyrannũ occultum, qui omnia ſuppeditat. In humanioribus quoque litteris multa legũtur. Seneca in ſententijs, conſulit quod qui liberum velit habere mẽtis iudiciũ, non accipiat beneficium alienum, quo capiatur. Vnde fertur quidã olim Philoſophus cũ iudex conſtitueretur, iudicãdi munus recuſaſſe, quod diceret nolle ſe id officium gerere, in quo non poſſet magis amicis quam inimicis fauere. Elegãter canit Ouidius in 3. de arte amandi.

Munera, crede mihi, capiunt homineſq. Deoſq.
Placatur donis Iuppiter ipſe datis.

Euripides in Medea vulgi ſermone vſurpatum prouerbium eſſe illud oſtendit. *Muneribus vel Dij capiuntur.* Pulcrè Horatius li. 4. Ode. 4. incorruptũ iudicem laudat, ibi.

Reiecit alto dona nocentium,
Vultu.

Plato lib. 2. de legib. cenſet iudicem, qui donis & muneribus corruptus iudiciũ peruertit, morte plectendum fore. M. Tullius in Verrẽ actione 2. *Nihil* (inquit) *eſt tam ſanctum, quod non violari; nihil tã munitum, quod nõ expugnari pecunia poſſit.* Don Ioan. Couarruuias emblem. 23. lib. 2. refert opinionem illorum qui exiſtimarunt non debere creari iudicem eum qui fuerit Aduocatus & patronus cauſarum, quod donis clientum aſſuefactus, difficile conſuetudinem recipiendi munera dimittat, qua etiam ratione meminit Thebis olim dictam fuiſſe legem ne

quis

quis mercator efficeretur iudex, propter nimiam quæstus cupiditatem, quæ in homine mercatore viget, & cessante negociandi officio, semper ineſt.

3 Sed quia, vt ait Ariſtoteles relatus ab Aretino in conſ. 14. & 29. ſermones circa vniuerſalia aut generalia dicũtur faciliores & circa particularia veriores, & Franciſcus Viuius deciſ. 113. num. 11. p.

4 1. iudicem dicit qui nullum omnino donum reciperet, in catalogo Sãctorũ deſcribi poſſe: ideo deſcendamus ad ius ſpecificum ſuper iudicum prohibitione vel

5 facultate ad recipiendum munera. Innumeri certè Doctores hanc quæſtionem tractant, ſed plerunq. iudicio meo confuſè & permiſtè. Latè diſputant Ægidi. Boſſius in praxi tit. de officia. corrup. Viuius d. deciſ 113. Tiberi. Decian. in tractat. crimin. lib. 8. cap. 40. Menochi. de arbitrar. centur. 4. caſu 342. & centu. 6. caſu 517. Ioan. Matienç. in dialog. relat. 3 part. ex c. 24. Paris de Pute. de ſindicat. in verb. *An ſi tempore.* num. 2. & 3. Auguſtin. Morla in empor. iur. par. 1. titu. 2. quæſt. 10. Alphonſ. Narbona ad leges regias par. 1. lib. 1. tit. 7. leg. 31. glo. 6. Gabri. Berart digniſſimus Senator Regius huius noſtræ Prouinciæ in ſpecul. viſitation. c. 25. à num. 91. Pater Ludouic. Molina de iuſtitia & iur. diſput. 84. Pater Vincenti. Filliucius morali. quæſtion. to. 2. tractat. 31. cap. 9. num. 213. & 214. Pater Antonin. Diana morali. reſolution. par. 3. tractat. 5. miſcellaneo reſolut. 45. & infiniti

6 alij quos citati allegant. Nemo mihi viſus eſt plenius, clarius, & verius hãc materiam definire, quam Menochius in d. caſu 517. ad quem ſufficeret remiſiſſe lectorem: ſed breui intellectũ iuxta tradita per eundem Menochium præſtringam, non paucis additis ex alijs probatis auctoribus.

7 Sit igitur prima concluſio. Iudex à ſubditis, quibus actu iudex non eſt, ſed tamen eſſe poteſt, non poteſt accipere magna illa dona & munera, quæ danti magno detrimento ſunt, ſed tamen eſculenta & poculenta dono accipere poteſt. Eſt ex mente Menochij & aliorum quos citat d. caſu 517. à num. 3. vſq. ad 9. Probatur ex Vlpiani reſponſo in l. ſolẽt §. vlti ff. de offic. proconſ. & lega. ibi. *neque auarè modum xeniorum excedat.* & ibi. *ſed nec xenia producenda ſunt ad munerũ qualitatem.* & ex Modeſtini reſponſo in l. plebiſcito ff. de offic. præſid. ibi. *niſi eſculentum, poculentumve quod infra dies proximos prodigatur.* Quod xenia ſint eſculẽta 8 & poculenta confirmatur ex d. §. vlt. ibi, *ad xenia non pertinet, ſed ad ea, quæ edulia excedunt vſum.* Quod hæc ad eos qui potentia tantum iudices cauſarum ſunt, adaptentur, vel ex eo comprobatur, quia loquitur Vlpianus de Proconſule dum Prouinciam ingreditur atq. ita priuſquã adminiſtret.

Excipiuntur iudices, qui ab agnatis 9 vel cognatis, non tamen ratione officij munera accipiunt, ſunt enim agnati & cognati à lege Iulia repetundarum exceptis, à quibus licet accipere, modò non ratione officij capiatur l. 1. §. fi. & ibi glo. l. lex Iulia in fin. prin. ff. ad l. Iul. repetun. l. 1. C. eod. Tiber. Decian. tractat. crimin. lib. 8. cap. 40. num. 1. Voluit gloſa in d. §. 10 fi. limitare hoc vſq. ad centũ aureos, quod & dixit Boſſius in tit. de officialib. corrupt. num. 3. ſed iura, quæ gloſa allegat id non probant, neq. eam limitationẽ tradit Decianus loco citato.

Excipiuntur etiam iudices, qui ab 11 amicis munera recipiunt amicitiæ cauſa, non ex cauſa magiſtratus vel officij, Amode. de ſindicat. num. 169. verſ. *ſed cũ amicus.* Maſcard. de probatio. cõcluſ. 164 num. 12. Decian. d. ca. 40. num. 8. Sed intellige ſecundum eundem Decianum vt ſi in officio recipiant ab amico, præſumantur ex officij cauſa regulariter, niſi qualitas perſonarum repugnet, vt quia ſunt integerrimæ vitæ, vel ſi concurrant aliæ coniecturæ innocentiæ. Nam quod 12 dicit noſter D. Berart vbi ſupra ca. 25. n. 93. iudicem ab omnibus amicis non poſſe recipere in toto anno vltra centum aureos per tex. in l. eadem lege in fin. ff. ad l. Iul. repetun. & per glo. in verbo, *à*

ſobrinis

sobrinis in l. 1.ff. illo tit. neque per illū textū neque per eam glosam probatur. Textus licet dicat iudicum nō posse accipere vltra centum aureos, nō loquitur ab amicis sed generaliter & de iure antiquo siue de iure ciuili ante constitutionem Iustiniani, vt notat Menoc. d. cas. 517. num. 11. glosa autem nullum verbū facit de amicis sed de agnatis & cognatis & adhuc non probat vt superius diximus. Et quamuis idem Berart numero 94. subijciat hodie videri non licere iudici vllo modo ex causa amicitiæ aliquid accipere, præterquam esculenta per tex. in authentico vt iudices sine quoquo suffrag. §. scriptum. non videtur mihi iste textus præfatam sententiam Deciani excludere. Quod etiam respondeo ad Paridem de Pute. de sindicat. Verbo *An si tempore* n. 2. in fi.

13 Excusatur quoque iudex si remunerationis gratia & bona fide, non tamen ex causa officij aliquid recepit credens sibi licere, vt respondit Bald. cōs. 297. n. 1. in 5. & tradit Decian. qui supra d. cap. 40. n. 2.

14 Sit Secunda conclusio. Is qui actu & re ipsa iudex est, nihil ab ijs quorū causas definiturus est, dono accipere potest pretiosum, hoc est aurū, argentum, suppellectilia & reliqua his similia. Probatur ex Iustiniani constitutione in §. penul. in auth. vt iudices sine quoquo suffragio sint. & in §. oportet in auth. de mandatis Principum. Probatur etiam ex c. statutum de rescrip. in 6. Et est certissima hæc sententia, quā firmat Menoc. d. casu 517. n. 12.

15 Difficultas ea est an prædictus iudex possit dono capere esculenta & poculēta à litigantibus. Multi tenuerūt negatiuā. affirmatiuam asseruerūt nulli. Vnius & alterius opinionis plures Doctores eosq. grauissimos refert Menochius d. casu 517 num. 13. & 18 atque post eum Narbona ad leges regias par. 1. lib. 1. tit. 7. lege 31.

16 glo. 6. num. 53. & 54. Negatiua fundatur in constitutione Iustiniani, quæ cū statuat hos iudices nihil capere posse præter salarium, illa dictione, *nihil*, negatiua vniuersali excludere videtur etiā esculenta & poculenta, cum vniuersalis negatiua omnino totum excludat l. hoc genus vbi glo. ff. de condit. & demon. Affirmatiua nititur, quia Iustinianus expresse non prohibuit capi esculenta & poculēta, quæ tamen ante Iustiniani constitutionem erant his iudicibus permissa ex l. plebiscito ff. de offic. præsid. est autem vitanda legum correctio l. sancimus C. de testam. c. cum expediat de electio. li. 6. & lex posterior declaratur ab anteriori l. non est nouum l. sed & posterioris ff. de legib. Præterea iure Canonico in cap. statutum §. insuper de rescrip. in 6. expresse sancitum est posse hos iudices esculenta & poculēta dono accipere ab is quorum causas iudicant vt patet illis verbis. *Nisi forsan esculentum vel poculentum mera liberalitate oblatum, quod paucis consumi possit diebus.* Demum cessant hic duæ rationes, quibus Iustiniani cōstitutio roboratur, nempè ne contingat litigantes facultatibus spoliari, & ne corrupti iudices iniustè iudicent. nam nec propter hæc edulia spoliantur litigantes, neq. ob tam modica oritur corruptionis suspitio cum ob modicam rē cesset præsumptio doli l. si oleum §. vlti. ff. de dolo.

Ad argumentum autem contrarium respondetur ex Iustiniani constitutione nihil dono capi posse, quod scilicet iudicis animum peruertere valeat, quam vim non habent modica esculenta & poculēta, & hanc interpretationem approbare videtur textus optimus ex Lateranensi Cōcilio in c. et si quæstiones tuę de simoni. Nec refragari videtur dictio illa, *nihil*, vniuersalis negatiua, quia verba & si vniuersalia restringi tamen debent ad terminos iuris siue (vt dicitur) ad terminos habiles l. vt gradatim §. 1. & ibi glo. & . D ff. de muner. & honor.

Hic ego nihilominus oculos cōijcio ad Parid. de Puteo de sindic. in verbo, *Consiliarij*. nu. 1. vbi ait periculosum esse munera à litigātibus accipere, licet modica sint, quia non dantur cum charitate

sed

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sed per corruptionem, nam qui dat iudici (inquit) vnam gallinam, dat cum inten-
21 tione vt extorqueat ab eo bouem. Animaduerto etiam quod ad dictum locum Paridis de Puteo subiũgit Petrus Cenedo in collectan. 134. ad Decretal. n. 1. quod si iudex contra dãtem protulerit sententiam, incurritur infamia, quia passim ab eodem de furto notabitur: si autẽ pro eo sententia feratur, scrupulus aliquando manet in corde iudicis, & pars iactabunda sœpius dicere solet, *feci quod volui. Is etiam* (inquit) *qui iudici munera dat, frequenter quærit amicitiam iudicis, vt saltem quando lis est dubia, & in varietate*
22 *te opinionum, ferat pro eo sententiam: & tamen* (subdit) *in foro conscientiæ opinor iudicẽ hunc non esse tutum, dum opinionum varietate confisus pro amico (volens ei gratificari) sententiam fert.* Quod ex Nauarro, Ioan. Segura, Menochio, Matienço, & Hicro-
23 ny. Portoles cõfirmat. Inde Samuel Laudatur, qui (vt refert Ioseph. li. 6. antiquit. cap. 5.) cum se definiendis litibus ætatis mole oppressum agnosceret, Saulemque Regem constituisset, velletque se ipsum populo innocentem exhibere, ab omni sci licet munere, quod etiam esculentũ & poculentum dicitur, manus mundas ac puras conseruasse, hæc protulit verba. *Arguite me, si cuius aliquid accepi aut vitulum, aut ouem, aut cibum.* Quod sensit & M. Tullius pro Murena, dum dixit. *Escarijs muneribus non oportet iudicia hominũ*
24 *corrumpere.* Neque verò me valde mouet textus in d. cap. statutum §. insuper de rescrip. lib. 6. nam loquitur in iudice Ecclesiastico delegato Sedis Apostilicæ.
25 De iure autem communi iudex Ecclesiasticus siue ordinarius siue delegatus debet gratis ius reddere in foro Ecclesiastico tam clericis, quam laicis litigantibus & non potest petere salarium, vt notant DD. in cap. cum ab omni de vita & honest. cleric. latè post alios plures Stephan. Gratian. discep. forens. to. 3. c. 561. à num. 1. Ioan. Faber in §. triplici Instit. de action. num. 3. quod maximè procedit in iudicib⁹ in vnaquaq. diœcesi ad causas Apostolicas deputatis, de quibus loquitur tex. in d. §. insuper. notãt omnes DD. in d. §. insuper. & Ioan. Segura Dabal. in directorio iudicum Eccles. fori 1. par. ca. 14. num. 45. quamquam enim doctrina 26
ista quod iudices Ecclesiastici ordinarij seu delegati debent gratis ius reddere litigantibus, non obtinet in illis iudicibus Ecclesiasticis, qui non habent beneficium aut redditus sufficientes, vt declarant DD. in d. c. cũ ab omni & Gratian. d. ca. 561. num. 8. tamen præfati iudices Apostolici esse non possunt, nisi constituti in dignitate vel Canonici Ecclesiæ Cathedralis in d. cap. statutum §. sancimus.
Denique existimo ex præcitatis opinio- 27
nibus affirmatiua & negatiua, quas ex Menochio d. casu 517. n. 13. & 18. retuli, vtramq. esse probabilem, sed negatiuam tutiorem. Affirmatiuam seruari in suo Regno Neapolitano testatur Viui. dec. 113. n. 12. præsertim si esculenta & poculẽta in toto anno summã centũ aureorũ non excedant.

Sit tertia conclusio. Opinio affirmati- 28
ua, quod iudex à litigantibus recipere possit esculenta & poculenta, longè facilius admittenda est in iudice, qui vel nullum vel tenue habet salarium d. c. statutũ §. insuper & ibi glo. & DD. de rescrip. lib. 6. Menochi. d. casu 517. num. 21. Ioan. Matienç. in dialog. relat. par. 3. cap. 32. num. 6. & 8. Vincen. Filliuc. moral. quæst. tom. 2. tractat. 31. ca. 9. num. 214. Refert Viui. d. decis. 113. nu. 14. ex Iosepho Ludouico tam Romæ, quam in toto statu Ecclesiæ tolerari, quod officiales non habentes ex publico salarium, recipiant munera.

Sit quarta conclusio. Esculenta & po- 29
culenta de quibus hactenus loquuti sumus, intelligimus modici valoris & quæ paucis diebus consumi possint, vt habetur in d. l. plebiscito & in d. §. insuper. quod totum prudentis viri arbitrio siue iudicis relinquendum est, glo. in d. §. insuper. Bossi. in tractat. causa crimin. in tit. de officialib. corrup. num. 3. in fi. Menoc. de arbitrar. casu 342. n. 38. Idem Menoc.

d. casu

UAB Biblioteca de Ciències Socials

d.casu 517.n.22.qui non modico rigore carere sit, quod Pater Molina de iust.& iur.disput. 84. sentit illa verba, *paucis diebus*, posse intellig. de duobus. Filliuc. moral.quæst.tom 2.tractat.31. cap.9.nu. 213.vbi censet tres dies esse posse, modò non sit semper idem qui frequenter offerat.

31 Vir autem prudens siue iudex arbitrabitur esculentum & poculētum officiali donatum eiusmodi esse vt ipse ea ex causa flecti & corrumpi non possit, ad quod considerabit tria illa, quæ commemorantur in d.c. & si quæstiones tuæ de simon. scilicet qualitatem dantis & accipientis, veluti an diues pauperi vel è conuerso donet, quātitatem id est æstimationem muneris seu donationis, & tempus donationis vt an instante necessitate vel alio tempore conferatur.

32 Rursus quod esculenta & poculenta intra paucos dies consumi possint, interpretatur Menochius loco citato numero 23.quod apta sint consumi, vnde docet quod aduersus legem non faceret iudex qui vna die à diuersis dono acciperet paria decem perdicum.

33 Sit quinta conclusio. Esculenta & poculenta, quorum hactenus meminimus, intelligimus de liberaliter oblatis, vt notant omnes in d.§. insuper. quocirca non posset iudex illa quoquo modo directe vel indirecte, tacite vel expresse petere aut exigere, vt declarat glo. verbo *liberalitate*. in d.§. insuper & expresse docet Filliuci.d.ca.9.n.213. & cū hac

34 modificatione Narbona in d.glo.6.num. 56.cum quæstionem latè pro vtraq.parte disceptasset, tandem sequitur affirmatiuam licere iudici à litigantibus accipere esculenta & poculenta.

35 Ex traditis ad secundam conclusionē infertur Patrē Filliuciū d.c.9.n.214.verba in hac materia facientem de iudice Ecclesiastico, non bene constituisse differentiam inter ordinarium & delegatū; dum voluit delegatum posse dono recipere esculenta & poculenta, quia salario caret: ordinarium autem accipere non posse, quia habet salarium. Nam si ius commune spectes, vt circa d. 2.conclusionem probauimus, iudex Ecclesiasticus tam ordinarius, quam delegatus sine salario iudicare debet, quidquid cōtra hoc possit consuetudo, de qua Gratian dis forens.c.561.n.4. & sequentib.

Insuper ex superioribus cōclusionib⁹ infertur quāti interest bono Reipublicæ vt magistratib⁹ & iudicib⁹ cōgrua & cōpetētia ex publico assignētur salaria, ne munera & dona sub.ectorū atq.etiā partiū litigantiū captēt, neue vilescāt in opprobrium officiorum suorū, sed habētes vnde se & familiā suā alant, & dignitatē suā conseruent, honorentur & formidētur propter iustitiæ cultū. Quare Ludouicus Gomez super reg. Cancel. in reg. vtriusq.signat.cōpen.quæst. 16.& Frācisc. Viuius dec.113.nu.12. & 13. dicunt leges prohibentes iudicib⁹ munera, male seruari culpa Superiorum, qui insufficientia stipēdia illis tribuūt. Nā lex abhorret sine pręmio laboriosis officijs homines præfici c.cū non deceat de electio.l.b.6. nec labor debet esse sine mercede c. charitatem 12.q.2.§. ne autē auth. de iudic. colla.6.& secundū Apostolū ad Corint. 1.c.3.vnusquisq. propriā mercedē accipiet secundum suū laborē. & vt ait Cicero li.1.de oratore, iustus ac honestus labor honoribus, præmijs, splendore decoratur. Eleganter Martialis li.1. ad Lucium Iulium.

In steriles campos nolunt iuga ferre iuuenci,
Pingue solū lassat: sed iuuat ipse labor.

Refert Lāpridius in vita Alexandri Seueri & ex Lāpridio don Ioannes Couarruuias lib.2.emblem.23.& Pater Ioānes de S.Maria in Polit.Christi. cap.10. hunc Imperatorem, cuius imperiū in litteris, quibus ad humanitatem informamur, tantopere commendatur, solitum sēper fuisse omnibus magistratib⁹ magna assignare stipēdia, ne iustitiā vēderēt, neue ipsi contemnerentur.

Quero an iure Naturali & Diuino prohibitum sit iudici recipere munera.

Respon-

Respondeo affirmatiuè. Et probatur ex supracitatis sacrarum litterarum locis & docent Menochi.de arbitrar.iud. centur. 6. in d. casu 517. num. 9. Augustin. Morla in empor. iur. par. 1. tit. 2. in d. quæst. 10. num. 5. Gabriel in 4. dist. 15. q. 6. conclus. 4. & Ioan. Monac. in extrauagant. 1. inter communes, de sentē. excom. Non tamen intelligitur de paruis muneribus, sed ijs quæ moraliter loquendo, peruertunt iudicium, vt declarat Morla vbi supra num. 9. & conuincitur ex cap. & si quæstiones tuæ de simon. vbi sic Lateranense Concilium interpretatur locum Isaiæ ca. 33. ait enim ibi Concilium. *Quod autem scriptum est, Beatus vir qui excutit manus suas ab omni munere, de illis donis dictum est, quæ accipientis animum allicere vel peruertere solent.* Probatur etiam ex d. c. statutum §. insuper de referip. in 6. vbi lex Canonica permittit iudici esculenta & poculenta mæra liberalitate oblata, quæ paucis possunt diebus consumi: cum peccato autem non permitteret, argumento tex. in cap. fin. de præscrip. & in cap. fin. de consuet. nec potens est mutare ius Diuinum vel Naturale §. sed naturalia Inst. de iur. natur. gent. & ciuil.

Quæro item si iudex munera iure Naturali & Diuino seu iure humano & cōmuniūprohibita, sibi spōte & liberaliter oblata recipiat, an teneatur in conscientia ad restitutionē. Quo ad munera iure Naturali & Diuino prohibita, respōdet negatiuè August. Morla in d. q. 10. num. 6. & eiusdē opinionis citat Paludanum in 4. distinc. 15. q. 3. art. 5. conclus. 4. & subdit communiter ita tenere Theologos. Negatiuè etiam respondet Viuius decisione 113. lib. 1. num. 10. asserens ita firmare Laurentium Petr. de Colonia in epito. Sacramentorum, in tit. à iudicibus secularibus, post prin. versiculo *Si etiam oblata sponte recipit.* Rationem reddit Morla, quia licet talis receptio sit iure Naturæ prohibita, non tamen est eo iure impedita dominij translatio. *Cum igitur ex voluntate domini liberaliter donantis* (inquit) *iudex fiat dominus illius muneris, non tenetur restituere.* Vim omnem constituit Morla quod illud datū sit voluntarium: sed sæpè non est voluntarium. Vnde benè dicit Filliuc. moral. quæsti. tom. 2. tractat. 31. cap. 9. num. 217. cuius verba sunt. *si munera aliqua gratis data contra leges, collata sunt solum ad redimendum vexationem, tenētur qui ea acceperunt, restituere. ratio est quia tūc signū est data esse inuoluntaria, ideoque via donationis non est trāslatū dominū, cōsequēter tenebuntur restituere Mol. disput.* 88. Ita hactenus Filliucius.

Quo ad munera iure positiuo Communi siue Ciuili siue Canonico prohibita, multis defendit & tenet Morla in d. q. 10. n. 7. non teneri iudicem in conscientia restituere ante condemnationem: probat enim nullam esse legem Ciuilem vel Canonicam, quæ impediat dominij istorum munerum translationem in iudicem, si sponte & liberaliter donentur; & quamuis ex dictis legibus Ciuilibus & Canonicis teneatur iudex ad restitutionem, hoc tamen intelligendum esse docet post iudicis condemnationem, quoniam iuxta probabiliorem & communiorem sententiam, pœna non debetur in conscientia, ante iudicis condēnationē, pro vt ipse etiā resoluit in tit. de legib. q. 9. Citat & alios Morla suæ opinionis auctores nēpe Iosephū Angles q. de donatio. difficult. 7. Paluda. in 4. dist. 15. q. 3. art. 5. conclus. 4. Didacum Perez libr. 2. ordinament. titulo 9. l. 2. & Patrem Ioannem de la Peña. Respondet quoque magnæ copiæ Doctorum asserentium in casu prædicto iudicem ad restitutionē teneri; dicit enim ipsos nō exprimere, quod teneatur iudex ante cō dēnationē, & sic nō aduersari suæ sētētiæ.

Ex his inferas non benè sensisse Patrem Lesium de iust. & iur. lib. 2. cap. 14. dubit. 9. numero 72. vbi ait videri, quod lex positiua expresse inhabiles reddit iudices ad acquirendum dominium munerum sibi liberaliter datorū per tex. in l. plebiscito ff. de offic. præ-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

sid.& l. solent §. fin. ff. de offic. proconsul. Nullum enim verbum in istis legibus legitur, quod hoc suadere videatur.

48 Inferas autem eundem Lesium loco citato optimè notasse & cum antedicto Morla concordasse, vbi sic docet. *Aduertendum est quando constat vel prudenter præsumitur aliquid datum per modum muneris liberalis ad inclinandum eum, qui accepit, ad bonum opus ex iustitia vel charitate debitum vel ad eum à malo auertendū, non esse restituendum, nisi lex positiua in aliquo casu expresse inhabilem reddat ad dominium eius rei capessendum.*

49 In Cathalonia circa munera iudicibus & officialibus Regij Concilij prohibita, non solum habemus pragmaticam quam refert noster Regius Senator Berar. in specul. Visitat. d. cap. 25. n. 98. scilicet Ferdinandi secundi datam Barcinone 27. Septembris 1479. cap. 62. quod est vnicum sub titulo *de cosas prohibidas als officials* in 2. vol. constitutionum, sed etiam constitutionem eiusdem Ferdinandi 2. in curijs anni 1493. cap. 8. quę est constitutio 3. titulo *dels salaris reben officials Reals* in 1. vol. constit. & hęc loquitur etiam de Generali Gubernatore Cathaloniæ seu illius vices gerente & assessore eiusdem.

50 Non solum punitur corruptus iudex vt supra dixi in quæst. 19. de salari. & expens. iudic. verum etiam is qui iudicē donis corrūpit, pœna arbitraria plecti debet, vt in specie tradit Grāmat. cons. 55. numero 13. Boher. decis. 153. num. 3. & 9. latè Menochi. de arbitr. casu 343. num. 2. cum seq. vbi aliquas pœnas, quas pati debet is qui iudicem corrumpit, enumerat, de quibus etiam agit Couar. in reg. peccatum 2. par. §. 3. num. 1. &

51 Iul. Clar. §. fin. q. 73. num. 6. Neque sī pūniri debet qui perfecit, sed etiam qui tentauit iudicem corrumpere vt tenet Bald. in auth. nouo iure q. 1. C. de pœn. iud. qui mal. iudic. & Castren. in l. 1. n. 1. & 2. C. illo tit. Foller. in pract. in fragmē. n. 181. Menoc. d. casu 343. n. 16. Couar. d. §. 3. num. 1. & alios refert Portoles ad Molin. §. iud ex n. 36. & qui iudicē corrumpit, litem perdit l. 1. §. sed ff. de calūniat.

Paris de Pute. de syndicat. quem refert. Auiles in c. 1. prætor. in glo. *mugeres* n. 4. dicit quod iudex alicuius Prouinciæ non solum tenetur pro vxore quam secum duxit, sed etiam si duxerit matrē, quæ promisit victoriam causę vel remissionem & veniam delictorum pro pecunia vel pro serico aut lino sibi donato, quia tenebitur iudex licet mater non videatur esse de familia filij vt in l. qui adoptio. vers. *Ita* ff. de adoptioni. & Amædeus Iustinus de syndicat. relatus ab eodem Auiles num. 2. 3. & 4. post Bald. in l. obseruare §. proficisci ff. de offic. proconsul. & lega. tenet quod teneatur pro vxore & familia etiam si non sint præpositi alicui officio, si prætextu officij domini delinquāt. quod intelligit si agatur ciuiliter, secus si criminaliter secundum glo. & DD. in d. §. proficisci. atque subdit non habere locum in alijs officialibus non habentibus iurisdictionem, quia licet vxores eorum delinquant in officio, non tenentur pro eis per l. 1. §. familiæ ff. de pub lica. & alia ad propositum adducit Auiles in d. glo. *mugeres* ex n. 1. De his vide latè Stephan. Gratiā. discep. forens. tom. 4. cap. 625. à n. 15.

EX QVÆST. XXI.

SVMMARIVM.

1 *EX Iurisprudentiæ, atque diuinarum & humanarū litterarum professoribus vari a loca congeruntur contra vēdētes officia publica.*

2 *S. Ludouicus Rex Francorum officia in Regno mercari vetuit.*

3 *Alexander Seuerus Imperator nullum publicum officium vendi permisit.*

4 *Traianus Imperator in venditores publicorum officiorum acerrimè animaduertit.*

5 *Alij*

5 *Alij Imperatores & Reges qui officiorum venditiones seuerissimè extirparunt.*

6 *Theodosij & Iustiniani Imperatorũ constitutiones qui idem sanctissimè prohibuerunt.*

Iustinianus Theodoræ coniugis consilium sequutus.

7 *Inferiores à Principe publica officia secularia vendere nequeunt.*

Inferiores à Principe non sunt domini huiusmodi officiorum, sed mœri dispensatores.

8 *Qui mecum eũdem desiderãs honorem, dat mihi pecuniam vt desistã, & eum nõ impediam, punitur.*

Qui data pecunia officium tutelæ acquirit, puniendus est.

Arguitur contra doctores qui data pecunia sibi quærunt scholares.

9 *Pœnæ quibus venditores & emptores officiorum de iure plectuntur.*

10 *Officiales in initio officij iurare tenentur, quod nihil dederũt vel promiserũt pro suis officijs.*

11 *Prohibita vendi sunt non solũ officia iurisdictionem habentia, sed & alia officia publica.*

12 *Opinio don Acacij de Ripoll improbatur.*

1 *An permissa sit officiorum publicorũ vẽditio, si palam fiat.*

14 *Princeps & Respublica libera Superiorẽ non agnoscẽs, re ipsa per se sumpta, & iure Naturali & (vt aiunt) speculatiuè loquendo, publica officia secularia vendere non prohibentur.*

Princeps dominus est publicorum officiorũ & illa in bonis eius numerantur.

Publica officia fructuosa sunt, atque pecunia æstimabilia.

Quid de spiritualibus & sacris officijs.

15 *Adriani, Medinæ, & aliorum opiniones contra communem.*

16 *Iurisdictiones an vendi possint & quid de spiritualibus.*

17 *Barones, Comites, Marchiones, & Duces possunt vendere suos titulos & status.*

18 *Principes in suis curijs sæpè officia publica vendunt & quare.*

Principes sunt domini iuris positini, & facile illud abrogant.

Papa an temporalia officia vendere possit sine peccato.

19 *Publicorũ officiorũ venditio periculosa est & è Republica penitus extirpanda propter plurima malè quæ inde euenunt, & quæ sint ista mala.*

20 *Doctrina doctorum Soto & Bouadilla vbi simpliciter concludunt illicitũ esse vẽdere officia publica propter prædicta mala.*

21 *Doctrina Doctorũ Lessij & Diana qui resoluunt plerũque illud esse illicitum & pernicioſum.*

22 *Doctrina Sancti Thomæ & Fillincij, nõ expedire neque decere officiorum venditionẽ.*

23 *Doctrina Innocẽtij, Panormitani, & aliorum turpe lucrum esse asserentium.*

24 *Doctrina Thomæ Mieres non esse simoniacum, sed tamen turpem quæstum.*

25 *Multo magis periculosa & extirpanda est venditio officiorum Iudicum & Assessorum habentium iurisdictionem, propter maiora mala quæ inde nascuntur & maior in his versatur turpitudo.*

26 *Princeps potest publicorum officiorũ secularium venditionem licite facere cum aliquibus circunstantijs seu conditionibus per DD. in hac materia traditis.*

27 *Potest fieri per Principem dicta venditio si moderato pretio, & idoneis personis & taxatis stipendijs pro laboribus ad officium spectantibus fiat.*

28 *Item si id censeatur necessariũ vel vtile bono publico.*

29 *Sententia & modificatio Nauarri.*

30 *Cum Reges aliter Regni necessitatib⁹ & belli continuis sumptibus succurrere non possint, nedum possint vendere officia iurisdictionem habentia, sed etiã licere & expedire dicitur.*

31 *An Princeps ad remuneranda aliquorum obsequia possit illis gratis officia publica secularia conferre cum facultate vendẽdi alijs.*

32 *Tribuitur hæc facultas tacitè & expressè.*

Quãdo tacite cẽſeatur hæc tributa facultas.

33 An ſi Princeps dicta officia ſimpliciter cõferat tum facultate transferendi in alios, poſsit officiarius illa vendere.

An d. officialis ſi vendat, teneatur ad reſtitutionem pretij.

An peccet mortaliter vendens officiũ ſine expreſſa vel tacita Principis licentia ſciẽtis talem venditionem.

34 Emptor dd. officiorum an poſsit illa vendere alijs, vel locare, & an poſsit aliquos aſſumere qui fungantur officijs, dato illis pretio ſui laboris, ita vt reſiduum ipſe ſumat.

35 In materia ambitus & pecuniarũ quæ pro officijs recipiuntur vel dantur, quæ extent in Cathalonia conſtitutiones & ipſarum declarationes remiſsiuè. & nu. 37.

36 An dd. conſtitutiones loqui cenſeantur tantũ de officijs habentibus iuriſdictionẽ.

An cõprehendant omnia officia tã Regia, quam Baronum & alia.

37 Capitula curiarum ſuper his diſponentia pro Domo Deputationis Generalis huius Regni.

In Cathalonia an poſsint officia per dominũ Regem vendi.

38 Iudex qui officium emit, præſumitur grauare Rempub. & omnia mala agere.

Emens officiũ præſumitur feciſſe animo vẽdi iuſtitiam.

39 Hæc præſumptio non ita viget cũ ex generali Principis decreto, taxatis pretijs, ijſque moderatis omnia palã per Principẽ venduntur officia.

40 Officia publica interdum petentib⁹ eo ipſo quod petant, deneganda ſunt.

Locus regiminis deſiderantibus negandus, fugientibus offerendus eſt. quod plurib⁹ ſacrarum litterarum locis exornatur & cõfirmatur.

41 Quædã ſunt quæ tametſi honeſtè accipiãtur, in honeſtè tamen petuntur.

Qui ſe ingerit, ſuſpectus eſt.

Iudex petitus dari non debet.

42 An liceat petere vel appetere officia & munera publica ſecularia, maximè iudicũ & magiſtratuum. & n. ſeqq.

43 Appetitus honoris & opinionis populi eſt vitioſus affectus, ſecundũ SS. Auguſtinum & Thomam.

Moueri hominẽ ad virtutis opera amore laudis, non eſt virtutis exercitium.

44 Appetitus honoris eſt peccatũ, ſiſte ſupra vires, vel non referatur ad Deũ, vel ad vtilitatem, ſed propter ſe appetatur.

45 Poteſt homo laudabiliter, mortis quoque tempore appetere honorem ſtatui ſuo competentem.

46 Tribus conditionibus poteſt quis honorem ſine peccato deſiderare, quæ ſint eſt conditiones.

47 Licet appetere ac petere ſalutationes, ſi quis non ſalutat. & quare.

48 Interpretatur S. Matthæi locus c. 23. dũ Dominus arguit Phariſeos appetentes ſalutationes.

49 Iudex debet ex ingenio ſtatũ ſuæ dignitatis augere.

Regendi frangitur auctoritas, dũ nimiũ ſeruatur humilitas.

50 Non licet homini officia publica ſecularia petere ſiue appetere propter ſe ipſa ad extollendum ſe vel ſiſit ſupra propriam facultatem: licet tamen homini, ſi ad ea ſit idoneus, illa petere ſiue appetere ad aliquem bonũ finẽ, nempe ſuſtentationi ſuæ vel vtilitatem aliorum.

51 In Cathalonia officia Vicariorũ & Baiulorũ, & alia quæ iudicio tabulæ ſubiecta ſunt, prohibentur conferri petentibus.

52 Quãuis ſit prohibitũ petere officia pretio vel prece, licet tamẽ illa proſequi per viã iuſtitiæ, quando quis fuit electus.

53 An liceat Dignitates Eccleſiaſticas petere vel appetere.

54 Poteſt quis rogare pro ſe ipſo vt detur ſibi ſimplex beneficium: ſecus in maioribus beneficijs.

55 Vtrũ liceat Epiſcopatum appetere.

Interpretatur locus ille Apoſtoli, quod quĩ Epiſcopatũ deſiderat, bonũ opus deſiderat.

56 Epiſcopatus abſq. peccato, etiã veniali appeti poteſt ab eo qui dignus eſt, dũ Principaliter appetatur, vt proſit, licet minus principaliter appeteretur ob honorem & fructus eius.

57 Conciliantur loca Hiere. 1. & Eſaiæ 6.

IV DI-

IVDICVM, ET ASSESSORVM ATQ. ALIA PVBLICA OFFICIA SECularia an vendi posſint, & an peti, vel appeti valeant.

QVÆST. XXI.

VRiſprudentiæ atque diuinarum & humanarũ litterarum profeſſores paſſim publicorum officiorum venditiones vehe
menter execrantur. M. Tullius li. 2. offic. quem refert Baldus in l. Barbarius ff. de offic. Prætor. *Male ſe* (inquit) *res habet cum quod virtute fieri debet, tentatur pecunia.* Concinit Valerius Max. lib. 4. tit. de paupertã. *Cum animi virorum & fœminarum* (ait) *vigebant in Ciuitate, & patriæ rem vnuſquiſq. augere procurabat, nihil eorum quæ virtuti debentur, emere pecunia licebat.* Ariſtoteles lib. 2. Polit. c. 9. quem citat Petrus Ferdinan. Nauarrete in politic. diſcurſu 48. aſſerit qui magiſtratus emerint, hos quæſtibus aſſueſcere probabile eſſe. S. Thomas in opuſculo 21. quem in hac materia frequentiſſimè omnes allegant & allegauit nouiſſimè Pater Ioan. Marquez de chriſtian. gubernat. lib. 1. cap. 20. ad fin. dicit quod cum officium venale diſponitur, nihil niſi ad recuperandum & reburſandum pretium attenditur, ideoq. conſuluit Duciſſæ Brabantiæ ne ſeculares magiſtratus & officia publica venderet. & hoc tanquam ſalutare conſilium Duciſſa obſeruauit, vt notat Guillelmus Benedic. in c. Raynuntius verb. *duas habens filias* num. 54. Rom. Pontifex in ca. quibuſdam 1. q. 1. quem ad hoc propoſitum affert Alphonſus Narbona ad leg. regi. lib. 1. tit. 7. lege 31. gloſ. 16. num. 15. ſubdit quod eo ipſo quod quis ad honorem pecunia perducitur, iam in ipſa prouectus ſui radice vitiatus, paratior eſt alijs vendere, quod ipſe emit. Vnde Saluſtius in Iugurthino, profert quod qui huiuſmodi officia emunt, communiter vendunt in minuto, quod emerunt in globo. Elegãtia ſunt verba S. Gregorij in epiſtol. 110. lib. 7. de venditionibus iſtis loquentis. *Quid per hoc aliud agitur, niſi vt nulla de actu probatio, nulla ſolicitudo de moribus, nulla ſit de vita diſcuſſio, ſed ille ſolummodo dignus, qui pretium ſuffecerit, æſtimetur.* Paris de Puteo de ſyndic. verb. *officium* numero 1. miſeram hanc Reipublicę conditionem deplorat cum publica venduntur iuſtitiæ officia ibi. *Non iuſtitia Dei quæritur, ſed magis pecuniæ veneratur, & nobiliſſima officia, ſordes reputantur, poſtquam iuxta libitum pretio comparantur: quid ergo faciunt leges, vbi ſola pecunia regnat?* Sanctus Ludouicus Francorum Rex vt tradit Gagui. lib. 7. & poſt Gagui. Benedictus vbi ſupra num. 56. inter cæteras leges ſummè laudabiles officia in regno mercari vetuit. Alexander Seuerus Imperator vt refert Lãpridius in eius vita, & poſt Lamprid. Pater Ioan. à S. Maria in polit. cap. 10. & Alphonſ. Couarruui. emblem. 23. lib. 1. omnibus magiſtratibus & officialibus pinguia ſalaria conſtituebat, ne vllo modo vilefcerent,

& nullum publicum officium vendi permisit, d.cẽs necessariũ esse vt qui emũt, & etiam vendant in subditorũ vexationem. Traianus Imperator, vt commemorat Plinius in panegyr. in venditores publicorum officiorum acerrimè animaduertit, solitus enim dicere erat, eum qui arborem emit, gratis non daturum fructus ipsius. Complures Imperatores & Reges, qui huiusmodi officiorum venditiones seueriſſimè extirparunt, adducunt Benedic. in d. verb. *duas habens filias* n. 56. Bouadil. in polit. to. 1. li. 1. c. 14. n. 16. Habemus & nos Theodosij cẽstitutionem in l. fin. C. ad l. Iul. repetun. & Iustiniani in auth. vt iudic. sine quoq. s. ffra. qui idem sanctissimè prohibuerũt, in quo Iustinianus christianissimus Imperator Theodoræ coniugis consilium sequutus est.

Intellectum huius materiæ secundum veriores & communiores DD. sententias quibusdam iactis conclusionibus definiamus. Prima conclusio. Inferiores à Principe publica officia secularia vendere nequeunt, quia isti non sunt domini huiusmodi officiorum, sed mæri dispensatores eorum & dicerentur suffragia sua vendere in bonum suum priuatum. ita Pater Domin. Soto de iustit. & iur. lib. 3. quæst. 6. artic 4. in vers. *Hoc autem est hic apprimè considerandum.* & in vers. *Subiecerim præterea quartam.* & antea in vers. *Hinc fit quod magnates & domini qui sub ditione regia sunt.* & in vers. *Sed est differentia inter Regem & illos.* ita quoque Pater Leonard. Lesius de iust. & iur. li. 2. c. 32. dubitat. 4. n. 29. Probatur etiam in d. l. fin. C. ad l. Iul. repetun. & in d. auth. vt iudices sine quoq. suffrag. l. vni. ff. ad l. Iul. de ambit. l. 2. C. de murilegul. li. 11. c. 1. iunc. glo. in verb. *consuetudinis* de magistr. in can. lege Iulia & c. fi. 1. q. 1. in quibus iuribus publicorum officiorum venditiones prohibentur. facit tex. in l. quisquis iunc. glo. in verb. *collectarius* C. si certum petat. vbi qui mecum eundem desiderans honorem, dat mihi pecuniã vt desistam & eum nõ impediã, punitur. facit quoq. tex. in §. sed si quis presens versic. *Sicut.* Instit. de s. spect. tutor. & in l. 1. versic. *Solent* ff. de offic. præfec. vrb. vbi qui data pecunia tutelæ officiũ acquirit, puniendus est, & vtrobiq. glosa arguit contra Doctores qui data pecunia sibi quærunt scholares. Probant etiam Guillel. Benedic. in c. Raynuntius verb. *duas habens filias* n. 52. & n. 57. Iul. Clar. recep. senten. §. simonia n. 4. Ioseph. Maseard. de probation. vol. 3. conclus. 1132. à n. 39. Paris de Pute. de syndicat. in verb. *Et primo videndum* ex n. 1. Berar. in specul. visit. c. 16. ex n. 1. quibus in locis traduntur & pœnæ quibus venditores & emptores officiorum vel aliquid pro ipsis dantes vel accipientes de iure plectuntur. Imò officiales in principio officij iurare tenentur, quod non dederũt neq. dabunt nec promiserunt aut promittent aliquid pro ipsis officijs d. l. fin. C. ad l. Iul. repetun. Franc. Mar. dec. 749. num. 3. Iul. Cl. r. vbi supra, qui testatur semper vidisse hoc iuramentum præstari.

Intellige conclusionem non solum de officijs iurisdictionem habentibus, sed etiam de alijs officijs publicis, quia ratio naturalis superius cum Soto & Lesio citatis expensa in vtrisque procedit & militat & de omnibus illi loquuntur, neq. eã distinctionem præallegati DD. constituunt, & textus in dd. l vnic. de ambit. l. 2. de murileg. c. 1. de magistr. & can. fin. atq. in d. §. Sed si quis presens & in d. l. 1. §. Solent. agunt de officijs nõ habentibus iurisdictionem. Quare non existimo veram opinionẽ consultissimi don Acasij de Ripoll Regij Consiliarij & collegæ mei amantissimi, qui in suis varijs resolut. c. 11. n. 115. cum resoluisset non esse licitum vendere officia, subdit se censere hoc obtinere in officijs iurisdictionalibus, non in alijs, pro quo tamen nihil allegat.

Neque conclusioni aduersari videtur Syluester in sum. verb. *Restitutio.* 3. numero 5. quæst. 5. versiculo *Quartum.* vbi probat officiorum venditionem licitam

licitam esse si palam fiat, secus si occultè: nam Iul. Clarus in dict. §. simonia nu. 4. hoc intelligit & declarat cum venditio fit à Principe, secus ab alijs & hoc quoq. sētire vidētur Guillel. Bened. n. 52 & Paris de Pute. vu. 1. & 2. supra citati.

14 Secunda conclusio. Princeps atque Respublica, quæ libera est, & Superiorem non agnoscit, re ipsa per se sumpta, & iure Naturali & (vt aiunt) speculatiuè loquendo, publica officia secularia vendere non prohibentur: quoniam Princeps dominus eorum est & ipsa numerantur in bonis siue patrimonio illius, & fructuosa sunt atq. pecunia æstimabilia, ideoq. per se vendi queunt. docent & tenent Soto de iust. & iur. lib. 3. q. 6. artic. 4. conclus. 1. Rebell. de obligation. iustit. p. 2. li. 9. de contract. empt. & vendit. quæst. 18. sectio. 2. in prin. Nauar. in man. cap. 25. numero 7. vers. 18. Leonard. Lessi. de iust. & iur. lib. 2. cap. 32. dubit. 4. numero 29. Guillel. Bened. in cap. Raynuntius verb. *duas habens filias.* numero 52. Paris de Pute. de syndic. in verb. *Et primo videndum.* num. 1. & 2. & quod publicorum officiorum secularium (de ijs non loquor quæ spiritualia sunt & sacra quoniam aliam habent inspectionem, & de his agitur in cap. 1. & 2. ne prælat. vic. sua. & ibi DD.) venditio per se & iure Naturali non sit prohibita, cum secundum se sint pecunia æstimabilia quatenus habent lucri & honoris acquirendi occasionem, probant quoq. & tenent S. Thomas opuscul. 21. in epistola ad Ducissem Brabantiæ, Azor instit. moral. par. 3. lib. 8. cap. 7. Filliuci. morali. qq. to. 2. tractatio. 35. par. 1. cap. 2. numero 42. Caietan. in summ. verb. *Venalitas.* Antonin. Diana moral. resoluti. part. 3. tractat. 5. miscel. resolut. 108. in vers. *Sed considerata.* Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 1. cap. 14. n. 17. Castillo de tertijs cap. 41. numero

15 21. Et quamquam Adrianus in 4. de restitut in quæstio. quæ incipit. *Ex his suboritur alia dubitatio.* & Salon 2. 2. q. 63. art. 2. controuersia 7. conclus. 1. censent simpliciter non licere Principi talia officia vendere etiam idoneis hominibus, quod non sit dominus horum officiorum & stipendiorum quæ ministris debentur, sed solum administrator, & Medina cod. de restit. q. 4. de vsuris, Turriā. in 2. 2. tom. 2. disput. 23. dub. 2. num. 5. asserunt officia secularia vendi non posse: tamen communis omnium opinio est in contrarium, vt ait Azor d. cap. 7. circa princip. Et licet glosa verb. *conferendi.* 16 in cap. 1. ne prælat. vic. suas doceat iurisdictionem vendi non posse & iurisdictionis nomine comprehendi videantur munera & officia publica, in quibus inest iurisdictionis potestas, tamen intelligitur de iurisdictione spirituali. Sic Ba- 17 rones, Comites Marchiones, & Duces possunt vendere suos titulos & status, vt recepta consuetudo probat.

Hinc infertur quod cum tantummodo iure scripto humano, non iure Naturali sit vetita Regibus & Principibus secularium officiorum venditio, sæpè videmus ea in curijs eorum vendi, ipsi enim cum sint domini iuris positiui, ius illud humanum facile abrogant in hac parte. ideo dixit Baldus in l. Barbarius ff. de offic. Prætor. pro officijs publicis licitum esse Principi pecuniam recipere, quia hoc non inuenitur prohibitum de iure diuino, sed tantum ciuili cui Cæsar non subest, vnde Papa sua temporalia vēdere posset sine peccato: secus autem esset in inferiore à Principe. Benedic. in d. verb. *duas habens filias* n. 52. 18

Tertia sit conclusio. Periculosa admodum est publicorum officiorum secularium venditio & è Republica penitus exterminanda propter plurima mala eaque grauissima, quæ inde eueniunt: nam cum officium, res sit venalis, non penditur persona, cui venditur, meritis, sed pecunia, obueniuntq. tūc sæpissimè magistratus viris ambitione & auaritia corruptis, sanguine infimis, absq. prudentia & litteris, qui pecunijs supplent, quod meritis deest: digni enim & probi ac litterati viri vel tantis pe- 19

nijs carent, vel certè indecorum cẽsent hac via ad officia promoueri: ideoq. magistratus, alioqui in Republica summo honore habiti, vilescunt. Præterea hoc modo magis preuocantur homines ad pecuniarum studiũ, quibus vident cõparari officia, quã ad probitatis & bonarum disciplinarum amorem, quibus in Republica parum loci relictum conspiciunt. Accedit quod emptores vt extorqueant pretium quod dederunt & vltra ucrentur, multa peccata cõmittũt & pecunias per fas & nefas acquirunt, & execrabilẽ auri cupiditatẽ excusant, quod suis pecunijs emerũt officiuũ, quo viuere debẽt & aliquid lucrifacere. Hanc conclusionem communiter DD. pleno ore asseruerũt. Caieta. in sum. verb. *Venalitas* Azor in d. c. 7. versic. *Tertio quæritur.* & versic. *Præterea.* Rebellus in d. q. 18. sectio. 2. n. 21. Castillo de tertijs c. 41. n. 21.

20 Imò propter præfata mala quæ ex publicorum officiorum venditione Reipublicæ interri solent, Soto d. q. 6. artic. 4. concluſ. 2. & Bouadilla d. c. 14. n. 18. simpliciter concludunt illicitum esse vendere officia huiusmodi, atque ob eandẽ rationẽ Lesi. d. c. 32. dubi. 4. n 28. & Diana d. resolut. 108. versic. *Sed considerata.* resoluunt plerunque illud esse illicitum ac perniciosum. Sic S. Thomas in d. epistola ad Ducissim Brabantiæ, interrogatus ab ipsa, respondit minimè expedire aut decere officiorum venditionem. quo modo etiam loquitur Filiuc. d. c. 2. n. 44. Sic denique Innocen. Hostien. Io. Andre. Panormit. Cardinal. & Anania in c. 1. & 2. ne prælat. vic. suas. manifestè dicunt turpe lucrum esse cum talia officia venduntur. quibus adde nostrum Thomam Mieres part. 1. collatio. 1. c. 14. vbi ait dare officia temporalia pro pecunia, non esse symoniacum, sed turpe lucrum & turpem quæstum.

25 Intellige conclusionem multo magis procedere in officijs iudicum & assessorum & muneribus iurisdictionem habẽtibus, quam in alijs: quia ex illorum venditione maiora oriuntur Reipublicæ dãna & incommoda & maior in illis turpitudo versatur. Ita Soto d. q. 6. artic. 4. concluſ. 3. *Cunctis alijs* (inquit) *hoc esset pestilentius decorẽ Reipublicæ turpius offendens atq. adeo scandalosum, si iudicatus venderentur aut loca eorum qui Regi sunt à publicis cõsilijs.* Et Filiuc. d. c. 2. n. 45. quærit an turpius sit vendere officia habentia iurisdictionem vel ea quæ non habẽt: & respõdet ea quæ habent, quia maiora incommoda inde nasci solent. Rebell. quoq. d. q. 18. sectio. 2. n. 21. ad hoc propositum subdit in ijs quæ iurisdictionis expertia sunt, vt tabellionatus & similia, minus scrupuli esse, quam si iurisdictionis officia sint: *hæc enim* (ait) *etiam si ita circunspectè venditio fiat vt non quibusuis sed probis & idoneis & cum taxatione stipendij vendantur, sine scandalo vendi non posse videntur.*

Quarta conclusio. Potest publicorum officiorum secularium venditionem licitè Princeps facere cum aliquibus circũstantijs seu conditionibus per DD. in hac materia traditis. S. Thomas in opuſculo 21. ad Ducissam Brabantiæ, Azor d. c. 7. versic. *Cæterum.* circa med. Filiuc. d. c. 2. n. 44. Corduba in summa q. 117. docent posse facere cum iusto & moderato pretio fit, atque aptis & idoneis hominibus & quos probabilis spes est benè suo officio functuros, & taxantur pretia pro laboribus & operibus, quæ ad officiũ spectant, ne suo arbitratu emptores illa augeant præ nimia cupiditate recuperãdi quod ipsi soluerunt. Leonard. Lessius d. c. 32. dubit. 4. n 29. Rebell. d. q. 18. sectio. 2. n. 24. versic. *Cæterum.* Aragon in 2. 2. quæst. 63. artic. 2. Villalobos in summa tom. 2. tractat. 8. difficult. 7. num. 3. Io. de la Cruz indirect. par. 1. pr. 7. quæst. 7. artic. 2. dub. 10. conclusio 3. Ledesma in summa tom. 2. tract. 7. capitul 1. conclusio 15. Diana dic. resolut. 108. versic. *Potest tamen.* vbi alios plures huius opiniones allegat, asserunt præfatã venditionẽ licitè per Principẽ fieri, si officia dignis personis vẽdãtur, & pretio moderato & id censeatur necessariũ vel vtile bono

bono publico, vt si summa aliqua pecuniarum conflanda foret, quæ aliter com
29 modè haberi nequiret. Nauarrus in manual. cap. 25. num. 7. versic. 18. affirmat non esse damnandos Reges, & Principes qui publica officia dant pro pecunia in dotem, vel mercedem obsequiorum, neque etiam ipsos officiarios illa vendentes, tam honesto pretio talibus personis, vt probabiliter credatur eas illis non malè vsuras, quò pretium malè
30 datum peius extorqueat. Mastril. de magistratib. lib. 1. cap. 20. num. 42. & Castillo de tertijs cap. 41. num. 21. obseruant cum Reges & Principes aliter Regni necessitatibus & belli continuis, summisque sumptibus succurrere non possunt, nedum vẽdere valere publica officia, quæ annexam iurisdictionem & administrationem iustitiæ habent, sed etiã expedire & licere.

31 Resoluit Pater Ioan. Azor d. c. 7. vers. *Quinto quæritur.* posse Regem & Principem tuta conscientia ad remunerandã aliquorum officia & obsequia conferre ipsis gratis munera publica secularia, tribuendo eisdem facultatem vt vendant alijs, etsi contrariũ videtur sentire propter boni publici malum Pater Domin. Soto de iust. & iur. lib. 3. quæst. 6. artic.
32 4. in versic. *Hoc autem est hic apprimè cõsiderandum.* in fin. Tribuitur autem ista facultas à Principe expressè vel tacitè, tantumq. operatur tacita quantũ expressa, atque tacitè conferri censetur, quãdo prædicta officia dantur à Rege ijs quos certò credit non eos per se talia munera obituros vt cum dat fœminis in aula Regia Reginæ seruientibus vel viris nobilibus, quorum conditione officia sunt inferiora, vt fieri solitum est in curijs Principum. ita Azor vbi supra, Corduba
33 in summa quæstio. 117. Oritur alia difficultas an si Princeps talia officia simpliciter conferat cum facultate trasferendi in alios, possit officiarius illa vendere. Communiter concludunt DD. negatiuè ita docent & tenent Azor d. cap. 7. vers. *Sexto quæritur.* Salon 2. 2. q. 63. art. 2. controuersia 8. concl. 4. vbi rationẽ reddunt, quia sunt facultates distinctæ transferẽdi & vendendi, & ideo vna earum data, altera, nisi expressè concedatur, non censetur collata. Soto d. q. 6. artic. 4. in vers. *Hoc autem est hic apprimè.* vbi arbitratur hoc casu ita vendentem peccare vt ad restitutionem pretij teneatur, quia nemini fas est vendere nisi Regi. Petrus de Ledesma in summa tom. 2. tractat. 7. ca. 1. vbi tenet peccare mortaliter vendentem officium sine expressa, vel tacita licentia Principis scientis talem venditionem. Malder. in 2. 2. tract. 9. cap. 1. dub. 5. Villalob. in summa tom. 2. tractat. 8. difficult. 7. nu. 8. Non desunt qui dicant esse etiam probabile quod si quis habet licẽ etiam transferendi officium in alitũ, possit illud vendere, vt refert Antonin. Diana moral. resolut. par. 3. tract. 5. miscellan. re-
solut. 109 Omittendum non est quod respondet Pater Vincent. Filliuc. moral. qq. tom. 2. tractatio. 35. par. 1. cap. 2. num. 45. emptorem eiusmodi officiorum posse illa vendere alijs atq. etiam locare, imò etiam posse aliquos assumere, qui fungãtur officijs, dato illis pretio sui laboris, residuum vero ipse sumat. 34

In materia ambitus & pecuniarium, quæ pro officijs recipiuntur vel dantur, extant in Cathalonia constitutiones 1. 2. 12. & 13 titul. *de personas prohibidas regir officis.* & const. 7. tit. *de offici de Veguers.* in 1. vol. constitut. quibus officia per dominum Regem vendi, & per officiales emi acerrimè prohibentur, & super istis constitutionibus latè Thom. Mieres parte 1. collatio. 1. cap. 14. quod inscribitur. *Ne pro Vicaria pecunia accipiatur.* & collatio. 4. cap. 4. quod inscribitur. *De tabula officialium & de prohibita officiorum Venditione.* & part. 3. collatio. 10. cap. 14. quod inscribitur. *De ambitu & ne officia pro pecunijs conferantur.* vbi complures dictarum constitutionum declarationes tradit, & præsertim num. 5. & num 21. an huiusmodi constitutiones loqui censeãtur tantum de officijs habentibus iurisdictionem. & nu. 11. ac n. 20. an comprehend. nt 35 36

UAB Biblioteca de Ciències Socials

herdant omnia officia Cathaloniæ nõ so-
37 lum Regia sed etiam Baronum & alio-
rum. De his etiam constitutionibus Re-
gius Senator Cathaloniæ Gabr. Berar. in
spec. l. vilitat. ca. 16. à num. 5. vsq. ad num.
8. vbi & pro Domo Deputationis Ge-
neralis Cathaloniæ congerit & adducit ca-
pitula Curiarum super his disponentia.
Illud in Cathalonia obserua quod cũ ra-
tio, cur iure Cõmuni officia per Principẽ
concurrentibus supratraditis circunstã-
tijs vẽdi possint, sit quia Princeps est do-
minus iuris positiui & dominus officio-
rum & stipendiorum illorum & officia
sunt fructuosa & ex se pretio æstimabi-
lia, vt supra constat: hæc ratiocinatio in
Cathalonia non ita procedit, nam stanti-
bus præfatis constitutionibus pactatis &
iuratis inter dominum Regem & Vni-
uersitatem Cathaloniæ, dominus Rex nõ
est dominus iuris positiui, & in multis
officijs, qualia sunt Regiorum Senatorũ
non est dominus stipendiorum eorundẽ,
cum per Vniuersitatem ipsam soluan-
tur.

38 Illud notant omnes quod grauis præ-
sumptio vrget contra iudicem, qui offi-
cium vel magistratum emit siue media
pecunia adeptus est, præsumitur enim
omnia ad lucrum agere & grauare Rempubli-
cam, Mascard. de probatio. tom. 3. cõclu-
sione 1132. num 39. & seqq. Alpho. Nar-
bonard leges regi. lib. 1. tit. 7. lege 31.
glo. 16. num. 15. Martin. Laudens. in tra-
ctat. de official. dom. q. 58. Tiber. Decian.
tract. crim. lib. 8. c. 38. num. 11. Angel in l.
fin. C. ad l. Iul. de ambit. nam qui magi-
stratum siue præfecturam emit, videtur
id animo vendendi iustitiam fecisse &
voluntatem habere malè faciendi & in-
iustè lucrandi, vt docent Bart. Angel Io.
de Plate. Lucas de Pen. Iacob. Rebuf. &
cæteri communiter in l. 2. C. de murileg.
39 lib. 11. Hæc autem præsumptio non ita
viget, quando ex generali Principis de-
creto, taxatis pretijs, ijsque moderatis
omnia palam per eum venduntur offi-
cia.

40 Non solum non expedit Reipublicæ
& bono communi neq. decet vendere
officia publica, vt dictum est: sed etiam
interdum iuxta Sanctorum Patrum tra-
ditiones & regulas Ciuilis ac Canonici
iuris petentibus, eò ipso quod petant, de-
neganda sunt l. 2. 5. fin. ff. de origin. iur.
ibi, *Hoc non petis, sed præstari solere.* l. siquẽ-
quam C. de Episc. & cler. ibi, *Tantum ab
ambitu debet esse sepositus, vt queratur co-
gendus, rogatus recedat.* can. in scripturis
8. quæst. 1. vbi, *Sicut locus regiminis desi-
derantibus negandus est: ita fugientibus offe-
rendus est* cap. qualiter de electio. Sic A-
postol. ad Hebræ. 5. *nemo sibi assumat
honorem, nisi qui vocatus fuerit, sicut Aa-
ron.* & S. Augustin. 19. de Ciuita. Dei. *Lo-
cus superior, sine quo populus regi non potest,
etsi admittitur, vt decet, tamen indecen-
ter appetitur.* & S. Chrysostom. homil. 35.
*Primatum honoris concupiscere, vanitas est:
Primatus enim fugientem se desiderat, de-
siderantem se horret.* Hinc contra Pha-
risæos Dominus dicit, *Amant primos ac-
cubitus in cœnis, & primas Cathedras in
Synagogis, salutationes in foro, & vocari
ab hominibus Rabbi.* Nam quædam sunt 41
quæ tametsi honestè accipiantur, inho-
nestè tamen petuntur, l. 1. vers. *Quadam
enim* ff. de vari. & extraord. cognit. glosa
in dict. l. 2. 5. fin. ff. de orig. iur. in verbo
præstari. vbi plura concordantia allegat.
Et qui se ingerit, suspectus est cap. per
tuas de iur. patron. ita quoque iudex pe-
titus dari non debet, l. obseruandum ff.
de iudic.

Videamus igitur, an liceat petere vel 42
appetere officia, & munera publica se-
cularia, maximè iudicum & consiliario-
rum Principis. Dico primo. S. Augusti-
nus lib. 5. de ciuita. Dei cap. 12. 13. 17. & 43
S. Thomas 2. 2. q. 132. art. 1. in argu. *sed
contra.* appetitum honoris & opinionis
populi censent esse vitiosum affectũ. *Sa-
nius videt qui amorem laudis, vitium esse
cognoscit.* Et ijdem Augustin. d. cap. 12. &
Thom. 2. 2. q. 131. art. 1. ad 3. & Aristotel.
3. ethicor. c. 8. dixerunt moueri hominẽ
ad virtutis opera amore laudis, non esse
virtutis exercitium. & Syluester in sum.

verb.

verb. *Dignitas*. quæstio. 2. num. 5. post S. Thom. d. q. 131. docet quod appetitus honoris est peccatum, si sit supra vires, vel non referatur ad Deum, vel ad vtilitatē, sed propter se appetatur. facit Math. 20. vbi Dominus arguit discipulos primatum quærētes, dicens. *Scitis quia Principes gentium dominatur eorum*, vbi Chrisost. homil. 66. ait per hoc ostendere quod
45 gentile est primatus cupere. At Pater Io. Marquez in tractat. de gubernatore christiano lib. 2. c. vltim. colum. 22. tenet & probat posse hominem laudabiliter mortis quoq. tempore appetere honorē conditioni siue statui suo competētem, vt appetijt Iudas Machabeus lib. 1. Machab. quando dixit. *Absit istam rem facere vt fugiamus ab eis & si appropriauit tempus nostrum moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen*
46 *gloriæ nostræ*. & subdit ibi Pater Marquez Sanctum Thomam afferre tres cōditiones, quibus potest quis honorem sine peccato desiderare. primam, quod nō sit excessiuus sed iustus iuxta merita, nā vltra ea desiderare honorem superbia & ambitio est secundam, quod referatur ad gloriam Dei, agnoscendo eū auctorem virtutis, sanguinis, aut litterarū, quo titulo procuratur: tertiam, quod ordinetur ad vtilitatem proximorum, ad quorum beneficium spectat homines insignes iuxta sua merita honorari, vt Ca
47 yetanus declarauit. Facit Stephanus Gratian. discep. forens. tom. 2. cap. 284. num. 29. vbi asserit licitum esse appetere salutationes, imò eas petere, si quis nō salutat, cum ex hoc possimus cognoscere illum aduersarium nobis, & nostra interest, quod omnes signa amicitiæ ostendant & nos omnibus ostendamus. & num. 33.
48 subdit non obstare quod Dominus noster redarguerit Scribas & Pharisæos tanquam appetentes salutationes, Math. 23. quia reprehenditur à Domino non salutatio, sed inordinatus ille appetitus honoris & elationis, ac inanis gloriæ ardentis, ita vt non posset esse sine peccato vt exponit Tostat. in Matth. d. c. 23. q. 50. 51. & 52. honores enim excessiuos & quosque diuinos conquirebant. *honores*. (ait ibi Gratianus num. 35.) *ita prosequi possumus, dummodo ambitionē declinemus, neq. enim ambulandum est in vanitate sensus, ad Ephes.* 4. Cassan. in catal. glor. mun. in 49
præfatio. Facit quod iureconsulti respōdent in l. obseruandum ff. de offic. præsid. & in l. nec quicquam §. circa ff. de offic. proconsul. & legat. debere iudicem ex ingenio statum suæ dignitatis & illius auctoritatem augere ne contemptibilis videatur, quia regendi frangitur auctoritas dum nimiū seruatur humilitas can. quando 86. dist.

Dico secundo circa officia & mune- 50
ra publica secularia & temporalia. Non licet homini illa petere siue appetere propter se ipsa ad extollendum & efferendum se in altum, vel si sit supra propriam facultatem: licet tamen homini, si ad ea sit idoneus, illa petere siue appetere ad aliquem bonum finem puta sustentationem suam vel vtilitatem aliorum. ita probatur ex Syluestro in summa verb. *Dignitas*. num. 5. Hoc quoque similiter docuit Pater Ioan. à S. Mariam tractat. de Republica & politic. christia. c. 25. pagin. 2. Extat in Cathalonia constitutio 10. sub tit. *de personas prohibidas regir officis*, per quam officia Vicariorum 51
& Baiulorum & alia quæ iudicio tribulæ subiecta sunt, prohibentur cōferri petentibus: quia qui se ingerit suspectus est, vt eadem constitutio dicit, de qua latè Thom. Mieres par. 1. collatio. 6 cap. 2. de ambitu. Notauit Bartolus in l. Barbarius Philippus ff. de offic. Prætor. quem refert Franciscus Marc. decis. 749 nu. 5. 52
quod licet sit prohibitum petere officia prece vel pretio, est tamen permissum illa prosequi per viam iustitiæ, quando quis fuit electus.

Quoad dignitates Ecclesiasticas an li- 53
ceat illas petere vel appetere, latè agunt Henricus Boich in ca. tua nos num. 4. & 5. de simoni. vbi docet quod quis po- 54
test rogare pro se ipso vt detur sibi simplex beneficium, sicut est canonia vel simile,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

simile, secus autem in maioribus beneficijs in quibus nemo debet se ingerere, Soto de iustit. & iur. li. 10. quæst. 2. artic.
55 1. in quo plene disceptat vtrum liceat Episcopatum appetere. Pater Ioan. à S. Maria in tractat. de republica & politi. Christi. c. 26. Franc scus Marc. d. decis. 749. num. 4. & 5. vbi refert dictum glosæ in l. 1. ff. ad l. Iul. repet. quæ ait quod bonum opus desiderat, qui Episcopatum desiderat, non vt præsit sed vt prosit ca. qui Episcopatũ 8. q. 1. Augusti. Barbosa de offic. & potesta. Episcop. par. 1. tit. 2. glosa 1. num. 8. 9. & 10. vbi ex S. Thoma & alijs DD. interpretatur Apostoli locũ quod qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Nauarrus cons. 17. nu. 7. sub tit. de sentẽ. excom. in nouis, vbi re-
56 soluit absq. peccato etiam veniali posse appeti Episcopatum ab illo qui est co dignus, dummodo principaliter appetatur vt prosit, licet minus principaliter appeteretur ob honorem & fructus eius. elegans est tex. in can. in scripturis 8. q. 1.
57 vbi propter diuersam causam finis conciliatur auctoritas Hiere. 1. cum auctoritate Esaiæ 6. nã Hieremias missus à Domino ad prædicandum, prædicationis officium vitare conatus est dicens, *A. a. a. Domine Deus ecce nescio loqui, quia puer ego sum.* Esaias autem vltro se obtulit Domino quærenti quem mitteret ad prædicandum, & ait, *Ecce ego, mitte me.*

34 *Honoris aucmentum non ambitione sed labore ad vnumquemq. conuenit deuenire.*

Spe præmij bonus Princeps exemplo Romanorum ad laborem subditos excitare debet, quæ sublata facile deficiunt, & debilitantur.

4 *Conferens officium publicum veluti Prætoris vel Iudicis, aut Gubernatoris Reipub. indigno, omisso digno, mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur.*

5 *Similiter supremi magistratus & Consiliarij Regis, qui ei indignos proponunt.*

6 *Restitutio ista cui facienda sit, an Reipub. an vero digno prætermisso, cõtrariæ DD. opiniones.*

7 *Quid si ex indigni promotione nullũ damnum Reipub. postea sequatur.*

8 *Qui causam damni dat, damnum dedisse videtur.*

9 *Procedit d. conclusio de coferente officia indigno, siue is conferat ex debito sui officij vt Princeps, siue ex Principum seu Gubernatorum Reipub. commissione.*

Item siue conferat sciens hominis indignitatem, siue cum non adhibuerit debitam diligentiam ad id sciendum.

10 *In foro conscientiæ tenetur quis eligere digniorem ad munera publica secularia & officia administrationis iustitiæ, nec sufficit eligere dignum, prætermisso digniore: alias peccabit, & sæpè mortifere.*

11 *Rationes huius conclusionis, quæ à Leonardo Lesio assignantur.*

Non eligens magis idoneos ad officia publica quantum commodè possit, infidelis est Reipub.

Oeconomus tenetur conducere operarios & ministros domino suo magis idoneos, quantum commodè possit.

12 *Rationes d. conclusionis, quæ à Ioãne Gutier. traduntur.*

13 *Rationes d. conclusionis, quæ à Ludouico Molina afferuntur.*

Iure Ciuili statutum est meliores homines ad magistratus seculares eligendos esse, pro vt iure Canonico in beneficijs Ecclesiasticis.

14 *Qui*

EX QVÆST. XXII.

SVMMARIVM.

1 *PRæcipuum Principis munus est curare vt quammaximè idoneos ministros habeat.*

Pars magna commodi salutis in consiliarijs optimis eligendis posita est.

2 *Nisi in officijs conferendis summa cura adhibeatur, sensim Respub. impletur malis ministris, ex quibus euersio religionis & iustitia expectatur.*

14 Qui sint casus, in quibus lethale peccatum nõ committit cõferens digno, prætermisso digniore, officium publicum.

15 Opinio quorundã DD. tenentiũ in foro cõscientiæ in officijs secularibus sufficere eligere dignũ, licet dignior prætermittatur: secus autẽ in beneficijs Ecclesiasticis.

16 Dicta opinio refutatur vti nec vera nec tuta.

17 Intellectus tex. in c. si quis iusto §. porrò de electio. li. 6.

Habẽs duas voces, vnã nomine proprio, & alteram nomine alieno, nõ potest vnũ nomine proprio & alterum nomine alieno eligere.

18 Electus ad distribuendum eleemosinas faciendas, tenetur in conscientia facere distributionem in pauperiores & in causas magis pias.

19 In dubio censetur relictum factũ pauperiori.

Maxima paupertas quomodo consideretur.

20 In foro exteriori, electus ad distribuendũ eleemosinas, nõ tenetur eligere magis pauperẽ sed valet electio eius, qui pauper est.

21 Conferens officium publicum veluti Prætoris vel Iudicis, aut Gubernatoris Reipub. digno, omisso digniore, etsi mortaliter peccet, non tamen tenetur ad restitutionem.

22 Ratio d. conclusionis à Ludouico Molina tradita.

23 Ratio eiusdem conclusionis à Didaco Couarruuia & alijs.

Obligatio restituendi non procedit à iustitia distributiua, sed à commutatiua.

24 Alia ratio d. conclusionis à Ioãne Gutierrez & alijs.

Quid interest quo ad obligationem restituẽdi, an alicui sit datum damnum in re propria, vel sibi debita vt propria, an vero in re sibi debita vt communi.

25 Promisor officij in persona digni, prætermisso digniore, debet vbi alia occurrat electio, dignioris prætermissi accuratiorẽ rationem habere ob violatam iustitiam.

26 Opinio quorundã DD. tenentiũ eligentẽ in officio Reipub. dignũ digniori prætermisso, teneri ad restitutionẽ faciẽdã digniori.

27 Hæc opinio confutatur.

28 Quãdo quis ex aliquo statuto vel lege tenetur officium vel beneficium digniori in concursu reperto conferre, tunc si minus digno cõferat, peccat & tenetur ad restitutionem & quare.

29 Casus in quibus licitum est in conscientia eligere minus dignũ, relicto digniori. & n. seqq.

30 Quando plures sunt electores & maior eorum pars vult eligere minus dignum, tunc minor illorũ pars potest dare suffragiũ minus digno, nũquã tamen indignus eligi potest, etiã si constiterit eum à reliquis omnibus optari.

31 Quando sunt tres in quos suffragia ferri debent, dignissimus, medius, & infimus, atque si ego eligerem dignissimũ, nec ipse nec medius eligetur sed infimus: me autem accedente ad mediũ, ipse vincet, possum eidẽ consentire, ne infimus eligatur.

Procedit etiã si iure iurando me astrinxerim eligere digniorem.

32 Quando ex lege Regni beneficia vel officia vacantia conferenda sunt ciuibus & originarijs illius, solum tenentur electores magis idoneum ex eis eligere.

33 Huiusmodi leges iustæ sunt.

34 Conferens alij quam tali ciui, tenetur ad restitutionem prædictis ciuibus, & vni, si solus esset vnus ciuis.

35 Quãdo beneficium ex sua institutione per Ecclesiam confirmata vel acceptata, dãdum est alicui ex certa familia vel Oppido, ex illis est eligendus dignior.

36 Quãdo beneficij fundator præsentat ad illud, licitum est et præsentare dignum, omisso digniori.

37 Institutori maioratus sufficit dignum eligere.

38 Patronus qui ipse non fundauit Ecclesiã, an teneatur in cõscientia eligere seu præsentare digniorẽ. magna cõtentatio DD.

39 Intellige quæstionem in beneficijs simplicibus, non in curatis: in his enim sub pœna peccati mortalis tenetur patronus præsentare digniorem.

40 Quando nõ est liberũ collatori cõferre alteri, quã sibi præsentato à patrono, potest si præ-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

si præsentatus dignus sit, omisso digniore, illum prouidere de beneficio.

41 Episcopus tenetur instituere præsentatum à maiori parte patronorum, si dignus sit, licet præsentatus à minori parte patronorũ dignior esset.

42 Idem erit si patronus dignũ Episcopo, omisso digniore, præsentauerit.

43 Quid si beneficium sit curatum.

Quid si plures fuerint à patronis præsẽtati in numero æquali.

44 Electio siue prouisio digni ad officiũ publicum, omisso digniori, valida est nec in foro iudiciali, nec in foro interiori potest iure rescindi.

45 Intellectus glosæ in c. costitutis de appellatio. & in cap. licet ergo 8. q. 1. & aliarum.

46 Procedit dicta cõclusio etiã de iure Canonico.

Permissio iuris Canonici à peccato nõ liberat, quando id à iure Canonico non disponitur, sed permittitur vt maiora inconuenientia vitentur.

47 Electio digni omisso digniori valet etiã si à principio fuerit appellatũ in casu quo dignior non eligatur.

48 Electio digni omisso digniori valet in vtroque foro exteriori & interiori propter vitandas lites & ob tranquillitatem Reipub.

49 Dignior in hac materia est ille qui est magis vtilis & aptus ad officiũ vel beneficium, cui præficitur, quod prudentis viri arbitrio æstimandum est.

50 Sententia Ioannis Gutierrez digniorem non dici simpliciter qui doctior vel sanctior est.

51 Sententia Emanuelis Rodriguez, nõ teneri ad restitutionem eũ qui officium, beneficium, vel cathedrã minus docto confert, quod idem minus ocupatus sit.

52 Sententia Stephani Gratiani pro nõ Doctore nec, sacerdote nec paupere, sicut alius, melioribus tamen moribus & aptitudine ad Parochiam gubernandam.

53 Dupliciter quis potest dici dignior altero, vel scilicet secundũ se & simpliciter, vel in ordine ad bonum commune. & hoc vltimo modo in hac materia intelligimus aliquem digniorem.

54 Sententia Dianæ, non peccare eligentem minus dignum, qui magis expertus circa Prælaturã sit, quomodo intelligatur & sustineatur.

55 Indignus dicitur qui non habet qualitates requisitas ad ministerium, cui præficitur.

Dignus dicitur qui habet qualitates ad beneficium vel officium vacans necessarias.

56 Præcipuum requisitum officialis Reipub. timor Dei.

57 An indignus vel minus dignus electus ad officium, peccet acceptando seu possidẽdo illud.

Indignus seu incapax peccat mortaliter acceptando vel possidendo.

58 Minus dignus omisso digniori electus, nõ peccat acceptando vel possidendo, si idoneus ad munus sit & dignus, licet eligens peccauerit mortaliter eligendo.

59 Ratio ex S. Thoma & eius assectis.

60 Ratio ex Ludouico Molina.

61 An ante electionem possit minus dignus tuta conscientia petere.

Quid si alterius maior dignitas sit dubia.

62 Historia de Leone Papa, cui Dominus non peperc erat quod indignos ordinauerat.

63 Historia de Pascasio damnato, quod minus dignum elegerat ad Episcopatum.

64 Principes qui indignis vel non dignioribus honores conferunt, virtuti iniuriã irrogant.

Gratia quæ tarda est, ingrata est.

65 A Principe magis requiritur gratiarum largitas, quam parta victoriæ.

Alexander Magnus quare Magni cognomen assequutus sit.

Viris bonis Fortuna inuida.

66 Satius est viris bonis intra fortunam suã se continere.

67 Virtutis qualitates & natura.

ELIGI AN POSSIT AD IVDICIS OFFICIVM DIGNVS omisso digniori.

QVÆST. XXII.

1 Præcipuum munꝰ Principis est curare, vtquã maxime idoneos ministros habeat, cum hinc totũ Reipublicæ bonum dependeat auth. vt iudic. sine quoq. suffrag. §. eos autem, ibi. *testimonium habens quod sit optimus.* auth. de defensor. ciuitat. in princ. vers. *Interim*, ibi, *sed inuicẽ vniuersi nobiliores.* vbi glos. l. ad subeundã C. de Decurion. lib. 10. ibi. *Dignissimi meritis & facultatibus.* Garcia Mastril de magistratib. lib. 2. cap. 1. Castillo Sotomayor de tertijs cap. 41. num. 18. vbi ait, quod pars magna communis salutis in consiliarijs optimis, & integerrimis eligendis posita est cap. Deo nobis cap. si quis hominem 11. q. 3. Nam vt expendit Pater Leonard. Lesius de iustit. & iur. lib. 2. cap. 32. dubit. 3. num. 18. nisi in officijs cõferendis summa cura adhibeatur, sensim Respublica impletur ministris atheis, ambitiosis, auaris, qui sua & suos dumtaxat curent & promoueant, commune bonum negligant, iustitiam & religionem auro venalem habeant, ex quibus nihil aliud quam euersio religionis & iustitiæ expectari possit. Honoris sane auctmentũ nõ ambitione, sed labore ad vnumquemque conuenit deuenire l. contra publicam C. de re milita. l. 2. C. de offic. Magistri officior. Et spe præmij bonus Princeps ad laborẽ subditos excitare debet, qua sublata facile deficiunt & debilitantur, vt scribit don Ludouic. à Peguer. in prax. crimin. cap. 11. ad fin. exẽplo Romanorũ, qui Rempublicam suam cunctis alijs illustriorem reddiderunt, conferendo præmia honorificentissima dignioribus. Sic Cicero li. 1. Tusculanarum quæstionum. *Quis* (inquit) *virtutem amplectitur ipsam, præmia si tollas.* Sic l. 12. tit. 2. lib. 7. ordin. Castellæ. *Naturalmente la esperança del galardõ despierta à los hõbres à trabajar.* Quod est illud vulgare verbum Horatij: *Honos alit artes.* Eleganter Cassiodor. lib. 1. Epist. 13 *Dignitas* (ait) *cum ad incognitum venit, donum est: ad expertum, compensatio meritorum: alter debitor est iudicij, alter obnoxius est fauori.*

Sit ergo prima conclusio. Conferens 4
officium publicum veluti Prætoris vel Iudicis, aut Gubernatoris Reipub. indigno, omisso digno, peccat mortaliter & ad restitutionem tenetur, Couar. in regul. Peccatum par. 2. §. 7. num. 2. Leonar. Lesi. de iusti. & iur. lib. 2. cap. 32. dubit. 3. num. 13. Ioan. Gutier. canonic. qq. lib. 2. cap. 11. nu. 44. Soto de iusti. & iur. lib. 4. quæst. 6. artic. 3. Ad sextum. versic. *Ex his ergo.* in 1. conclus. & infra in vers. *Idem affirmatiue.* Stephan. Gratian. dis. forens. tom. 2. cap. 211. num. 14. Castillo de tertijs ca. 41. numero 20. Mastril. de magistratib. lib. 2. cap. 1. num. 72. qui duo posteriores DD. extendunt asserendo similiter peccare mortaliter cum obligatione restituendi supremos magistratus & consiliarios regios, qui Regibus &

Prin-

6 Principibus indignos proponunt. Et erit restitutio facienda non quidem digno prætermisso, cum nullum ius considerabile ad munus publicum prætendere posset, sed Reipublicæ vt supra citatis locis Lesius, Gutierres, & Soto probant & declarant, tametsi Gratianus vbi supra dicat restitutionem esse faciendam digno. Sed & quamuis ex indigni promotione nullum damnum Reipub. postea sequatur, quippè qui variis ex causis cōmodè & prouidè officium gesserit, adhuc peccabit electo mortaliter vt in c. hi quoscunq. 1. q. 1. Couar. d. §. 7. n. 2. Gutier. d. c. 11. n. 46.

8 Probatur cōclusio, quia qui causā dāni dat, damnum dedisse videtur ca. vlti. de iniur. atq. idē constat ex rubrica C. & ff. de magistrat. conuenien. d. l. 1. §. nunc tractemus ff. de tutel. & ration. distra. glo. in c. 1. de supplen. neglig. prælat.

9 Procedit eadem conclusio siue qui huiusmodi officia tribuunt, conferant ea ex debito sui officij vt Principes & Gubernatores, siue ex horū cōmissione prouideant, vt docet Lesi. d. dubit. 3. nu. 13. imò non solum habet locum vbi sciens defectum vel inhabilitatem contulit indigno, & eū præfecit officio, sed & si nō adhibuit debitam diligentiam ac informationem ad id necessariā non fecit vt sciret, secundū Mercad. *de tratos y contratos* li. 6. c. 17.

10 Secunda conclusio. In foro conscientiæ tenetur quis eligere seu prouidere digniorem ad munera publica secularia & officia administrationis iustitiæ, nec sufficit quo ad illud forum eligere siue assumere dignū, prætermisso digniore, aliàs peccabit & sæpè mortifere. Resolunt & tenent Leonard. Lesi. de iusti. & iur. d. dubit. 3. n. 15. & n. 20. Io. Gutier. canonic. qq. li. 2. d. c. 11. n. 1. iuncto n. 42. Dō Ludouic. à Peguer. in prax. crimin. c. 7. n. 20. Couar. in regul. Peccatū. d. §. 7. nu. 5. Ludouic. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. capite 5. numero 65. & 66. Soto de iusti. & iur. d. quæstione 6. articulo 3. Ad Sextum. in versic. *Posterior conclusio.* iuncto infra versic. *Idem affirmatiue.* Mandos. ad Lap. allegat. 22. Stephan. Gratian. decisio. Marchiæ 97. numero 21. & discep. forens. capite 211. numero 20. & 22. S. Thom. 2. 2. quæstione 63. articul. 2. ad 3. & quæstio. 185. articu. 3. Michael Salon quæstio. 63. articu. 2. & eodem loco Petr. Aragonius, qui pro eadem sententia citat Didacum Perezium.

Rationes quare peccet præficiens dignum huiusmodi muneribus omisso digniore, assignat Lesius vbi supra nu. 15. & 17. quia is facit contra fidelitatem quā debet Reipublicæ, Principes enim & alij qui vel ex officio vel ex cōmissione cōferunt præfata officia, tenentur ex fidelitate quam Reipublicæ debent, eligere ad illa maximè idoneos quantum commode poterunt, alioquin erunt infideles Reipublicæ: sicuti œconomus si fideliter officium suū præstare velit, tenetur cōducere operarios & ministros domino suo quammaximè idoneos, quantū cōmodè potest. præterea iniuria fit digniori, præferendo ei minus dignum, maius enim ius habet qui est aptior. Ioannes Gutierrez d. c. 11. n. 42. aliam rationem reddit quoniam si hæc publica munera conferantur vt onera Reipublicæ, quæ priuati ad eius ministerium subire tenētur, conferendo digno, omisso digniore, conferens nō seruat illā iustitiæ & rectitudinis rationem in regimine cōmunitatis, qua vti debet erga ipsā Rēpublicā, cum teneatur digniorem muneribus publicis præficere vt in capite licet ergo 8. quæst. 1. in cap. vnic. vt Ecclesiast. benefic. & in c. vilissimus 1. q. 1. si autem prælibata munera conferantur vt bona & honores ipsius communitatis, conferendo digno omisso digniore, peccat Princeps communitatis aduersus iustitiam distributiuam, iuxta quam tenetur Reipublicæ honores & bona subditis distribuere secundum cuiusque dignitatem, vt dignior digno, melior bono in his assequendis præferatur ex Aristot. libro 5. Ethico.

ethico. cap. 3. Aliam quoque rationem trad dit Molin.de Hiſpan.primog. dic. capite 5. numero 66. quia iure Ciuili ſtatutum eſt meliores ac nobiliores ad magiſtratus ſeculares eligendos eſſe, pro vt iure Canonico in beneficijs Eccleſiaſticis præcipitur, vt probatur ex tex. in auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffrag. §. eos autem coll. 2. & in authen. de defenſor. ciuitat. in princip. vbi glo. in verb. *nobiliores*, inquit. *Nota nobiliores eſſe eligendos.* quam ibidem ſcribentes ſequuntur. leg. ad ſubeunda C. de Decurion.li. 10. Thom. Grãmat.cõſ.6.n.11.

14 Dixi in cõcluſione peccatũ committi ſæpè mortiferum, quia aliquando in electione digni, omiſſo digniore, non erit peccatum mortale, vt ſi inter eos non ſit magnum aptitudinis diſcrimen, ita vt is qui eligitur, non putetur notabiliter minus benè functurus officio, quam ille cui præfertur, Leonardus Leſi.dic. dubit. 3. numero 22. Gutier. dic. capite 11. numero 58. & 59. vbi ijdem DD. etiam docent, quod ſi munus ad quod perſona eligitur, exigui momenti ſit, non cenſebitur peccatũ mortale digniorem prætermittere, eligendo dignũ, maximè in ſupremo Principe.

15 Non deſunt Doctores qui abſolutè tenuerunt contra propoſitam cõcluſionẽ in officijs ſecularibus in foro conſcientiæ ſufficere eligere dignum, & ſi dignior prætermittatur, & conſtituerunt in hoc differentiam inter beneficia Eccleſiaſtica & officia ſecularia cenſentes in beneficijs quidem Eccleſiaſticis veram eſſe propoſitionem quod in conſcientia dignior ſit eligendus, ſed in officijs ſecularibus ſufficere digni electionem & in ſpecie ita tenuerunt Caietanus in sũma verb. *Electio* atq. Armilla verb. *Electio* n. 5. quã tamẽ opinionẽ reprobãt Leonard. Leſi.d.c.32. dubit.3.n.23. Ioan. Gutier.d. 16 c.11.n.42. Ludouic. Molina d.c.5.n. 65. & 66. vbi latè probat in hac parte nõ eſſe cur aſſignetur abſq. lege & ratione diſcrimẽ inter beneficia Eccleſiaſtica & officia ſecularia, & dicti Gutierrez & Molina aſſerũt Caietani opinionẽ nõ videriverã neq. tutã ſed cõtrariã tenẽdã eſſe.

Hinc intelligitur textus in c. ſi quis 17
iuſto §. porrò de electio. li. 6. vbi diſponitur quod ſi quis habeat duas voces, vnã nomine proprio, & alterã nomine alieno: nõ poteſt vnũ nomine proprio, & alterũ nomine alieno eligere: nã ſecũdũ glo. ibi inverb. *nihil agit.* & cõmuniter ſcribẽtes ratio ea eſt quod cum in foro cõſciẽtiæ quis meliorẽ eligere aſtrictus ſit, hæ duæ voces ſunt inſeparabiles, cũ nõ niſi vnus cæteris melior eſſe valeat. ita declarant Abbas & alij in c. conſtitutis de appellation. DD. in c. cum olim de re iudic. Molin.d.c.5.n.51. Gutier.d.c.11.num.8. Gratian.diſ.forenſ.c.211.n.11.

Non multũ diſſimile eſt quod tradi- 18
derunt Federic. conſ.90. *ſuper dubitationum articulis* num.1. Deci. conſ.72. *viſo puncto & pro tenui* c.4. ad med. verſic. *& dato quod diſtributio.* Gratian. diſcep. forenſ.cap. 211. ex num.25. electum ad diſtribuendum eleemoſynas faciendas, teneri in conſcientia facere diſtributionem in pauperiores & in cauſas magis pias c. paſce 86. diſt. glo. in c. ſi quis 90. diſt. c.2. & c. Epiſcopus de præbend. vnde etiã debilior præfertur iuueni, dignior digno, pauper nobilis ignobili, inualidus validò, morialis viro, quos & alios ſimiles caſus refert Surd. de alimen. q. 93. per tot. ti. 1. Et in dubio cenſetur relictum 19
factum pauperiori Alberic. conſ.69.n.8. Dec. conſ.72. per tex. in §. ſi quis in nomine auth. de Eccleſ. tit. Surd. de alimen. ti. 1. q. 93. n. 17. & quomodo cõſideretur maxima paupertas Bald. in l. ſi quis ad declinandũ in pri. n. 4. C. de epiſc. & cler. Simon de Pret. de interp. vlti. vol. lib. 4. dub. 12. num. 73. vſq. ad n. 76. quamquam in foro exteriori, electus ad 20
diſtribuẽdũ eleemoſynas non tenetur eligere magis pauperẽ, cũ valeat electio eius qui pauper eſt, Bald. in l. id quod pauperibus q. 21. C. de epiſc. & cleri. & in l. cum quidam de legat. 2. Card. in Mantic. de coniec. vlti. voluntat. lib. 8. tit. 5. numero 6. poſt Bart. in l. vnum ex fami-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

familia §. 1. in fin. ff. de legat. 2. Gratian. dict. cap. 211. n. 26.

21 Tertia conclusio sit. Conferens officium publicum veluti Prætoris vel iudicis, aut Gubernatoris Reipublicæ digno, prætermisso digniore, etsi mortaliter peccet, non tamen tenetur ad restitutionem. ita probant & tenent Adrian. in 4. sententiarum in tract. de restitutione c. quia iam determinatū est. Soto de iust. & iure lib. 4. q. 6. artic. 3. Ad sextum. vers. *Posterior conclusio.* & lib. 10. quæst. 2. articul. 3. ibi, *Reliqua loco citato.* Ioan. Gutier. canonic. quæst. lib. 2. cap. 11. num. 49. & 50. Ludouic. Molin. de Hispan. primog. lib. 2. cap. 5. num. 57. Leonard. Lesi. de iust. & iur. lib. 2. cap. 32. dubit. 3. numero 15. & num. 20. & eandem sententiam sequuntur Couar. in regul. Peccatum 2. par. §. 7. num. 6. Antoni. de Padilla in l. cum quidam ff. de legat. 2. numero 18. Nauar. in manual. cap. 17. numero 69. Stephan. Gratian. decisio. Marchiæ 97. num. 21. Aloisi. Ricci. par. 3. decis. 214. num. 4. Ioseph. Angles in suis floribus Thelogic. quæsti. 2. par. tit. de cleric. restit. obnox. Mercad. lib. 6. *de tratos y contrat.* cap. 17. eandem quoq. opinionem probant Ledesmius in 2. 4. quæst. 18. articu. 2. vers. *secunda cõclusio.* Spino in specul. testamẽt. glo. 18. princip. n. 9. & 10. Nauar. cõs. 2. n. 2. de simoni. alios itẽ huius opinionis defensores allegãt supracitati Ioannes Gutierrez & Leonardus Lesius.

22 Rationem huius conclusionis post Adrianum affert Molina d. cap. 5. nu. 57. nam in primis Reipublicæ ad quã quis dignum eligit, nihil restituere tenetur, cum eidem dignum præposuerit, nec damnum ex ea electione sibi contigerit: deinde neque etiam digniori qui eligi debuerat, restitutio facienda est, cum is nullum ius ad eandem electio-
23 nem prætendere posset. Aliam rationem adducunt Couarruuias. Gutierrez, Soto, & Lesius locis citatis nempè quoniam Princeps vel alius prouisor conferens digno, prætermisso digniore, munus publicum, quod ei debitum erat, peccat respectu dignioris aduersus iustitiam distributiuam, quia est acceptor personarum, digniori non concedens ex bonis communitatis, quod iuxta eius dignitatem ei potius quam digno debitum erat: at obligatio restituendi non procedit à iustitia distributiua, sed à commutatiua secundum S. Thomam 2. 2. quæst. 62. artic. 1. in corpore quæstionis. Sed & ijdem Couarruuias 24
& Gutierrez aliam quoque rationem protulerunt, quia & si digniori in præfato casu damnum illatum fuerit in re sibi debita, ideoque videatur ei restitutio facienda: hæc tamen ratio in proposito non concurrit, obtinet enim tantum, quando damnum alicui fit in re propria vel sibi debita vt propria, non autem ei debita vt communi: res autem debita vt communis, non est propriè nec verè debita, præcipuè cum debeatur ad vtilitatem communitatis vt contingit in muneribus publicis, nam vt docet S. Thomas 2. 2. quæst. 16. artic. 1. ad tertium. alio modo debetur alicui quod est commune, alio verò quod est proprium. Non tamen diffitendum est quin ob violatam distributiuã 25
iustitiam debeat prouisor vbi alia electio occurrerit, accuratiorem rationem illius dignioris prætermissi haberevt aduertũt Soto d. q. 6. artic. 3. ad 6. extũ. in vers. *Haud tamen.* Ledesmius in 2. 4. q. 18. artic. 2. vers. *Verũ est tamẽ.* Gutier. d. c. 11. n. 54. Molina d. c. 5. n. 58. in vers. *Sed quãuis.*

Sũt nõnulli Doctores qui cõtra tra- 26
ditã conclusionẽ tenuerũt prouidẽtem dignũ in officio Reipublicæ, omisso digniori, teneri ad restitutionẽ digniori prætermisso, & hãc opinionẽ probant Palud. in 4. distinctione 15. quæst. 2. artic. 2. cõclusio. 4. Caieta. 2. 2. quæst. 62. artic. 2. ad quartũ. vers. *ad cõfirmationẽ.* & in summa in verb. *acceptio.* Siluester in verb. *restitutio* 3. quæstio. vltim. & Petrus à Nauarr. lib. 2. de restitutio. cap. 2. num. 140. cum seqq. sed argumentis seu fundamentis huius sententiæ latè respondẽt 27
Couar. dic. §. 7. numero 6. Ledesmi.

in d.

in dic. artic. 2. Gutier. dic. cap. 11. ex nu. 47. & alij ex supra citatis pro conclusione.

28 Illud tamen tuentur & tenent Nauar. in manual. cap. 17. num. 74. & Gratian. decis. Marchiæ 97 num. 21. quod quãdo beneficium vel officium debetur digniori ex aliquo statuto vel lege reperto in concursu, tunc si quis minus digno cõferat, peccat & tenetur ad restitutionẽ, quia iam ille acquisierat ius quoddam perfectũ ad petendum vt sibi illud daretur.

29 Quarta conclusio. Et si superiores conclusiones veræ sint, sunt tamen aliqui casus fallentiales, in quibus licet in foro Poli eligere minus dignum, relicto digniore. Primus sit casus quando plures sunt electores & maior eorum pars vult eligere minus dignum, tunc minor pars potest non eligere digniorem sed dare suffragium minus digno: nũquã tamen
30 indignus eligi potest etiam si constiterit illum à reliquis omnibus optari quoniã talis nõ nisi per nequitiam obtruditur cui nullo colore fauendum vel assentiendum est, Antonin. Diana resol. morali. p. 3. tractat. 5 miscellaneo resolut. 110. num. 3. Ioan. Gutier. canon. qq. lib. 2. cap. 11. n. 60. Domini. Soto de iusti. & iur. lib. 3. quæst. 6. arti. 2. in 9. cõclusion. versic. *Sequitur post hæc.* Petrus à Nauarra lib. 2. de restitutione cap. 2. n. 159. Salon de iusti. & iur. in 2. 2. S. Thomæ q. 63. art. 2. controuers. 4. Aloysi. Ricci. to. 3. dec. 214. n. 3. ex quibus Antoninus
31 Diana 1 um. 4. & Ioannes Gutier. num. 60. referunt alium similem casum nempe quando sunt tres in quos suffragia ferri debent, dignissimus, medius, & infimus, atque si ego eligerem dignissimũ, nec ipse nec medius eligetur, sed infimus; me autem accedente ad medium, ipse vincet: tunc enim eidem consentire possũ, ne infimus eligatur, quod procedit etiam si iure iurando me astrinxerim eligere digniorem.

32 Secũdus casus quãdo ex lege Regni beneficia vel officia vacantia conferẽda sunt ciuibus & originarijs illius: tunc enim solum tenentur electores magis idoneum ex illis eligere, Mercad. *de tratos y contrat.* li. 6. c. 17. Gutier. d. c. 11. n. 29. Et quod sint iustæ huiusmodi leges, pro- 33
bat etiam Ledesmius in 2. 4. quæst. 18. artic. 2. versic. 5. & versic. *præterea ille.* vbi 34
quod cõferens alteri quã tali ciui, tenetur ad restitutionẽ prædictis ciuibus, & vni, si solus esset vnus ciuis. & sequitur Petrus à Nauarra li. 2. de restitutio. c 2. n. 165. Similẽ casũ tradit Diana d. resol. 35
110. n. 9. quãdo beneficiũ ex sua institutione per Ecclesiã confirmata vel acceptata dãdũ est alicui ex certa familia vel oppido: tunc enim ex illis est eligendus dignior.

Tertius casus, quãdo beneficij fundator præsẽtat ad illud, quia licet ei præsẽtare dignũ prætermisso digniore. probatur ex tex. in cap. monasteriũ 16. q. 7. vbi 36
disponitur quod is qui ex proprio patrimonio Ecclesiã seu oratoriũ construxit, potest eidẽ præferre quẽ voluerit dummodo indignus non sit, quod glosa ibidẽ verb. *ne malos.* & communiter scribẽtes sic resoluunt. Molin. de Hispan. primog. li. 2. c. 5. n. 69. Diana d. resolut. 110. n. 10. Eadẽ ratione idẽ Molina n. 68. do- 37
cet, quod si fiat Maioratus de Ducatu seu Comitatu vel oppidis seu Castris etiã cum territorio atque iurisdictione, quãuis is cui electio ad similia munera in re aliena concessa est, teneatur ad ea meliorẽ eligere, is tamẽ qui ea ex proprijs facultatibus instituit, non tenetur digniorẽ eligere, sed sufficit si ad id dignum elegerit.

Difficultas est in patrono qui ipse nõ 38
fundauit Ecclesiam, an teneatur in conscientia eligere seu præsentare digniorem. Cesar Lambertinus de iure patronat. libro 2. 1. par. quæst. 10. artic. 3. numero 17. ex decisione tex. in dic. capite monasterium. generaliter inquit patronum non teneri eligere digniorem. sed taxatur à Couarruuia in regul. peccatum. de reg. iur. lib. 6. 2. par. §. 7. numero 5. versiculo 4. quia id ad solum

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Ecclesiæ fundatorem, de quo textus ille loquitur, restringere debuisset. At Stephanus Gratian. discep. forens. tom. 2. c. 211. n. 15. ait secundum Molinam de primog. Hispan. li. 2. c. 5. n. 67. 68. & 69. probabilem esse quorundam Doctorum opinionem tenentium speciale esse in patrono vt non vulneret conscientiam ex omissione dignioris vt deseruiat ista libertas pro fomento ad effectū vt prōptius & libentius dotentur & erigantur Ecclesiæ. Atque Antoninus Diana d. resolut. 110. n. 12. absolute dicit quod patronus laicus potest eligere & præsentare minus dignum relicto dig-
39 niori. Sed intellige in beneficijs simplicibus, non in curatis, in his enim sub pœna peccati mortalis tenetur patronus præsentare digniorem, & ita approbat & docet Gutierrez d. ca. 11. n. 19. & n. 28.

Quartus casus. quando non est liberum collatori vel institutori conferre
40 alteri vel alium instituere quā sibi præsentatum à patrono, potest, si præsentatus dignus sit, omissō digniore, illum prouidere de beneficio, Diana dicta resol. 110. num. 8. vnde Gutierrez d. cap. num. 20. obseruat Episcopum teneri in-
41 stituere præsentatum à maiori parte patronorum si dignus & idoneus sit etiam
1 si præsentatus à minori parte patronorū dignior sit. & quamuis præsentantes dignū omisso digniore, mortaliter peccēt, neque enim ideo vllo modo peccabit Episcopus nec in hoc casu poterit digniorem instituere, cum vere præsentatus non censeatur, & censuit glo. verb. *maioribus* & DD. in cap. 3. de iur. patron. Couar. alios allegans d. §. 7. num. 4. Idem
42 erit si patronus dignum Episcopo, omissō digniore præsentauerit, nam cum Episcopus teneatur eū instituere secundum canonicas sanctiones, ideo nullam cōtraheret culpam si eum instituat, Caietan. in sum verb. *beneficium Ecclesiasticum*. Ioan. Maior. in 4. sententiarum dist. 15. quæsti. 8. & 9. Couar. d. §. 7. num. 4. versiculo *tertio*. Gratian. discep. forens. tom. 2. cap. 211. num. 31. & 35. vbi loquitur expressē in beneficio curato & ait quod si be- 43
neficium pertineat ad præsentationem patronorum & sit curatum, sufficiet vt præsentatus per patronū iudicetur dignus ab examinatoribus si vero plures fuerint præsentati à patronis in numero æquali, tunc Episcopus debet digniorem eligere.

Quinto conclusio sit. Et si præficiens dignum muneri Reipublicæ, omisso dig 44
niore in foro animæ tutus non sit, sed graviter peccet: electio tamē illa siue prouisio valida est nec in foro iudicali, nec in foro interiori potest iure rescindi. ita omnes DD. profitentur & præsertim S. Thom. 2. 2. quæst. 63. artic. 2. ad 3. Soto de iusti. & iur. li. 3. quæst. 9. artic. 1. cōclus. 8. Don Ludouic à Peguer. in prax. crimin. cap. 7. num. 10. Aloysi. Ricci. part. 3. decis. 214. num. 1. Ioan. Gutier. canon. qq. lib. 2. cap. 11. num. 13. Stepha. Gratiā. discep. forens. tom. 2. cap. 211. num. 13. Couarru. in regu. Peccatum. par. 2. §. 7. num. 3. Flamin. Parisi. de resig. benefi. lib. 1. 7. quæst. num. 40. Cucc. in institut. canon. lib. 4. tit. 1. num. 133. Castillo Soto mayor de tertijs ca. 41. num. 19. conclusio. 4. Cæsar Lābertin. de iur. patron. lib. 2. par. 1. quæsti. 10. artic. 3. ex num. 1. Petr. à Nauarra de restitutio. lib. 2. cap. 2. ex num. 155. & alij innumeri quos isti allegant, atq. in hunc sensum accipiendæ sunt glosæ in cap. constitutis de appellatio. verb. *magis* in cap. 45
licet ergo 8. quæst. 1. in cap. 3. de iur. patron. & in cap. 2. de offic. custod. quas DD. vbique veras esse censent, & ita eas declarant & intelligunt Couar. & Gutier. locis citatis. Procedit hæc conclusio etiam de iure Canonico 46
vt docet Molin. de Hispan. primog. lib. 2. capite 5. numero 54. & 55. quia permissio iuris Canonici à peccato non liberat, quando id à iure Canonico non dispōnitur, sed solum permittitur vt maiora inconuenientia vitentur. Imò electio digni omisso digniori valet etiam si à prin- 47
cipio fuerit appelatū in casu quo dignior

non

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nõ eligatur vt idẽ Molina asserit n. 48.

48 Ratio huius conclusionis est ne Ecclesia vel Respublica varijs litibus vexentur & propter tranquillitatem & pacem Reipublicæ, alias præberetur occasio ad multas lites & quæuis electio posset impugnari & calumniam pati propter quam rationem nedum in foro exteriori, sed etiam in foro conscientiæ valet electio digni omisso digniore vt ait conclusio. Hanc rationem in specie tradunt Ricci. d. decis. 214. n. 1. Gratian. d. cap. 211. n. 13. S. Thom. d. q. 63. artic. 2. Deci. in d. ca. constitutis de appellatio. Soto de iust. & iur. li. 3. q. 6. arti. 2.

49 Sexta conclusio. Dignior in hac materia est ille qui est magis vtilis & aptus ad officiũ vel beneficiũ, cui præficitur Stephan. Gratian. decis. Prouinciæ Mrachiæ 97. in additio. n. 1. Ioã. Gutier. cano. qq. li. 2. c. 11. n. 63. S. Thom. 2. 2. q. 63. art. 2. Lup. in c. per vestras not. 3. §. 26. n. 12. de donatio. int. vir. &. vxo. Hoied. de incõpetabil. benefic. p. 2. c. 23. n. 130. Soto li. 3. de iusti. & iur. quæst. 6. art. 2. Couar. in regul. peccatũ. 2. p. §. 7. n. 4. vers. *dignior vero*. Castillo de tertijs c. 41. n. 19. cõclusio. 6. Ledesmius in 2. 4. q. 18. artic. 2. vbi resoluit omnia hæc esse æstimãda arbitrio prudẽtis viri. D. Antoni. 2. p. tit. 1. c. 20. §. 1. vbi dicit illũ digniorẽ qui excussis omnib⁹ cõditionib⁹ melior est ad tale officiũ ad honorẽ Dei & Ecclesiæ vel Rei publicę vtilitatẽ secũdũ iudiciũ eligẽtis.

50 Inde infertur ad tradita per Gutier. d. c. 11. n. 65. & 66. vbi ex multis docet digniorẽ in proposito nõ simpliciter dici illũ qui doctior vel sãctior sit, sed eũ qui iuxta munus cui præficiẽdus est, aptior eius ministerio apparet, nã frequẽtissimè ex varijs causis euenit vt qui doctior vel sãctior est, nõ ita cõueniat muneri publico sicut alter qui bonus est & doctrinã habet sufficiẽtẽ, vt quia hic est diligẽtior, vel nõ tot negocijs implicitus & magis vacabit muneri quod sibi cõfertur, hic residebit & seruiet muneri suo, ille nõ

51 ita. Sic etiam infertur ad Eman. Rodrig. in sũma to. 1. c. 108. n. 5. vbi cẽset ex prædictis quod si quis cõferat officiũ publicũ, beneficiũ, vel cathedrã digno, prætermisso aliõ qui litteris & scientia dignior seu præstãtior est, eo quod probabiliter credat huic negocia quæ habet, impedimẽto fore ad seruitiũ & ministeriũ suũ, vti debet, exequendũ, non tenebitur ad restitutionem. Sic similiter infertur ad 52
Gratian. decis. 97. in addit. n. 4. vbi refert Rotæ decisionẽ in qua ex duob⁹ approbatis per examinatores pro æquè idoneis in sciẽtia, electio vnius facta per Episcopũ fuit iudicata legitima, quãuis nõ esset Doctor, nec sacerdos, nec pauper, sicut alter: nã istæ qualitates quãuis sint considerabiles, tamẽ nõ faciũt digniorẽ pro gubernãda Parochia, cũ vltra doctrinã sint maioris cõsiderationis mores & aptitudo ad munus iniũctũ. Aduertit Aloysi. Ric- 53
cius p. 3. decis. 214. dupliciter quẽ posse dici dignorẽ altero: vel secũdũ se & simpliciter; vel in ordine ad bonũ cõmune. Secũdũ se vt quia vnus est sanctior vel doctior alio. in ordine vero ad bonum cõmune potest minus sanctus vel minus doctus dici melior sanctiore & doctiore, quia erit vtilior & aptior. Ergo in vltimo modo loquitur supra posita cõclusio. Ex hac distinctione excusari potest Dia- 54
na resol. moral. p. 3. tractat. 5. miscellã. resolutione 110. n. 6. & 7. vbi ait nõ peccare eligẽtẽ minus dignũ, relicto digniori, quando minus dignus est iã expertus & dsiertus circa prælaturã & dignior inexpertus, vel quãdo dignior est implicatus negocijs externis, & nõ, minus dignus. loquitur enim ibi Diana de digniore secundũ se & simpliciter & præsupponit quod in dd. casibus eligitur dignior in ordine ad bonum commune.

Indignus dicitur in proposito qui nõ 55
habet qualitates requisitas ad ministerium, cui præficitur, Rebuff. de pacifi. posse. numero 73. D. Thom. 2. 2. articul. 2. q. 63. Gratian. decis. 97. in addit. num. 3. Castillo de tertijs cap. 41. num. 19. conclus. 3. in fin. Dignus dicitur qui habet qualitates ad beneficium vel officium vacans necessarias, Ledesmi. in

2. 4.q. 18. artic. 2. Gutier.d.c.11.num. 61. Mercad. lib.6. *de tratos y contrat.*ca.
56 18. Notat benè Leonard. Leſius de iuſti. & iur. lib. 2. cap. 32. dubit. 3. num. 19 præcipuum requiſitum officialis Reipublicæ eſſe timorem Dei vbique præſentis & omnia intuentis, vnde Scriptura ait. *Qui timet Deum, faciet bona.* &. *Qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari.* quare nec iuſte agere.

57 Quæro an ſi indignus, vel minus dignus prætermiſſo digniore fuerit ad officium publicum electus, tutus ſit in animæ iudicio acceptando, ſeu poſſidendo illud officium. Dico imprimis quod indignus ſeu incapax, veluti ſi non habeat ſcientiam quæ à iure ad illud munus requiritur, procul dubio peccat mortaliter acceptando vel poſſidendo. notauit Innocen. in cap. cum in cunctis, in prin. de electi. cuius dictum refert & ſequitur Abbas ibidem num. 4. facit tex. in cap. cum ſit de ætat. & qualit. ibi. *& ordinatores & ordinatos.* vbi Scribentes plura in idem congerunt. Molina de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 5. num. 76.

58 At vbi eligitur dignus & idoneus ad munus publicum quamuis alius dignior prætermittatur, tutus eſt in conſcientia acceptando vel poſſidendo, tametſi qui cum ei muneri præfecerit, peccauerit mortaliter omittendo digniorem, vt reſoluũt S. Thom. & Caieta. 2. 2. quæſt. 185. artic. 3. Couar. in regul. peccatum. 2. par. §. 7. num. 4. verſic. *ex his autem.* Soto lib. 3. de iuſt. & iur. quæſti. 6. arti. 2. verſic. *contra hæc tamen.* Gutierrez canon. qq. lib. 2. cap. 11. num. 43. Diana mox allegandus reſol. 110. verſic. *nota ſecundo.* Molin. d.c. 5. n. 76. & ſcribentes in 4. diſtinctione 15. præcipuè Scotus & Ricar. & Ioan. Maior. ibi quæſtio. 8. & 9.

59 Rationẽ aſſignat D. Thomas & cæteri qui eũ ſequũtur, quia ex parte eius, qui aſſumitur, nõ requiritur quod reputet ſe alijs meliorem (hoc enim eſſet ſuperbũ & præſumptuoſum) ſed ſufficit, quod nihil in ſe inueniat, per quod illicitum ei
60 reddatur aſſumere officiũ. Molina verò vbi ſupra rationẽ reddit, quia electus examinare nõ tenetur, an alius dignior inueniatur. An autẽ ante electionẽ poſſit 61
minus dignus tutè petere, Diana reſol. moral. par. 3. tractat. 5. miſcellan. reſolut. 110. verſic. *nota ſecundo.* poſt Turrianũ, Ledeſmium, & Syluium cenſet non poſſe quando certo agnoſcit ex proprio & aliorũ iudicio ſe eſſe minus dignũ, ſubdit tamẽ quod ſi alterius maior idoneitas ſit dubia, puteq. minus dignus poſſe electorem aliquid in ipſo aduertere, ob quod eum iudicet æquè dignum, non peccabit bona fide ſe præſentãs, remque totam iudicio electoris relinquens.

Antequam huic diſceptationi finem 62
imponam, obſerua quod S. Antoninus in 3. par. ſuæ ſummæ tit. 20. c. 2. §. 1. & Perez de Lara de anniuerſar. li. 2. c. 2. n. 36. in fin. referunt de Leone Papa qui cum quadraginta dies oraſſet ad corpus S. Petri vt à Domino remiſſionem peccatorum obtineret, apparuit ei Petrus dicens eam illi impetraſſe à Deo, excepta manuũ impoſitione ideſt ordinatione indignis facta, *de qua* (inquit) *adhuc habet domino reddere rationem.* Et S. Gre- 63
gorius dialogo 4. cap. 9. quem citat Palaci. Rube. in cap. per veſtras notabili 2. §. 26 de donatio. inter vir. & vxor. cõmemorat Paſcaſium fuiſſe damnatum cò quod fouerat partem Laurentij contra Simachum illum eligendo ad Epiſcopatum cum poſſet eligere meliorem.

Sanè Principes qui indignis vel non 64
dignioribus magiſtratus & honores cõferunt, virtuti ipſi iniuriam irrogare videntur iuxta illud vulgare. *Non creditur virtus, quæ ſequeſtratur à premio.* Platea in l. 1. C. de conſul lib. li. 12. Gregor. Lop. leg. 5. glo. verb. *por bondad.* tit. 18. par. 3. Virtuti omni iure debitum eſt præmiũ, adeo vt etiam dum moratur aut ſuſpenditur, dicatur ingratum. ſic Auſonius ex ſententia Lucani. *Gratia quæ tarda eſt, ingrata eſt gratia, namque cum fieri properat, gratia grata magis.* & Seneca libro ſecundo de benefic. capite 5. ibi. *Qui tardè & diem de die extrahens profuit,*

non

non ex animo fecit. ita duas res maximas perdidit, & tẽpus & argumentũ amicæ voluntatis. Xenophõ Philosophus vt refert
65 Volaterra. lib. 30. in Philolog. Princip. magis requirebat à Principe hanc gratiarum largitatem, quam partas victorias. *Præstat* (inquit) *Regem gratiarum, quam trophæorum hæreditatem relinquere.* Nam Alexander Magnus, vt idem Volaterran. eodem loco meminit, non propter Orbis subiectionem assequutus est Magni cognomen, sed propter animi magnitudinem, munificentiam, & liberalitatem. Sed optimis viris Fortuna crudelis inimica est. Vnde illud carmen Senecæ in Hercule furente.

O fortuna viris inuida fortibus,
Quam non æqua bonis præmia diuidis.

Et illud apophthecma don Ioannis de Oroſco lib. 3. emblem. 4. *Pensier auança, fortuna manca*, quod hispano sermone vertit. *El pensamiento sobra, y la fortuna falta.* Quamquam satius est viris bonis intra
66 fortunam suam se continere, & ambitionem fugere. Sic Ouidi. trist. li. 3. elegi. 1.

Crede mihi bene qui latuit, bene vixit,
& intra
Fortunam debet quisque manere suam.

Quod carmen clarissimus nostri temporis Lup. à Vega in Peregrino suæ patriæ ab Ouidio mutuatus est, quando cecinit ita.

Dentro de su fortuna viua el hombre.

Et idem Ouidi. præfato loco venuste ait.

Vsibus edocto si quicquam credis amico,
Viue tibi & longe nomina magna fuge.
Viue tibi, quantumque potes, præclustria vita.
Sæuum præclustri fulmen ab arce venit.
Qui cadit in plano, vix hoc tamẽ euenit ipsi,
Sic cadit vt tacta surgere possit humo.

Et Francisc. Petrarca Sonet. 270.

A cader va qui troppo sale.

Nam virtus (sunt verba Marci Tullij in oratio. pro Sextio) *lucet in tenebris, &*
67 *pulsa loco manet, in tempestate sæua quieta est, splendetque per se semper, nec alienis vnquam sordibus absolescit.*

EX QVÆST. XXIII.

SVMMARIVM.

1 ASsessor quomodo definiatur.
2 Assessores inuenti fuerunt ad supplendam imperitiam iudicum.
Indoctus potest esse iudex.
3 Assessores iudicũ non habent iurisdictionem, nec votum decisiuum.
Assessorum officium est dumtaxat consulere.
4 *Iudex Ecclesiasticus potest eligere sibi laicum in assessorem, etiam in spiritualibus.*
Consilium etiam à laico potest haberi in Ecclesiasticis.
5 *Assessor iudicare non potest, nec sententiam proferre.*
Et an præsente Præside possit.
Præsides de consuetudine per alios recitant & legunt sententias.
Verba sententiæ formari debent in personã Potestatis, non assessoris.
6 Sententia lata de consilio assessoris excommunicati, valida est.
7 *Assessor iue consulto assumptus non potest nouas probationes seu instrumenta recipere.*
8 *Assessores de iure Communi in ingressu sui officij non iurant, quia solum sunt cõsiliarij.*
9 *Assessoris officium non est Dignitas, licet Iudicis officium Dignitas sit.*
Liberti non possunt habere Dignitatem, & tamen possunt esse assessores
Assessoris officium licet non sit ordinaria Dignitas, tamen est honor & tantum cõpetit viro integræ famæ.
Assessor quod lucratur, cedit in quasi Castrense peculium.
10 *Iudex non tenetur sequi sui consultoris cõsilium, si de voluntate partium sit assũptus consultor.*
11 *Fallit nisi partes promiserint stare dicto consilio vel per statutum disponatur*

vt præfato conſilio ſtetur.

12 Iudex conſilium ſui conſultoris legere debet & poſtea explorare apud ſemetipſum an ſibi expediat illud ſequi.

13 Eſſe iudicem & aſſeſſorem ſunt incompetibilia, quia ſibi quis conſulere nequit.

14 Diſtinctio Thomæ Mieres inter aſſeſſorem aſſumptum per iudicem vel per partes & aſſeſſorem electum ſeu creatum per Principem, improbatur.

15 Aſſeſſoris officium an cum iuriſdictioni alterius cohæreat, habeat aliqualem iuriſdictionem propter cognitionem, quam habet.

16 In multis Prouincijs aſſeſſores per ſtatuta terrarum vel ex conſuetudine habent iuriſdictionem.

Auditores Principis & Summi Pontificis dicuntur habere iuriſdictionem ordinariam, & idem de aſſeſſore Poteſtatis & Capitanei ſecundum ſtatuta terrarum.

Aſſeſſores in magna curia Franciæ iuriſdictionem habent & de perſe in omnibus cauſis ſine Regente prouident.

17 Conſuetudo tanquam lex non ſcripta, potens eſt ad tribuendam iuriſdictionem, & facit licitum ex illicito, & potentior eſt priuilegio.

18 In Principatu Cathaloniæ aſſeſſores Regiorum Ordinariorum atque etiam Baronum iuriſdictionem habent.

Expediunt mandata iuſtitiæ nomine ſuo & partibus ius reddunt ſoli ſine dominis iuriſdictionum, cauſas per ſententias definiũt, & exequutioni mandant.

Sententias tamen diffinitiuas in cauſis in ſcriptis vertentibus proferunt nomine non ſuo, ſed Ordinarij & domini iuriſdictionis.

19 Aſſeſſores de quibus agitur in cõſtitutionibus Cathaloniæ, habent iuriſdictionem ordinariam in vim dictarum conſtitutionum, & reputantur quaſi vicarij officialium, quibus aſſiſtunt.

In aliquibus partibus Cathaloniæ appellantur Iudices & in abſentia dominorum gerunt baculum iuriſdictionis.

20 In aliquibus Vniuerſitatibus Cathaloniæ ex Regio priuilegio iudicio proborum hominum iudicantur cauſæ, facta relatione per aſſeſſorem, & precedente eius voto tantum conſultiuo.

Sic in Ciuitate Barcinonæ cauſæ Criminales in caſu de quo hic.

Et ſimiliter in Ciuitate Ilerdæ.

21 In domo deputationis huius Regni aſſeſſores votum deciſiuum habent, excepto aſſeſſore Viſitæ Generalis, qui habet dumtaxat votum conſultiuum.

22 Aſſeſſores in Domo Ciuitatis Barcinonæ, vbi ex Regijs priuilegijs aliquot cauſæ vertuntur, referunt merita & acta cauſarum, & votum quod eſt dumtaxat mœrum conſilium, præbent.

23 Fallit in cauſis, quæ in ſcriptis committuntur, ſit tamen relatio per aſſeſſores officialibus ad quos ſpectat.

In dicta Domo omnia fere iudicia ſunt verbalia.

24 Quid in cauſis quæ in Concilio ordinario & quæ in Concilio Centumuirali declarantur.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ASSESSOR AN HABEAT IVRISDICTIONEM, ET VOTVM DECISIVVM, vel dumtaxat consilium.

QVÆST. XXIII.

1 SSESSOR vt definitur à glo. verb. *Aſſeſſorem* in c. ſtatutũ §. Aſſeſſorẽ de reſcrip. li. 6. dicitur eſſe is quẽ ille qui iudicandi poteſtatem habet, ſibi aſſociat vt in cauſæ cognitione ſibi aſſideat & cum ad rectè cauſam decidendam inſtruat. Sequuntur Speculat. tit. de Aſſeſſore, Philip. Deci. conſ. 8. verſ. *ſed his non obſtantibus*. Nã
2 Aſſeſſores inuenti fuerunt ad ſupplendã imperitiam iudicum, vt notat Angel. conſ. 274. & probatur in l. 1. ff. & C. de offic. Aſſeſſor. cum enim indoctus poſſit eſſe iudex l. certi iuris C. de iudic. debet habere Aſſeſſorem, cuius conſilio regatur, vt ibi Cyn. Bald & Iaſ. tradunt.

3 Quapropter aſſeſſores iudicum non habent iuriſdictionem, nec per cõſequẽs votum deciſiuum, Bart. in l. præcipimus §. quod ſi à iudice C. de appellatio. Specul. in tit. de Aſſeſſore §. officium num. 1. & ibi Io. Andre. in addition. Paris de Pute. de ſyndicat. in verb. *Aſſeſſor*. num. 5. & num. 7. Caſſan. in catal. glor. mun. par. 7. conſiderat. 27. verſ. *& licet*. & verſ. *& quoniam*. Bouadil. in politi. lib. 3. cap. 8. numero 255. in fin. Pat. Thomas Sanchez operis moralis to. 2. li. 6. capite 13. num. 84. Auguſti. Morla in empor. iur. tit. 2. quæſt. 6. n. 18. Marta de iuriſdi. par. 4. centu. 2. caſu 174. numero 1. & 9.

Et illorum officium eſt dumtaxat cõſulere l. 1. l. conſiliarij ff. de offic. Aſſeſſor. l. conſiliarios C. de Aſſeſſorib. Boſſi. in prax. crimin. tit. de ſententijs n. 29. Mãtic. deciſ. 5. n. 3.

Infertur primo, quod cum Aſſeſſor nõ 4
habeat iuriſdictionem, poteſt iudex Eccleſiaſticus laicum ſibi eligere in aſſeſſorem ſecundum communem DD. opinionem etiam in ſpiritualibus, vt notãt Marta d. caſu 174. num. 3. & Morla d. q. 6. n. 19. & 20. nam conſilium etiam à laico poteſt haberi in Eccleſiaſticis, vt aſſerit Innocen. quem ibi Abb. & Deci. ſequuntur, in cap. decernimus de iudic.

Infertur ſecundo, quod Aſſeſſor iudi- 5
care non poteſt nec ſententiam proferre, glo. inl. 1. in ver. *Epiſtolis* ff. de offi. Aſſeſſo. & ibi Bart. n. 3. Iaſ. n. 16. Curt. iun. n. 17. Alb. n. 7. Ia. de Nigris n. 27. Bart. in tractat. de iuriſdictio. q. 9. Thom. Sanchez d. c. 13. n. 84. Marta d. caſu 174. n. 9. Paris de Pute, in d. verb. *Aſſeſſor* n. 27. vbi diſputat an Aſſeſſor poſſit præſente Præſide iudicare & pronũciare ſẽtẽtiã & refert pro vtraq; parte tenẽtes & dicit Præſide de conſuetudine per alios recitare & legere ſententias. & in eodem verb. *Aſſeſſor* n. 13. vbi notat Aſſeſſores non habere iudicare ſed conſulere, ideoq. verba ſententiæ formari in perſonam Poteſtatis, nõ Aſſeſſoris, niſi lex vel Poteſtas det Aſſeſſori ampliorem poteſtatem.

Infertur tertio, ſentẽtiã latã de cõſilio 6
Aſſeſſore excõmunicati eſſe validã, vt docet Tho. Mieres p. 1. collatio. 4. c. 28. de aſſeſſore Villæfranc. n. 6. eò quod ille nõ ſit iudex ſed tãtũ aſſeſſor ſeu cõſiliarius.

Infer-

7 Infertur quarto, quod Aſſeſſor ſiue conſultor aſſumptus non poteſt nouas probationes ſeu inſtrumenta recipere, vt obſeruat Bart. in l. 1. §. quæſitum ff. de appellatio. & relation.

Infertur quinto, quod iure communi
8 Aſſeſſores in ingreſſu officij non iurant, vt notat Paris de Puteo de ſyndicat. in verb. *Aſſeſſor.* n. 13 quia ſolum ſunt conſiliarij.

9 Infertur ſexto, quod quamuis Iudicis officium Dignitas ſit, vt latè ſcripſi ſupra in quæſtio. 2. de præheminentia iudicis. in princip. Aſſeſſoris tamē officiū nō eſt Dignitas, vt docet Bald. in l. 1. ff. de offic. Aſſeſſor. & probat Paris de Pute. de ſyndicat. in verb. *Aſſeſſor* num 28. quia liberti non poſſunt habere Dignitatem l. 1. ff. ad leg. Iul. maieſtat. & tamen poſſunt eſſe Aſſeſſores l. pen. eod. tit. ſubdit tamen Paris de Pute. quod licet non ſit ordinaria Dignitas, tamen eſt honor & officium, quia quod Aſſeſſor lucratur, cedit in quaſi caſtrenſe peculium l. fin. C. eod. tit. & quia tantum competit viro integræ famæ l. 2. §. 1. de offic. Aſſeſſor. l. ne quis C. de dignitat. li. 12.

10 Infertur ſeptimo, quod iudex non tenetur ſequi ſui conſultoris conſilium, ſi de voluntate partium ſit aſſumptus conſultor, Ioan. Andre. in c. nullus ex conſilio de reg. iur. Speculat. de requiſ cõſilij verſ. *quid ſi iudex.* Cataldin. de Boncompagnis in tractat. de ſyndicat. numero 69. Aſtn. in prax. §. 25. cap. 10. verſ. *tertius caſus* num. 1. & ſeqq. Vanti. de nullitat. ex
11 defect. iuriſdic. num. 152. Quod limitat Ioan. Bertach. n. in tractat. de Epiſcopis li. 2. par. 1. num. 86. niſi partes promiſerint ſtare dicto conſilio vel per ſtatutum diſponatur, vt præfato conſilio ſtetur ſecũdum Bart. in l. ſi conuenerit ff. de re iudicat. Bald. in l. obſeruare §. proficiſci
12 31. q. ff. de offic. proconſ. & legat. Iudex namque conſilium huiuſmodi legere debet & poſtmodum apud ſemetipſum explorare, an ſibi expediat illud ſequi cap. cum olim de arbitr. l. 2. in fin. ff mar dat. notat glo. & ibi DD. in ca. nullus ex conſilio de reg. iur. cum ipſi iudici non incumbat onus præciſè conſilium hoc ſequendi.

Imò eſſe iudicem & Aſſeſſorem ſunt 13
incompetibilia l. fi. C. de Aſſeſſoribus, quia ſibi ipſi quis conſulere nequit argum. l. pen. ff. de arbitr. l. 2. ff. de ſtipul. ſeruor. latè Deci. conſ. 8. n. 2. & 3. & aliud eſt officium iudicis & aliud Aſſeſſoris argum. l. ſi idem C. de codicillis.

Infertur octauo improbandam eſſe di 14
ſtinctionem quam Mieres d. ca. 28. n. 7. relatus à Cancerio in noua editione var. par. 2. cap. 2. num. 167. facit dicens Aſſeſſorem aſſumptum per officialē vel per partes non habere iuriſdictionem, Aſſeſſorem autem qui per Principem eligitur vel creatur, eam habere. ad quam diſtinctionem Mieres nihil allegat. Imò iura & DD. ſupra à nobis citata contrarium clarè probant, nempè indiſtinctè de iure communi Aſſeſſorem non habere iuriſdictionem, nec per conſequens votum deciſiuum, ſed naturæ & proprietati Aſſeſſoris repugnare illud habere. & expreſſe aſſerit Paris de Pute. de ſyndicat. in verb. *Poteſtas* n. 8.

Non multum contendam cum Baldo 15
quem refert Paris de Puteo in d. verb. *Aſſeſſor* num. 24. & 25. dicentem quod officium Aſſeſſoris cũ iuriſdictioni alterius cohæreat, habet aliqualem iuriſdictionem, propter cognitionem quã habet, quamquam Speculator vbi ſupra aſſerit aſſeſſorem iure communi nullam habere iuriſdictionem, & omnes DD. notant Aſſeſſorē non habere iuriſdictionem.

Quamuis iure communi Aſſeſſor iu- 16
riſdictionem non habeat, tamen in multis Prouincijs Aſſeſſores per ſtatuta terrarum vel ex conſuetudine habent iuriſdictionem. ſic Ariſmin. Tepat. par. 1. tit. 74. de officio aſſeſſoris cap. 3. notat quod auditores Principis & Summi Pontificis dicuntur habere iuriſdictionem ordinariam & idem de Aſſeſſore Poteſtatis & Capitanei ſecundum ſtatuta terrarum, licet de iure communi aliud ſit ſecundũ

Bart.

Bart. in l. præcipimus 32. §. quod si C. de appellat. ita quoque Paris de Pute. de syndicat. in verb. *Assessor* num. 27. tradit quod in multis locis assessores de consuetudine iurisdictionem habent, & subijcit sic esse in magna curia, vbi iudices in omnibus causis de per se sine
17 Regente prouident. Nam consuetudo tanquam lex non scripta §. ex non scripto Inst. de iur. Natur. potens est ad tribuendam iurisdictionem l. 1. C. de emãcipatio. liberor. c. cum contingat de for. compet. Bellug. in specul. princip. rubr. 11. §. videndum num. 14. & rub. 12. §. restat num. 13. & rubr. 22. §. & quia quotidiana & ibi additio Camilli Borrelli, latè Iacob. Menoch. cons. 2. num. 308. cũ seqq. vol. 1. & facit licitum ex illicito Rolan. à Valle cons. 75. num. 45. vol. 1. Cravet. cons. 48. in fin. & potentior est priuilegio, multa enim priuilegio concedi non possunt, quæ ex consuetudine sustinẽtur Aymo. de antiquitat. tẽpor. in pri. n. 43.

18 In hoc Principatu Cathaloniæ Assessores Regiorum Ordinariorum atque etiam Baronum iurisdictionem habent, ideoque plura expediuntur mandata iustitiæ nomine eorundem Assessorum, & ipsi soli ignorantibus sæpè dominis iurisdictionis inter partes ius reddũt, causas verbales per sententiam dirimunt & alias in scriptis sibi commissas soli definiunt & exequutioni mandant, quamquam sententias diffinitiuas in præfatis causis in scriptis vertentibus proferunt nomine non suo, sed ordinarij & domini iurisdictionis. Hæc præter communem praxim, quæ ita se habet, probãtur in const. Petri III. curiarum anni 1363. ca. 2. quæ est constitutio 1. tit. *que officis temporals no sien continuats* ibi. *declaram que ningu que haja regit offici de iurisdicció triennal, no puxa tenir ò administrar en lo seguent prop trienni aquell mateix ò altre offici de jurisdictio dins aquella mateixa Veguería, ò Ballia, encara q̃ tanla haje tinguda ò sie per sententia absolt, sots lo qual offici de jurisdictio Veguers, Sotsveguers, Corts, Balles Sotsballes, Assessors, ò Iutges ordinaris, è Capdeguaytas volem esser compresos.*

Ideo Mieres quem refert Cancerius 19
var. par. 2. cap. 2. nu. 169. in noua editione, notat Assessores de quibus agitur in nostris constitutionibus tit. *de Iutges y Assessors ordinaris*, habere iurisdictionẽ ordinariam in vim dictarum constitutionum quia reputantur quasi Vicarij officialium quibus assistunt. Ideo in aliquibus partibus Cathaloniæ appellantur Iudices, & in absentia dominorum gerunt baculum iurisdictionis.

Hæc fallunt in casibus regiorum priuilegiorum aliquarum Vniuersitatum 20
Cathaloniç, veluti quando in Ciuitate Barcinonæ absente domino Rege & eius Locumtenente causæ criminales ex priuilegio iudicio procerum seu proborũ hominum declarantur facta relatione per Assessorem & voto suo reddito, sed consultiuo tantum. Simil ter in Ciuitate Ilerdæ causæ criminales iudicio proborum hominũ Vniuersitatis illius iudicantur.

In Domo Deputatorum huius Regni 21
Assessores votum decisiuum habent excepto Assessore visitæ Generalis Cathaloniæ, qui votum consultiuum dũtaxat habet per ca. 1. curiarum anni 1599. A- 22
liud est in Domo Ciuitatis Barcinonæ, in qua per diuersa regia priuilegia plures causæ vertuntur, vbi aliquot annos Assessoris officium gessi, nam ibi Assessores referunt tantum merita & acta causarũ & votum suum quod est mærum consilium, præbent. Verum est quod meo tẽ- 23
pore Doctor Ioseph Gilabert & ego qui ambo Assessorum eius domus personas sustinebamus, semper existimauimus in causis quæ in scriptis agebantur, & nobis per Ciuitatis Consules vel alios officiales inferiores committebantur (sunt fere omnia iudicia ibi verbalia maximè confratriarum & officiorum ex dispositione expressa Regij priuilegij Caroli Imperatoris dat. 16. Nouemb. 1537. licet ad vberiorem cautelam depositiones testiũ in scrip-

in ſcriptis redigantur) habere votũ deciſiuum, nullam tamen cauſam declarauimus non facta prius relatione Conſulibus Ciuitatis aut ijs officialib⁹ ad quos ſpectabat.

In Concilio etiã ordinario vulgo *Trẽtenari* 24 poſt relationem cauſæ prædictũ votum conſultiuum exponebamus: ſed in Concilio centumuirali ſemper (prout Anteceſſores feciſſe reperimus) vouere recuſauimus facta relatione proceſſus & cauſæ, & ſi aliquando euincere non potui, ſed coactus votũ meum patefeci.

EX QVÆST. XXIV.

SVMMARIVM.

1 *EXpedit Reipub. vt officiales & iudices ſuos habeant ad rectè gubernandum & iudicandum Aſſeſſores. & multis exornatur & confirmatur.*

Concilium in rebus agendis maximè neceſſarium eſſe comprobatur.

Sapientes ſunt, qui cum ſapientibus cõuerſantur.

Quare in bullis Apoſtolicis apponatur clauſula, de cõcilio fratrum noſtrorũ.

2 *Variæ quæſtiones de Aſſeſſoribus in varia huius libri loca diſperſa notantur remiſſiuè.*

3 *Aſſeſſor dicitur ab aſſidendo, quod aſſideat iudici ad conſulendum ei & inſtruẽdum ipſum.*

4 *Aſſeſſor vocatur aliquando conſiliarius, interdum Comes, nonnunquam ſocius.*

Aſſeſſor tenetur ſequi iudicem vel officialem, cui datus eſt, & quare.

5 *Aſſeſſores veniunt nomine officialium: ſi tamen ſint ordinarij: ſecus de delegatis ad vnam vel aliam cauſam aſſumptis.*

6 *Ad aſſeſſoris officium pertinet approbare vel reprobare libellos & reijcere.*

7 *Priuilegium conceſſum officiali ſeu magiſtratui, extenditur ad aſſeſſorem illius.*

Æqualis honor in peragendis cauſis debetur aſſeſſori, atque magiſtratui.

8 *Aſſeſſor eligitur quandoque à iudice, quãdoque à parte, & quandoque à Superiore.*

Ad quem de iure ſpectet electio aſſeſſoris.

9 *Iudex aut aſſeſſor quando a populo eligitur, & à domino confirmatur, tunc iudex iuriſdictionem, & aſſeſſor officiũ à domino habere dicitur.*

10 *Iudex ordinarius expenſis Reipub. debet habere aſſeſſorem.*

11 *Legatus Reipublicæ an ſuis expenſis, vel Reipub. debeat aſſumere aſſeſſorem.*

12 *Iudex dubius in aliquo negocio poteſt cõuocare omnes ſapientes ſuæ iuriſdictionis, & eos compellere ad ſibi conſulendum.*

13 *Iudex ordinarius non poteſt tenere niſi vnum aſſeſſorem.*

14 *Aſſeſſor an eligi debeat parte citata vbi diſtinguitur inter aſſeſſorem, quem quis ex vi cõmiſſionis vel ſtatuti ſeu conſuetudinis tenetur accipere, & eũ quem ſponte ſumit.*

15 *Conſiliarius poteſt conſulere partibus præſentibus & abſentibus non citatis.*

Nec neceſſe eſt quod coram eo fiant iuris allegationes per aduocatos partium.

61 *Iudices ſynodales qui aſſignantur in ſynodo pro committendis cauſis Apoſtolicis, an cogi poſſint aſſumere aſſeſſorem.*

17 *Iudices à Sede Apoſtolica deputati ſi in altero Iurium graduati non fuerint, aſſeſſorem partibus non ſuſpectũ, ab ipſis partibus vel altera earum requiſiti aſſumere & ſecundum eius relationẽ iudicare tenentur.*

18 *Religioſus an poſſit eſſe aſſeſſor iudicis, & an præter licentiam Superioris, exigatur vtilitas Monaſterij.*

19 *Quid ſi feratur ſententia, non obtẽta dicta licentia, an valeat.*

20 *Fratres Sãcti Frãciſci an poſſint eſſe aſſeſſores, etiam cum licentia Superioris.*

An religioſi Societatis Ieſu ſine licentia Generalis.

21 *An dominus Rex poſſit mandare Baroni vel eius officialib⁹ vt de vel cũ cõſilio certi iuriſperiti cauſas aliquas decidant.*

Quid vt eas decidant cum vel de conſilio incerti ſapientis. n. 22.

In Cathalonia ſi declaratur non eſſe locũ recurſui ad Regium Conſilium interpoſito, an poſsit apponi conditio, quod Baro decidat cauſam cum voto Doctorum Regij Concilij.

22 Poteſt dominus Rex mandare Baroni vt intra aliquod tempus cauſam aliquam decidat.

Non poteſt tamen ſine cauſa Superior inhibere illi, ne de aliqua cauſa cognoſcat.

23 Aſſeſſor an poſsit aduocare coram iudice, cuius Aſſeſſor eſt, & quid in conſcientia.

An poſsit alij aduocato oſtendere, quomodo aduocare debeat.

24 Aſſeſſor poteſt eſſe aduocatus in cauſa appellationis coram alio iudice: ſed honeſtius abſtinebit.

25 An mortuo officiali expiret eius Aſſeſſor, vbi de veritate opinionis Ioannis Palladij diſputatur & diſtinguitur.

26 Si iudex ordinarius ſubſtituerit ſub Locũtenentem, an expiret officium Locumtenentis morte iudicis ordinarij ſubſtituentis. Vbi contraria DD. opiniones.

Vicarij Generalis officium morte Epiſcopi expirat.

27 Delegati iuriſdictio an & quando expiret morte delegantis.

Quemadmodum iuriſdictio delegati perpetuata dicatur per citationem.

Quando dicatur res integra in propoſito, & quando non.

28 Iuriſdictio delegata ad vniuerſitatẽ cauſarum, quando nulla cauſa coepta eſt, finitur morte delegantis.

29 Delegatus ad decẽ cauſas nõ dicitur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum.

Vniuerſale eſt quod recipit augmentum & diminutionem.

30 Iudex ordinarius ſiue aſſeſſor cũ iuriſdictione, ſi ad Principis beneplacitũ creatus ſit, an mortuo Principe index eſſe deſinat. & de alijs miniſtris.

In officijs beneplacitum ſiue ſit relatũ ad dignitatem ſine ad perſonam, ſemper eſt perpetuum.

31 An per conſtitutionẽ ſecundi Aſſeſſoris vel ſecundi Vicarij, cenſeatur primus per officialem ordinarium reuocatus. & ita opinio affirmatiua.

Extenditur etiam ſi ſecundus vicarius non acceptauerit officium.

Per conſtitutionem ſecundi procuratoris primus reuocatur.

32 Negatiua opinio in vicario ſeu aſſeſſore verior exiſtimatur, niſi aliter ſuaderent coniecturæ.

Per dationẽ ſecundi legati, non reuocatur primus.

Si Epiſcopus cõſtituat ſecundũ vicariũ & faciat notificari primo, tacite primus cenſetur reuocatus.

33 Ratio diſcriminis quare per conſtitutionẽ ſecunda, non reuocetur primus iudex, reuocetur tamen procurator.

34 Facta ante notificationem reuocationis Vicarij valẽt, etiam ſi reuocatio antea expreſſa fuiſſet.

35 An Magiſtratus temporalis poſsit prouidere officia iudicum ſeu aſſeſſorũ vacatura, quæ poſtea vacant tempore ſucceſſoris in Magiſtratu.

36 Epiſcopus non poteſt vltra ipſius vitã cõtedere officia iabellionum & aliorũ officialium.

Quid de conſeruatoribus vrbis.

37 Conductores gabellarum farinæ pro vno anno, an poſsint remiſsiones facere in præiudicium conductorum ſequentis anni.

38 Coloni non poſſunt in fine ſui tẽporis ita erodere fundum, vt fructus anni ſequẽtis corrumpantur in damnum futuri coloni.

Et ibi ſimilia de ſeminantibus totum fundum vel male putantibus vineas in præiudicium futuri coloni.

39 Refertur exemplar ſeu declaratio DD. in caſu promiſſi officij ante ipſius vacationem.

40 Adminiſtratores piarũ cauſarũ nõ poſſunt præuenire diem ſolutionis in præiudicium Rectorum Eccleſiarum vel aliarum perſonarum, quæ tempore mutantur.

41 Secularia officia Magiſtratuum iure Cõmuni debent eſſe temporalia, & quare.

42 In-

42 *Iure prohibita eſt officialium continuatio & confirmatio, legibuſque exoſa perpetua gubernatio.*

Quid in legibus duodecim tabularum ſuper hoc cautum fuerit.

Quid Ariſtoteles ſenſerit.

43 *In officijs aſſeſſorum & alijs, quæ principaliter non habent iuriſdictionem, ſed acceſſoriè, facilius admittitur prorogatio.*

Poſſunt Iudices conſiliarios ſibi eoſdem ſæpius adiungere.

Laudatus Antonius Pius, qui ſucceſſorẽ viuenti bono iudici nullum dedit.

44 *Circa officialiũ continuationẽ, confirmationem, & prorogationem ſtatuta & cõſuetudines attenduntur.*

45 *Caſus in quibus permiſſa de iure eſt officialium confirmatio & continuatio.*

Non poteſt quis compelli repetere idem officium: compellitur tamen ſi alij idonei nõ inueniuntur.

Ob penuriam hominum idoneorum, minus habiles muneribus admouentur.

46 *In Cathalonia Aſſeſſores Regiorum Ordinariorum an ſint perpetui vel temporales & an poſſint in eodẽ officio confirmari.*

47 *An præcepta ſeu edicta Iudicũ & Superiorũ expirent morte illorum vel ipſis ab officio amotis. Vbi diſtinctio.*

Conſtitutiones ſui natura ſunt perpetuæ.

48 *Excommunicatio ab homine lata, morte auctoris ceſſat, vel ceſſante ipſo ab officio.*

49 *Monitoria, quæ ad finem reuelationis per Epiſcopum conceduntur, nõ dicuntur ſtatuta ſed mandata ab homine.*

Dicta mandata expirant morte aut remotione concedentis ab officio: ante incurſam tamen excommunicationem: nam poſt incurſam, opus eſt abſolutione.

50 *Si Epiſcopus per ſtatutum profert excommunicationem, ſemper durat.*

Statutum Epiſcopi morte non expirat.

Vicarij Epiſcoporum non poſſunt facere ſtatuta, ſed quaſdam ordinationes pro tempore ſui officij.

Idem de ſimilibus Rectoribus terrarum & Magiſtratibus habentibus iuriſdictionem ad tempus.

51 *Edicta Epiſcopi pœnalia cõtra clericos arma portantes, non poſſunt exequi Sede vacante, quia expirant morte conditoris.*

52 *Præcepta Iudicũ ſeu Magiſtratuum facta in iudicio ſolẽniter adhibita cauſæ cognitione, perpetuò durant.*

53 *Sic in Præfecto interdicẽte aduocato ne cauſas agat: ſecus ſi interloquendo & ſine cauſæ cognitione interdicat.*

54 *Sic in mandato de capiendo clericũ cum cauſæ cognitione facto, & in mandato de immittendo in poſſeſſionem, & in facultate cõceſſa de capiendo debitorem cum cauſæ cognitione: ſecus ſi ſine cauſæ cognitione expediantur.*

55 *Litteris exequutorialibus tempore alicuius Proregis promiſſis & expeditis, poteſt pars vti poſt eiuſdem Proregis mortẽ, ſecus de litteris citatorijs & quare.*

56 *Mandatum iuriſdictionis expirat re integra: ſecus re non integra.*

57 *An licentiæ ſiue gratiæ Iudicum & Superiorum expirent morte aut remotione ipſorum.*

Mandatũ de aliquid faciendo, morte mandantis expirat.

58 *Quid ſi gratia non ſecuta fuit in vita concedentis reducta ad vſum.*

An exequutor datus poſit mortuo concedente gratiã exequutioni demandare. & quid ſi concedens moriatur re integra.

59 *Quando eſt adhibenda cauſæ cognitio, dicitur gratia facienda.*

Et quomodo hoc intelligendum ſit. num. 60.

Quid in diſpenſatione matrimonij.

Et in decreto, ſi in euidentem.

61 *Quando dicatur gratia facta vel facienda.*

Quid ſi gratia ſit facta, ſed litteræ non ſint expeditæ viuo concedente.

62 *Licentia recipiẽdi ordines ab alieno Epiſcopo, morte ſeu finita concedentis poteſtate non expirat.*

63 *Sic licentia data beneficiato de non reſidendo ratione ſtudiorum.*

64 *Sic*

64 Sic indulgentiæ & remiſſiones à Prælatis conceſſæ.

65 Sic licentiæ celebrandi miſſã in priuato oratorio.

66 Sic licentia prædicandi, & licentia edẽdi carnes diebus vetitis, & facultas eligendi confeſſarium.

67 Diſpenſatio cũ dicatur gratia facta, non expirat morte concedentis.

Quando diſpẽſatio dicatur gratia facta, vel facienda.

68 Opinio Socini Iunioris reprobatur.

Licentia teſtandi à Papa cõceſſa Epiſcopo, morte Pontificis concedentis an expiret re integra.

69 Opinio Iacobi Cancerij refutatur.

Licentia à Regio Cancellario cõceſſa alicui ad poſtulandũ in Ciuitate Barcinona, an expiret morte concedentis.

Sic quoque licentia ſtandi in Ciuitate data per officialem bannito.

70 An ſit conſtituenda differentia inter licentias odioſas aut iuri Communi cõtrarias, veluti licentia de non reſidendo, & vt Epiſcopus poſsit teſtamentum cõdere, & alias non odioſas.

71 Gratia conceſſa ad beneplacitum & voluntatem concedentis, ceſſat concedentis morte, licet re non integra: ſecus ſi gratia conceſſa ſit ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ.

Quid ſi cõcedens dicat, donec reuocauero.

72 Capellanus amobilis, à patrono ſimpliciter nominatus, nõ cenſetur reuocatus morte patroni nominantis, quamuis ſucceſſor patronus poſsit eum reuocare: at ſi fuerit à patrono nominatus ad beneplacitum & voluntatem ipſius patroni, expirat per patroni nominantis obitum.

73 Aſſeſſores à Domino iuriſdictionis creati, maximè iuriſdictionẽ habentes an poſsint in locum ſuũ alios ſubſtituere. Vbi diſtinguntur tres caſus.

74 An creare Locumtenentem poſsint ordinariũ tã in abſentia, quam in præſentia ipſorum.

Ordinarius non poteſt creare aliũ ordinariũ.

In Cathalonia in terris Regijs Baiuli Regij creant Subbaiulos ex conſtitutione.

75 An dicti aſſeſſores poſsint ſubſtituere alium in locum ſuũ vt in omni caſu ſerviat pro eis.

76 In officio Aſſeſſoris cenſetur electa induſtria perſona & ſic non poteſt ſeruire per ſubſtituram.

77 Officialis regulariter non poteſt ſeruire per ſubſtitutum.

78 An aſſeſſor poſsit creare Locumtenentem in caſu ſolum breuis abſentiæ vel infirmitatis vel alterius ſimilis impedimenti.

79 Dominus iuriſdictionis poteſt etiã creare Generalem Locumtenentem Aſſeſſoris, ſeu Regentem Aſſeſſoriam pro eiſdẽ caſibus.

Locumtenentes alij creantur à lege, alij ab homine: & qui conſtituuntur ab homine, alij ab officialibus deputatis à domino, alij ab ipſo domino.

80 An præferatur Locumtenens creatus à domino, an verò conſtitutus ab ipſo Aſſeſſore.

Locumtenens creatus à domino eſt ordinarius, conſtitutus verò ab Aſſeſſore eſt delegatus.

81 An Aſſeſſor poſsit ſubſtituere generaliter pro omnibus caſibus quibus contingat ipſum abeſſe, infirmari, ſuſpectũ recuſari, vel aliter impeditum eſſe, an verò dumtaxat occurrente caſu. referuntur contrariæ DD. opiniones.

An in Cathalonia Vicarij poſsint ſumere Aſſeſſorem generalem propter impedimenta Aſſeſſoris ordinarij.

82 Qualiter Aſſeſſor ſubſtituere poſsit, remiſsiuè.

83 Iudex ſtans extra territorium poteſt delegare cauſã ſubdito, qui ſtat in territorio.

84 An Aſſeſſor teneatur de malè geſtis ſui ſubſtituti, quem ipſe ſubſtituit ſeu delegauit.

Officiales periculo ſuo ſubſtituunt & tenentur de culpis ſuorum ſubſtitutorum.

85 Quid in Cathalonia.

86 Officialis cõdemnatus ex facto ſui ſubſtituti, poteſt ab illo repetere, vel de eius ſalario retinere, niſi ſecũ fuerit particeps fraudis.

Inter

Inter eos habet locum mandati actio, & negotiorum gestorum.

Participem fraudis facit officialē sola scientia fraudis.

8 Si ex nominatis per dominū assessor seu officialis vnum elegit in suū Locumtenētem, non tenetur de male gestis eius.

88 Similiter si Locumtenens per assessorem seu officialem electus, præsentetur domino & approbetur per eum & admittatur.

89 Refertur exemplar Regiæ Audientiæ de cōmentariensi, qui nominationē substituti præsentauit Regio Concilio, vt si carceratus fugeret culpa sui Locūtenentis, ipse liber euaderet.

90 An quādo assessor seu officialis habet expressam à domino facultatem substituēdi, teneatur de culpis substituti.

91 Procurator virtute sui mandati substituēs non tenetur de facto substituti.

Secus in procuratore qui iure suo, nō virtute mandati sibi ad substituendū dati substituit, veluti procurator ad negocia n. 92.

Substitutus nō potest reuocari à procuratore substituente, qui virtute sui mandati substituit, sed debet reuocari à domino.

93 Iudex ordinarius an teneatur de imperitia sui delegati.

Iudex non facit litem suā quod arbitri ab eo electi malè pronunciarunt.

94 Ratio Paridis de Puteo impugnatur.

95 Dominus iurisdictionis non tenetur de culpis suorum, quos creat, officialium.

Nec Princeps neque Baro tenetur de malè gestis suorum officialium. & quid in Cathalonia.

96 Episcopus non tenetur ex facto sui officialis seu Vicarij, etiam si delinquat in rebus incumbentibus officio suo.

97 Dominus iurisdictionis tenetur de delictis & fraudibus successiuis, & continuatis suorum officialium, cum potuerit eos remouere.

98 An domini vectigalium & publicani conueniantur ex facto suæ familiæ.

An nauta, hospes, tabernarius teneantur de facto præpositorum.

An domini priuati de factis suorum famulorum.

An tutores teneantur rationē reddere pro suis factoribus, & administratores pro deputatis à se ipsis.

An procurator pro substituto, quem ipse iure suo sine domini mandato substituit.

An depositarius pro alio depositario apud quē ipse sine domini mandato rē deposuit.

99 An Prætores & iudices teneantur reddere rationem de gestis à suis officialibus.

100 An iudex teneatur ex male perceptis vel vltra taxā perceptis à suis officialibus

101 Si vnius causæ sint plures iudices seu assessores cū iurisdictione, ita vt maior suffragiorum pars ius & sententiam faciat, an debeant omnes simul conuenire, & causam discutere, vel sufficiat separatim vota sua reddere.

102 Capitulū Ecclesiæ & Vniuersitas debēt actus collegialiter congregata & non per singulares expedire.

103 Si ius patronatus competit pluribus vt vniuersis, tenentur omnes patronī simul in eodem loco conuenire ad electionem seu præsentationem faciendam: secus quando illius ius patronatus competit vt singulis.

Quid quoad vltimum dictum, in actibus iudicialibus, & quæ sit ratio diuersitatis.

104 Generaliter in casibus in quibus maior pars potest præiudicare minori in his quæ sunt communia pluribus vt singulis, est de substantia vt omnes in vnum locum conuenian & de ipsa re discutiant.

105 Et de dicta coadunatione debet constare, ita vt alias non præsumatur.

106 Maior pars creditorum vt possit præiudicare minori in dilatione concedenda, requiritur vt creditores simul conueniant.

Fallit quando omnes creditores separatim concordarent.

Fallit item quando huiusmodi solennitas cōsuetudine sublata esset.

107 Vnus ex pluribus iudicibus seu assessoribus cū iurisdictione, quando solus possit de causa cognoscere & sententiā dicere. Discrimen in hoc inter plures iudices ordinarios qui ita possunt, & iudices delegatos, qui ita non possunt.

108 Iudices plures quando censeantur insolidum dati.

se intromittere possint & ex quibus causis.

Et vnus alteri an inhibere possit, si insolidũ dati sint, & de præueniente.

109 Plures iudices ordinarij si omnes ceperunt de causa cognoscere, non debet pronũciare vnus sine alio.

Fallit tribus casibus de quibus hic.

110 Sententia lata ab vno ex pluribus iudicibus delegatis valet si in rescripto adest clausula, Quod si nõ omnes, & quãdo alius inueniri non potest.

De clausula, Quod si non omnes.

111 Ex pluribus iudicibus delegatis ad vniuersitatem causarũ, an vnus solus possit cognoscere & iudicare.

112 Si vnus ex pluribus iudicibus dixit opinionem suam, & quia alios in suã trahere non potuit, recessit & noluit esse præsens in sententia, an valeat aliorum sententia.

113 Quid sentiat auctor in posteriori & anteriori quæstione.

114 Si plures iudices constituuntur vt vniuersi, non potest vnus solus de causa cognoscere, & iudicare, quia habentur loco vnius.

Iudices tabulæ in Cathalonia iudicant vt vniuersi.

115 An vbi iudices iudicant vt vniuersi, possit vnus solus interloquutoriam sententiã dicere. & ibi de veritate opinionis Iacobi Cancerij disceptatur. & n. 116.

116 Quid si interloquutoria sententia habeat vim diffinitiuæ.

Appellatione interloquutoriæ intelligitur de mera interloquutoria.

117 Si causæ cognitio ad duos spectet, & diuerse iudicent, quid dicẽdũ de validitate.

Diuerse iudicantibus ad quẽ appellandum.

118 Iudices seu Assessores an prius suffragium dare debeant seniores, an iuniores

119 An & quando iudici seu assessori iurisdictionem habenti resistere liceat.

Qua pœna puniantur resistentes iudici, & an resistens possit vulnerari vel occidi.

120 Si certum sit iudicem iniustè agere, licet ei resistere iure interiori & exteriori.

Quando & quibus casibus ad hunc effectum dicatur certum esse iudicem iniustè agere.

Et quæ requirantur vt iudici vel eius officialibus resisti possit.

Et an necessaria sit appellatio, antequã resisti possit.

121 Vbi graue ex hac re immineret scandalum aut magna turbatio, non licet resistere iudici, etiam si certum sit eum iniustè agere.

122 Potest Potestas secularis sine metu excommunicationis Ecclesiasticum iudicem inhibere, ne pendente appellatione procedat, ne censuris aut aliter alicui fiat iniuria, interim donec Sum. Pontifex debitum auxilium præstet.

123 Captus sub iuramento & homagio, si sciat quod Princeps mandat eũ iniuste occidi pro delicto pro quo captus est, potest fugere sine metu periurij: secus tamen si mors erat iusta pro maleficio.

124 Licet resistere iudici quando grauamen est irreparabile: etiam si non sit certũ sed dubium an iniuste iudex procedat.

125 Eximens de manib. familiæ iudicis carceratum captũ de facto absque iudicis mãdato, nulla pœna tenetur.

126 Exactori collectarũ si excedit & procedit de facto pignorando vltra modũ vel alia iniusta faciendo, potest ei resisti de facto.

Et an hoc & quando seruetur in praxi & quibus casibus.

127 Intellectus & declaratio Dominici à Soto quando liceat de facto resistere iudici & eius officialibus, illosque vulnerare & occidere vel non.

128 Opinio quorundam DD. tenentium non licere resistere iudici iniuriam ac vim facienti nec se aduersus eum defendere. quæ opinio improbatur.

129 Pro delicto captus vel condemnatus morte aut alia pœna, an possit fugere, carceres rumpere, custodes occidere, & an alij possint eum iuuare & liberare.

Et quid si pro debito ciuili captus sit.

De casu recurrente ad Superiorem

per fugam & arreptionẽ itineris ad illũ.

130 An lex pœnalis obliget ad patiendam pœnæ exequutionem in corpore.

An condemnatus teneatur expreſſe approbare ſententiam.

131 De prærogatiua defenſionis & quid quiſque poſsit ſe defendendo.

132 Iudex vel aſſeſſor iuriſdictionem habens ſi eſt in poſſeſsione ſuæ iuriſdictionis & in ea turbatur, poteſt ſe cum armis defendere & de facto procedere.

Si quis in iuriſdictione alterius affert bacculum, an poſsit ei frãgi per poſſeſſorẽ iuriſdictionis.

133 Poteſt iudex ac debet reuocare de facto quæ de facto & iuris ordine nõ ſeruato fecit.

Poteſt remouere ſine proceſſu nũtiũ curiæ qui deliquit coram eo.

Quid ſi delinqueret dictus nũtius extra officium, vel eſſet creatus à Superiore.

134 Poteſt iudex ſecularis nudã aſsiſtentiam non citata parte iudici Eccleſiaſtico cõcedere: ſecus de brachio ſeculari, & quid in Cathalonia, & ibi refertur exemplar Regiæ Audientiæ huius Principatus.

135 An aſſeſſor iuriſdictionẽ habens ſiue iudex poſsit per ſe ipſũ capere delinquentẽ. & ibi optimo Hortenſij Caualcani qui negatiuam tuetur, & eius argumenta.

136 Sententia Alphonſi Narbona qui defendit affirmatiuam, improbando contrariam & reſpondet eius argumentis.

137 Sẽtẽtia auctoris ſuper hac quæſtione & eius ratio.

Capturæ nobilium perſonarũ aliquãdo fiũt per ipſum iudicem ſeu Magiſtratum.

138 Aſſeſſor iuriſdictionem non habens, capturam per ſe facere non poteſt.

139 Officiales ordinarij an poſsint delictorũ remiſsiones & compoſitiones facere ſine aſſeſſoris conſilio & aſſenſu.

Princeps non adſtringitur ad gratiã contendã cum conſenſu alicuius, ſed libere cõferre illam poteſt.

140 In Cathalonia Locumtenens domini Regis compoſitiones delinquentiũ, quæ excedunt ſũmã decem librarũ, facere debet cũ interuentu Regentis Regiã Cancellariam aut Aduocati fiſcalis.

Et an hoc intelligatur de compoſitionibus tantum, non de remiſsionibus gratioſis.

141 In Cathalonia remiſsiones ſeu compoſitiones delictorum fieri non poſſunt per officiales ordinarios, niſi vocatis aſſeſſore aduocato & procuratore fiſcalibus, & ſcriba Curiæ, & aliter factæ non valent.

142 Iudex appellationem ſine cauſa nõ admittens an & qualiter puniatur. & nu. ſeqq.

Appellatio iuſtã defenſionis cauſã cõtinet, ideoq; & in maioribus & minoribus cauſis conceditur.

143 Iudex tenetur tam in ciuilibus quã in Criminalibus admittere appellationẽ, niſi in caſibus à iure expreſsis, & vbi reus fuerit conuictus & confeſsus ſimul.

Et non admittens appellationem in caſu appellabili in foro animæ peccat mortaliter, & in foro exteriori puniendus eſt.

144 Et quibus pœnis puniatur, & quid ſi poſt appellationẽ denegatã, ad exequutionem proceſſerit.

An de conſuetudine non puniatur, ſi ad exequutionem non proceſſerit.

145 Si de eadem re agatur cor̃ã iudice inferiori & ſuperiori, inferior ſi hoc ſciat, debet ſuperſedere abſque inhibitione, aliter nulliter procedit.

146 Iudex qui friuolæ appellationi defert, etiam tenetur in ſyndicatu & punitur.

147 An iudici ſeculari liceat auferre clericis arma proditoria, & refertur deciſio Cancellarij Regij huius Principatus.

An poſtea dicta arma repeti poſsint per iudicẽ Eccleſiaſticum ab officiali ſeculari, & refertur alia ſimilis deciſio Regij Cãcellarij.

148 An archabuſsij parui & magni dici valeant arma proditoria, & refertur deciſio Regij Concilij Cathaloniæ.

Arma an ſint prohibita iure Communi, Municipali, & Conſuetudinario.

149 An clauſulæ appoſitæ in prima commiſsione iudicis ſiue aſſeſſoris cenſeantur repetitæ in ſecunda.

Quid in commiſsione nouæ cauſæ.

Quid ſi dicta clauſula in primo reſcripto eſt appoſita ex priuilegio cauſæ.

Quid

Quid quando secundus iudex subrogatur in locum primi.

150 Quid si dicta clausula apposita fuit in priori commissione in fauorẽ certæ personæ, quæ illa non vtitur in secunda.

An clausulæ odiosæ, veluti clausula, appellatione remota, censeantur repetitiæ.

151 Iudex siue assessor cum iurisdictione, tenetur præstare iuramẽtum in ingressu sui officij & quid illud continere debeat.

Quid in Cathalonia.

152 Antequam iuret, non potest iurisdictionem exercere, & gesta per illum sũt nulla, & tenetur ad eandem pœnam, ad quã is qui propria auctoritate officiũ sibi vsurpat.

Præcedentia Senatoris respectu collegarũ sumitur à die iuramenti.

153 Antecessor finito officio potest exercere iurisdictionem post aduentum successoris qui adhuc non iurauit.

154 Si semel iurauit iudex siue assessor, non tenetur vlterius iurare.

Et idem de aduocato.

Vsus Domus Ciuitatis Barcinonæ in contrarium.

155 Dictum iuramentum præsumitur præstitum, si iudex reperiatur in possessione officij.

156 De iuramento Baronis & de vassallorũ homagijs & sacramentis, remissiuè.

157 An iudex siue assessor iurisdictionẽ habens teneatur per se ipsum examinare testes.

Et an possit notario testium examen, iuramentique receptionem committere.

158 An hoc procedat tantum in Criminalibus, non in Ciuilibus.

159 An in Ciuilibus arduis.

160 An in dictis causis Criminalibus & Ciuilibus arduis, testium per notarium examinatorũ ratihabitio corã iudice facta suppleat defectum examinis.

Testibus non testimonijs credendum.

161 Iudex ex coniecturis & præsũptionibus potest testibus fidem non dare.

An debeat facere scribi in actis curiæ quare non adhibet plenam fidem testibus.

162 De stilo & consuetudine solet examen testium notario committi.

Quid seruetur in Regio Cõcilio huius Principatus tam in Criminalibus, quam in Ciuilibus, & in arduis Ciuilibus circa examen testium.

163 Illustris persona an si sit alicuius criminis rea, sedere debeat cum iudice vel assessore, quando causa eius agitur.

Quid seruetur in Cancellaria Regia.

164 Iudices seu assessores certæ speciei causarum vel specialiter fauore certarũ personarum deputati an & quando censeantur dati priuatiuè vel cumulatiuè.

165 An assessor possit emere bona suæ administrationis, & quid de conductione.

166 Assessor an lapso termino sibi ad iudicandum præfixo, possit iudicare.

167 Assessor quando debeat partẽ subcambentem in expensis condemnare.

168 Assessor an esse quis possit in propria patria.

169 An domini iurisdictionum teneantur pro iustitia ministranda deputare iudices & assessores & an suo sumptu.

170 De expensis quæ fiunt ratione iustitiæ ministrandæ.

DE ASSESSORIBVS

QVÆST. XXIV.

1 EXpedit Reipublicæ officiales & iudices qui eius regimini præpositi sunt, suos habere ad rectè gubernãdum & iudicandum assessores: quare Iustinianus de iudi. constit. 82. magistratibus ait. *Omnino ad manus sint assessores qui legum placita explicent & illorum suppleant occupationes, quandoquidem multis vndique curis impliciti merito iudiciarias partes assessorum suorum supplent præsentia.* & in auth. de mandat. princip. §. festin. inquit. *Festinabis etiam consiliarium & quicunque fuerit, circa te assumere virum optimũ.* Plato quoq. in fin. dialogi refert hoc ex profunda mente Euripidem cecinisse, sapientes esse qui cum sapientibus conuersantur. & Prouerb. c. 13. habetur. *Qui agunt omnia cum consilio ratiocinantur sapientia.* & rursus. *Amicus sapientum sapiens erit.* & Ecclesiast. c. 32. *Nihil sine cõsilio facias, & post factum non pœnitebis.* & item c. 37. *Ante omnem actum adhibe consiliũ stabile.* & apud Horati. *Vis cõsilij expers mole ruit sua.* Sic in bullis Apostolicis ex stilo antiquo leguntur illa verba. *De consilio fratrum nostrorum.*

2 In quæstionibus quas tradidi multa inserui de assessore. nam supra in quæstio. 23. scripsi quis dicatur assessor & an habeat iurisdictionem & votũ decisiuũ & an eius officium sit Dignitas. Item in quæstio. 13. cuius peritiæ debeat esse assessor & ad quid sit inductũ eius officiũ & in quo consistat & quando teneatur de malo consilio & excusetur officialis vel non, & an & quando officiales sine consilio assessorum iudicare valeant. Item in quæstio. 5. & in quæstio. 19. diserui an possit iudex sumere assessorem sine voluntate partium & quis soluere debeat salarium assessoris & quando iudex debeat sequi consilium consultoris seu assessoris & an teneatur accipere assessorem. Item in quæstio. 12. egi cuius ætatis debeat esse assessor. Item par. 3. in quæstio. 4. multa dixi de tacito assessoris consensu. Et alia eisdem atque alijs locis de assessore notaui. Nunc præter illa subijciã aliqua quæ scitu & notatu digna visa sunt.

Assessor dicitur ab assidendo quod assideat iudici ad instruendum eum & cõsulendum ipsi, secundum Bart. in l. 1. C. de assessorib. Vocatur aliquando cõsiliarius l. consiliarios C. eod. tit. interdum 4 socius d. l. 1. illo tit. nonnumquam comes quasi comitans iudicem vel officialem cui assidet l. præces §. sed & si comites ff. de var. & extraord. cognitio. & ibi glo. & Bart. exponunt comites id est assessores. Hinc Thom. Mieres par. 1. collatio. 4. cap. 28. de assessor. Villafran. infert quod assessor tenetur sequi iudicẽ vel officialem cui datus est pro assidendo, quia assessor est quidam comes & socius iudicis & officialis cui datus est. Sũt 5 etiam ipsi assessores officiales & veniunt nomine officialiũ, & facit rubr. ff. de offic. assessor. & probat Mier. p. 2. collatio. 9. c. 31. vt de querel. paci. & treug. tabul. tenea. num. 6. quod verum esse subijcit de assessoribus ordinarijs, secus autem de delegatis ad vnam vel aliã causam assumptis. Pertinet ad assessoris officium approbare vel reprobare libellos an sint apti vel inepti concepti euidenti vel velata ineptitudine, glo. & Bald. in l.

3 Assessor dicitur ab assidendo quod assideat iudici ad instruendum eum & cõsulendum ipsi, secundum Bart. in l. 1. C. de assessorib. Vocatur aliquando cõsiliarius l. consiliarios C. eod. tit. interdum socius d. l. 1. illo tit. nonnumquam comes quasi comitans iudicem vel officialem cui assidet l. præces §. sed & si comites ff. de var. & extraord. cognitio. & ibi glo. & Bart. exponunt comites id est assessores. Hinc Thom. Mieres par. 1. collatio. 4. cap. 28. de assessor. Villafran. infert quod assessor tenetur sequi iudicẽ vel officialem cui datus est pro assidendo, quia assessor est quidam comes & socius iudicis & officialis cui datus est. Sũt etiam ipsi assessores officiales & veniunt nomine officialiũ, & facit rubr. ff. de offic. assessor. & probat Mier. p. 2. collatio. 9. c. 31. vt de querel. paci. & treug. tabul. tenea. num. 6. quod verum esse subijcit de assessoribus ordinarijs, secus autem de delegatis ad vnam vel aliã causam assumptis. Pertinet ad assessoris officium approbare vel reprobare libellos an sint apti vel inepti concepti euidenti vel velata ineptitudine, glo. & Bald. in l.

in l. 1. ff. de offic. assess. & ibidē Alex. de Imol. & potest eos reijcere, Paris de Pu-
7 te. de syndic. in verb. *assessor* n. 26. Priuilegium concessum officiali seu Magistratui extenditur ad assessores qui sibi subsunt glo. in l. restituenda verb. *secundissimi* C. de aduoc. diuers. iud. & æqualis honor debetur assessori qui debetur ei cui assidet in causis peragendis l. 1. ff. de offic. assessor. Chassan. in catal. glor. mun. par. 7. considerat. 27. Christophor. Lanfranc. de præcedentia Doctoris & militis nu. 44. Paris de Pute. in d. verb. *assessor* nu. 6. vbi rationem assignat quia assessor est socius l. 1. C. de assessor.

8 Eligitur quandoque assessor ab ipso
12 iudice, quandoque à partibus, quod valde congruit ne possit recusari, quandoq. à Superiori assumitur & præsidi vel officiali associatur, vt notat Mieres qui supra cap. 28. num. 5. Cuya. paratil. ff. de offic. assessor tit. 21. lib. 1. tom. 2. Sed de iure ad ipsum iudicem spectat eligere sibi assessorem, Purpurat. in l. 1. num. 71. ff. de offic. assessor. Menoc. de arbitr. casu 253. num. 3. & 4. & quod rectores & præsides possint sibi eligere assessores notat Paris de Pute. in d. verb. *assessor* n. 32. Quando autem iudex aut
9 assessor à populo eligitur & à domino confirmatur, tunc à domino iudex iurisdictionē & assessor officiū habere noscitur, vt ex auth. de defensor. ciuitat. §. ius iurādū. & Bald. in c. cū omnes n. 22. de constitutio. & Decio de communi testāte in l. 1. ff. de iurisdic. omn. iud. & alijs probat Couar. prac. c. 4. n. 6. vers. *secunda cōclusio*. & post Couar. docet Alphōs. Narbona ad leges regias li. 4. tit. 1. l. 20. glo. 18. n. 103.

10 Debet iudex ordinarius expēsis Reipublicæ habere assessores l. diē functo de offic. assessor. Paris de Pute. de syndicat. in verb. *assessor* n. 31. vbi de delegato
11 Reipublicæ subdit quod si nō sit iurisperitus, si est talis qui potest recipere salarium, debebit habere assessorē suis expensis: sed si est talis qui de iure vel cōsuetudine non possit recipere salariū, tūc expensis partium habebit assessorem, nō proprijs. & rursus n. 23. Neque solum 12
potest iudex habere assessorem, cuius consilio regatur, verum etiam dubitans in iure iudex super aliquo negotio, poterit conuocare sapientes suæ iurisdictionis vt asserunt DD. per l. custodias ff. public. iudic. & non solum conuocare, sed etiam compellere ad consulendum, & ita notatur in l. 2. C. de proxim. sacror. scrimio. li. 12. & in auth. de manda. princip. §. festinabis. Thom. Mier. par. 1. collac. 3. cap. 3. de iuramento officialium num. 8. & 9. & probat tex. in cap. de quibus 20. dist. Non posse autem 13
de iure iudicem ordinarium tenere nisi vnum assessorem obseruant Auēda. de exequen. mandat. regi. libro 1. capite 3. numero 1. Hieron. Portol. ad Molin. in verb. *assessor* numero 2.

Quæro an assessor eligi debeat parte 14
citata. Franc. in capite cum speciali in pri n. q. 17. numero 39. de appellatio. docet cum parte citata eligendum, nimirum ea ratione quia assessor partibus non suspectus eligendus est capite statutum §. assessorem de rescrip. lib. 6. Innocen. in c. super quæstionum n. 6. de offic. deleg. Intelligit Mantic. decis. 5. numero 4. hoc habere locum quando iudex ex statuto vel consuetudine vel tenore cōmissionis debet eligere assessorem vt loquitur Bald. quē Franc. allegat in l. 1. n. 1. C. de relat. & ita intelligit quoq. Paul. de Castr. in cons. 6. num. 1. li. 1. Secus tamen ait Mantica quando iudex sua sponte eligit sibi assessorē quod secūdū veriorē & receptiorē opinionem inuitis etiā partibus sumere & eligere assessorē possit & consequēter multo magis possit cum eligere partibus absentibus nō citatis l. qui potest inuitis & ibi Decius & Cagnol. n. 1. de reg. iur. nam assessor est consiliarius, cuius officiū non est iudicare sed consulere l. consiliarijs ff. de offic. assessor. & consiliarius potest consulere 15
partibus præsentibus & absentibus non

citatis nec requiſitis & ideo neceſſe non eſt quod coram eo fiant iuris allegationes per aduocatos partium, Angel in l. 1. §. 1. n. 2. ff. de appell. & Anton. Gabri. concluſ. 1. nu. 501. de citationibus lib. 2.

16 Quæro, cum cauſæ Sedis Apoſtolicæ committi debeant canonicis Cathedralis Eccleſiæ vel alijs perſonis de quibus in c. ſtatutum de reſcrip. lib. 6. & in clem. & ſi principalis eod. tit. & ad id eligantur in Diœceſana Synodo certi canonici qui dicuntur iudices ſynodales: an iſti iudices ſynodales cogi poſſint aſſumere & eligere aſſeſſorem. Reſpondet Mantica deciſ. 5. num. 6. & 7. non poſſe compelli quia cum à Synodo Diœceſana fuerint deputati & tanquam idonei electi, tales præſumuntur c. vlti. de præſumpti. l. ab ea parte ff. de probatio. Felin. in cap. cum Ioannes numero 40. in fin. de fid. inſtrum. Quod verum cenſeo ſi ſint Doctores in altero iurium graduati, alias autem ſecus per ea quæ tradit Stephan. Quaranta in ſua ſumma bullarij verb. *capitulum ſede vacante* num. 6. vbi aſſerit quod ſi ſede vacante in capitulo nullus eſſet Doctor & fieret electio in Vicarium vnius ex ipſis, poſſet eidem deputari conſultor, cum per conſtitutionē

17 Leonis 10. incipien. *Regimini vniuerſalis Eccleſiæ.* inter alia diſpoſitum ſit quod iudices à Sede Apoſtolica deputati ſi in altero iurium graduati non fuerint, aſſeſſorem partibus non ſuſpectum, ab ipſis partibus vel earum altera requiſiti aſſummere & ſecūdum eius relationem iudicare teneantur.

18 Quæro an religioſus poſſit eſſe aſſeſſor iudicis. Docet Lambertin. de iur. patronat. li. 2. p. 1. quæſt. 4. artic. 7. n. 1. poſſe ex Prælati licentia. Sed pater Sanchez operis moralis to. 2. li. 6. c. 13. n. 85. diſputat an requiratur etiam vtilitas monaſterij, & imprimis ait quod videbatur nō requiri quia vere non eſt iudex nec ipſe ſententiā fert, demum autem ſubdit credere ſe quod requiratur quoque vtilitas monaſterij, quia is actus ad ſententiā iudicialem pertinet, & aſſeſſor eam ordinat, illique ſubſcribit, licet non tanquam iudex eam ferens, ſed tanquam aſſeſſor & conſultor: & cap. monachi 2. nominis 16. q. 1. & cap. 2. de poſtulan. ad munera iudicialia exigitur licentia Abbatis & vtilitas monaſterij. Illud notatu dignum eſt quod cēſet Sanchez num. 87. quod ſi tamen religioſus prælibato aſſeſſoris munere ſine licētia Superioris fungeretur, valeret ſententia, cum non feratur ab ipſo religioſo, ſed ſe habeat in illa tanquā conſultor. Sane Fratres Frāciſcanos exiſtimat Sanchez n. 86. nō poſſe eſſe aſſeſſores etiam de licentia Superioris, religioſos autem Societatis Ieſu ſubijcit non poſſe aſſeſſoris munus gerere abſque licentia Generalis.

Quæro an dominus Rex poſſit mandare Baroni vel Baronis officialibus vt de vel *cum* concilio certi iuriſperiti cauſam vel cauſas aliquas decidant & definiant ſeu procedāt in ipſis cauſis. Negatiuè conſulit Curti. iuni. in conſ. 2. quia turbaret iuriſdictionē vaſſalli in cognitione cauſarum primæ inſtantiæ, quod minimè licet. ſequitur Hieronym. Cagnol. in l. conſilij n. 24. de reg. iur. docent quoque Natta conſ. 408. circa prin. Surd. conſ. 210. n. 3. li. 2. Æmil. Verall. deciſ. 297. verb. *electio.* n. 6. Cancer. p. 2. c. 2. in noua editio. n. 63. & p. 3. c. 13. à n. 307. & confirmatur in Cathalonia ex diſpoſitione cōſtitutionis 57. curiarū anni 1599. qua cauetur, vbi in cauſa recurſus ad Regiū Concilium interpoſiti declaratur non eſſe recurſui locū, non poſſe apponi conditionē quod Baro decidat cauſam cū voto Doctorum Regij Concilij. Subdit tamē Cagnol. vbi ſupra poſſe Principē ſeu eius Cōcilium mādare magiſtratib⁹ vaſſallorū vt procedāt de cōſilio iuriſperiti partibus non ſuſpecti, ſimpliciter nemine nominato, & hanc praxim dicit iuri conformem & obſeruari in Cancellaria Sabaudiæ. Poſſe quoque Regem excitando Baronis iuriſdictionem mandare eidem vt intra certum tempus cauſam aliquam decidat, tradunt relati per Cancer.

par.

par. 3. d. cap. 13. num. 310. & eſt tex. in cap. paſtoralis de offic. ordin. vbi Felin. notat. licet non poſſit Superior ſine cauſa inhibere illi ne de aliqua cauſa cognoſcat.

23 Quæro an aſſeſſor poſſit aduocare coram iudice cuius aſſeſſor exiſtit. negatiuè concludendum eſt vt probat tex. in l. conſiliarijs & ibi Iaſ. num. 1. Deci. nu. 1. & 2. ff. de offic. aſſeſſor. glo. in l. nemo 2. C. de aſſeſſor. docent Franciſc. Marc. dec. 698. vol. 1. Purpurat. in rub. de offic. aſſeſſ. num. 153. Auenda. de exequen. mandat. regijs lib. 1. cap. 2. num. 23. plures refert Hieron. Portol. ad Molin. in verb. *aduocatus* num. 100. & verb. *aſſeſſor* num. 1. hoc ipſum comprobat Auiles cap. 3. prætor. in verb. *Abogados* num. 1. & 7. vbi poſt S. Antonin. & Montal. quos citat, aſſerit huiuſmodi aſſeſſorem aduocantem in foro conſcientiæ peccare & ſententiam eo aduocato latam retractari debere. Licet autem iſte aſſeſſor aduocare nequeat, poteſt tamen licitè alteri aduocato oſtendere quomodo aduocare debeat vt tenent Auiles qui ſupra num. 1. Portol. d. verb. *aduocatus* num. 103. Bald. in cap. qualiter num. 3. de electio. Poterit etiam aſſeſſor eſſe aduocatus coram alio 24 iudice ſcilicet in cauſa appellationis, nō obſtante, quod ipſe in prima inſtantia illius cauſæ aſſeſſorem egerit, quamuis honeſtius eſſet ſi hoc caſu ab aduocando obſtineret, Paul. de Caſtr. in l. quiſquis & ibi Aretin. n. 2. C. de poſtulan. Auil. qui ſupra n. 2. & 5. Portol. d. verb. *aduocatus* n. 104. Auenda. vbi ſupra num. 23.

25 Quæro an mortuo officiali expiret eius aſſeſſor. Parlador. rer. quotidian. li. 2. c. 1. n. 10. & ſeq. ex multis reſoluit mortuo præſide, ſeu officiali ordinario, cui aſſiſtit aſſeſſor etiam cum iuriſdictione, expirare aſſeſſoris officium, cum iuriſdictioni officialis cohæreat & quodammodo ab ea pendeat cap. 1. de offic. vicar. in 6. Ego exiſtimo diſtinguendum quod ſi aſſeſſor per dominum Regem creatus fuit & datus officio iudicis ordinarij, non expirat aſſeſſor per mortem iudicis ordinarij: ſed ſi iudex ordinarius ſumpſerit & elegerit ſibi aſſeſſorem id eſt conſultorem, expirat aſſeſſor per mortem iudicis ordinarij. Si autem iudex or- 26 dinarius ſubſtituerit ſibi Locumtenentē, quemadmodū aſſeſſores vbi iuriſdictionem habent, dicuntur quaſi vicarij officialium quibus aſſiſtunt, vt ex Miere Cancerius var. p. 2. c. 2. num 169. in noua editio. notat, multi tenuerunt non expirare officium Locumtenentis, licet iudex ordinarius ſubſtituens moriatur, quod aſſeruerunt Ioan. Faber in §. item ſe adhuc num. 5. inſt. de mandat. Auenda. de exequen. mandat. regi. lib. 1. cap. 3. in pri. Bart. in l. 1. num. 1. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. Auiles cap. 4. prætor in verb. *iuſtitia* num. 3. & num. 13. quamquam contrarium ſcilicet expirare Locumtenentis officium affirmat veriſimile eſſe Couar. prac. cap. 4. num. 4. ſicut & officium Vicarij Generalis mortuo Epiſcopo expirat & idem probare videtur Matien. tit. 10. l. 1. glo. 21. nu. 14. pro vtraque parte DD. citat Franciſc. Marc. dec. 780. per tot. & poſt Marcum Hieronymus Portol. ad Molin. in verb. *iudex* n. 79.

Delegati iuriſdictio expirat morte 27 delegantis re integra cap. relatum cap. licet vndique de offic. delegat. ſi tamen fuerit perpetuata iuriſdictio non expirat morte cap. ſi delegatus de offic. delegat. in 6. & perpetuatur ſola citatione in qua etiam inſeri debet tenor delegationis, alioquin eſſet nulla l. & quia ff. de iuriſd. omni. iudic. Innocen. in cap. præterea de dilat. Abbas in d. cap. relatum num. 1. & fin. & in cap. præterea num. 4. de dilat. Petr. Dueñas de reg. iur. regul. 93. bene Paul. Piaſeci. in praxi Epiſcopal. par. 2. capite 4. artic. 2. numero 27. Latè quando dicatur res intega in propoſito vel non integra Thom. Sanchez de matrimon. tom. 3. lib. 8. diſput. 28. à num. 8. Sed & iuriſdi- 28 ctio delegata ad vniuerſitatem cauſarū,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

quãdo nulla cauſa cæpta eſt, finitur morte delegantis, Gonzal. Flores variar. quæ-
29 ſtion. cap. 18. num. 5. Et obiter aduerte quod delegatus ad decem cauſas non dicitur delegatus ad vniuerſitatem cauſarum, ſed cauſarum ſpecialium, quia vniuerſale eſt quod recipit aucmentum & diminutionem, & illa commiſſio non recipit. ita poſt Bald. apprimè nota Claudi. Cantiuncula in tractat. de offic. iudic. lib.
30 2. cap. 2. num. 18. Iudex ordinarius ſiue aſſeſſor cum iuriſdictione ſi ad Principis beneplacitũ creatus ſit, an mortuo Principe iudex eſſe deſinat, Vanti. in tit. de nullitat. ex defect. iuriſdic. deleg. num. fin. Gutier. li. 3. pract. quæſt. 11. vbi quoque de alijs miniſtris. Cancer. par. 3. ca. 1. num. 99. & 100. vbi probat quod in officijs beneplacitum ſiue ſit relatum ad dignitatem ſiue ad perſonam, ſemper eſt perpetuum. quod etiam ſcripſit Gratian. diſcep. forenſ. to. 1. cap. 167. nu. 47. & 48.

31 Quæro an per conſtitutionem ſecundi aſſeſſoris vel ſecundi vicarij cenſeatur primus per officialem ordinarium reuocatus. multi tenent reuocatum cenſeri quorum meminere Selua de benefici. par. 2. quæſt. 14. num. 14. Rebuff. in prax. benefici. par. 1. tit. de forma vicariatus. num. 201. fundatur hæc opinio argumẽto tex. in l. ſi quis §. 1. ff. de procurat. & in cap. non iniuſte eod. tit. quibus expreſſe diſponitur per conſtitutionem ſecundi procuratoris primum reuocari. qua ratione extendunt Geminia. & Franc. vt etiam ſi ſecundus vicarius non acceptauerit officium, tamen per eius conſtitutionem reuocatus ſit primus, quia hęc
32 domini voluntas eſt. Sed contraria opinio verior eſt nempe per conſtitutionẽ ſecundi aſſeſſoris vel ſecundi vicarij nõ videri reuocatum primum per officialẽ ordinarium, vt tenet Panor. in cap. volentes de offic. legat. per illum tex. vbi per datione ſecundi legati, non reuocatur primus. ſequuntur Panormitani ſententiam Selua d. q. 14. num. 16. & Rebuf. d. tit. de forma vicariatus. à nu. 205. qui tamen limitat niſi expreſſe vel tacitè ex verbis ſecundi appareret primum reuocatum eſſe vt probatur in ca. pen. de procur. in 6. vnde ſubdit quod ſi Epiſcopus conſtituat ſecundum vicarium & faciat notificare primo, licet expreſſe aliter eum non reuocauerit, tamen tacitè cenſetur reuocatus, quia intimando primo conſtitutionem ſecũdi, videtur voluiſſe vt primus à ſuo officio abſtineret. Eandem Panormitani ſententiam pluribus confirmat Boeri. 33
in dec. Burdegal. q. 347. Nec obſtare creditur prætactum argumentum de procuratoribus, propter rationis diſparitatem, reſpondent enim & Selua & Rebuff. quod procuratores ſæpius per concurſum ſe impediunt & quod vnus affirmat, alter negat c. pen. de ele. lib. 6. cap. ſi duo de procurat. eod. lib. at ordinarij iudices plures habent poteſtatẽ inſolidum & ſolent plures in eodem officio decerni vt facilius Reipub. conſuli poſſit l. vnic. ff. de offic. conſul. De hac quoque quæſtione Deci. in c. cæterum de reſcrip. & Caſtrenſ. in l. 31. §. Iulianus de procurator. Et animaduertere oportet quod à die quo intimatur 3
vicarij reuocatio, geſta poſtea per eundem vicarium non valent: tamen facta tenent ante notificationem, etiã ſi reuocatio expreſſa eſſet, tex. in l. ſi forte ff. de offic. proconſul. Bal. in l. ſolent §. ſicut ibidem. fuſe proſequitur Rebuff. ſupra citatus à n. 206.

Quæro an Præſes Prouinciæ vel Ma- 3
giſtratus temporalis poſſit prouidere officia iudicum vel aſſeſſorum nondum vacantia, ſed vacatura, quæ poſtea vacant tempore ſucceſſoris in Præſidentia ſeu Magiſtratu. Reſpondeo negatiuè nã iſtæ prouiſiones in præiudicium præfati ſucceſſoris minime valent, cum prædeceſſor non debeat ſupplãtare ſucceſſorem vt ait Bald. in capite 1. verſic. *Et adde.* Qui ſucc. teneant. quem citat Affictis dec. 101. & dicit idem Bald. in l. emptorẽ verſic. *Quid in ſucceſſore.* C. locat. quod in ſegetem ſucceſſoris non

potuit

potuit falcem immittere anteceſſor, argum. l. hac conſultiſſima §. fin. C. de reb. alien. nõ alienan. & l. in fructu ff. de vſufruct. legat. & l. ſi quis nec cauſa §. fin. ff. ſi cert. petat. cap. veniens de tranſactio. & ita fuit deciſum in ſacro Concilio Neapolitano vt refert Vincen. de Franchis deciſ. 393. vol. 2. docet etiam Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. tom. 1. ca. 167. ex
36 num. 1. vbi quoque quod Epiſcopus nõ poteſt vltra ipſius vitam concedere officia tabellionum & aliorum officialium, quia non poteſt grauare ſucceſſorem & quia non licet alicui conferre ſuam diſpoſitionem in tempus in quo nõ poteſt actum facere l. quod ſponſæ C. de donat. ante nupti. & ibi refert Rotæ Romanæ deciſionem, quod conſeruatores Vrbis non poſſunt conferre officia in præiudicium ſucceſſorum. Conducit alia deciſio
37 eiuſdem Vincentij de Franc. 96. vol. 1. vbi aſſeritur quod conductores gabellarum farinæ pro vno anno, quæ exigebatur in molendinis, quando frumentũ molebatur vel quando farina emebatur, ſi videntes annum locationis breui præteriturum, remiſſa ciuibus certa parte mercedis, quæ ſoluebatur pro quolibet modio, permiſerunt quod ciues prædicti molerent frumenta & emerẽt farinã ſatis vltra neceſſarium vſum in fraudem ſecundi conductoris pro anno ſequenti, non potuerunt huiuſmodi remiſſionem facere in fraudem ſecundi conductoris, ſed imò tenentur illi ad reſtitutionem exacti, exemplo eius quod inquit iureconſultus in l. hæc diſtinctio §. cum fun-
38 dum ff. locat. vbi Bart. & Pau. de Caſtr. inferunt contra colonos qui in fine ſui temporis ita erodunt fundum, quod fructus anni ſequentis corrumpuntur: vel qui cum ſolum deberent ſeminare partem fundi frumento, quieſcente altera parte, totum fundum ſeminant ita quod anno ſequenti non poterit ſeminari: & qui in vltimo anno conductionis male putant vineam dimittentes illi multa capita vt vberiorem fructum reddat & anno ſequenti paruos fructus producat. & ibi etiam in d. deciſ 96. ponuntur pleraque alia in eodem propoſito. Similem 39
caſum vidi in domo Ciuitatis Barcinonis vbi Conſiliariorum munus anno durat, cũque illi eſſent adminiſtratores cuiuſdã magnæ hæreditatis nobilis Guillelmi de Sancto Clemente, à quo fuerat in teſtamento conſtitutum officium procuratoris eiuſdem adminiſtrationis, quod obtinebat Alexander de Aguilar domicellus cum ſalario trecentarum librarum, præfati Conciliarij viuo adhuc prædicto Aguilar prouiſerunt poſt eius obitum idem ipſius officium in perſona filij eius, cumque poſtea Alexander de Aguilar ocubuiſſet tempore aliorum Cõſiliariorum, noui Conſiliarij ſpreta anteceſſorũ prouiſione, prouiſerunt officium præli-
batum in perſona Hieronymi de Nabel ciuis honorati, conſultisque iuriſperitis hoc iuris eſſe viſum merito fuit. Con- 40
ducunt fuſe tradita per Illephonſum Perez de Lara de anniuerſarijs lib. 1. ca. 9. ex num. 49. vbi quod adminiſtratores ſeu executores piarum cauſarum non poſſunt præuenire diem ſolutionis in præiuditium Rectorum Eccleſiarum vel aliarum perſonarum, quæ tempore mutantur.

Quæro an officia iudicum & Aſſeſſo- 41
rum cum iuriſdictione debeant eſſe perpetua vel temporalia. Sane ſecularia officia Poteſtatum & Magiſtratuum iure Communi debent eſſe temporalia, latè Bouadill. in poli. tom. 1. lib. 1. cap. 17. ex n. 22. Stepha. Gratiã diſcep. forẽſ. to. 1. c. 184. ex n 1. Gregor. Lopez leg. 9. tit. 18. p. 2. quia ex continuatione muneris grauior ſubditis efficitur conditio auth. de defenſor. ciuitat. §. pen. ſeu fin. quaſi permiſſa officij continuatio det occaſionem peccandi, Abbas in c. fin. num. 9. de iudic. Surd. conſ. 261. num. 5. lib. 2. & quoniam vt eleganter Dion lib. 52. ait, diuturna imperia multos ad faſtum ac tentandas res nouas extollunt, ſed mitiores efficiuntur ſi aliquando priuatim poſt geſtum magiſtratum vixerint, domumque reuerſi meliores redduntur.

Qua-

42 Quare iure prohibita eſt dictorum officiatium continuatio, ſeu confirmatio, legibusque valde exoſa perpetua gubernatio, l. diuus vbi DD. ff. ad municipal. l. æſtimationem 15. in fin. & ibi ſcribentes ff. de muner. & honor. §. vlti. in auth. de defenſor. ciuit. l. neminē 4. de ſuſceptor. præpoſit. & archar. lib. 10. Bouadi l. & Gratian. vbi ſupra, Vincen. de Anna allegat. 15. Cancer. var. par. 2. cap. 2. in noua editione num. 275. cum 2. ſeqq. Viui. deciſ. 129. Sic in legibus duodecim tabularum apud Romanos cautum erat. *Eundem magiſtratum ni interfuerint decem annis, ne quis capito.* vt refert Liui. lib. 7. & 10. ab vrb. condit. Flor. in epitom. lib. 50. & 56. compluribus comprobat Tiraq. in l. ſi vnquam in præfatio. num. 24. C. de reuoc. donat. & Ariſtot. lib. 6. polit. docuit non niſi ſemel eundem Magiſtratum ab aliquo gerendū eſſe vel perraro & paucis, & hanc Ariſtotelis ſententiam licet Ariſtoteli illam non tribuat, neque eum alleget, defendit Bouadill. dict. c. 17. n. 22. contra Lucam de Penna & Auiles.

43 Plane in officijs aſſeſſorum & alijs quæ principaliter nō habent iuriſdictionem ſed acceſſoriè, veniuntque ad alia tanquam annexa & cōſequutiua, facilius admittitur prorogatio, Natta conſ. 58. n. 4. verſic. *Demque eſt aduertendum.* Gratia. dict. cap. 184. num. 38. & poſſunt iudices conſiliarios ſibi eoſdem ſecundo ac tertio, & ſæpius adiungere prout in terminis eſt tex. in l. liceat 12. C. de Aſſeſſorib. & in l. ex agentibus 4. C. de princip. agēt. in reb. lib. 10. vbi permittitur habere eos quorum fidem induſtriamq. probatam ſibi exiſtimant, etiam ſi ſæpè eodē officio fuerint ante perfuncti ita vt ſi in d. officio per triginta annos ſeruire nō poſſint corporis valetudine impediti, ijſdē priuilegijs & beneficijs potiantur vt notat Bar. in d. l. ex agentibus. Et laudatus fuit Antonius Pius qui ſucceſſorē viuenti bono iudici nulli dedit, Iul. Capitolin. in eius vita, Menoc. de arbitr. lib. 2. quæſtio. 55. n. 12. in additi.

44 Præterea circa confirmationem continuationem aut prorogationem officialium non ſolum ſtatuta ſed etiam cōſuetudines terrarum maximè attenduntur, & in terminis quod valeat conſuetudo prorogandi officiales vt poſſint exercere iuriſdictionem vltra biennium & aliud tempus à lege vel ſtatuto determinatum, concludit Purpurat. conſ. 137. n. 3. Natta conſ. 58. num. 2. Surd. conſ. 261. nu. 14. & 15. & eſt tex. in d. l. neminem 4. in fin. vbi quod officiales non debent eſſe perpetui ſed annales aut biennales, dum modo aliter conſuetudo Ciuitatis non diſponat. glo. ibi in verb. *conſuetudo.* nam etiam cōſuetudo poteſt iuriſdictionem dare l. 1. C. de emancipati. liberor.

Alios caſus in quibus iure communi admittitur officialium continuatio ſeu confirmatio, tradunt glo. in d. l. diuus ff. ad municipal. Cancer. in d. c. 2. num. 277. Gratian. d. cap. 184. num. 32. 43. & ſeqq. præſertim quando alij idonei non inueniuntur, quo caſu, licet regulariter non poſſit quis compelli repetere officium vt notat Tom. Mieres par. 1. collatio. 6. cap. 2. de ambitu. num. 7. tamen cogitur repetere: ſicut & ob penuriam hominum idoneorum, minus habiles quandoque muneribus obeundis admouentur, quaſi vtilius ſit illos honoribus præfici quam omnino nullos, vt obſeruat idem Gratian. qui ſupra numero 44. & num 48. & 49.

In Cathalonia aſſeſſores regiorū ordinariorum non ſunt perpetui ſed temporales conſtitutione 1. tit. *de offici de Iutges y Aſſeſſors ordinaris* in 1. volū. & vt plurimum ſunt triennales, quales voluit Bouadil. in polit. tom. 1. lib. 1. cap. 17. nu. 26. & lapſo tempore officij non poſſunt in eodem refirmari conſtit. 1. & 2. titu. *que officis temporals no sien continuats* in cod. 1. vol. niſi minus anno officium triennale obtinuerint, vt in d. conſt. 1. ſuper qua nonnullas quæſtiones ſuſcitat & reſoluit Mier. tit. *de officis triennals* num 6. p. 2. & Cancer. par. 3. ca. 12. num. 155. & ſeqq. & par. 2. cap. 2. à numero 276. in noua editione.

Quæro

47 Quæro an præcepta iudicum aut Potestatum seu Superiorum veluti proclamata siue præconizationes vel edicta quæ ab illis publicari mandantur obligando ad aliqua faciendum vel non faciendum, expirent morte præcipientis, vel eo ab officio amoto. Dico quod si non emanant per modum constitutionis à potenti illam facere, sed sint mandata ab homine, expirant morte præcipientis vel amotione ab officio quamuis res nō integra sit: quia cum ea præcepta minimè sint constitutiones, non sunt ex natura sua perpetua, nec possunt ligare extincta præcipientis iurisdictione per eius obitum vel amotionem: secus si essent cōstitutiones factæ ab habēte potestatem ipsas condendi, quia natura sunt perpetuæ. ita pulchrè declarat Tho. Sanchez tom. 3. de matrimonio lib. 8. disputatio. 28 nu. 47. Sylvest. verb. *delegatus* quæst. 3. Menochi. de arbitrar. lib. 1. q. 69. nu. 4. Aloysi. Ricci. par. 1. decis. 149. n. 1. Mari. Antoni. Macerat. var. resol. li. 3. resol. 9. n. 19. & 20. Henriq. par. 1. in sum. li. 13. ca. 18. num. 4. Petr. Anton. Lazari. canonicarum quæsti. sectio. 2. quæsti. 1. nu. 11. Suarez tom. 5. disput. 20. secti. 3. num. 14. Sic
48 fatentur omnes excommunicationē ab homine latā morte auctoris cessāte vt si Episcopus eam ferat dicēs quisquis furtum fecerit, excommunicatus sit, nō extenditur vltra tempus sui officij iuxta glos. in cap. à nobis vbi Abbas nu. 12. &
49 Felin. nu. 4. de senten. excom. Sic Marc. Anton. Genuensis in praxi Archiep. cap. 1. nu. 18. notat quod cum monitoria quæ ad finem reuelationis per Episcopū conceduntur, non dicantur statuta sed mandata generalia vel specialia lata ab homine, morte aut remotione concedentis ab officio expirant antequam incurratur in excommunicationē, quod antea scripsit Nauar. in manual. c. 27. nu 2. & scripserunt Lazari. & Henriq. supra citati, nā post incursam excommunicationē opus erit absolutione, glo. Hostie. Abb. & alij
50 in d. c. à nobis. & subdit Genuēsis quod si Episcopus per statutū proferret sententiam excōmunicationis, semper durat, quia statuta Episcopi morte non expirāt ex Abbat. in d. c. à nobis &c. fin. vbi omnes de offic. legat. & adijcit aliud esse in Vicarijs Episcoporū, quia Rectores terrarum & Potestates habētes iurisdictionem ad tempus, pro vt Vicarij non possunt facere statuta, quæ sui natura sūt perpetua, sed quasdam ordinationes pro tēpore sui officij, quo finito expirant ex Bart. in l. omnes populi ff. de iustit. & iur.
Similiter Aloysi. Ricci. d. decis. 149. n. 1. 51
decisum refert quod pœna imposita per edictū Archiepiscopale contra clericos arma portantes, non potest Sede vacante infligi, quia edicta sunt tēporanea & expirant morte conditoris.

Fallit hæc theorica quando præcepta 52
iudicum seu Magistratuum facta sunt in iudicio solenniter adhibita causæ cognitione: tunc enim perpetuò durant, glo. in l. fin. in verſie. *administrationis* ff. de pœn. quam ibi Bart. communem testatur. latè Cancer. var. par. 2. cap. 2. in noua editio. à n. 157. Sic glo. in l. 2. C. de postulan. com-
muniter ibi à DD. approbata obseruat 53
quod Præfectus præcedente accusatione de aliquo delicto & causæ cognitione, potest imperpetuum diffinitiuè pronūciandō interdicere aduocato ne causas agat: secus si interloquendo interdicat & sine causæ cognitione, quia vltra tempus suæ administrationis non extenditur. Similiter Aloysi. Ricci. par. 2. decis. 252. re-
soluit mandatum de capiendo clericum 54
expeditum à Vicario, ipso remoto ab officio posse mādari executioni, dummodo captura fuerit decreta cū causæ cognitione, idēque subdit in mandato de immittendo in possessionem & in facultate concessā de capiēdo debitorē: secus dicēs si sine causæ cognitione dd. casib° iudex seu officialis processisset mandando seu concedendo. Optimus est Cancerij
locus var. parte 3. cap. 17. numero 36 1. 55
& seqq. vbi censet quod si litteræ exequutoriales fuerint prouisę & expeditæ tempore vnius Proregis, qui moriatur vel esse desinat, priusquam pars dd. litte-

ris

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ris vtatur: poteſt nihil dominus illis vti &earũ vigore exequutionẽ facere: ſecus afferens in litteris citatorijs quæ ſi dicto tẽpore fuerint expeditæ, & ante partis citationem moriatur Prorex vel mutetur, nullitet citatio fiet vigore illarum litterarum, ſed nouæ expediendæ ſunt nomine noui Proregis, & reddit rationem quia in concedendis litteris citatorijs non adhibetur cauſæ cognitio, quæ tamen adhibetur in concedendis litteris exequutorialibus, vt fieri ſolet vigore alicuius ſententiæ diffinitiuæ: atque ita interpretatur obſeruantiam Regij Senatus quam tradit Micha. Ferrer. 3. parte obſer. cap. 132, & hæc Cancerij ſententia placuit Petro Fontanella de pact. nupti. to. 1. claus. 4. glo. 13. p. 1. n. 35. in fin.

56 Demum quod diximus præcepta de quibus agimus, finiri extincta iuriſdictione præcipientis ſiue re integra ſiue re non integra, animaduertendũ eſt nõ procedere in mandato iuriſdictionis per quod cõmittitur iuriſdictio, veluti quando cauſa alicui delegatur cognoſcẽda & decidenda: nam delegati iuriſdictio expirat re integra: ſecus re non integra vt ſuperius expoſuimus & in hoc propoſito ita declarans obſeruat Thomas Sanchez ſupra citatus tom. 3. de matrimo. li. 8. diſputatio. 28. nu. 47.

57 Quæro an licentiæ ſiue gratiæ iudicũ & poteſtatum ſeu Superiorum expirent morte aut remotione ab officio ipſorũ. Dico quod licet mandatum de aliquid faciendo, morte mandantis expiret iuxta tex. in c. gratum & in c. relatum de offic. delegat. l. mandatum C. mand. Couar. in prac. qq. cap. 11. num. 2. latiſſimè Menoc. li. 2. præſumpti. 36. ex nu. 28. Cened. prac. qq. q. 38. nu. 1. & 18. licentia tamen & gratia conceſſa à Principe vel etiam ab alijs Poteſtatibus & Superioribus quibuſcunque non finitur morte vel remotione concedentis, etiam re integra, ſed eſt perpetua, donec ab eodem concedente aut eius ſucceſſore aut Superiore reuocetur, ex capite ſi cui de præben. in 6. & in capite ſi ſuper gratia de offic. delegat. in 6. Cened. d. q. 38. ex n. 18. Gutier. lib. 2. canoni. qq. c. 17. ex nu. 2. Thom. Sanchez de matrimon. tom. 2. lib. 8. diſputatio. 28. præſertim nu. 85. & num. 94. qui alios DD. innumeros allegant. Rolan. à Valle conſ. 6. num. 4. vol. 3. Andre. Gail lib. 3. obſer. 60. nu. 15. Declarant prædicti & præcipuè Cenedo num. 19. hoc procedere etiam ſi gratia non fuerit in vita concedẽtis reducta ad vſum, quia cum gratia iã ſit facta ex parte concedentis, nec dependeat ex futuro euentu, morte vel amotione concedẽtis, non extinguitur, ſed valida manet & ne fruſtranea ſit, executor datus, mortuo qui eam conceſſit, poterit eam executioni mandare, vt optimè notarunt Couar. in practi. c. 11. num. 2. verſic. *Nam ea deciſio.* Gutier. d. cap. 17. num. 3. Henriq. li. 7. tit. de indulgen. c. 21. n. 7. & ibi addit. litt. O. Sylueſt. in ſum. verb. *gratia* n. 3. & probat tex. & ibi DD. in d. cap. ſi ſuper gratia. vbi Ioan. Andre. & omnes notant quod executor ſuper gratia facta datus à Papa, mortuo Papa etiam gratiã exequitur. & glo. ſubdit ſecus eſſe ſuper gratia facienda: tunc enim executor mortuo Papa non poſſet quicquam facere, quod vltimum de gratia facienda Sanchez dict. diſputatio. 28. num. 94. approbat & confirmat & verum eſſe declarat mortuo Papa re integra, ſecus re non integra. hoc ipſum ſequitur & explicat Aloyſi. Ricci. p. 2. deci. 205. n. 10. & 11. docens & poſt multa reſoluens quod quando gratia Papæ eſt iam perfecta & datus mærus exceutor, tunc morte Papæ non finitur gratia nec officiũ executoris: quia dicitur gratia facta: ſecus quando per exequutorem eſt adhibenda cauſæ cognitio, quia tunc dicitur gratia facienda & ideo ſi antequã adhibeatur cauſæ cognitio, Papa moriatur, extinguitur gratia & officiũ executoris, vt probat in diſpẽſatione matrimoniali cõmiſſa Vicario Epiſcopi, & in terminis decreti *ſi in euidentem*, vt non poſſit expediri à cõmiſſario. quod ego intelligo quãdo gratia ab ipſo Papa nõ fit, ſed ea cõmittitur alteri cũ cauſæ cognitione:

facien-

facienda,vt contingit in dd.dispensatione matrimoniali & decreto,*si in euidentē* provt magis,non citato Riccij loco, declarat Fontanella de pact. nupti. tom. 1. claus.4.glo.13.par.1.ex n.43.& antea Peguera dec.130.n.2.quamuis contrarium sentiat Sanchez d.disputatio.28.n.94. & videatur concludere Riccius sibi cōtra-
61 rius decis.309.p.3. Vltra prædicta quando dicatur gratia facta vel facienda,notandus est Gutier.d.cap.17.nu.5. & quid si gratia sit facta sed litteræ non sint expeditæ viuo concedente, tradit Fontanella qui supra numero 42. & melius cum distinctione Cenedo d.quæst.38.n. 25.

62 Quod licentia seu gratia facta nō expiret morte vel amotione Superioris concedentis,multis DD.exēplis ornant, quæ hanc theoricam clariorem reddunt: vt in licentia recipiēdi ordines ab alieno Episcopo seu litteris dimissorijsad suscipiendos ordines quas vulgo *reuerendas* vocant, quæ siue ab Episcopo siue suis casib⁹ à Capitulo Sede vacante aut à Vicario Episcopi in remotis agētis cōcedantur, finita cōcedentis potestate non expirāt, Cened.d.q.38.nu.5.& 6.Sanchez d. disputatio.28.num.83.Gutier.d.ca.17. n.2. Rolan.conf.38.nu.5.vol.3.Saleed.in addit.ad Bernard.Diaz cap.26.Morla 1. p. titu.2.in pri.num.108.Thom. Zerol. in prax.Episcop.1.par.§.dimissoriæ ad ordi-
63 nes versic.*Ad nonum*. Item in licentia seu dispensatione ab Episcopo data beneficiato de non residendo ratione studiorum,glo.in ca.cum ex eo de electio. in 6.Rolan.d.conf.38.num.3.Cened.nu.21. Gutier.n.7.Sanchez num.78.vbi supra.

64 Sic in indulgentijs & remissionibus concessis à Prælatis,glo.in cap. fin. de offic. legat.Syluest.verb. *indulgentia*. nu.16.S. Thomas disputat.57.secti.2.Rolan.d.cōs. 38.numero 1.& 2. Gutier. numero 6.

65 Cened.numero 22.vbi supra.Sic in licētia celebrandi missam in priuato oratorio, Nauar.Rotæ decisione firmans in cap.placuit numero 163.de pœnit. d. 6.& §.in Leuitieū notabili 31.n.26.Suarez de pœnitentia disput. 27. sectio. 4. num.8.& 9.Salzed.in addit. ad Bernar. Diaz cap.26.Sanchez d.disputatio. 28.n. 76.Cened.numero 21. vbi supra. Sic in 66 licentia prædicandi,Sayr.in thesauro casuū to.1.li.7.c.14.n.7.& in licētia edēdi carnes diebus veritis, Nauar.lib.5.conf. 1it.*de priuilegijs* in 1. editio. conf. 15. in fi.in 2.conf. 6.in fin. & in vtraque licentia Sanchez vbi supra numero 77. & in facultate eligendi confessarium, Cened. qui supra numero 22. Eadem ratione dispensatio cum dicatur gra- 67 tia facta, non expirat morte concedentis,Archid.& Io.Andr.& Philip.Frāc. in c.licet canō §.is etiā de electio. Rolan. à Vall.d.cōs.38.n.4.Gutier.d.c.17.num.8. quod bene declarat Sāchez doceēs quando dispēsatio dicatur gratia facta vel faciēda d.disputat.28.numero 79 .cum 2. seqq.

Inferas verā non esse opinionem So- 68 cini Iun.conf.89.ex n.34.lib.1.vbi tenet facultatem testandi à Romano Pontifice concessam Episcopo,morte Pontificis concedentis expirare, re integra. provt hanc sententiam reprobant expresse Gutier.prac.li.2.q.75.Paul.Granut.in theoremate 13.ex prin.Petr. Cened. pract.q. 38.nu.24.& 25.post Sarmien.& Nauar. Aloysius Ricci.p.3.decis.309.n. 3. Sanchez de matrim.tom.3. lib.8.disput. 28. num 82.qui alios quam plurimos huius opinionis assecias citat. Et licet Couar.in capite cum in officijs in 1. editione numero 8. de testamentis opinionem Socini sequatur , tamen eod. capite cum in officijs in 2. editione num. 8. in fin.mutata sententia contrariam tenet.

Inferas similiter minus bene sensisse 69 nostrū Cancerium var.p.3.c.3.n.391.vbi consuluit licētias à Regio Cācellario qui bus dā cōcessās vt posset in Ciuitate Barcinonis postulare, morte illius extinctas esse.Idem existimo de licentia standi in Ciuitate, data per officialem bannito, de qua idem Cancer. parte 2. capite 2. in noua editione numero 160. & in

veteri

veteri editione num. 146. quidquid dicat Romanus à Cancerio citatus, niſi hæc forte opinio ſpeciali aliquorum Locorũ conſuetudine defendatur.

70 Non diffiteor nonnullos eſſe DD. tenentes quaſdam eſſe gratias & licentias odioſas iuri communi aduerſantes, quæ propterea ſi ſine cauſæ cognitione ab inferiori Poteſtate conceſſæ fuerint, morte concedentis expirant, vt dicunt de licentia non reſidendi, quæ eſt præiudicialis Eccleſiæ in qua reſidendum eſt, & eadem ratione defenditur Socini opinio ſupra relata: ſed communiter iſtæ opiniones improbantur, pro vt eas improbat latè Sanchez d. diſputatio. 28. n. 82. & 85. & Gutier. canon. qq. ca. 17. numero 12.

71 Sanè hæc dicta ſint de gratijs ſimpliciter & abſolutè conceſſis: nam ſi conceſſa gratia ſit ad beneplacitum & voluntatẽ perſonæ concedentis, ceſſat concedentis morte, quãuis res non ſit integra, & hoc eſt quod dicitur voluntatem morte finiri: ſecus ſi conceſſa gratia ſit ad beneplacitum Sedis Apoſtolicæ, quia ſedes Apoſtolica nunquam moritur, c. ſi gratioſa & ibi DD. de reſcrip. in 6. Cened. d. q. 38. n. 2. Gutier. d. c. 17. num. 11. Sanchez d. diſput. 28. n. 94. vbi etiam quod ſi cõcedens dicat, *donec reuocauero*: gratia eſt perpetua, ſi concedens non reuocet ante

72 mortem. His optimè congruit, quod probat Lara de anniuerſar. li. 2. c. 6. nu. 18. & 19. licet voluntas morte finiatur, tamen cappellanum amobilem, à patrono ſimpliciter nominatum, nõ cenſeri reuocatum ſeu amotum morte patroni nominantis, quamuis patronus ſucceſſor poſſit eum reuocare, ſed ſi fuerit à patrono nominatus ad beneplacitum & volũtatẽ ipſius patroni, tunc expirare per patroni nominantis obitum: quia primo caſu conſideratur voluntas reſpectu officij quod non extinguitur, ſecundo autẽ caſu conſideratur voluntas reſpectu perſonæ quæ moritur.

73 Quæro an Aſſeſſores à domino iuriſdictionis creati, & maximè iuriſdictionẽ ex ſtatuto, priuilegio, vel conſuetudine habentes poſſint in locũ ſuum alios ſubſtituere. Diſtingue tres caſus. Primus eſt 74 an præfati Aſſeſſores poſſint creare Locũtenentem, qui durante tempore ipſorum tam in abſentia, quam in præſentia illorum exerceat officinm ſuum ſeu iuriſdictionem in ijs locis vbi reſident, & qui non gerit vices aſſeſſoris ſed ipſe eſt officialis ordinarius ſub nomine Locumtenentis ſicut & ipſi aſſeſſores. Et cum iſte Locumtenẽs ſit ordinarius quemadmodum ipſi aſſeſſores, non poteſt creari per eos, ſed ſolum per dominum iuriſdictionis qui illos conſtituit: quia ordinarius non poteſt creare alium ordinarium l. 1. §. cum vrbem ff. de offic. præfec. vrb. Hoſtienſ. in c. clericos de offic. vicar. Rota dec. 377. de offic. vicar. in nouis, Alex & DD. in rubri. de offic. eius. & in l. more maiorum ff. de iuriſd. omni. iud. licet in Cathalonia in terris Regijs Baiuli Regij creent Subbaiulos in ſua Baiulia ex conſtitutio. Regis Alphõ ſi 3. in curia Montisalbi c. 17. in tit. *de officio de Veguers* conſtit. 13.

Secundus caſus eſt, quando agitur de creatione Locumtenentis vel Subſtituti in locum aſſeſſoris, qui loco ipſius in omni caſu officium ſuum exerceat, ita quod aſſeſſor valeat officium ſuum exercere per ſubſtitutum. Et iſtum Locumtenẽtem nõ poteſt creare aſſeſſor niſi in creatione officij hoc fuerit ſibi ſpecialiter commiſſum, vt eſt tex. in l. nullus qui nexu C. de decurionib. li. 10. Bart. & DD. in l. inter artifices ff. de ſolutio. Ratio eſt, quia in prælibato officio cenſetur electa induſtria perſonæ, & ſic non poteſt ille ſeruire per ſubſtitutum, Bar. in d. l. inter artifices Bald. in l. 1. §. ne autem num. 4. C. de caduc. tolle. Abb. & Felin. in cap. 1. de Sum. Trinit. Et regulariter officialis non poteſt ſeruire per ſubſtitutũ vt per d. l. nullus. notat Thom. Mier. par. 1. collatio. 6. cap. 2. de ambitu numero 7. & obſeruat Paris de Pureo de ſyndic. in verb. *An ſubſtituens.* numero 3. Gabri. Berar. in ſpecul. viſitati. c. 25. num. 99.

cum

cum 2. seqq. vbi nonnullis casibus limitat.

78 Tertius casus est quando agitur de creatione Locumtenentis assessoris in casu solum brevis absentiæ, vel infirmitatis, vel alterius similis impedimenti. Et hoc casu potest assessor creare Locumtenentem suum seu Substitutum vel cõmendare officium suum cui voluerit vt est tex. in l. 2. C. de offic. eius qui vicem alter. l. 1. ff. de offic. eius. glo. in ca. pastoralis de offic. delegat. Alex. & DD. ibid. l. 1. Tamen non propterea prohibetur dominus iurisdictionis creare generaliter Locumtenentem Assessoris seu Regentem assessoriam pro prælatis casibus absentiæ, infirmitatis, vel impedimẽti, qui Locumtenens regat dum taxat officium existente absente, infirmo, vel impedito assessore & cessantibus prædictis impedimentis non exerceat amplius donec iterum fuerit impeditus assessor l. 2. C. de offic. eius qui vicem alter. & ibi Bart. & glo. & Bart. in l. 1. §. à præfectis ff. de legat. 3. c. ad hæc de offic. vicar. notat Alex. in d. rubr. de offic. eius nu. 12. & seq. & ita dicit Petr. Foller. in cõstit. Reg. in constitutio *Iustitiarij per Provincias* tit. de offic. Iustit. n. 14. quod Locumtenentes alij constituuntur à lege, alij ab homine: rursus qui constituuntur ab homine, alij constituuntur ab officialibus deputatis à domino, alij constituũ-

80 tur ab ipso domino. Quando autem Locumtenens in dd. casibus absentiæ, infirmitatis & alterius impedimenti est creatus à Domino iurisdictionis & est etiam creatus ab ipso assessore seu officiali præfertur creatus à Domino, pro vt voluit eleganter Boer. dec. 152. par. 1. & Petr. Foller. in d. constit. *Iustitiarij per Provincias* n. 17. cuius ratio duplex est. Prima quia d. Locumtenens vel Regens d. officium etiam in dd. casibus absentiæ, infirmitatis, vel alterius impedimenti creatus à Domino, est iudex ordinarius d. l. 2. C. de offic. eius. & ibi notat Bart. & Alex. in d. rubr. de officio eius. n. 15. & 16. creatus vero ab assessore seu alio officiali ordinario est delegatus, Bart. & Alex. vbi supra: sed quando est ordinarius iudex qui potest iurisdictionem exercere, nihil opus est iudice delegato ad exercendã illam iurisdictionem cum hic propter defectum ordinarij sit suffectus & creatus. Secunda ratio est, quia creatus à Domino est nobilior tanquam creatus à nobiliori, & ideo merito præferri debet, argum. capitis per tuas de maio. & obed. & ibi Felin. & DD. c. si à sede de præben. in 6.

Dubium suboritur an Assessor possit 81
substituere generaliter pro omnib⁹ casibus quibus contingat ipsum principalem Assessorem abesse, infirmari, suspectũ recusari, vel aliter impeditum esse. Et posse tenuit, & obseruatum vidisse testatus est Hieronym. Portol. ad Molin. in verb. *Assessor* num. 10. Sed contrarium cẽ sunt Thom. Mier. par. 2. collatio. 9. ca. 34. vt assessores pro querelis pacis & treugæ sicut pro alijs tabulam teneant. n. 7. & 8. dicens credere se quod d assessor pro dd. casibus non possit dare Locumtenentem generalem nisi forsan vbi alias est de cõ suetudine vsitatum, sed singularem delegatum. & idem ait credere in Cathalonia de Vicarijs Vicariarum Cathaloniæ quod nõ possint assumere assessorem generalem propter impedimenta assessoris ordinarij. Qualiter assessor substitue 82
re possit, latè tradit Auendã. de exequen. li. 1. cap. 3. n. 1. Et nota quod iudex stans 83
extra territorium, potest delegare causam subdito qui stat in territorio ex Abbat. in c. quoniam autem de referip. in glo. fin.

Quæro an Assessor teneatur de malè 84
gestis sui substituti quem ipse substituit seu delegauit. Dic quod tenetur de culpis & delictis dicti substituti & pro illis syndicatur, sicut & alij officiales tenentur de culpis & delictis suorum Locumtenentium quos ipsi cõstituerunt, Roman. cons. 338. numero 7. Hipol. cons. 115. numero 24. Ioan. de Plate. in l. nullus qui numero 3. C. de decurio. libro 10. Auenda. de exequend. libro 1. capite 3.

num.

nu. 5. Hieron. Portol. ad Molin. in verb. *Assessor* num. 9. Paris de Pute. de syndicat. in verb. *An substituens* num. 4. & 5. vbi quod periculo suo substituunt. & in verb. *Substitutus*. num. 1. & his non citatis Cancer. var. par. 2. ca. 2. in noua editio. num. 93. cum 2. seqq. & par. 3. cap. 13. n.
85 188. vbi leges allegat. In Cathalonia adest const. 13. tit. *de offici de Veguers*. vbi quod Baiuli tenentur de culpis Subbaiulorum quos ipsi creauerint & Vicarius Barcinonæ de culpis Capitum excubiarū quæ ipse eligit & creat. extat etiam cōstitutio 20. curiarū anni 1599. vbi quod Gerens vices Generalis Gubernatoris Cathaloniæ tenetur rationem reddere in syndicatu de gestis per suum Locumtenentem seu substitutum quem in casu absentiæ vel infirmitatis aut similis
86 impedimenti constituerit. Officialis autem condemnatus ex facto sui substituti, potest ab illo repetere, vel de eius salario retinere nisi secum fuerit particeps fraudis, Paris de Pute. in d. verb. *An substituens*. num. 5. vbi quod facit eum participem sola scientia fraudis. Bar. in l. ex facto de nego. gest. vbi quod inter eos habet locum actio mandati vel negociorum gestorum.

87 Fallit hæc theorica quando dominus iurisdictionis vel Vniuersitas aut alia persona ex facultate sibi per Regem vel dominum iurisdictionis concessa nominat duos aut plures & ex illis assessor seu officialis vnum eligit & creat in suum Locumtenentem, pro vt contingit passim in Cathalonia. tunc non tenetur de malè gestis sui Locumtenentis, quia non potest imputari præfato assessori seu officiali qui talem constituerit Locumtenentem seu substitutum. ita post Burgen. conf. 48. num. 12. & 13. concludit Cancer. var. par. 2. c. 2. in noua editione n. 94. & 95.

88 Fallit item eadem ratione quando assessor seu officialis Locumtenentem quem eligit, præsentat domino iurisdictionis vt ab ipso admittatur & approbetur electio, hicque illum approbat & admittit. Sic accidit sub anno 1615. 89 quod cum commentariensis regiorum carcerum Barcinonæ, qui tunc erat Gaspar Montaner ciuis honoratus prędictæ Ciuitatis, constitueret quendam in custodem carceris, obtulit Regio Consilio nominationem à se factam, vt ab eo probaretur & admitteretur, itaque ipse pro suo Locumtenente non esset obnoxius, si forte aliquando carcerati fugerent. Dubij fuerunt Regij consiliarij in admittendo nominationem, quia magis videbatur domino Regi expedire vt iste commentariensis suo periculo nominaret, & ideo fuerunt discordes, alij vouentes quod admitteretur, alij quod non admitteretur nominatio, maior tamen illorum pars, quæ prævaluit, pro admissione sufftragium dedit, pro vt vidi cōclusionem die 17. Octobris prælibati anni facta.

Fallit insuper si sequamur decisionē 90
curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ quā tradit Aloysi. Ricci. par. 2. decis. 168. quādo assessor seu officialis habet expressam à domino iurisdictionis facultatem substituendi: nam tunc non tenetur de facto seu culpa substituti secūdum prædictam decisionem, in qua fuit decisum quod Vicarius Capitularis substituens alium Vicarium virtute potestatis sibi traditæ ab ipso Capitulo, non tenetur de facto seu culpa quæ dicto substituto imputari potest, & rationem assignat; quia videtur hic vti procurator constitutus à Capitulo mediante persona Vicarij cui concessa fuit facultas substituendi, vt ait glo. in c. 1. de procurator. in 6. Bald. cōs. 311. n. 6. vo l. 1. Alex. cōs. 22. Harta. cōs. 61. n. 3. & seq. & hāc etiā opinio nē tenet in specie Salycet. in l. quod quis in 5. q. C. de pro curat. Frāc. in c. 1. §. liceat eod. tit. li. 6. 91
& in procuratore substituente quod nō teneatur de facto substituti refert iudicatum in suo Concilio de Franc. decis. 212. & scribit Anna in allega. 107. vbi dicit quod substitutus à procuratore virtute mandati sibi à domino dati, videtur substitutus potius ab ipso domino

quam

quem à procuratore l. ita §. gessisse ff. de admin. tut. l. item eorum §. 1. ff. quod cuiusq. vniuersit. nomin. & ideo substitutus non potest reuocari à procuratore substituente, sed à domino regulariter eis qui de procurat. in 6. vnde cum videatur substitutus à domino, periculum videtur domini & non substituentis, & ita obseruat glo. in d. capite is qui, ver-
92 siculo *substituendi*. Sane procurator qui iure suo non virtute mandati sibi dati ad substituendum, substituit veluti procurator ad negocia, periculo suo substituit, vt notat Stepha. Gratian. discep. forens. tom. 2. capite 395. num. 8. cum 3. seqq.

93 Docet quoque Paris de Puteo de syndicat. in verb. *Delegatus*. numero 1. quod ordinarius iudex non tenetur de imperitia delegati ab eo, quia si teneretur, non posset ad eum appellari. allegat etiam Bald. in tit. de pace constant. in verb. *Volumus*. vbi inquit quod iudex non facit litem suam pro eo quod arbitri ab eo electi male pronunciarunt, quia quod bona fide fit, bene censetur
94 factum. Sed ratio Paridis de Pute. nō est bona quia etiam si delegatus latam culpam vel dolum in iudicando committat, potest pars grauata si velit, appellare ad delegantem. insuper arbitri à iudice electi, non sunt propriè substituti iudicis.

Licet officialis substituens teneatur
95 de culpis sui substituti, tamen dominus iurisdictionis nō tenetur de culpis suorū, quos creat, officialium, nec Princeps, nec Baro tenetur de male gestis suorum officialium secundum receptam in hoc Principatu, sententiam, de qua testatur Petr. Fontanell. de pact. nuptiar. tom. 1. clau. 4. glos. 10. par. 1. num. 166. & 167. vbi pro iure communi citat l. vnic. C. vt omni. iudic. circa fin. pro iure autē Municipali Cathaloniæ constitut. 4. tit. de iniurias. & ita in hoc Principatu practicari affirmat, & antea scripsit Calici. in extragrauator. Curiar. cap. 7. nu. 117. vbi discrimen constituit inter vnum & alterum casum, & confirmat Cancer. var. par. 2. cap. 2. in noua editio. nu. 166. Mul- 96
tis probat Paul. Piasecius in praxi Episcopali par. 2. cap. 4. artic. 1. num. 15. quod Episcopus non tenetur ex facto officialis, seu Vicarij, etiam si delinquat in rebus incumbentibus officio suo, si ipse Episcopus non deprehendatur in culpa, sed sit omnino extra culpæ suspicionem.

Sanè si ageretur de delicto succes- 97
sui officialis ac continuatis fraudibus existimo dominum iurisdictionis teneri, quasi præsumeretur de eius voluntate deliquisse tanquam non obuiauerit cum posset illum remouere, ad tradita per Menochi. lib. 5. præsumpti. 27. num. 12. & 13. Stepha. Gratian. discep. forens. tom. 4. ca. 625. num. 15. & 16. Natta cons. 499. num. 2. An domini vectigalium & 98
publicani conueniantur ex facto suę familiæ cum debeant bonos seruos ad hoc ministerium eligere, & quid in officijs priuatis, an nauta, hospes, tabernarius teneatur de facto præpositorum & domini priuati de facto suorum famulorum, latè tradit Gratian. dic. cap. 625. à num. 9. cum multis seqq. & an tutores teneātur rationem reddere pro suis factoribus, administratores pro deputatis à se ipsis, procurator pro substituto quem ipse iure suo sine domini mandato substituit, depositarius pro alio depositario, apud quem ipse sine domini mādato rem deposuit, fuse idem Gratian. discep. forens. tom. 2. capite 395. maximè à numero 7. ad numerum 24. & rursus numero 42. & 43. An Prætores & iudices teneā- 99
tur reddere rationem de gestis à suis officialibus, Franciscus Muñoz de Escobar de ratiocin. administra. c. 3. n. 30. & 31. Auendan. de exequen. mandat. cap. 3. n. 5.

An iudex teneatur ex male perceptis 100
vel vltra taxam perceptis per suos officiales, scribit Auiles in cap. Prætor. 1. in glo. *ni consentiran.* à n. 12. ad n. 15. vbi affirmatiuè concludit, si iudex sciuerit, vel fuerit præsens, imò etiā in his quæ verisimiliter

UAB Biblioteca de Ciències Socials

militer consueuerunt esse iudici nota, quia præsumitur tunc scientia iudicis.

101 Quæro si vnius causæ sint plures iudices vel assessores cum iurisdictione, ita vt maior suffragiorum pars ius & sententiam faciat, debeant omnes simul conuenire & causam discutere vel non, sed sufficiat separatim vota sua reddere. Dico omnes debere simul conuenire & eam discutere, quia forte presentia absentis posset trahere alios in suam sententiam, quæ est textualis ratio legis si intres ff. de arbitr. quam rationem probat esse finalem illius legis & nostram resolutionem ex prædicta ratione in pluribus iudicibus ad vnam causam delegatis confirmat Ioseph. Gonzalez Flores variarum quæstionum libro vno cap. 18. numero 14. Stephan. Gratian. discep. forēs.

102 tom. 2. cap. 211. num. 2. Sic Capitulum Ecclesiæ & Vniuersitas debent actus collegialiter congregata & non per singulares expedire, glo. in prac. sanc. titulo de electio. §. & cum humanæ in verb. *conuenant*. Felin. num. 24. & seqq. Deci. 2. lectu. num. 52. & 53. de constitutio.

103 Similiter quando ius patronatus competit pluribus vt vniuersis, tenentur omnes patroni simul in eodem loco conuenire ad electionem aut præsentationem faciendam, quod tamen secus est quando illis ius patronatus competeret vt singulis, etiam si agatur de præiudicando minori parti patronorum ex præsentatione maioris, Lap. allegat. 78. numero 2. Aym. cons. 63. numero 1. Gratian. d. capite 211. numero 1. & 2. vbi probat vltimum dictum de iure patronatus cōpetente pluribus tanquam singulis, aliud esse in actibus iudicialibus qui consultè expediri solent & in quibus agitur de præiudicio tertij, secus in patronis qui solum pro interesse suo requiruntur.

104 Et generaliter in casib° in quibus maior pars potest præiudicare minori in his quæ sunt communia pluribus vt singulis, est de substantia vt omnes in vnum locum conueniant & de ipsare discutiāt l. & suum hæredem 8. §. hodie de pact. Bart. in l. omnes populi in 3. quæst. 2. q. principali de iustit. & iur. Alex. cons. 205. numero 2. libro 2. Gratian. discep. forens. tom. 2. capite 222. numero 4. Quasi quando sunt simul, potuisset minor pars trahere maiorem in suam sententiam l. item si vnus in fin. de arbitr. Ita vt de ista conuocatione debeat ap- 105
parere quia alias non præsumeretur, où sis quædam solennitas extrinseca l. quicunq. §. fin. de pub. & in specie notat Rebuff. de lit. dilat. annal. numero 56. Gratian. d. capite 222. numero 5. Sic 106
maior pars creditorum vt possit præiudicare minori in dilatione concedenda, requiritur vt creditores simul conueniāt, Strace. de decoctor. p. 6. col. 7. in pri. num. 19. tom. 6. par. 1. fol. 123. Matthæ. Brun. de cessio. bon. quæst. 21. impri. Soci. cons. 273. lib. 2. Gratian. d. capite 222. numero 3. cum seqq. vbi numero 6. & 7. duobus modis limitat, primo scilicet quando omnes creditores separatim concordarent, tunc enim non requireretur illorum congregatio, cum exigatur ad hoc vt factum maioris partis minori noceat: secundo quando huiusmodi solennitas simul in vnum conueniendi consuetudine sublata esset, quia consuetudine tolli potest & alia in locum eius subrogari.

Quæro si sint plures iudices vel assessores cum iurisdictione, quando vnus solus possit de causa cognoscere & eam per sententiam definire. Notum est in iure discrimen inter iudices ordinarios & delegatos: iure enim constitutum est vnum ex pluribus simplicibus delegatis non posse sine alijs cognoscere l. duo ex tribus ff. de re iudic. capite causam matrimonij ca. cum causam de offic. delegat. vnum autem ex pluribus ordinarijs bene posse à principio solum cognoscere sine alijs l. 1. ff. de offic. Cons. l. si vni. alias incipit. Pomponius ff. de re iudic. vbi Bart. & DD. latè Ioseph. Gonzal. Flores variar. qq. e. 18. n. 1. Iudices quoq. si sint 108
plures quando consentiunt insolidum

dati

dati & quando non, tradit Vanti. de nullit. tit. de nullit. ex defect. iuriſdic. num. 175. cum ſeqq. Et pluribus iudicibus conſtitutis, vno cognoſcente an & quando alij ſe intromittere poſſint & quibus ex cauſis, Genuen. in prax. capite 69. numero 28. Capell. Tholoſ. vbi addit. dec. 66. Gom. l. 38. Taur. Ludouiſ. dec. 328. vbi addit. Roderic. tomo 1. qq. regular. quæſt. 63. articulo 5. Caroci. de remed. contra ſenten. excep. 22. q. 28. Gratian. diſcep. forenſ. tomo 5. capite 812. numero 34. & ſeqq. Ceuall. quæſt. 61. Et vnus alteri an inhibere poſſit, ſi inſolidum dati ſint & de præueniente, M. Anton. Maceraten. libro 1. reſol. 109 17. numero 3. & 4. Sed licet plures iudices ordinarij habeãt iuriſdictionem & exercitium inſolidum, tamen ſi omnes ſimul cæperunt de cauſa cognoſcere, non debet pronunciare vnus ſine alio, ſed omnes ſimul iudicare debent, notat glo. quam ibi omnes ſequuntur in l. ſi vni ff. de re iudic. in verb. *proferre*. quod Iaſ. in d. l. ſi vni. limitat tribus modis. Primo niſi vnus iudicum iuret ſibi non liquere. Secundo niſi in ſententia interlocutoria. Tertio ſi aliquis eorum 110 impeditus ſit aliqua iuſta cauſa. Præterea ſententia lata ab vno ex pluribus iudicibus delegatis valet quando in reſcripto adeſt clauſula, *Quod ſi nõ omnes* & quando alius iudex datus inueniri non poteſt, Caputaquen. deciſ. 116. par. 3. Gratian. deciſ. 236. in additio. numero 1. De clauſula, *Quod ſi non omnes*. late Garcia de benefic. 6. p. c. 2. n. 70. & n. 92. & ſeqq.

111 Dubium ſuboritur in pluribus iudicibus delegatis ad vniuerſitatem cauſarum an vnus poſſit ſolus cognoſcere & iudicare ſicut ordinarius, an vero omnes debeant ſicut delegati. Communis DD. eſt quod vnus poteſt iudicare ſicut ordinarius, vt fatetur Ioſeph Gonzal. qui contrariam defendit opinionem & vtriuſque fundamenta adducit & in fine eas conciliat dic. capite 18. à numero 112 1. vſq. ad numerum 13. vbi à d. numero 13. vſq. ad finem illius capitis diſerit, ſi vnus ex pluribus iudicibus dixit opinionem ſuam, & quia alios in ſuam ſententiam trahere non potuit, receſſit & noluit eſſe præſens in ſententia, vtrum valeat aliorum ſententia. & docet communem eſſe negatiuam, quia omnes iudicare iuſſi ſunt: ſed alij per eum relati affirmatiuam tenent. Ego in priori quæ- 113 ſtione cum communi ſentirem, quia delegatus ad vniuerſitatem cauſarum æquiparatur ordinario iuxta glo. receptam in capite cum cauſam in verb. *delegatus*. in fin. de appellatio. ſed in poſteriori quæſtione pro affirmatiua opinione calculum ferrem, quæ multum conſonat traditis per Laſon. & per Caputaquẽ. ſupra relatos & videtur ex mente conſtituentis iudices.

Aliquando conſtituuntur plures iu- 114 dices ordinarij tanquam vniuerſi, & tunc non poteſt vnus ſolus de cauſa cognoſcere & ſententiare ſed omnes debent & vnus ſine altero non poteſt cum omnes habeantur vice vnius l. magiſtratus ff. ad municipal. fuſe Flamin. Cartar. dec. 60. numero 2. & ſeqq. & hoc eſt quod Iacob. Cancer. var. par. 3. capite 12. à numero 265. & poſtea Berar. in ſpecu. viſitat. capite 25. numero 16. ſcribit de iudicibus tabulæ Cathaloniæ qui creantur per conſtit. 7. tit. *de officio de iutges de taula*, vt iudicent vti vniuerſi. Quod autem ait ibi Cancer. ex Abbate 115 & alijs ſi plures iudices iudicare habeãt vt vniuerſi, non poſſe vnum ſine alio ſententiam dicere non ſolum diffinitiuã ſed nec interlocutoriam, repugnare videtur quoad interlocutoriam ſupra modo per nos traditis ex Laſon. in d. l. ſi vni. Sed ego exiſtimarem non poſſe vnum ſine alio interlocutoriã proferre formiter cauſa cognita in proceſſu, bene tamẽ poſſe interloqui in tranſlato partis prouidendo quod iuris fuerit, & ita ſeruari video in iudicibus cauſarum reclamationum curiæ Vicarij Barcinonis, quicquid ſubijciat contrarium ibi Cancer. n. 270. Vel dicendũ eſt illud procedere 117

in sentẽtia diffinitiua & in interlocutoria habẽre vim diffinitiuæ, secus in mera interlocutoria & ita declarat Flamin. Cartari. dic. decis. 60. numero 15. Quod etiam videtur contra Cancerium supra citatum maximè quia lex vel Doctor loquens de interlocutoria intelligitur de mera interlocutoria ex eod. Flam. Cartar. dec. 27. numero 15. & ex Riminald. iuni. cons. 487. n. 2. vbi plures allegat.

117 Si causæ cognitio ad duos iudices æqualiter spectet & diuersè iudicent, videas c. fin. de senten. & re iudic. l. inter pares & l. si duo de re iudic. Remig. de Gonni de in mun. Eccles. q. 2. Gutier. lib. 1. prac. q. 93. & seq. Caroci. de remed. contra senten. excep. 22. q. 28. Thesau. decis. 1. Gomez l. 38. Tauri, Euerard. loco 5c. Seraphin. par. 2. decis. 12. & 13. Fontanell. alios allegantem de pac. nup. tom. 1. claus. 4. glo. 18. par. 1. num. 181. Berar. dic. ca. 25. numero 17. & 18. Paz in pract. to. 1. par. 5. ca. 3. §. 3. à numero 3. & diuersè iudicantibus ad quem appellandum, Scaccia de appella. q. 8. numero 102.

118 Suffragium dare si sint plures Assessores vel Iudices, qui prius debeant, seniores an iuniores, tractant Auil. in ca. 44. Prætor. Thes. u. decis. 1. Afflic. dec. 1. Genuens. in practicabilibus Ecclesiasticis q. 612. Roderic. tom. 2. regular. q. 45. articulo 3. Codex Fabrian. libro 1. titulo 7. defin. 4. Garcia de nobilitat. glo. 35. numero 58. in fin. & numero 59.

119 Quæro an & quando iudici seu assessori iurisdictionem habenti resistere liceat. Sanè scitissimi iuris est regulariter vel iudici vel eius officialibus resistere minimè licere, c. qui resistit 2. q. 3. l. addictos C. de Episcop. audi. & pro regula post complures DD. constituit Farinaci. tom. 1. de carcerib. & carcerat. q. 32. numero 86. & qua pœna iudici vel eius officialibus resistentes puniãtur præter Farinac. ibidem numero 87. latissimè tradit Caball. centu. 1. casu 8. don Ludouic. à Peguer. tom. 1. decis. 59. Alphonsi. Narbona ad leges regias libro 4. tit. 1. lege 20. glo. 18. & antea Plaça in epito. delicto. cap. 38. numero 6. & 7. vbi etiam an resistens possit vulnerari & occidi. Sed si certum sit iudicẽ iniustè agere, constat apud DD. licere ei resistere, non solum in foro conscientiæ ex S. Thoma 2. 2. q. 69. articulo 4. Ioan. Gutier. can. qq. libro 2. capite 24. numero 35. Alphonsi. à Castro libro 1. de potestat. leg. pœnal. capite 5. Soto de iusti. & iur. libro 5. quæst. 1. articulo 8. versiculo *Quid autem*. verum etiam iure exteriori l. prohibitum l. defensionis facultas C. de iur. fisc. libro 10. l. omnes C. de decurionib. libro 10. & communis scribentium schola ac præsertim Felin. in ca. si quando de offic. deleg. fusè more suo Farinac. dic. q. 32. à numero 88. vbi declarat habere locum, veluti si iudex procedat iuris ordine non seruato, vel sine causæ cognitione, vel exequatur sententiam nullam, vel post interpositam appellationem, vel excedat modum suæ exequutionis, vel agat sine iurisdictione aliquid extra officium sibi commissum, vel non tanquam iudex sed extraiudicialiter & vt priuatus & num. 118. & 121. duo principaliter requirit vt iudici vel eius officialibus resisti possit: primum quod notorie constet eos iniustè agere vel exequi, secundum quod alio modo occurri illis & obuiari non possit, nisi resistendo: secus concludens si appellando vel alio modo magis ciuili occurri posset, quamquam multi tenent vt idem autor fatetur numero 119 quãdo notorie constat de iniustitia, non esse necessariam appellationem, etiam si dãnum irreparabile non sit.

Eandem doctrinam quod si certum sit iudicem iniuste agere, possit ei resisti, prætor Farinac. & ab ipso relatos obseruant Ioan. Gutier. dic. capite 24. numero 35. vbi veram hanc theoricam ait præterquam si graue ex hac re immineret scandalum aut magna turbatio. Petr. Cened. canonic. qq. q. 45. num.

122 numero 22. vbi hac ratione probat à fortiori poſſe iudicem Eccleſiaſticum inhiberi abſque metu excommunicationis à Poteſtate ſeculari ne pendente appellatione procedat, ad effectum ne cẽſuris aut aliter alicui fiat iniuria, liberetque vi oppreſſos à violentia iudicum Eccleſiaſticorum inferiorum, interim donec Summus Pontifex debitum auxilium præſtet. Bellug. in ſpecul. Princip. rub. 31. in §. Quamuis carcer. numero 7. & 8. vbi aſſerit & confirmat quod captus ſub iuramento & homagio ſi ſcit quod Princeps mandat eum iniuſtè occidi pro delicto pro quo captus eſt, non tenetur ſtare, neq. ſi in fuga eſt, redire, neq. ob hoc frangit iuramentum neq. fidem; ſecus tamen ſubdit ſi mors erat iuſta pro maleficio. Iaco. Cancer. var. par. 2. cap. 10. in noua editio. 123

124 à numero 56. vbi declarat licere reſiſtere iudici quando grauamen eſt irreparabile, etiam ſi non ſit certum ſed dubium an iuſtè procedat iudex veluti tempore peſtis, quando timetur contagio. Aloyſi. Ricci. par. 3. dec. 299. numero

125 6. & dec. 300. numero 4. vbi probat eximentem de manibus famiſiæ iudicis carceratum captum de facto abſq. iudicis mandato, nulla pœna teneri. Flores Diez

126 practi. qq. lib. 2. quæſt. 21. num. 57. vbi docet quod exactor collectarum ſi excedit & procedit de facto pignorando vltra modum vel alia iniuſta faciendo, poteſt ei reſiſti de facto ex l. contra C. de executor. & exact. lib. 12. & ex d. l. prohibitum. & ſubdit hoc in ſuis Regnis atq. etiam in Gallia non ſeruari, ſed grauatum debere recurrere ad iudicem & interponere querelam contra executorem, alias ſi reſiſtat, poſſe puniri, niſi exactor aut executor non oſtendat litteras ſuę commiſſionis & executor ſit extra territorium, vel non portet ſignũ ex quo cognoſcatur, vel niſi periculum ſit in mora, & damnum ſit irreparabile.

127 Soto de iuſt. & iur. lib. 5. q. 1. artic. 8. verſiculo *Quid autem*. vbi cenſet quod ſi Prætor aut alij miniſtri iuſtitiæ vellent in me manus inijcere, conſtaretque mihi per iniquitatem id facere, liceret mihi perinde vim vi repellere, ac ſi eſſent perſonæ priuatæ: ſecus tamen ſi id bona fide & lege tentarent, nempè quia ſunt indicia vel aliqua legitima accuſatio: *quia tunc* (inquit) *licet ego eſſem innocens, non mihi liceret, quò me eriperem, miniſtros vulnerare*. & idem author reſoluit ibidem quod ſi ſcirem iudicem decreuiſſe me per iniquitatem ad mortem adducere, aut teſtes in quis teſtimonijs, idque mihi eſſet certiſſimum, remque iam eſſe in proximo, non poſſem illos occidere, ſciens me aliter non poſſe mortem fugere, quamuis liceat occidere aggreſſorem & vim vi repellere; *quia* (ait) *vis non eſt niſi in præſenti aggreſſione, aliàs ſi tu præuenires, tu eſſes qui aggrederis: quare tunc alia tibi iuris remedia exquirenda ſunt*. Alphonſ. Narbona d. l. 28. glo. 18. vbi multis ornat & declarat. Plaça in epito. delic. c. 28. n. 9. vbi nonnullos refert DD. qui contra communem & receptam ſententiam tenuerunt non licere reſiſtere iudici iniuriam ac vim facienti nec ſe defendere contra eum, quorum etiam meminit Farinac. d. q. 32. n. 91. & vterq. hanc opinionem improbat. 128

An pro delicto captus, & an condemnatus morte vel alia pœna, poſſit fugere, an carceres rumpere, cuſtodes occidere, & an alij poſſint eum iuuare & liberare & quid ſi pro debito ciuili captus ſit, latè ſcribunt Nauar. in man. cap. 17. n. 101. cũ 2. ſeqq. Belſug. d. rubr. 31. §. Quãuis carcer. numero 7. cum 4. ſeqq. & maximè numero 7. verſiculo. *Aduerte*. vbi quandam valde notandam doctrinã & diſtinctionem Ioannis de Imola præceptoris ſui affert. & numero 8. & 9. vbi de capto recurrente ad Superiorem per fugam & arreptionem itineris ad illum. Ioan. Gutier. li. 2. can. qq. cap. 24. Mirand. in ordi. iudic. q. 29. & ſuis articulis. Couar. vari. li. 1. cap. 2. n. 7. vſq. ad n. 15. Sanchez lib. 6. oper. moral. capite 8. nu. 12. & ſeqq. Tolet. & ad eum addit. 129

UAB Biblioteca de Ciències Socials

lib. 5. cap. 6. num. 7. 8. & cap. 58. num. fin. Rodrig. in sum. capite 40. in verbo *carcer.* 2. Ceuall. quæstione 575. Farinac. lib. 1. vari. quæstione 32. Vincen. Filliuc. tom. 2. tractat. 40. capite 9. numero 268. & seqq. Roderic. tom. 2. regular. quæstio. 23. articulo 6. Leonardus Lezi. de iusti. & iur. libro 2. capite 31. dub. 4. & 5. Gutierres de iuram. confir. cap. 57. num. 24. & seqq. Martin. del Rio disquisi. magic. lib. 5. sectio. 7. versiculo
130 *indebite.* Suarez de legib. lib. 5. capite 10. vbi an lex pœnalis obliget ad patiendam pœnę executionem in corpore. An condemnatus teneatur expresse approbare sententiam, Garcia de benefic. 6. p. c. 3. ex n. 141.

131 Et generaliter de prærogatiua defensionis & quid quis possit se defendendo, Anto. Gomes. var. tom. 3. capite 3. numero 20. Couar. in clem. si furiosus par. 3. §. vni. Menoc. de præsump. lib. 5. præsup. 40. Iul. Clar. lib. 5. §. homicidium ex num. 24. Carol. de Grassis de effectib. clericatus effectu 9. ex num. 238. Soto de iusti. & iur. lib. 5. q. 1. art. c. 8. Henriquez tom. 1. Summæ Theologiæ moralis lib. 14. de irregularitate c. 10. §. 3. Ferdinan. Vasqui. illustri. controuersi. c. 18. & maximè n. 7.

132 Et conuerso index vel assessor iurisdictionem habens potest aliquando de facto procedere vt si est in possessione suæ iurisdictionis & in ea turbetur & ab ea expellatur, potest se cum armis defendere l. 1. & ibi DD. ff. si quis ius dicenti non obtẽ. per. Sese de inhibi. ca. 9. §. 1. num. 17. & 18. Bouad. in pol it. lib. 2. c. 19. num. 6. in fin. vbi asserit quod si quis in iurisdictione alterius ferret baculum, posset ei frangi per possessorem iurisdictionis. alios citat Cancer. var. par. 2. c. 10. in noua editio nu.
133 64. Sed & iudex potest ac debet reuocare de facto ea quæ de facto & iuris ordine non seruato fecit glo. in l. si minor ff. de cuictio. Marsil. in l. 1. numero 18. ff. de quæstion. Farinac. tom. 1. de carcerib. & carcerat. quæst. 32. numero 98. Potest quoque iudex remouere sine processu nuntium curiæ qui deliquit coram eo, secundum Bald. in l. 2. C. de sportu. Paris de Pute. de syndicat. in verb. *Potestas an possit punire.* numero 3. vbi ait habere locum quando ratione delicti in officio commissi nuncij huiusmodi remouerentur, secus si extra officium delinquerent, vel si essent creati à Superiore. 134 Potest etiam iudex sæcularis non citata parte nudam assistentiam iudici Ecclesiastico concedere: quamquam enim brachium sæculare non soleat impartiri per Regiam Audientiam iudicibus Ecclesiasticis nisi citata parte & visis actis iuxta ius Commune & constitutiones Cathaloniæ, nuda tamen assistentia solet dari per eandem Regiam Audientiam prædictis iudicibus simpliciter non citata parte sed extraiudicialiter, & ita fuit concessa in Regio Concilio Criminali Cathaloniæ Visitatori Monasterij B. Mariæ Populeti pro visitando ipso Monasterio 8. Februarij 1619. & fuit assistentia commissa Gerenti vices generalis Gubernatoris huius Principatus don Alexio de Marimon, iuxta epistolam Regiam ad hoc transmissam Duci de Alburquerque Locumtenenti generali Domini Regis.

Quæro an assessor iurisdictionem habens 135 siue iudex possit per se ipsum capere delinquentem ac propriis eum manibus apprehendere, Hortensi. Caualca. de brachio Regio 2. par. numero 45. & 46. existimauit minimè posse iudicem per se capturam delinquentis agere, adeo vt si id nitatur, possit reus impune resistere, quod iudex dicatur à iure dicendo, non ab exequendo c. forus §. iudex de verb. signi. atque ideo non vt iudex, sed vt priuatus facere intelligatur ac proinde parere non sit nec ei nec resistentia culpabilis vel reprehensibilis iudicari debeat. Verum Alphons. 136 Narbona ad leges regias lib. 4. tit. 1. lege 20. glo. 18. ex num. 71. non solum contra Caual. tenet, sed miratus hominis opinionem, acerrimè contra eum inuehitur dicens falli, & toto aberrare cœlo,

lo, imò tanto grauiorem, magisq. culpabilem fore prælibato casu resistentiam delinquentis, quanto dignitate iudex à satellitibus vel cæteris ministris & officialibus excedere dignoscitur. nam licet iudex à iure dicendo non ab exequendo dicatur, ideo fit quod eius denominatio desumitur ex principaliori exercitio & operatione eius vt sæpè in alijs contingit, non enim rectè sequitur, iudex ius dicere debet, ergo exequi non potest, cum inepta esset iudicandi potestas sine facultate capiendi malefactores arg. c. 1. de offic. deleg. quia iudex omnia agere potest quæ ad suam iurisdictionem spectant & sine quibus causa ad examen ipsius pertinens, expediri non potest c. præterea c. significasti 7. c. prudentia 21. in fin. c. suspitiones 39. versic. *ab ipso quoque iudice* de offic. deleg. c. tam litteris 23. de testib. glo. in d. cap. 1. in verb. *impedire*. eod. tit. Vnde Iodoc. Danu. der. in prax. crimin. c. 15. n. 7. inquit quod capturam licitè exercent Prætores, Subprætores, satellites, clientes, idque genus alij officiarij Ciuitatum, Oppidorum, & 137 Castrorum. Ego Alphonsi Narbona sententiæ facile me subscribo per regulam l. 2. ff. de iurisdic. omn. iud. quod concessa iurisdictione cẽsentur concessa omnia sine quibus iurisdictio exerceri nequit, & quia cum ministri & familia iudicis, mandato eius capiant delinquentes, multo magis poterit ipse capere, qui enim per alium facit, est perinde ac si faceret per se ipsum c. qui facit per alium 72. de reg. iur. lib. 6. & absurdum est quod liceat famulo, & ministro, & non liceat domino. Et attestatur Narbona in suo Regno per Correctores sæpè fieri capturam præsertim nobilium perso- 138 narum. Sanè Assessor iurisdictionem nõ habens, pro vt eum de iure communi iurisdictionem non habere scripsimus, capturam facere non poterit, cum solum sit consultor & captura sit actus iurisdictionis.

139 Quæro an officiales ordinarij possint delictorum remissiones & cõpositiones facere sine Assessoris consilio & assensu. Planè Princeps non adstringitur ad gratiam concedendam cum consensu alicuius, sed libere eam potest conferre l. fin. C. de legib. Peregri. de iur. fisc. tit. 3. lib. 1. num. 80. Cabed. decis. 18. num. 20. par. 2. Purpurat. cons. 17. & 20. Sed in Ca- 140
thalonia Locumtenens Regiæ Maiestatis cõpositiones delinquentium quæ excedunt summam decem librarum, facere debet cum interuentu Regentis Regiã Cancellariam aut Aduocati fiscalis cõstitutio. 3. tit. *de composicions y hauerias*. Quam intelligendam censet Ioseph. Ramon. cons. 44. num. 7. & 8. dumtaxat de compositionibus, non de remissionibus gratiosis, has enim ait remanere in dispositione iuris communis, & sic per eundem Locumtenentem libere fieri posse sine interuentu prælato. In hoc Principatu remissiones vel compositiones delictorum per officiales ordinarios veluti Vicarios & Baiulos fieri non possunt nisi vocatis assessore, aduocato, & procuratore fiscalibus & scriba curiæ, & aliter factæ nõ valent ex pragmatica Ferdinandi primi data Gerundæ 18. Febr. 1416. quod est c. vlti. tit. *de remissions de crims y composicions* in 2. vol. constit. & id ipsum antea cauetur in c. 5. eodem tit. 141

Quæro iudex appellationem sine causa non admittens an & qualiter puniatur. Appellatio iustam defensionis causam continet atque ob id & in maioribus & minoribus conceditur l. & in maioribus l. in multis C. de appellatio. Menoc. de arbitr. casu 368. num. 1. si enim appellatio non daretur, tribueretur ansa iniquis iudicibus ferendi iniquas sententias l. 1. C. de appellatio. Vnde Bouadil. lib. 5. c. 3. nu. 75. & 76. regulã constituit quod iudex tenetur tam in Ciuili[b] quam in Criminalibus admittere appellationem quia species defensionis est, nisi in casib[9] à iure prohibitis & vbi reus fuerit cõuictus & cõfessus simul. Imò iudex in causa appellabili appellationẽ nõ admittẽs in foro animę peccat mortaliter ex Nauar. in man. c. 25. n. 14. & in foro 142 143 144 145

exteriori puniẽdus est, Menoc. d. casu 368. Marant in specu. in 2. actu principali vltimæ partis num. 199. Lancellot de attenta. cap. 31. nu. n. 242. & plenibus seqq. Berar. in specul. visitationis cap. 17. n. 53. cum 2. seqq. Boer. dec. 153. n. 4. Decian in tract. crimin. lib. 8. cap. 41. Bouadill. dict. cap. 3. nu 75 & 76 Farina. to. 1. de carceribus & carcerat. q. 32 n. 11. cum 4. seqq. qui referunt pœnas quibus afficiendus & condemnandus est, sed omnium clarissimè distinguens inter ius Ciuile & Canonicũ & inter causas Ciuiles & Criminales, & si iudex ad exequutionem post appellationem deregatam processerit, vel non processerit, Farina. loco citato, ex quo patefiunt quæ ab alijs præsertim à Menochio subobscurè & diminuta dicta sunt. Illud summopere mihi animaduertendum videtur, quod Farinac. n. 113. notat hodie de consuetudine iudici obstam non admissionem appellationis, si ad exequutionem suæ sententiæ non prosequatur, nullam imponi pœnam. Est quoque mente colendum si de eadem re agatur coram iudice inferiori & Superiori, inferiorem si hoc sciat, debere supersedere, absque inhibitione, alias nulliter procedere, Federic. de Senis conf. 126. nu. 1. Cancer. var. par. 3. cap. 1. num. 52. in fin. Neque prætermittendũ quod obseruat Conrad. de momenta possess. q. 19. n. 4. & seq. & post eum Berar. d. c. 17. num. 53. iudicem qui friuolæ appellationi defert, etiam teneri in syndicatu & puniri, vt ibi per Conrad. declaratur.

144

145

46

147 Quæro an iudici sæculari liceat auferre clericis & personis Ecclesiasticis arma proditoria veluti tormenta manualia parua vulgo *pistolets*, si illi cum eis reperiantur, quæ in hoc Principatu fuere per Regiam pracmaticam reprobata. Contentione orta inter curiam Regiam secularẽ & Ecclesiasticam Episcopi Gerunden. fuit cõclusum per Reuerend. Cancellarium Carmona in mense Octob. 1618. licitum fuisse iudicibus secularibus prænominata arma proditoria auferre clericis, seu personis Ecclesiasticis & ita firmæ iuris factæ in Curia Ecclesiastica locum non fuisse. Pro hac decisione Couar. prac cap. 33. nu. 7. vers. *Verumque*. Roccadilla in polit. to. 1. lib. 2. c. 18. num. 66. Oliba de iur. fisc. c. 14 n. 133. & 139. Et non posse postea dicta arma repeti per iudicem Ecclesiasticum ab officiali seculari declarauit dominus Cancellarius 29. Decẽbris 1619. Et quod arcabus- 148
sij parui vulgo *pedrenyals* dicipossint arma proditoria & insidiosa fuit deliberatum, & concluſum in Regia Audientia in mense Augusti 1600. & sub hoc prætexeu fuerũt prohibiti per Excellentiss. Laurentium de Figuerola Ducem Feriæ Locumtenẽtem Gen. domini Regis anno 1600. & postea emanauit Regia pragmatica. Pro hac decisione Ioseph. Ludouic. decis. 51 Menoc. de arbitrar. casu 394. Rolan. cons. 3. to. 2. latissimè Tiber. Decian. tom. 2. lib. 8. c. 3. cum seqq. & 1. tom. regul. col. 123. verb. *Arma*. vbi an arcabussij parui & magni dici valeant arma proditoria & insidiosa. Arma an sint prohibita iure communi, facta distinctione inter ius Digestorum, Codicis, Authenticorum, Constitutionum Cathaloniæ, & ius consuetudinarium Cathaloniæ accuratissimè explicat, & declarat Ioan. de Socarrat. ad consuetud. Cathal. in cap. si aliquis dominus, ex num. 136. & maximè num. 139. & num. 138. ad fin. vbi refert super hoc quandam sententiam Regis Martini pag. 401.

Quæro an clausulæ appositæ in prima 149
commissione iudicis siue assessoris censeantur repetitæ in secunda. Affirmatiuam pro regula constituit Marta de clausulis 4. par. claus. 11. num. 1. Barbosa in simili tractatu clausul. 123. num. 1. & probant Ægid. dec. 45. & decis. 526. Cassador. decis. 8 num. 5. de rescrip. Capella Tolosa. decis. 3. Quod est verum in cõmissione eiusdem causæ, secus in commissione nouæ causæ. Rota in recentioribus per Farinac. collectis par. 2. decis. 510. num 1. in fi. Coccin. decis. 47. ex num. 4. & his non citatis, ita explicat Marta num. 2. Est item verum si clausula est apposita ex priuilegio causæ in priori rescripto, Cocci. decis. 17. ex num. 2. & eo nõ allegato ita etiam declarat Marta num. 3. Est quoque verum quando secundus iudex

dex ſubrogatur in locum primi, Rota in recentior. Farinacij par.1.dec. 558. num.
150 8. Non obtinet prætata regula ſi in priori commiſſione clauſula fuerat adiecta in fauorem certæ perſonæ, quæ illa non vtitur vel vti nolit in 2.commiſſione, ex Coccin. dec. 47. ex num.14. Aſſerit etiam Marta vbi ſupra ex num. 4. prædictam regulam non procedere in clauſulis odioſis veluti in clauſula *appellatione remota*, argumento tex.in c. inquiſitioni de appellatio. niſi clauſula iſta conceſſa ſit ex priuilegio cauſæ vt in decimis c. tua nobis de decim.

151 Quæro de iuramento iudicis ſiue aſſeſſoris iuriſdictionem habentis. Illud hic præſtare tenetur in ingreſſu ſui officij l. rem non nouam eum auth. hodie C. de iudic. auth. de iur. iuran. quod præſtat. ab eis. & in auth. de defenſor. ciuitat. §. ius iurandum c. quanto c venientes de iur. iuran. & iurare tenetur de bene ſe gerendo in officio & iudicando ſecundum iuſtitiam. Paris de Pute. de ſyndic. in verb. *iuſtitia* §. iuramentū. Auil. in cap. prætor. in procem. in glo. *en los caſos*. num. 14. circa medi. & de ſeruãdo loci priuilegia ſtatuta & conſuetudines, Innocen. in c. dilecti de maiorit. & obed. Burſat. conſ. 235. num. 101. vol. 3. Andre. Gail lib. 1. obſer. 36. num. 13. & 14. Cancer. variar. p. 3. c. 13 num. 328. & 329. vbi idem tradit de iure Cathaloniæ per conſtit. 9. *ſtatuim* & conſtit. 11. *rota Vegada* tit. *de officis de Vegner*.
152 Imò antequam iuramentum præſtet, non poteſt iuriſdictionem exercere. Auil. in d. glo. *en los caſos* num. 1. circa medi. vbi etiam quod geſta per illum antequam iuret, ſunt nulla. & n. 14. poſt medi. vbi quoque quod ſi exercet ſine iuramento, tenetur ad eandem pœnam ad quam teneretur is qui propria auctoritate officium ſibi vſurparet & ſic ad pœnam criminis læſæ maieſtatis. Cancer. par. 2. var. cap. 8. in noua editio. ex n. 123. vbi etiam quod præcedentia Senatoris ſumitur reſpectu collegarum à die iuramē
153 ti: & quod anteceſſor finito officio poteſt exercere iuriſdictionem poſt aduentum ſucceſſoris qui adhuc non iurauit. Boeri. in tract. de cuſtodia clauium num. 52. & 53. Paris de Pute. in d. §. iuramentum. Lucas de Penna in l. vnicuique C. de proxi. ſacror. ſcrin. li. 10. Natta conſ. 351 Micha. Ferrer 3. par. obſer. cap. 413. Vincen. de Franc. deciſ. 393. par. 2. Guid. Pap. dec. 501. & ibi Ranchin. Sed ſi ſemel iurauit, 154
non tenetur vlterius iurare, Luc. de Pen. in l. ſi quæ C. de venden rebus ciuitat. lib. 11. Auil. in d. glo. *en los caſos* num. 14. circa fin. vbi idem dicit in aduocatis. quod eſt contra vſum Ciuitatis Barcinonæ *in cuius* domo aduocati ſeu aſſeſſores quot annis iurare ſolent. Sane ſi iudex eſt in officio 155
& illud exercet, præſūitur præſtitiſſe iuramentum, cum reperiatur in poſſeſſione officij, ſecundum Bald. in cap. ad audientiã de præſumptio. num. 4. & poſt Gregor. Lopez Auil. vbi ſupra num. 1. in fin. De iu- 156
ramento Baronis latè Cancer. d. c. 13. à n. 326. vſq. ad num. 334. & de eiuſdem Baronis ſacramento ac de vaſalli homagio & iuramento fuſe Fontanel. de pact. nupti. to. 1. clau. 4. glo. 10. par. 1. à n. 13. vſq. ad n. 36.

Quæro an iudex ſiue aſſeſſor iuriſdi- 157
ctionem habens teneatur per ſe ipſum examinare teſtes. Dicas quod tenetur, §. illud etiam iuncta glo. in verb. *teſtibus* in auth. vt defunct. ſeu funera eorum nō iniurientur. l. 3. §. idem D. Adrianus. ibi *nam ipſos interrogare ſoleo*. vbi Fulgoſi. & alij notant ff. de teſtib. glo. 1. in auth. ſed iudex. & ibi Salycet. num. 2. C. de Epiſcop. & cleric. glo. 1. & ibi Odofred. num. 1. in fin. in auth. apud eloquentiſſimum. iuncto tex. C. de fid. inſtr. Bart. in l. admonendi num. 42. ff. de iur. iuran. Menoc. de recu. poſſeſſi. remed. 15. num. 344. & ſeqq. & alij complures relati per Farinaci. de teſtib. q. 77. cap. 4. num. 1. Adeo vt nec poſſit notario hoc teſtium examen, iuramentique receptionem cōmittere, Lanfranc. de teſtib. num. 17. Marſil. in l. 1. §. plurimum num. 71 ff. de quæſtionib. & alij citati per Alphonſum Narbona ad leges regias lib. 2. tit. 11. lege 33. glo. 1. num. 3. Quod tamen 158
procedit in criminalibus ob grauius quod imminet, periculum; ſecus in ciuilibus,

tex.

tex. in auth. de teſtib. §. & quoniam ſcimus. ibi, *Hæc omnia in pecuniarijs quæſtionibus intelligentes: in criminalibus enim, in quibus de magnis eſt periculum, omnibus modis apud iudices præſentari teſtes & quæ ſunt ei cognita edocere.* l. iudices 17. & d. auth. apud eloquentiſſimum C. de fid. inſtr. ibi. *Sed hoc in ciuilibus tantummodo cauſis, nam in criminalibus teſtes apud iudices repræſentandi ſunt.* c. teſtes & ibi glo. in verb. *Sed præſentes* 3. q. 9. clem. 1. de offic. delegat. iunc glo. in verb. *ciuili.* glo in verb. *legitima probatione* in c. ar ſi clerici de iudic. glo. in c. 1. iunc. tex. de teſtib. Viui. in ſuis communib. opinion. opinio. 928. num. 1. vbi communē teſtatur. Oſaſc. conſ. 64. num. 20. & ſeqq. & alij quos cumulant Farinac. d. q. 77. c. 2. à num. 71. & c. 4. num. 178. iuncto num. 196. & Narbona d. glo. 1. numero

159 4. Et obtinet quoque in cauſis ciuilibus arduis argumento tex. ind. §. & quoniam ſcimus, ibi, *in quibus de magnis eſt periculū.* vt cenſet plures referens hanc tenentes Narbona d. glo. 1. num. 5. & idem lib. 3. tit. 4. lege 42. glo. 1. quamquam hoc vult cū modificatione & declaratione accipiendū Farinac. d. q. 77. num. 199. cum 2. ſeqq.

160 Et in præf. tis cauſis criminalibus & in præbitis ciuilibus arduis, teſtium per notariū examinatorum ratihabitio coram iudice facta non ſupplet defectum examinis coram iudice faciendi, vt bene defendit Narbona d. tit. 4. lege 42. glo. 2. cū oporteat iudices adeſſe in verbali teſtium depoſitione & per ſe illos interrogare, quia ex vultu teſtium, ex reſponſionibus quas ex tempore reddunt, ex præmeditatis illorum ſermonibus facilius poſſant veritatem indagare & vnicuique' teſtium fidem ſermoni & animo ſuo congruam adhibere iuxta Adriani reſcriptum in l. 3. §. Ideoque Diuus Adrianus ff. de teſtib. ne alioqui non teſtibus, ſed teſtimonijs credatur contra eundem 6. ideoq. verſic. *Idem Diuus Adrianus.* iuncta glo. ibi in verb. *non teſtimonijs.* & contra ipſam l. 3. §. 1.

161 verſic. *Gabinio quoque.* Nam iudex ex cōiecturis & præſumptionibus poteſt teſtibus fidem non dare Couar. var. lib. 1. cap. 1. nu. 2. verſic. *Sexto.* Vaſqui. lib. 1. illuſtri. cap. 14. Menoc. de arbitrar. caſu 90. & eſt tex. in d. l. 3. & ait Nellus à Sancto Geminiano in tractatu de teſtibus in verbo, *Teſtis examinatus* num. 219. quod videtur iudicem non debere facere ſcribi in actis curiæ quare non adhibet plenam fidem teſti, argumento tex. in d. l. 3. §. Ideoque Diuus. Sed de ſtilo & conſuetudine ſolet examen teſtium notario vel tabellioni committi, Couar. li. 2. var. cap. 13. num. 10. verſ. *ſic in quæſtione.* Paz. in prax. par. 1. tomo 1. tempo. 8. num. 135. Menoc. conſ. 100. nu. 43. & 46. quos & alios ſequitur Stephan. Gratia. diſcep. forenſ. cap. 60. num. 36. to. 1. & non diſitetur Narbona d. lege 33. glo. 1. num. 4. Apud nos in Regio Concilio & alijs iudicijs regulariter teſtium examen, & iuramenti receptio committitur notario in cauſis ciuilibus, imò commiſſa cenſetur abſque aliqua iudicis prouiſione: in cauſis autem criminalibus recipitur iuramentum per iudicem, examen fit per notarium, & ratihabitio depoſitionis coram iudice, arbitratur tamen iudex vel dominus iuriſdictionis quando in cauſis criminalibus & in ciuilibus arduis opus ſit ipſū per ſe examinare teſtes & tunc ipſe interrogat. 162

Quæro ſi illuſtris perſona vel in dignitate poſita ſit criminis alicuius rea, an quādo cauſa eius agitur, ſedere debeat cum iudice ipſo ſeu aſſeſſore. Dic quod ſedere debet l. fin. verſic. *ſedendi.* & ibi Paul. de Caſtr. & alij DD. C. vbi ſenator. vel clariſſi. Anton. Gomeſ. tom. 3. var. cap. 3. num. 2. vbi ſubdit ita ſemper vidiſſe de facto ſeruari in Cancellaria Regia: nā quando cauſa illuſtrium perſonarum agitabatur, ſedebant cum Auditoribus regalibus, quod nō fiebat cum alijs. 163

Quæro iudices ſeu aſſeſſores cognitioni certæ ſpeciei cauſarum deputati vel dati ſpecialiter fauore certarum perſonarū vt de illarum cauſis cognoſcant, an & quādo cenſeantur dati priuatiuè vel cumulatiuè. Latiſſimè Alphonſ. Narbona ad leges regias lib. 4. tit. 1. lege 20. glo. 21. num. 15. & ſeqq. 164

& seqq.& nu.17. cum seqq. Grammat. dec. 30. Cravet. cons. 411. Menoc. de præsumptio.q.28.li.2. Cancer.par.2.c.2. in noua editio. ex num.120. Afflic. dec. 41. Vincen. de Franc. decis. 407. Deci. cons.3.Ancarra.cons. 159.alias 204. Garcia de nobilitat. glo. 1.num.5.Petr.Barbosa in l. 1. à num.4. ff. de iudic.Valēzuel. Velazq. cons. 70.num.19.& 74.& cons. 95. num. 48. qui plures citat,concludens quod iurisdictio concessa certis personis in certa specie causarum, intelligitur data priuatiue. Et hæc ad alios iudices prorogari non potest, etiam dato consensu partium. Gratia.discep. forens. capite 569. numero 29. libro 3. & decisione 145. per tot. & dec. 78. Menoc. de presump.li.2.præsump.18. n. 36.

165 Quæro an assessor possit emere bona suæ administrationis,fuse Bouadill.in polit.tom. 1.lib.2.cap. 12.à num.34.Menoc. de præsump.li.2.præsump.16.Ioseph.Ramon cons.35.à num.13. vsq. ad num.22. Cancer. vari. par. 3.cap.1.à numero 97. Ripoll vari. cap.11. ex num.176.& cap. 12.ex num.160.vbi etiam de conductione.

166 Quæro assessor an lapso termino sibi ad iudicandum per statutum præfixo, possit iudicare,effuse Gutier.de iur. confir.p.3.c.1.à num. 11.Bossi.tit.de officia. corrup. num. 25. Paz in prax. tom.3. p. 1.tempo. 11. num. 18.Vanti.de nullitat. ex defect.iurisdiction.& vnde & quibus modis.à num.115.Auil.in cap.prætor. 5. in verb.*otro si* à num.6.& ex nostris Cācer.p.3.c.12.à num. 78. Peguer. in prax. par.2.rubr.24.Berar.in specul. visit. cap. 17. nnmero 87.& 88.& c. 25. numero 44.

Quæro quando assessor debeat partē 167
subcumbentem in expensis condemnare. multis tradunt Couar. prac. qq.c.27. Menoc. de arbitrar. casu 177. Asini. in prax.§.2.c.2. Anton. Gabriel.to.2. commu.opini.tit. de expensis conclus. 1. Flamin.Cartar.decis.1.n.3.4.5.& 10.Cancer. in noua editio. p.1.c.21.ex n. 31.& p.2. c.6.à numero 23. vsq.ad num.36.Fontanel. de pac. nup.cla.4.glo.18.par.4. ex n. 112. Aloysi.Leo in auth. generaliter C. de Episcop.& cler.numero 40.41.& 45. vol. 1.

Quæro an assessor possit esse in pro- 168
pria patria.dixi supra in quæstio.1. de qualitate iudicis.circa fin. & tradit præsertim de assessore Paris de Pute. ibi citatus.

Quæro an domini iurisdictionum te- 169
neantur pro iustitia ministranda deputare assessores & iudices & an suo sumptu. Florez Diez q. 8.ex n.1.& §.4.n.6.& 7. Gratian.discep.forens.to.1.c.57. & to.3. c. 561.Zabarel. in clement. statutum de electio. n.1.& 4. Scobar de ratiociniis c. 27.ex n.4.& c.25.ex n.31.Garcia de expens.c. 21. Garcia de benefic. 5.par.c.7. n. 18.& p.9.c.2.n.380. & seqq. Leonar. Lesi. de iusti. &.iur.li.2.cap.35.dubi.10. n.63. Marta de iurisdicti.p.4. casu 103. Vasqui. controuer.iur.c.7n. 1. Bouad.in polit. li.5.c.7.& lib.2.c.21.n. 129.& seq. & n.248.& seqq. Ricci.par.2.dec.107.& 170
p.1.dec.33.vbi etiā de expensis quę fiunt ratione iustitiæ ministrandæ.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

SECVNDA HVIVS LIBRI PARS DE OFFICIO ADVOCATI.

EX QVÆSTIONE PRIMA.

SVMMARIVM.

1 ADuocationis officium publicum est & ob quam causam inuentum sit.
An aduocati veniant sub nomine officialium in statutis.
2 Aduocare quid sit.
Verbum, aduoco, vnde dicatur.
3 Aduocati quibus nominibus appellentur.
Aduocatorum munus dicitur, Causidicina, sicut Iuridicina, & Iudicina dicitur.
4 Differentia inter Aduocatum & Patronum.
Aduocati quo tempore esse cœperunt.
5 Aduocati de iure Communi debent studuisse per quinquennium, vbi glosæ opinio reprobatur.
Quid in Cathalonia.
6 In curijs Regiorum Ordinariorum & Regiæ Audientiæ Cathaloniæ non admittuntur in aduocatos nisi Doctores in Iure, vel Bacalaurei, & repelluntur scedulæ, quæ non sint subscriptæ ab eis vel à parte, nisi nullus illorum in Loco moraretur.
7 Quid in Ciuitate Barcinonæ.
8 Aduocare & iudicare prohibentur in Cathalonia, qui non habent vsaticos & constitutiones Principatus & Iuris Communis volumina.
9 Aduocati in Cathalonia iurare tenentur, sed non seruatur.
10 Aduocati iure communi iurare debent, examinati, & approbari.
An semel approbati possint ob insufficientiam reprobari, & quid etiam in medicis, confessarijs & ad lecturam promotis.
11 Vir eminentis scientiæ an excusetur ab examine, quod per statutum fieri debet.
12 Aduocati debent inter cæteros describi.
13 In Aduocato requiritur experientia, & multis exornatur & confirmatur.
Respondetur pro iuuenibus aduocatis. & n. 14.
14 Multum senes aduocati non eligendi, & de ipsorum vitijs.
Sicut corpus, sic etiam mens hominis suum habet senium.
15 Aduocatorum ignarorum diuersa cognomina.
16 Aduocatum consulentem oportet, non iuris solum, sed omnium rerum cognitionem habere.
17 An minor 25. annis si sit Doctor, gaudeat

deat beneficio restitutionis in integrum.
An iuris Doctor comprehendatur in Cathalonia sub constitutionibus 1. & 2. tit. de menors de 25. anys.

18 Qua ætate possit quis esse aduocatus, qua ætate tabellio, qua Doctor, & qua procurator.

19 In aduocato requiritur modestia.
Aduocare procacibus verbis prohibitum est.

20 Non meruit honorem, qui non honorauit. & multis hoc exornatur.

21 Aduocatus qui verbis iniuriosis aduocat, efficitur infamis.

22 Contra offerentes iniuriosas appellationes, quemadmodum iudex procedere possit.
Ira impedit animum ne possit cernere verum.

23 Aduocatus nimis verbosus potest ab officio remoueri.

24 Doctor debet pauca & vtilia effundere.
Multa pro breuitate sermonis & contra prolixitatem verborum.

25 Multiloquium generat mendacium.
Verbosi aduocati vociferando existimant explere clientum animos.

26 Nimis altercando amittitur veritas.

27 Aduocati quare olim appellabãtur, rabulæ.

28 Mali aduocati vocantur canes curiarum.

29 Temporibus Sixti Papæ & Pauli tertij, ac Clementis Pontificis, Aduocati in scriptis & non vocaliter informabant. & quare.

30 Veritas facilius inuenitur studio scripturæ quam disputatione verbali.

31 Aduocatus cauillosus à iudice repellendus est.
Mali aduocati vocantur continuatores & redemptores litium & moratores causarum, & eorum facundia dicitur canina.
Et multa contra cauillosos aduocatos congeruntur. & n. 32.

32 Iudex ex officio inquirit contra aduocatos cauillosos & tumultuosos, & malè se in officio versantes.

33 Aduocatus in his quæ conscientiam remordent, vel recusare debet scribere, vel pro veritate scribere debet.
Veritas est mater Iustitiæ, & propter subtilitatem DD. immutanda non est, nec cum ingenij subtilitate laceranda.

34 Aduocatus debet esse verax in sermone, iustus in iudicio, plenus in consilio.
Incidit in pœnam falsi allegando leges falsas, & correctas.

35 Aduocati propter nimiam auri Cupiditatẽ vocantur lupis voraciores, & coruis crudeliores.
Nimis soliciti sunt in causis, & propterea præsumuntur omnia mala excogitare.
Aduocati procuratores & notarij in curijs excoriant homines.

36 Aduocati iure Communi prohibentur contrahere cum clientibus. & quare.

37 Aduocatus nobili animo & sine labe seruilis officij se gerere debet circa stipendia & læta fronte accipere, quod litigator sponte offert & nihil amplius petere.
Aufrerius aduocator hortatur ne pro illis patrocinentur, à quibus recipere debita stipendia incerti sunt, nisi pro pauperibus, & vt anteponant causas eorum, qui solunt.

38 Mali aduocati vocantur stellæ erraticæ, quia duplicem habent motum scilicet pro, & contra. & refertur ad hæc facetissimum exemplum.
Et multa contra auaros aduocatos congeruntur.

36 Columella canium siue aduocatorum studium, concessum latrocinium dixit.
Iustus Lipsius pestem Europæ.
Tacitus aduocatorum perfidiam appellauit mercem venalem.

40 Aduocans pro modico salario vilis & degener habetur.

41 Præcipuum boni aduocati munus est fideliter consulere. & quomodo.

42 Aduocatus causam nondum finitam deserens, accipiendo patrocinium aduersarij, incidit in crimen præuaricationis.

Aduo-

Aduocatus iura suæ partis ostendens parti contrariæ vt falsarius punitur.

4. *Aduocatus non debet suscipere plures nimis causas, & impatia humeris suis onera.*

44 *In causis arduis & grauibus repẽte respondere non debet, & ad hoc referuntur historiæ Alexandri Seueri & Danielis.*

45 *Aduocatus quibus modis debeat esse cautus & prudens erga iudicem.*

Verbum dulce multiplicat amicos & mitigat inimicos.

46 *Aduocatus qua prudentia & cautela vti debet erga partem, cui patrocinatur.*

Non debet causæ victoriam repromittere clienti suo.

47 *Aduocati cautela erga partem aduersam.*

Cauere debet ne instruat aduersarium, plura nimis effundens.

48 *Aduocati cautela & prudentia erga aduocatum contrarium.*

Aduocatus antiquus nouum non negligat qui leges & iura in promptu habet, & seruet nimia diligentia in vincendo.

Diligentia est mater omnium artium: negligentia autem nouerca eruditionis.

49 *Aduocati cautela & prudentia in negocio de quo agitur, pluribus modis explicatur. & n. seqq.*

50 *Rei officium est fugere, vnde reus in iure appellatur fugitiuus, quomodo tamen fugere debeat.*

51 *Aduocatus curet si potest, vltimo proponere, & nullitates actoris ad finẽ litis reseruare.*

52 *Nihil sine lege probare debet, si lex disponit super his de quibus agitur.*

Plus aequum est adducere fundamenta & rationes, & quare.

Et quomodo hoc concilietur cum ante traditis, quod aduocatus non debet esse verbosus.

53 *Aduocatus cautus quomodo esse debeat erga se ipsum.*

Patrocinando in causa in qua ius habet, sibi præiudicat.

Si filius exhæredatus aduocauerit pro legatario, censetur approbare testamentum.

Et notarius scripserit se tutorem in testamẽto, non potest se excusare à tutela.

54 *Intellectus tex. in l. cum quædã C. de administr. tutor.*

55 *Aduocati in negocijs propriis sunt rudiores, ideoque monentur vt causas proprias patrocinio aliorũ aduocatorũ commendũt, exemplo medicorũ qui pro suis infirmitatibus alios medicos aduocant.*

56 *Maiores lites ex testamentis Iurisperitorum oriuntur, & quare.*

In negocio quisque suo hebetior quã in alieno est, & quare.

57 *Filij aduocatorum & litteratorum hominum sunt fatui, & quare.*

Et an hoc sit perpetuum.

Celsus & Nerua Iureconsulti genuerunt filios sapientissimos.

58 *Natura solita est effectum sibi in qualitate similem producere.*

Fallit in homine, & quare.

59 *Aduocatus vtatur vestibus suo gradui competentibus.*

Talis quisque præsumitur, qualem indicat vestes & incompositio corporis qualitatẽ mentis significat.

Chlamis militem, purpura Regem, stola sacerdotem, cucculla monachũ, toga aduocatũ demonstrat.

QVA-

QVALEM OPORTEAT ESSE ADVOCATVM,

QVÆST. I.



1 Duocationis officiũ publicũ est & eam ob causam adinuentum, vtijs succurratur qui ius suũ tueri & causã dicere ignorant. notat Menoc. de arbitr. iudic. li. 2. casu 369. num. 1. & probant tex. in l. quisquis 6. §. apud vrbem l. nemo 8. C. de postulan. cum alijs congestis per Alphons. Narbona ad ll. Regi. li. 4. tit. 1. lege 20. glo. 20. n. 96. vbi à n. 97. vsq. ad n. 102. discutit an aduocati cõpræhẽdãtur
2 sub statuto de officialibus loquente. Aduocare autem est desiderium amici sui in iure apud eũ qui iurisdictioni præest, exponere vel alterius desiderio contradicere l. 1. §. 1. ff. de postulan. ca. infamis §. tria & §. fin autẽ 3. q. 7. Nepos à Montalbano in tractat. de exceptionib. artic. 10. num. 1. Guillem. le Rouille in tractat. de iusti. & iniusti. lib. 3. ca. 5. nu. 3. quod intelligit Sebastianus Medicis de legib. par. 3. quæst. 20. num. 2. intentionem partis per probationes ostendendo, easque iuribus deductas asseuerando, iuxta ca. inter dilectos de fid. instru. Et dicitur, *aduoco* quasi *ad me voco*. vnde Terenti. in Phor. *ibo ad forum & aliquot mihi ad-*
3 *uocabo amicos*. Vocantur aduocati aliquando causidici l. quisquis in prin. C. de postulan. interdum patroni causarum l. 1. l. aduocati C. de aduoc. diuers. iudic. nonnunquam honorati l. 1. C. de offic. ciuil. iudic. Petr. Plaza de delict. cap. 22. num. 23. Matien. in dialogo relator. 2. par. capite 1. numero 5. Eorum munus *causidicina* dicebatur ab Ammiano lib. 30. sicut Tertullianus lib. de pallio dixit *iuridicinam*, & Apulei. lib. 7. *iudicinam*. Guiac. obseruat. li. 4. capite 40. Propriè 4
loquendo aduocatus, nomen est generalius quam patronus: patronus enim dicitur rei, aduocatus siue actoris siue rei, notat le Rouille vbi supra numero 3. Aduocati statim esse cœperunt post leges duodecim tabularum, & sic 470. annis ante Christi domini natiuitatem, Ioan. Matienz. in d. 2. p. c. 4. & maximè n. 13.

Primò oportet aduocatum iuris no- 5
stri scientia præditum esse & bene de iurisprudentia mereri, ideoque iure communi quinquẽnio iuri operam dedisse debet, tex. in proœm. Digestorum §. & quod iam primis. ibi. *& in quinti ann.* l. itibemus §. pro sportulis, & ibi glo. in verb. *per statuta tempora* l. petitiones C. de aduoca diuers. iudic. & vtrobique DD. glo. in cap. cum ex eo de electio. in 6. capite fin. de magistris glo. & Bald. in l. nec cœterorum C. de postulan. Bart. in l. 5. C. de aduoc. diuers. iudic. & in l. 1. §. aduocatos ff. de var. & extraord. cogni. Sylvest. in summa verb. *aduocatus* numero 1. vbi reprobat glo. in l. 1. ff. de postulan. contrarium tenentem, Suarez de paz in praxi annotatio. 5. titulo de aduocato numero 11. Anton. Gomez in l. 2. taur. num. 5. concordabant in Cathalonia constit. 4. & 5.

tit.

tit. *de examen de aduocats*, Sed postea superuenit constitutio Regis Philippi quæ est 4. tit. *de offici de Iutges y assessors ordinaris*. & vult aduocatum studuisse iuri Ciuili & Canonico per sex annos cõpletos in Studio generali: hoc tamen nõ seruatur, sed quod sit Doctor vel Bacalaureus vt mox dicam.

6 In curijs regiorum ordinariorum & Regię Audientiæ nostri Principatus Cathaloniæ non admittuntur in aduocatos causarum nisi Doctores in iure vel Bacalaurei, sic enim intelligitur & practicatur constitutio 5. tit. *de orde iudiciari* & constitutio 25. tit. *de offici de Iutges de taula* & constitutio. 7. tit. *de recusatio de tots Iutges*, & ca. 65. curiarum anni 1599. itaque repelluntur scedulæ in dictis iudicijs, quæ non sint subscriptæ nomine alicuius ex præfatis aduocatis vel propriæ partis litigantis per eas cõstitutiones nisi in loco nullus eorum aduocatorum reperiretur. & simile est in regno Castellæ, Anton. Gomes. ad l. 2. taur. n. 6. Et quod aduocatus debet accepisse gradum Doctoratus vel Bacalaureatus alicuius approbatæ Vniuersitatis, nisi in loco non morarentur Doctores vel Bacalaurei, expresse disponunt constit. 4. & 5. *de offici de Iutges y assessors ordinaris*. Quinimò in Ciuitate Barcinonæ, quæ 7 est totius Principatus caput, vbi residet Regia Audientia, aduocatus non admittetur nisi sit in iure Doctor. Præterea 8 constitutione 1. tit. *de aduocats* aduocare vel iudicare prohibẽtur qui non habẽt vsaticos Barcinonæ, constitutiones & capitula curiarum Cathaloniæ, & constit. 4. tit. *de examen de aduocats*, qui non habent iuris Communis volumina, & meminit Calici. in margarit. fis. dub. 6. casu 41. Mier. par. 1. collatio. 6. cap. de iurisperitis num. 1. Iurare etiam tenentur aduo 9 cati secundum constit. 1. i lo tit. *de examen de aduocats*. quod tamen hodie iuramentum præstari non video, nec fit examen aduocatorum eadem constitutione dispositum.

10 Iure communi aduocati iurare debẽt l. rem non nouam C. de iudic. debent examinari etiam & approbari antequam ad postulandum admittantur l. nemini C. de aduoc. diuers. iudic. Franc. Marc. decis. 650. Paz in praxi annot. 5. tit. de aduocato n. 15. Sylvest. in summa verb. *aduocatus* num. 1, imò Stepha. Gratian. discep. forens. tom. 1. ca. 186. ex num. 31. & num. 51. probat semel approbatos posse ob insufficientiam reprobari, atque iterum approbari cessante ignorãtia, quod in medicis, confessarijs, & ad lecturam promotis resoluit etiam ex multis Alphons. Narbona ad ll. regias lib. 3. tit. 16. lege 9. glo. 7. num. 2. & Gratia. discep. forens. ca. 167. à num. 43. vbi tamen n. 42. docet quod regulariter semel approbatus, non potest amplius reprobari, nulla causa superueniente. An autem statu- 11 to examine ad officiũ, vir eminentis scię tiæ excusetur ab eo, disputant Francisc. Marc. decis. 650. n. 5. Bouadill. in polit. to. 2. lib. 1. ca. 6. num. 18. Sed & aduocatum 12 inter cæteros scribi oportebat vt in aduocatorum numero recenseretur l. iubemus C. de aduoc. diuers. iudic. Rebuf. in tractat. nominat. q. 11. num 20. Narbona ad ll. regias lib. 4. tit. 1. lege 20. glo. 5. n. 7.

Præter iuris scientiam, plurimi fit in 13 aduocato experientia negociorum atque iudiciorum & quod in ipsis sæpiùs versatus sit, vnde aduocatus iuuenis dicitur confusor litium glo. in l. cum ea C. de transactio. Ioan. Neuzan. in Sylua nuptia. lib. 5. numero 6. addens quod senes etiam sine reuolutione cartarum raro errant, latè Bolognet. in repet. authen. habita C. ne filij pro patre Alciat. lib. 10. parerg. capite 21. Burgos de Paz in l. 2. taur. ex numero 71. sic noster Mier. par. 2. collatio. 6. capite 17. de profess. iurisperit. & medici. num. 9. post Angelum clamat, *Ne confidas in medico nouo quia est homicida; neque in aduocato nouello quia est confusor litium.* Anton. Oliba. de actio. par. 1. libro 1. capite 11. numero 31. pro ipsis tamen respõdet Augustinus Morla par. 1. empor. iur.

tit.de legib.in prin.& Ceuallos commun. contra commun.in præfatio. à num. 93.

14 Ego certè neque admodum senem exquirerem aduocatum vel iudicem, nam ipsi tum ratione ætatis ingraueſcentis tum ratione infirmitatis & malæ valetudinis,quæ ætatem illam ſæpè comitatur, non ſtudent, vt Neuizan. vbi ſupra nu. 7. ait iuxta illud Catonis.

Fac tibi ſuccurrãt iuuenis,quæfeceris ipſe.

Præterea tardi ſunt ad percipiẽdũ, memoria deficiũt,& obtusũ ſensũ habẽt,vt elegãter vitia ſenectutis deſcribẽs ait S. Chriſoſt. in epiſt.S.Pauli ad Titum homil.4.vt enim dicit Ariſto.lib.2.politic. ca.7. ſicut corpus,ſic etiam mens hominibus ſuum habet ſenium. & in ſe ipſis ac longa experientia rerum plus confiſi quam par eſt(quia difficilimũ eſt omnium noſſe ſe ipſum, vt ille ait) temere negocia ſuſcipiunt,dirimunt & definiũt, contra quos exclamat Bouadill.in politic. tom.1.lib.1.cap.7.n. 12.Iuuenum autem ingenia laborem & diligentiam ac gloriæ cupiditatem laudat, & ſenum pigritiam & deſidiam vituperat Ceuallos in d. præfatio.n.93.

15 Multa cõgerit Stepha.Gratian.d.f.forenſ.tom.1.cap.186. à n.29.cõtra ignaros aduocatos,quos appellat fontes ſine aqua & dolores ſiue Doctores in curlina,& Doctores neceſſitatis,quæ eſt ſine lege, atq. vocat eos monetam tonſam id eſt ſine litteris,cum tales monetæ litteras non habeant & comparat aſinæ Balaam.

16 Imò aduocatum omni generi hominum conſulentem,cuius domus quaſi oraculum Ciuitatis reputatur vt de Iſocratre veteres ſcripſerunt, oportet non iuris ſolum ſed omnium rerum cognitionem habere, cum Iuriſprudentia ex Vlpiano li. 1. regul. ſit diuinarum atq. humanarum rerum notitia,iuſti atq. iniuſti ſcientia vnde M. Tullius lib. 3. de oratio. ait quod iuriſperiti non ſolum de iure reſpondebant, verum de filia collocanda,de fundo emendo,de agro colẽdo & de omni officio atque negotio cõſulebantur. cenſuit Sforti. Oddo de reſti.in integ.p.1.q.23.art.7.num.32. Cancer. var. par. 2. cap. 1.numero 305.quorum primus diſſerit an minor iuris Doctor gaudeat beneficio reſtitutionis in integrum, & alter an comprehendatur in Cathalonia iuris Doctor ſub conſtitutionibus 1. & 2. tit.*de menors de 25.anys.* 17

Aduocatos eſſe non poteſt qui decem & ſeptem annos non compleuit l.1. §. initium ff. de poſtulan. Suarez de Paz in praxi annotatio. 5. num. 8. Sebaſtian. Medicis de legib. 3. par. quæſt. 20. num.3. Anton.Gomeſ.var.tom.3. ca. 1. numero 55.& glo. marginaria in d. §. initium.arguit quod in decimo ſeptimo anno poteſt quis fieri Doctor,quod etiam notauit Gomeſ. vbi ſupra, atque etiam qua ætate poſſit quis eſſe tabellio, & alia glo.ibi in verb. *compleuit.* docet qua ætate poſſit quis eſſe procurator. 18

Præterea in aduocato requiritur modeſtia qua cupiditatibus animi moderetur & in rebus omnibus modum ſeruet. Sic aduocatus etſi ſummã pro ſuo cliẽte iuſtitiam foueat, ipſaque aduerſarius eius deſtituatur,nunquam tamen verbis procacibus & contumelioſis vti debet, nam procacibus verbis & improbis aduocare prohibitum eſt l.fin.§. in fruſtratorijs C. de appellatio. & eſt argumento tex. in l. 1. §.noſtram C. de veter. iur. enucle. elegans eſt tex. in l. quiſquis C. de poſtulan.ibi. *Ante omnia autẽ Vniuerſi aduocati ita præbeant patrocinia iurgantibus, vt non vltra quam litium poſcit vtilitas, in licentiam conuiciandi & maledicendi temeritatem prorumpant: agant quod cauſa deſiderat,temperent ſe ab iniuria.* hactenus iſtè tex. Non enim meruit honorem qui non honorauit,iuxta illud. *Cur te habeo in Principem,cum me non habes in ſenatorem?* vt in ca. eſto 95. diſt. & qui dicit quod vult, audiet quod non vult ca. Ecclesiam §. quib* autẽ 13.q.1. ca.iniquũ 32. q.5. vnde Salamõ, *Qui aliena man feſtat vitia, ſua intẽpeſtiuè audiet crimine.*& Martialis. 19 20

Deridens alios,non inderiſus abibit.

Et Seneca in Epiſtolis *Ab alio expecta, quod*

quod alij fecerit. plura congerit Gratian. dis. forens. tom. 2. cap. 284. num. 19. & seqq. Imò aduocatus qui verbis iniuriosis aduocat, efficitur infamis ca. infamis §. tria 3. q. 7. d. l. quisquis, ibi, *nam si quis adeo procax fuerit vt non ratione sed probris putet esse certandum, opinionis suæ imminutionem patietur, nec enim conniuentia commodanda est, vt quisquam negotio derelicto, in aduersarij sui contumeliam aut palam pergat aut subdolè.* notat Nepos à Montalbano in tractat. de exceptio. artic. 10. num. 7. latè Specul. par. 1. de aduocato §. iam nũc. per tot. Sebastia. Medicis de legib. par. 3. q. 20. num. 8. Petr. Gregor. in syntag. iur. 3. par. lib. 49. cap. 6. num. 29. & contra offerentes iniuriosas iudici appellationes, qui per ipsum iudicem puniri possunt, l. iudici & ibi glo. de iniur. Bouadil. in polit. to. 2. lib. 3. cap. 11. num. 33. nam ira impedit animũ ne possit cernere verum & commotionis tempore iustum putat omne quod dixit ca. ira enim ca. illa ca. ira sæpè 11. q. 3. ca. si quis iratus 2. q. 3. deferat ergo aduocatus aduersantibus honorem quẽ sibi capit ca. qui scit se 2. q. 6. ca. quorũdam 74. dist.

Eadem ratione aduocatus non debet esse nimis verbosus, imò talis aduocatus potest ab officio remoueri l. ex ea parte vbi glo. singularis de postulan. Suarez de Paz in prax. annotario. 5. tit. de aduocato num. 5. & per iudicem tanquam sui auditorij turbator excludi ca. in loco 5. q. 4. l. 3. §. pen. ff. de his quæ in testam. del. on. authen. iubemus C. de iudic. Attiles in cap. Prætor. cap. 36. glo. *Abogados* n. 5. nam doctor debet concluſiue loqui & pauca & vtilia effundere glo. in ca. cũ sit ars de ætat. & qualita. & breuitas loquutionis gratiã parit & molestias ministratque suspicionem fugat: immẽsitas autem econuerso ca. affinitatis 18. q. 2. in fin. & prolixæ præfationes confusionem inducunt & tædium generant animis auditorum vt in procem. Decretal. §. sane. Paris de Puteo de syndicat. in verb. *iudex in tribunal* n. 3. & 4. & in verb. *aduocati causarum* n. 1. 2. & 3. Attiles in d. glo. *Abogados* num. 1. & seqq. bonus tex. in l. fin. C. de precib. Imperat. offeren. Bouadil. in polit. tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 65. Ioan. Garcia de nobilitat. glos. 35. nu. 28. virtus enim in modicis consistit ex multis auth. de referendarijs sacri palatij, circa prin. inde Aretin. conf. 6. ait debere bene consulentem respondere ad rem sine verborum multiloquio sine truffis & generalibus quia fastidiũt stomacum. & multiloquium mendacium generat l. ampliorem §. in refutatorijs & ibi glo. & DD. C. de appellatio. verbosi autem aduocati voci ferando existimant clientibus suis placere & eorum explere animos ca. 1. 46. dist. Specul. in tit. de aduocato §. nunc de exordijs. optimè Platina lib. 2. de optimo ciue. ibi: *Quo enim quisque maximè clamat, sapientior in causa putatur.* nihil certè rectè geritur si cum clamore vincitur ca. Osius de electi o. l. 1. in fin. C. de studi. li. 11. Bald. in cap. licet 3. nom. de translat. episc. & Petrarcha in epistol. 6. & 11. ait quod nimis altercando veritas amittitur. Ideo aduocati olim vocabantur *rabulæ*, vt obseruat Guiac. obseruat. lib. 4. cap. 40. à radendis auribus quod radant & offendãt aures &, vt ait Quintilianus, nimia verbositate feriant. Vide Cicero in Oratore. *Quasi rabulæ* (inquit) *qui sibi diserti non videntur, nisi omnia tumultu & vociferatione concusserint.* & Quintilian. lib. 12. cap. 9. *Super omnia* (ait) *perit illa, quæ plurimum oratori & auctoritatis & fidei affert, modestia, si à viro bono in rabulam, latratoremq. conuertitur.* Quamquam secundum Festum Pompeium *rabulæ* dicti sunt aduocati, quod essent parati ad radendũ quid, auferendumque. Facit quod notat Guillel. le Rouill. de iustitia & iniustitia lib. 3. cap. 4. num. 10. malos aduocatos appellari canes curiarum. Quamobrẽ Ludouic. Gomes. ad regul. Cancella. in procem. quæst. 1. n. 13. scripsit quod ad redimẽdũ tẽpus, quod quotidie inutiliter & cũ dispẽdio omniũ, verbosis aduocatis voce informatib⁹ amittebatur, & adui-

tandas

tandas maximas partium impensas & Auditorum molestias obseruatum fuit Romę tempore Sixti Papæ & Pauli Tertij ne aduocati vocaliter, sed in scriptis informarẽt, quod idẽ & ex eadẽ causa de tẽpore Clementis Papæ post alios DD. refert Ioan. Neuizanus in sylua nuptiali in initio. n. 2. sic Lucas de Penna inst. 1. C. de professor. qui in vrb. Constãtin. li. 11. dicit se expertum quod veritas facilius inuenitur studio scripturæ quã disputatione verbali quæ vix potest absque tumultu procedere.

31 Bona cõscientia maximè necessaria est aduocato, ideoque non debet esse cauillosus, imò talis aduocatus à iudice repellendus est l. 3 ff. de his quæ in testam. delen. Pute. de syndic in verb. *aduocati causarum* n. 14. Tiraquel. de nobilita. ca. 29. n. 9. Rolan. cons. 36. n. 51. & seq vol. 3. Petr. Gregori. in syntag. iur. vniuer. 3. p. li. 47. c. 5. n. 29. Pluribus inuehitur contra malos aduocatos Gratian. dis. forens. to. 1. c. 186. à n. 54. vbi quod isti concinnatores & redemptores litium olim vocabãtur rabulæ & moratores, qui adhibebãtur ad morã faciendã, quòrũ caninã facundiã appellabãt, aliisque nominib⁹ ex antiquis scriptoribus eos vocat. Vnde Cicer. de orato. monet non quærendum esse declamatorem aliquem de ludo aut rabulam de foro, sed doctissimũ ac perfectissimũ hinc vetus illud verbum vulgo vsurpatum: *Nulla causa adeo mala quam peritus aduocatus non possit bonam facere.* glo. in l. quod si nolit §. si mancipium ff. de edili. edic. multis cõtra cauillosos aduocatos exclamat Thomas Mieres p. 3. collatio. 10. c. 19. incip. *Abbats es cosa ridiculosa* n. 32 3. & 4. Et iudex ex officio inquirit cõtra aduocatos cauillosos & tumultuosos & malè se in officio versantes Marant. in specul. iudic. tit. Et peruenitur aliquando per viam inquisitionis. num. 182. Ludo. Roman. in singular. 739. Auiles in cap. 36. Prætor. glo. *Abogados* num. 5. bonus tex. in l. quisquis C. de postulan. ibi, *Nemo ex industria protrahat iurgium.* vbi glo. in verb. *protrahat*. tex. in l. nec quicquam §. circa de offic. proconsul. Summopere debet cauere iudex à cauillosis aduocatis de quibus S. Bernardus li. 2. de consideratio. ad Eugenium elegãter ait. *Miror quemadmodum possunt aures diuinæ disputationes huiusmodi aduocatorum & pugnas verborum audire: corrige Deus pranum morem, præcinda linguas vaniloquas & labia dolosa claude: hi sunt qui docuerunt linguas suas loqui mendacium, diserti aduersus iustitiam, eruditi pro falsitate, sapientes sunt vt faciant malum, eloquentes vt impugnent verum.* 11 Hiere. c. 9. *Extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij.* Vnde Cicero lib. 1. de repub. dixit se non intelligere cur qui sententiam pecunia corrumpit, pœna dignus sit, qui vero eloquentia, laudem ferat. In his quæ conscientiam remordent, vel 33 recusandum est scribere vel pro veritate scribendum pro vt se fecisse docet Castren. cons. 121. lib. 1. & refert Aymon cons. 201. n. 2. ad medi, Gratia. dis. forẽs. tom. 3. cap. 540. num. 58. veritas enim in omnibus principatum obtinet ca. quæritur 2. q. 7. & super omnia amanda ranquã mater iustitię l. cũ ita legatũ de cõditi. & demõs. Bald. in l. libertũ ff. de stat. homi. & nõ immutanda propter subtilitatẽ Doctorum, Alberic. in l. 1. C. si vt se ab hæredit. abstin. nec cum ingenij subtilitate laceranda c. cum cæteri de re iudic. in 6. vt latè hæc exornat Neuizan. in sylua nupti. lib. 5. rubric. quomodo iudicãdum in dubi. n. 112. cum seq. Debet 34 esse aduocatus verax in sermone, iustus in iudicio, plenus in consilio Afflic. li. 1. constit. Neapol. rubr. 81. n. 4. Barbos. de offic. episc. p. 3. allegat. 79. n. 24. Ideo nec allegare debet leges falsas & correctas qnia incideret in pœnam falsi l. fin. ff. ad l. Cornel. de falsi. l. 1. §. hunc igitur C. de Iustin. codic. confirman. Bart. in l. omnes populi numero 68. de iusti. & iur. Suarez de Paz in prax. annot. 5 de aduocato n. 6.

Similiter aduocati abstinere debẽt à 35 nimia auri cupiditate & pecuniæ auiditate propter quam causam Petr. Gregor.

gor.in syntag. iur.vniuers. 3.par. lib. 49. cap. 8. num. 11.voraciores lupis & crudeliores coruis eos appellat. eleganter tex.in l. quisquis C.de postulan.ibi.*Videlicet vt non ad turpe compendium, stipemque deformẽ hæc arripiatur occasio, sed laudis per eam incrementa quærantur, nam si lucro, pecuniaque capiantur, veluti abiecti atque degeneres inter viliſsimos numerabũtur.* hactenus iste tex.Et nimis soliciti sũt in causis, qui propterea præsumuntur omnia mala excogitare auth. de exhiben.reis §. sancimus. & conscientia deficiunt, Bald. in l.ab Anastasio C. mandat. Pute. de syndic. qui supra numero 16.vnde Hermannus Barensis in tractat. de formandis libellis libello 67. num. 2. ait quod in curijs aduocati procuratores & notarij excoriant homines. Et iure communi aduocati prohibentur contrahere cum clientibus quia omnia hi darent propter timorem litis d. l. quisquis in versic. *Præterea nullum.* Admonet Tiraquel. de nobilitat. cap.29. num.46. aduocatos vt læta fronte accipiant quod litigator sponte & alacri animo obtulerit, nihil prçterea petentes, quod etiam præcipit Imperator in d. l. quisquis C. de postulan. Et quamquam Aufrerius quem refert Petrus Gregor. in syntag. iur. vniuer. 3.p lib. 49.ca. 8.aduocatos hortatur ne pro illis patrocinentur,à quibus recipere debita stipendia incerti sũt, nisi pro pauperibus,& vt anteponant causas eorum qui soluunt: Bouadilla tamen tom.2.Polit.lib.3.cap.14.num. 63. prædicat aduocatum non vili sed nobili & generoso animo ac sine labe seruilis officij se gerere debere circa stipendia. Multa contra malos aduocatos, qui lucro & pecunia corrumpuntur, tradit Guillel.le Rouille in tractat.de iustitia & iniusti. lib. 3.cap.5.num. 10.vbi cum Daniel.cap.12 & transumptiuè in ca.fin. de magistris boni aduocati vocẽtur stellæ in perpetuas æternitates, malos vocat stellas erraticas,quæ iuxta Plini.natural. hystor.lib. 12. duplicem habent motum & vagos cursus: sic enim præfati aduocati duplicem habent motum, scilicet pro & contra,& inde facetissimè refert exemplum de homine qui aduocato suo vnum currum donauit, aduersarius vero ei equos dedit: cum autem qui currum dedit, videret quod potius pro aduersario loqueretur,ait,*currus malè vadit*, cui aduocatus respondit, *non potest aliter ire, quia equi sic illum ducunt per eam viam.* Quare Roderic. Episcopus Zamoren. in speculo vitæ cap.28.de aduocatis sic eleganter loquitur.*Vbi aduocatorũ turba strepit, ibi litium anfractibus tota Ciuitas ardet, nec domus aliqua à litigio vacat: de pace non cogitant, qui cum bello lucrantur: alienas cupiunt controuersias, & propinquorũ causas exagitat qui suas non litigat.* Columel.lib.1. Canium siue aduocatorũ studium, concessum latrocinium dixit. Pestem Europæ appellauit Iustus Lipsius Politic. siue ciuilis doctrinælib. 2. cap. 11. & Tacitus annalium 11.*Publicæ mercis* (inquit) *nihil tam venale est, quam aduocatorum perfidia.* Hæc de malis aduocatis dicta sunt, non de bonis qui sunt multi & grauissimi viri. Non dicimus quod aduocatus passim pro modico salario aduocet,nam ex hoc vilis & degener habetur, vt in ca. infamem §. apud vrbem 3.q. 7. Speculat.p. 1.de aduocato §. vtriusq.partis aduocatum n.13.

Præcipuum boni aduocati munus est clientibus suis fideliter consulere, tum in malis causis seu iniustis litibus nõ suscipiendis,tum (quod longè difficilius est)in ijs quæ cum cœptæ sint, iniustæ & iniquę apparent, non prosequendis, vt latè monet Bouadilla in polit. tom.2. li. 3.cap. 14. num. 71.& antea Speculator d.p.1.de aduocato §.vtriusq.partis aduocatũ n.15.litigator enim ipse vel proprio rerũ suarũ studio vel auersãtiũ sibi odio aut litterarũ ignorãtia ductus facile fallitur,ideoq.cõtendẽs in puluerẽ sufflat & cæcus fit,& quo magis cõtẽdit,eo magis obcæcatur, atq. sapiente indiget,pioque & integro consultore,qui gratiã nõ cius sed diuinã captet. Causã aduocatus non duni finitam non deserat accipiendo patroci-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& Molina in vna & eadem illa sententia fundat, quam Bonadilla Ciceroni tribuit, Molina autem Quin. Curtio lib. 7. dicenti *In hoc* (inquit) *Natura quasi prana dici potest, quod in negocio quisque suo hebetior sit quam in alieno.* Hoc ideo crediderunt verum, quia in rebus proprijs animũ occupat, & obtundit morbus, aliquando timoris, interdũ cupiditatis, & amoris aliquoties, ita vt nihil idoneũ excogitare possit.

57 Illud admiratione dignum est, quod omnium sermone vsurpatur, filios litteratorum virorum & aduocatorum esse fatuos, vt notat Belluga in specul. prin. rubric. 11. in princi. n. 11. vbi Camillus Borrellus in additio. litter. B. qui ponit exemplum in filio Ciceronis & alijs. Huius rei rationem reddit Belluga, quia huiusmodi docti viri ob nimias vigilias, & nocturnos labores, quos susceperunt, malum nutriũt sanguinem. Sed hoc non est perpetuum, ideoq. fertur Celsum & Neruam iurecõsultos genuisse filios sapientissimos vt probatur in l. 1. & ibi glo. in verb. *ait* ff. de acquir. poss. & alij. Docet Aristoteles à Camillo relatus Naturam solitam esse effectum sibi in qualitate simile producere, hoc tamẽ in hominibus quandoq. fallere, vel quod homo vago plurimum, varioq. in coitu soleat esse animo, vel quia filij diuitiarũ freti copia, doctrinas, virtutesq. alias, quæ labore comparantur, contemnant & fugiant.

59 Demum vtatur aduocatus vestibus suo gradui competentibus secundum loci cõsuetudinem l. si quis C. de postulan. talis enim quis præsumitur qualem indicant vestes c. in audientia de sen. ex com. & incõpositio corporis qualitatem mentis significat, Medic. d. q. 20. n. 9. Francis. Marc. q. 649. sic Speculat. de aduocat. §. sequitur videndum. de vestibus col. 2. ait aduocatos & iudices debere habere vestes pro grauitate officij sui, vnde chlamys militẽ, purpura Regem, stola Sacerdotem, cucullam monacum, toga aduocatũ demonstrat, glo. in l. 1. C. nulli licer. infren. lib. 11. Bald. in c. causam de probatio. Gratia. dis. for. tom. 2. c. 284. n. 40.

EX QVÆST. II.

SVMMARIVM.

A *Duocati non minus prouident humano generi, quam si prælijs ac vulneribus patriam, parentesque saluarent.*

Iurisprudentiæ & Artis militaris elegãs ex Ciceron comparatio.

2 *Aduocati militare dicuntur.*

3 *Aduocatus sicut & miles nõ potest donare concubinæ.*

4 *Aduocatorũ peculium vocatur quasi castrense.*

Aduocatus filius fam. de suo peculio testari potest.

5 *Aduocati exempti sunt à muneribus personalibus præter arbitrandi, consulẽdi, & iudicandi.*

Non coguntur ad recipiendũ hospites, nec ad faciendum custodiam.

6 *Aduocati Doctores exempti sunt à tributis & à contributione.*

Quid de aduocatis qui non sunt Doctores.

7 *Aduocati non conueniuntur vltra quam facere possint.*

8 *Aduocatis arma non tolluntur tempore prohibito.*

Familia Potestatis non potest capere Doctores legum vel aliarũ scientiarũ actu legentes.

Nec potest eos scrutari de armis.

9 *Aduocati officium dicitur in iure laudabile, vtile, & humanæ vitæ necessarium.*

10 *Aduocati sunt linguæ Reipub. & Sacerdotes Dei temporales.*

11 *Aduocatorum officium dicitur nobilitare hominem.*

Vlpianus nobilissimus dictus fuit.

Princeps reuerentiam exhibet aduocatis prop. er honorem scientiæ.

12 *Aduocati priuilegium habent quod ianua Principis semper debet eis esse aperta.*

Debent sedere à dextris iudicis, qui debet illis assurgere & eos salutare.

Quando

Quando tamen postulant, stare debent.

13 Aduocati gaudent eisdem priuilegijs & prærogatiuis quibus milites siue nobiles.

14 Aduocati non possunt torqueri sicut nec nobiles.

Quid in Cathalonia.

15 Aduocati Doctores pro debitis ciuilibus carcerari non possunt.

Doctores ita vt nobiles recipiuntur in canonicos.

16 Aduocati Doctores in Cathalonia reputantur sicut ciues honorati, quibus competũt omnia priuilegia militaria, vno excepto, quod non obtinent locum & votum in Curijs generalibus. In Domibus Ciuitatis Barcinonæ & Generalis Cathaloniæ conscribuntur in locis ciuium honoratorum.

Priuilegia illorum in Cathalonia non transeunt ad filios, sicut transeunt ad filios ciuium honoratorum.

17 An transeant de iure communi & an in hoc sit differentia inter Doctores Medicos & Iurisperitos.

18 Aduocati iure Communi appellantur clarissimi & Comites, & dicuntur habere dignitatem sine administratione.

Doctores dicuntur esse in dignitate & Doctoratus est dignitas.

19 Aduocati vocantur Honorati, & eorũ salariũ quod à clientibus recipiunt, dicitur Honorarium.

20 A doctissimo Petro Fontanella in loco citato cauendum.

Militia simplex armata non est Dignitas.

21 Militia aulica siue Nobilitas est Dignitas.

22 Aduocatus etiam deposito officio egregia persona nuncupatur.

Egregiæ personæ non compelluntur in iudicium ire causa ferendi testimonij vel vt interrogentur aut iuramentum præstent, sed ad domum illarũ per iudicem transmittitur.

23 Pro aduocato siue Doctore præsumitur ad exclusionẽ delicti propter dignitatem personæ.

Delictum factum ab vno de duobus, præsumitur commissum à non Doctore.

24 An aduocatus Doctor præferatur militi, vbi super hoc affertur distinctio.

25 Scientia præfertur viribus ac diuitijs.

Sapientes sunt veluti dominatores aliorum, ex Aristotele.

26 Conqueritur Thomas Mieres, quod de facto ciues illiterati suo tempore Doctoribus præferebantur.

27 Vera nobilitas ex virtute est. & multis exornatur Diuinarum & humanarũ litterarum locis.

28 Doctori Legum si nubat magna Comitissa, non dicetur nubere indigno.

29 Miles militans nõ potest esse aduocatus: secus de veterano milite.

Intellectus tex. in l. militem C. de procura.

30 Thomæ Mieres annotatio taxatur.

31 Aduocationis officium non derogat nobilitati.

32 Aduocati propter officij sui nobilitatem non possunt exercere officium notariatus vel procuratorum.

33 Neque cognatur ad officia seu munera vilia.

Infames non possunt esse aduocati.

Neque Iudæi.

34 Christus Dominus in sacris litteris dicitur aduocatus noster.

Deipara Virgo Angelorum Regina appellatur aduocata nostra.

Imperator in iure vocatur aduocatus Ecclesiæ.

35 Doctor ab Imperatore appellatur pater, & Imperator Vlpianum vocat parentẽ suum. & quomodo intelligatur.

Imperator Vlpianum appellat amicũ suũ.

Imperator mandat officialibus vt Doctores non appellent fratres, sed patres.

36 Miles dicitur seruus Imperatoris.

37 Infames non possunt creari Doctores.

Nec excommunicati.

Neque spurij.

38 Domus Iureconsulti appellatur oraculũ Ciuitatis à Cicerone.

Aduocati sunt præstantiores Medicis.

39 Aduocatus fisci præfertur omnibus alijs aduocatis.

Eligi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Eligitur de præstantioribus & specialia priuilegia meretur.

Spectabilis in iure vocatur.

Maior est auctoritate omnibus alijs aduocatis, vnde præfertur antiquioribus se.

40 Vna synodus licet posterior tempore, præfertur alteri propter maiorem auctoritatem.

41 Post fisci aduocatum inter alios aduocatos ordo promotionis gradus Doctoratus attenditur. & quid in Cathalonia.

42 Fallit si ordo qualitatis locum habeat inter aduocatos.

De ordine temporis non est curandum, vbi ordo qualitatis datur.

43 Ordo qualitatis potior est ordine temporis.

Ordo tẽporis dumtaxat obtinet inter existentes in æquali dignitate.

44 Præcedunt aduocati qui maiora stipendia habent.

Item qui in gymnasijs publicis profitentur.

Item qui libros ediderunt.

Quid in Cathalonia.

45 Complures præcedentiarum causæ, remissiuè.

Alia de præcedentijs Doctorum, remissiuè.

46 Aduocatus minor ordine, sed maior administratione, in loco administrationis præfertur.

Quid in domo Ciuitatis Barcinonæ inter eius aduocatos, & exteros.

47 An Doctor prius dignitatem Doctoratus adeptus præferatur primò licentiato.

Quid si Doctor creatus fuit, dum licentiatus prætendebat insignia.

48 An aduocatus iunior vel antiquior debeat prius loqui in Concilio.

49 Doctorum & Aduocaorum priuilegia qui auctores tradant.

50 An Doctorum & Aduocatorum priuilegia trahantur ad graduatos ignaros & indoctos.

An ad Doctores qui nec actu legunt nec munus aduocationis exercent.

An ad Doctores qui priuilegio abutuntur.

51 An obtineant in illis qui sunt Doctores ex solo rescripto Principis, non præcedẽte legitimo examine & modo.

Et in ijs qui corruptis DD. ad gradũ Doctoratus promouentur.

Et in illis qui libros necessarios non habẽt

52 An priuilegia Doctoribus concessa competant actu non legentibus, exercentibus tamen aduocationis officium.

Quid de illis qui studijs operam nõ dant.

53 Aduocatus non exercens officium aduocati, non gaudet priuilegijs tomessis aduocatis.

54 Aduocati possunt expellere à vicinia fabrum & artificẽ studia eorũ impedientem malleando vel strepitum faciendo.

55 Idem est in similibus impedimentis vt in malis odoribus, importuno sono campanæ, & vocibus infestis.

56 Intellige quando aduocatus præuenit eũ quem vult expellere à vicinia, aliàs secus, nisi aduocatus alibi commodè habitare non posset.

Quando Doctor vel Scholaris non inuenit domum ad conducendum, domini possunt cogi ad eis locandum.

Idem est in religiosis propter fauorem publicum.

57 Prærogatiuæ aduocatorum transeunt ad vxores eorum.

Viri nobilitas & præstantia communicatur vxori.

Vxor & domicilium & forum viri sortitur.

58 Vidua legum Doctoris eisdem gaudet prærogatiuis quibus vir eius.

Vidua nobilitatem viri retinet.

59 In Cathalonia vxores atque etiam viduæ sumunt nomen familiæ maritorum & eo prius cognominantur quã nomine familiæ suæ paternæ.

Hanc consuetudinem trãxerũt à matronis Romanis.

60 An hæc consuetudo in iure Communi fundetur.

Filia Senatoris si nubat, dignitatis paternæ particeps non est, sed mariti radijs fulget.

61 Bar-

61 Barcino Ciuitas fuit effecta Colonia Romana priuilegio Augusti Cæsaris Romani Imperatoris.

62 Priuilegia medicorum ad viduas illorum non transeunt & quæ sit ratio diuersitatis inter eas & vxores Iureconsultorum.

63 Si vidua alias contrahat nuptias, an amittat nobilitatem quam ex primo viro quæsiuit, & quid si nubat plebeio, & quid si diuiti sed ignobili, & quid si iterum efficiatur vidua.

64 Priuilegia mulieris ad maritum non transeunt.

Quibus casibus hoc fallat de iure & de consuetudine, & tunc an vxoribus mortuis retineant viri dicta priuilegia.

65 Speciale priuilegium mariti quo propter aliquod officium quod geris, exemptus est à iudice ordinario, an communicetur vxori. & n. 66.

66 Vxor fabricensis quo ad forum gaudet priuilegio viri.

Vxor silentarij in foro gaudet eodem priuilegio.

67 Aduocati an habeantur pro vicinis in illa Ciuitate vbi causarũ patrocinio præpositi sunt.

Distinctio circa hoc inter aduocatos habẽtes publica stipendia, & non habentes.

68 Miles habetur pro vicino Loci vbi militat, si ex publico sit stipẽdiatus alias secus.

69 Clericus in iure Doctor licet sit pauper & non habeat patrimonium vel beneficium, potest ordinari, non obstante decreto Concilij Tridentini, & quare.

70 Clericus in casu paupertatis potest aduocare.

71 Aduocati in casu vsatici, Princeps nãque. in Cathalonia an teneatur in exercitum ire.

72 Sicut per milites gubernatur Respublica tempore belli: sic tempore pacis per aduocatos.

73 Verba generalia ciuiliter intelligenda sunt.

Generalitas debet declarari, iudicari, & distingui ex qualitate personarum.

DE PRÆROGATIVIS ADVOCATORVM, QVÆST. II.

1 AVOCATI qui dirimũt ambigua facta causarũ, non minus prouidẽt humano generi, quam si prælijs ac vulneribus patriam, parentes que saluarẽt. ita Imperatores Leo & Anthemius in l. aduocati C. de aduoca. diuerso. iudic. Vnde elegans illa ex Ciceronе in oratione pro Murena com-

paratio Iurisprudentiæ & artis militaris. *Vigilas tu de nocte vt tuis consultoribus respondeat; ille vt quo contẽdit, maturè cũ exercitu perueniat; tu galloru̇, illũ buccinarũ cãtus excitat; tu actionẽ instituis, ille aciẽ instruit; tu caues ne tui consultores, ille ne vrbes aut castra capiãtur; ille tenet & scit vt hostiũ copiæ, tu vt aquæ pluuiæ arceantur; ille exercitatus est in propagãdis finibus, tu in regendis.* Idcò aduocati militare dicuntur d. l. aduocati. ibi. *Nec enim solos nostro Imperio militare credimus illos qui gladijs clypeis & thoracib⁹ nitũtur, sed etiã aduocatos: militãt nãque causarũ patroni, qui gloriosæ vocis cõsti munimine, laborãtiũ spem, vitam & poste-* 2

& posteros defendunt. Stepha. Gratian. plures alleg ans tomo 1. discep. forens.
3 cap. 3 1.n. 14. ideo concludit aduocatum non posse donare concubinę, sicut speciale est in milite vt non possit concubinæ donare. quod etiã docet Peregri. de
4 iur. fisc. li. 2. it. 9. n. 7. Propterea aduocatorum peculium vocatur & reputatur quasi Castrense ex l. fori C. de aduoc. diuerso. iudi. vt notat noster Mieres par. 3. collatio. 10. ca. 19. incip. *Assats es cosa ridiculosa.* num. 10. in fin. & de illo filiusfam. aduocatus testari potest. Capell. Tholosa. q. 10. Franc. Marc. quæstio. 636. n. 3.

5 Exempti sunt aduocati à muneribus personalibus præter arbitrandi, consulẽdi & iudicãdi l. sãcimus 1. nom vbi Bart. & Bal. C. de aduoc. diuer. iudic. Peregri. de iur. fisc. li. 7. tit. 2. n. 15. Marc. q. 637. n. 5. vbi quod nõ coguntur ad recipiendũ hospites. Guid. Pap. q. 458. n. 4. Aloysi. de Leo in l. 1. C. de aduoc. diuers. iudic. n. 28. cum 2. seqq. vbi quod non possunt cogi ad faciendum custodiam. Petr. Fontanell. de pact. nup. to. 1. claus. 4. glo. 10. p. 1. nu. 127. Paris de Pute. de syndic. in verb. *Doctor.* nu. 1. vbi etiã quod Doctores legum sunt exempti ab onere hospitandi in domo sua. Ioan. Gutier. prac. qq. li. 1. c. 21. &
seq. vbi de exemptione Doctorum à tri-
6 butis maximè in Regno Castellæ. Guid. Pap. q. 88. & q. 388. vbi quod aduocati Doctores immunes sunt à contributione. Quid autem de aduocatis, nõ Doctoribus, Bouadil. to. 2. n Polit. lib. 5. cap. 5 nu. 31. latè Menoc. de arbitr. lib. 2. casu 379. tex. est vbi omnes DD. in l. medicos C.
7 de profess. & medic. lib. 10. Et nõ conueniuntur vltra quã facere possunt. 6. & ibi glo. & Bart. ff. de re iudic. Ioan. Ferrar. in tractat. de appell tio. libro 5. capite 4. numero 551. Paris de Pute. de Syndic. in dverb. *Doctor* num. 1. Ceuallos prac. qq. quæstione 477. arma non tolluntur aduocatis tempore
8 prohibito, Menoc. de arbitr. casu 394. numero 74. & 65. Ceuall. prac. qq. quęstione 329. numero 4. Tiraquel. de nobilitat. capite 20. numero 67. Placa de delictis c. 8. n. 20. & notat Paris de Pute. de syndicat. in dict. verb. *Doctor.* numero 1. quod familia Potestatis non potest capere Doctores legum vel aliarum Scientiarum actu legẽtes, vbi etiam citat Bartolum dicentem quod familia Potestatis nõ potest eos sentari de armis.

Aduocatorum officium dicitur in iure laudabile vtile & humanę vitæ neces- 9
sariũ l. laudabile C. de aduoc. diuers. iudic. l. prouidendũ C. de postulan. ca. quia Episcopus ibi *laudabilis artis.* 5. q. 3. Cassan. in catalog. gloriæ mundi parte 7. cõsideratio. 29. 30. & 31. Tiraquel. de nobilitat. cap. 29 num. 10. Bouadil. in polit. to. 2. lib. 3. cap. 14 n. 61. aduocati enim sunt 1
linguæ Reipublicæ vt concinnè dixit Bouadil. ibidem nu. 65. & Bald. in l. 1. ff. de iustit. & iur. ait quod sunt Dei sacerdotes temporales. Et dicitur eorum officium 1
nobilitare hominem d. l. prouidendum vbi glo. l. diximus in fin. vbi Vlpianus nobilissimus dictus fuit. de excusat. tutor. Cassan. vbi supra considerat. 28. Tiraquel. vbi supra num. 11. & Princeps reuerentiam exhibet aduocatis propter honorem scientiæ l. 1. de assessor. l. quidquid C. de aduoc. diuers. iudic. l. si pure ff. de fideicom. liberta. Cassan. in catal. glo. mun. consider. 72. in fi. Gratian. discep. forens. tom. 2. cap. 284. num 60. Imò priuilegiũ 1
habent quod ianua Principis semper eis debet esse aperta l. sciant C. de offic. diuers. iudic. Fran. Marc. decis. 652. num. 1. & debẽt sedere à dextris iudicis, & quãdo aduocati veniunt, iudex debet assurgere & eos salutare, quãquã tẽpore quo postulant, stare debent, specul. in tit. de aduocatis §. sequitur. Marc. d. decis. 652. n. 2. & 3.

Merito igitur aduocati scilicet Doctores eisdẽ gaudẽt priuilegijs & prærogatiuis quib⁹ milites siue nobiles, atq. ita sępi⁹ in supremis Senatibus decisum extat, ac præsertim in nostra Prouincia Cathaloniæ, Anton. Faber in suo codice lib. 9. tit. 28. definitio. 9. & 10. Fran. Marc. dec. 636 Guid. Pap. quæst. 88. & 388. Peregri. de

iur. fisc.

iur. fiſc. lib. 2. tit. 9. nu. 7. Petr. Fontanell. de pac. nup. to. 1. claus. 3. glo. 1. num. 26. & glo. 3. num. 15. & 16. nouiſſimè Anton. Monac. de recta feud. interpret. cap. 48. numero. 46. qui ſubdit imò Doctores eſſe magis nobiles, quam nobiles genere, ex Alex. conſ. 94. n. 2. in fin. li. 1. & de his plura Surd. conſ. 122.

14 Sic iure communi quemadmodũ nobiles non torquentur, ita nec aduocati, Proſper. Farinac. tom. 1. prax. crimin. q. 41. à num. 1. Alphonſ. Narbona ad leges regias par. 1. lib. 2. tit. 4. lege 61. glo. 1. n. 1. vbi innumeros citat. In Cathalonia habemus priuilegi ũ Regis Petri dat. Barcinone 19. Maij 1380. in 2. vol. conſtitu. tit. *de tormentis* cap. 1. quod procedit & obſeruatur tam in militibus id eſt nobilibus quam in aduocatis Doctoribus.

15 Sic quoque aduocati Doctores pro debitis ciuilibus carcerari non poſſunt, Ioſeph. Ludouic. dec. 6. Franc. Marc. q. 659. num. 3. apud nos eſt conſtitutio 1. de actionibus & obligationibus in 1. vol. cõſtituti. de hac quæſtione Farinac. in prax. crimin. ti. de carceribus & carcerat. q. 27. Pariſ. de Pute. de ſyndicat. in verb. *Doctor* n. 1. Notãda eſt glo. in l. ſocietas 5. in verb. *ſuppleat* ff. pro ſocio. vbi obſeruat quod Doctores ita vt nobiles recipiuntur in canonicos.

16 Reputantur aduocati Doctores in hac Prouincia (vt eſt notum) ſicut ciues honorati Barcinonæ, quibus competunt omnia priuilegia militaria, vno excepto quod non obtinent locum & votum in Curijs Generalibus. & ita in domo Ciuitatis Barcinonæ & in domo Deputationis Regni aſcribuntur locis & imbursãtur ad officia in burſis ciuium honoratorum Barcinonæ. tamen priuilegia militaria non tranſeunt apud nos ad filios prædictorum aduocatorum cum tranſeãt ad filios præfatorum ciuium honoratorum, quamquam Anton. Faber qui ſupra

17 defendit iure Communi tranſire, in quo & alijs magnũ conſtituit diſcrimen inter Doctores Iuriſperitos & Medicos. Mieres vbi ſupra num. 7. notat certis etiã priuilegijs potiri aduocatorum filios l. aduocatos C. de aduoc. diuerſ. iudic. Aduocatorum priuilegia tranſire ad filios tuetur Guid. Pap. dec. 389. & alios pro filijs & vxoribus citat Stepha. Gratian. diſcep. forenſ. tomo 1. cap. 186. numero 4. Et quod Doctorum filij ſunt nobiles obſeruant Anton. Monac. d. cap. 48. numero 50. Aloyſi. Ricci. deciſ. curiæ Archiepiſc. Neapolit. 93. numero 5. parte 2. vbi non poſſe puniri pœna triremium. 18

Imò iure communi aduocati appellãtur clariſſimi & Comites l. ſuggeſtionem C. de aduocat. diuerſ. iudic. Mieres vbi ſupra num. 7. Tiraquel. vbi ſupra num. 10. Gratian. diſcep. forenſ. tom. 1. c. 184. num. 20. & eorum fide atque induſtria erga clientes ſuos comprobata, à priuatæ conditionis hominibus ſegregati inter clariſſimos connumerabantur l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iudic. Et dicũtur habere dignitatem ſine adminiſtratione & aduocatio eſt dignitas, glo. in verb. *honoratis* in l. quiſquis C. de poſtulan. glo. in cap. ex multa §. 2. quæſiuiſti. in verb. *maturitate*. de voto. Caſſin. in catal. glor. mũ. par. 7. conſideratio. 28. Bouadil. in polit. tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 61. Et Doctores dicuntur eſſe in dignitate, Boſi. de indic. num. 111. & Doctoratus eſt dignitas, Natta conſ. 537. num. 65. in fin. Anton. Monac. de recta feud. interpret. c. 48. nu. 47. & 49. Ideo aduocati vocantur *honorati* d. l. quiſquis. in verſic. *apud vrbem*. l. 1. & ibi glo. 1. C. de offic. ciuil. iudic. & *honorarium* dicitur ſalarium illorũ quod à clientibus recipiunt l. 1. in honorarijs ff. de varijs & extraordi. cogni. l. ſi ſub ſpecie honorarij C. de poſtulan. in quo melioris conditionis eſſe aduocatos quam 19 20 milites ait Fontanell. vbi ſupra num. 28. quia militia non eſt dignitas ad tex. in l. ſi quis in conſcribendo ibi. *militiæ vel dignitatis* C. de pact. & in l. fin. ibi. *in quib. non militia ſed dignitas*. C. qui milit. poſſ. li. 12. Veruntamen cauendum eſt à doctiſſimo Petro Fontanella loco citato, ipſe enim tractat de nobilibus & de militia aulica ſiue nobilitatè, & verum quidem

dem est militiam non esse dignitatem secundum communiorem sententiam ex Tiraquel. de nobilitat. cap. 8. num. 5. & 8. & 14. militiam tamen simplicem armatã, 21 non aulicam vulgo *Caualiers*: nam hæc procul dubio est dignitas ex eodem Tiraquel. d. cap. 8. num. 13. & antea num. 10. vbi inquit dignitatem semper inesse nobilitati. imò & ipsi simplices armati milites si exercitui præficiantur, efficiuntur nobiles & dicuntur habere dignitatem, idem Tiraquel. qui supra numero 15.

22 Censuit Bart. in l. 1. C. de aduoc. diuers. iudic. aduocatum etiam deposito officio egregiam personam nuncupari, quod notauit Menoc. de arbitrar. iudic. casu 70. num. 10. ad priuilegia quæ egregijs personis in iure cõceduntur, vt est quod non cogantur ad iudices ire vt delatum sibi ius iurandum subeant, sed ad domũ illis à iudice transmittatur l. ad personas egregias ff. de iure iura. nec compellantur in iudicium ire causa ferendi testimonij, sed domi interrogentur iuxta glo. in c. si qui testium. vbi Abbas Felin. & cæteri de testib.

23 Habent Aduocati siue Doctores magnam pro se præsumptionem delicti exclusiuam propter dignitatem & nobilitatem quam eis tribuit Doctoratus, vt latè prosequuntur Testay allegatio. 7. num. 142. & Iacob. Benni. de priuileg. iurecõsult. priuileg. 40. vbi refert Balognetum in auth. habita C. ne filius pro patre. asserentem quod si delictum imputatur duobus quorum vnus sit Doctor, præsumitur ab altero perpetratum, qui Doctor non est: & dicentem quod actus gestus à Doctore, qui iustus & iniustus haberi potest, præsumitur iustus propter eius qualitatem.

24 In controuersiam deduxerunt nostri an aduocatus Doctor præferatur militi, & communis est conclusio præferri ex glo. & Bald. in l. quod constitutum ff. de militar. testamen. & alijs innumeris citatis per Stephan. Gratian. discep. forens. tom. 1. cap. 111. num. 84. & 85. vbi communem testatur & explicat intelligendã dicens vt in actibus Doctoreis, atque etiam in actibus promiscuis & indifferentibus Doctor præferatur militi: in actibus autem militaribus miles præferatur Doctori. tradidit quoque hanc quæstionem Boeri. de auctoritate magni Concilij num. 93. & seq. Integros tractatus de præcedentia Doctoris & militis ediderunt ex antiquioribus Christophor. Lãfranc. & Signorol. de Homodeis. addatur noster Thom. Mieres par. 2. collatio. 6. cap. 17. de professorib. iurisperitis. n. 7. vbi præhibatam sententiam probat, 2 quia scientia præfertur viribus ac diuitijs c. de multa §. circa sublimes & litteratas personas, de præbend. c. 2. de offic. delegat. lib. 6. & ait Salomon. *Melior est sapientia quam vires & vir prudens magis quam fortis.* Sapientiæ cap. 5. in fin. & Ecclesiast. cap. 9. in fin. & ibi etiam dicitur. *Melior est sapientia quam arma belli, & quomodo ergo sapientia pauperis contempta est.* & Sapient. 7. *Diuitias nihil esse duxi in comparatione sapientiæ.* & Aristoteles quem refert Rebuffus ad constitutio. Gallicas tit. de salarijs famulorum glo. 2. in prin. ait sapientes & qui ingenio pollent, esse veluti dominatores aliorum. Vnde Mieres loco allegato deplorat, quod suo tempore de facto ciues illiterati Doctoribus præferebantur eò solo quod à parentibus honorabilioribus originem traherent & ita totum honorem ex personis & meritis suorum parentum defunctorum sibi vsurpabant, cum in se ipsis & proprijs personis nihil proprij meriti reperirentur habere, parum considerantes quod honor est premium proprij meriti & virtutis & is gradus debet antecellere quem labor prolixius fecerit anteire l. nemo C. de offic. magistri officior. Certè dubitari nullo modo potest quod vera nobilitas ex propria virtute est vt Plato scribit lib. 20. ad charun. eleganter Ouidi. libro 3. Meta.

Nobilitat virtus animos, non acta parentum.

Nam

Nam genus & proauos & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra voco.

Venustè Seneca tragædiographus in Hercule furente.

Nobiles non sunt mihi
Aui, nec altis inclytum titulis genus,
Sed clara virtus. Qui genus iactat suũ,
Aliena laudat.

Et Iuuenal. satyra 8.

Nobilitas sola est atque vnica virtus.
Miserum est alienæ incumbere famæ.

Et Cicero in Catilinam. *Satius est me meis rebus gestis florere, quam maiorũ opinioni, niti, & ita viuere vt sim posteris meis nobilitatis initium & virtutis exemplum,* sed quid nobis est cum Poetis & oratoribus? cum sacrorum Doctorum plura testimonia habeamus. S. Hieronym. ait *Non est gloriandum de nobilitate carnis quia nec virtutes nec vitia parentum imputanda filijs.* S. Chrisosto. super Mathe. omelia 5. *Nobilitas* inquit) *seu bonitas parentum non valet, nisi fuerimus nobis ipsi boni.* & omelia 49. concludit non valere habere Iob in patrem sine operibus Iob. alia ad propositum tradit Tiraquel. de nobilitat. cap. 22. & Fontanel. tomo 1. de
28 pac. nupti. cla. 3. glo. 1. num. 30. Probat Philippus Pascal. in tracta. de viribus patriæ potestatis par. 2. cap. 5. ex num. 67. quod etiam si magna Comitissa nuberet legum Doctori, non diceretur nubere indigno, quod antea dixerat Surd. de aliment. tit. 1. quæst. 6. ex nu. 22. vbi alios allegat.

29 Mirum forte videbitur quod cautũ est in l. militem C. de procurat. militem non posse esse aduocatum, sed intelligitur illud de milite militante ne distrahatur ab officio militari, vt explicat ibi glo. magna & glo. in verb. *militem.* vbi interpretatur *militem* scilicet *militantem,* secus asserens in veterano, vnde inaduer-
30 tenter loquutus videtur Mieres parte 3. co. latio. 10. cap. 19. incip. *Assats es cosa* n. 11. vbi cum per d. l. militem. dixisset militem non posse esse aduocatum, addit contrarium seruari, vt vidit de domino Iacobo Calicio. Quod autem aduocationis officium non deroget nobilitati expresse consuluit Bartho. Chassa. cõs. 64. *Viso processu* & docet Tiraquel. de nobilitat. cap. 29. num. 14. & probat aperte tex. in l. 2. §. Seruius autem ff. de origin. iur. ibi. *Turpe est patricio & nobili viro causas oranti ius in quo versatur, ignorare.* & ibi. *Tuberonem patricium à causis agẽdis ad ius Ciuile trãsisse.* Imò aduocati propter officij sui nobilitatem non possunt exercere officium notariatus vel procuratorum, glo. & Bart. in l. vn. uersos & in l. si quis procurationem C. de de Decurio. glo. in l. generali C. de tabel. lib. 10. Bald. in l. Senatores ff. de Senator. Iaf. super rubric. C. de procurat. Franc. Marc. q. 3 14. nu. 5. de quo tamen videndus est Gratian. discep. forẽs. to. 1. c. 186. n. 20. Caualcan. dec. 41.

31

32

Neque debent assumi seu cogi ad officia seu munera vilia l. ne quis & l. sancimus & ibi Bart. C. de aduocat. diuers. iudic. & cum infamibus portę dignitatis non pateant l. 2. C. de dignitat. li. 12. deo infames ne sint aduocati, legibus prohibitum est. l. 1. §. ait Prætor l. 2 ff. de postulan. c. infames in pri. 3. q. 8. Tiraquel. d. c. 29. num. 12. & 13. qui infert quod Iudæi cum sint infames, non possunt esse aduocati. Nonne Christus Dominus in sacris litteris legitur aduocatus noster? vt habetur 1. Ioan. 2. ibi. *Aduocatum enim apud patrem habemus Iesum Christum.* & idem Paulus ad Hæbre. 5. & est tex. in ca. si enim de pœni. dist. 2. Nõne Deipara sanctissimam Virginem Angelorum Reginam quotidiè aduocatam nostram appellamus? in oratione, *Salue Regina.* Nonne Imperator in iure vocatur aduocatus Ecclesiæ & eo nomine gloriatur? ca. venerabilem. vers. *nunquid enim.* de electio. clem. vnic. de iur. iura. & notat Restaurus Castaldus in tractat. de Imperatore q. 73. num. 7. Conducit quod tradit Ludouicus de Bologninis in addition. ad Signorolum de Homodeis in tractat. de præcedentia Doctoris & militis. vbi num. 47. 65. & 66 notat quod Doctor ab Imperatore appel-

33

34

35

appellatur pater in l. 1. in pri. C. de caduc. tollen. & Imperator Vlpianum vocat parentem suum in l. ex diui Pij C. locati. & ibi glo. quæ dicit, *scientia & ætate*. & idē nuncupat Vlpianum amicum suum in l. secundum responsum. ibi. *Vlpiani iurisconsulti amici mei*. C. de contrahen. & committen. stipulat. & in l. 2. C. de offi. diuers. iudic. mandat Imperator officialibus suis, vt non appellent Doctores fratres, sed pa-
36 tres. Et nunquam (inquit d. Ludouic. Bologni.) tali honore Imperator veneratur militem, sed miles dicitur seruus Imperatoris vt probatur in titu. de milit. vas. qui contu. & in tit. de milit. vas. qui arma
37 deponit. Iuuat & idem Ludouic. de Bolognin. vbi supra nu. 52. cum 2. seqq. vbi probat quod infames nō possunt Doctores creari ex l. 2. & ibi Bart. C. de infam. li. 12. nec excommunicati cum excommunicati à dignitatibus repellantur, neque spurij ex l. honor §. de honoribus ff. de muner. & honor. & DD. in clem. 2. de magist. Cicero 1. de orator. domū vniuscuiusque Iurisconsulti, oraculum Ciuitatis appellat, quia ciues de rebus suis in-
38 certi, per eos certi dimittuntur. Probat August. Barbosa de offic. Episcop. p. 3. allegati. 79. num. 23. quod aduocati sunt præstantiores medicis, quamuis horum scientia ad curationē & valetudinē corporis tendat.

39 Inter cæteros aduocatos præfertur aduocatus fisci l. 2. in fin. C. de aduoc. diuers. iudic. l. iubemus & l. restituendæ § 1. in verb. *primatibus* C. eod. tit. Cassan. in catal. gloriæ mūd. par. 7. consideratio. 33. & 39. Rebuff. in concordat. rubr. de electio. derogatio. in verb. *aduocatum*. priuil. 20. & is eligitur de præstātioribꝰ & specialia priuilegia meretur l. binos. & ibi Bald. notat C. de aduoc. diuers. iudic. Peregri. de iur. fisc. li. 7. tit. 2. de aduocatis fiscalibus n. 12. & 15. & spectabilis dicitur l. in sacris 3. §. modum. ibi. *nec pro tempore virum spectabilē fisci patronum*. C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12. & in §. vetus in auth. de iudici. ibi. *Apione viro spectabili & fisci aduocato*. Et quod diximus fisci aduocatum præire alijs aduocatis, intelligitur ex eisdem Cassan. & Rebuff. etiam antiquioribus se, quoniam maior est auctoritate argumento eorū quæ notantur per Archidiac. in c. quoniam 16. dist. vbi infert quod vna synodus licet 4
posterior tēpore præfertur alteri propter maiorem auctoritatem.

Post fisci aduocatum inter alios ad- 4
uocatos ordo promotionis gradus Doctoratus obseruandus est l. 1. & ibi Bart. C. de consulib. & non spargen. & l. 1. C. de præposit. sacri cubiculi li. 12. latè Sagismun. Despuiol ad Thomam Mieres in verb. *aduocatus nouellus*. Cesar Vrsil. ad Afflict. dec. 1. nu. 18. & n. 13. & his moribus vtimur in hac Prouincia. Intelligit 4
tamen hoc Cassan. d. par. 7. consideratio. 46. nisi ordo qualitatis locum habeat inter aduocatos, quia de ordine temporis non est curandum, vbi ordo qualitatis datur ex Luc. de Penna in rubr. C. vt dignitatum ordo seruetur. nam ordo qualitatis potior est ordine temporis & ordo temporis dumtaxat obtinet inter exi- 4
stentes in æquali dignitate, secus autē vbi essent inæquales, vt fuse probat Castill. de tertijs cap. 41. num. 29. Valençuela Velasq. cons. 34. num. 89. per tex. in cap. Laicus 16. q. 7. Cabed. decis. 3. & 4. Mastril. de magistrat. lib. 5. cap. 4. ex num. 2. ideo dicit idem Cassane. d. p. 7. consi- 4
derat. 43. quod præcedunt qui maiora stipendia habent, & Stepha. Gratian. discep. forens. tom. 1. cap. 56. num. 32. & Boer. in tractat. de auctoritate magni Concilij n. 90. quod qui in gymnasijs publicis profitentur. & alij quod qui libros ediderunt ad notat. per Petr. Fontanell. de pac. nup. tom. 2. clau. 6. glo. 2. par. 7. n. 30. Hæc autem apud nos non video attendi.

Complures causas præcedentiarū afferunt Marcarius cons. 25. Lara de anniuersar. lib. 1. cap. 24. à numero 18. Tiber. Decian. cons. 21. vol. 1 Menchac. controuersi. illustri. in præfatio. Castillo de tertijs cap. 41. à numero 37. Multa de præcedentijs Doctorum scribit Boer. in d. tracta. à numero 88. Illud quod asserit

Cassan.

Cassan. considerati. 37. quod aduocatus minor ordine, sed maior administratione, in loco administrationis præfertur, vidi pluries seruari in aduocatis ordinarijs huius nobilissimæ Ciuitatis Barcinon. quorum vnus aliquot annos fui. nã ipsi licet iuniores & nouiores, tamen in Domo Ciuitatis, & officiando extra ipsam domum præcedunt alijs aduocatis quantumcunque antiquis: secus tamen alio modo.

47 An Doctor prius dignitatem Doctoratus adeptus præferatur primo licentiato, affirmatiuè concludit, Martin. Freccia in tractat. de subfeudis titu. Quis sit Dux. n. 41. sed si Doctor creatus fuit, dũ licentiatus prætendebat insignia, negatiuè sentit Alciat. in tractat. de præsumptio. regul. 1. præsum. 45. sequitur Lupus in rubrica c. perueſtras §. 38. de donatio. inter vir. & vxor.

48 An in Concilio iunior aduocatus debeat prius vouere & reseruare postea diffinitionem antiquioribus, Roman. singular. 82. Tiraquel. de iur. primogeni. in præfatio. n. 114. qui concludit aduocatũ iuuenem coram iudice prius debere loqui. Afflic. dec. 1. & ibi Vrsil. nu. 17. sed in hoc diuersæ diuersorum locorum variãt consuetudines.

49 Doctorum & aduocatorum priuilegia plura recensent ij quos latissimè congerunt Bouadill. in polit. tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 61. litter. B. Fontanel. tomo 1. de pac. nup. cla. 3. glo. 1. n. 1. Aloysi. Ricci. in collecta. decisionum part. 6. collectan. 2106. Grati. discep. fo. tomo. 2. ca. 284. n. 60. plura quoque Christophor. Lãfranc. & Signorel. de Homodeis in suis tractat. de præcedentia Doctoris & militis, Ioan. Garcia de nobilitat. glo. 35. Tiraquel. de nobilitat. cap. 5. Iacobus Bennius de priuilegijs Iureconsultorum, Gratia. to. 1. c. 186. n. 1.

50 An autẽ priuilegia Aduocatis & Doctoribus concessa trahãtur ad graduatos ignaros & indoctos vel potius debeãt restringi ad habiles & idoneos, Mãdos. reg. 13. quæst. 13. per tot. Gratian. dis. foren. tom. 1. cap. 97. num. 41. Boer. in tract. de auctoritat. magni Concilij num. 93. & seq. Et fuse Gratian. qui supra in d. cap. 186. à num. 29. tenet ac defendit non extendi ad eos, & à num. 23. non procedere in Doctoribus qui nec actu legunt nec munus aduocationis exercent, sed sua vocatione relicta alienis negotijs & rebus ad sui gradus dignitatem non pertinentibus se immiscent, & à n. 54. non habere locum in Doctoribus qui non vtiliter & bene se gerunt & qui priuilegio abutuntur, & à nu. 68. non obtinere in illis qui fiunt Doctores ex solo rescripto Principis non præcedente legitimo examine & modo, & à n. 87. in ijs qui corruptis Doctoribus ad Doctoratus gradũ promouentur & in ijs qui libros necessarios non habent. tuetur tamen contra Bart. à n. 3. & veriorem opinionem dicit ac probat priuilegia Doctoribus concessa non solum competere actu legentibus, sed etiam alijs dummodo officium aduocationis exerceant. quod vltimum pluribus citatis Doctoribus nec non ex decisione Senatus Gratianop. ve per Guid. Pap. dec. 388. & ex decisione Senatus Pedamontani vt per Gaspar. Thesau. quæstio. forens. 99. li. 1. cõfirmat Petr. Fontanell. de pact. nup. tomo 1. claus. 3. glo. 3. nu. 16. vbi hoc ait fallere in Doctorellis qui studijs operã nõ dant, & ibi etiam tradit quid de alijs Doctoribus qui aduocationis officium non agunt, an sit necessarium quod ipsi actu legant ve fruantur iuxta notat. in dic. l. medicos C. de profess. & medic. lib. 10. Probant quoque Papon. libro 7. titulo 7. arrest. 15. & Menoc. de arbitrar. lib. 2. casu 379. numero 12. quod aduocatus non exercens officium aduocati non gaudet priuilegijs concessis aduocatis.

Inter alias aduocatorum prærogatiuas ea connumeratur quod possunt expellere à vicinia fabros & artifices studia eorum impedientes malleando vel strepitum faciendo, Felin. in capite vlt. in fin. de iudic. Ioan. de Plate. & Luc.

& Luc.de Penna in l. vnic.in fin. C. de fund.liber vrb.li.12.Io.de Amic.cõs.104. Iacob.Benn.de priuil.Iurisconsult. prius l.69.à num.3.par.3.latè Menoc.de arbitr.iudic.casu 237.Stepha. Gratia. disc. forens.tomo 1.cap.186.à num.10.attigit etiam hunc articulũ consultissimus collega meus don Acasius de Ripoll var.resol.c.11.de emptio.& vendit.nu.119.vbi hanc doctrinam cõfirmat quadã sentẽtia in nostro Regio Senatu lata in fauorẽ mag.Balthasaris Morell de Regio Consilio contrà quendã ferri fabrũ,qui domũ eneratiuxta ædes prædicti Morell.

56 Idem est in similibus impedimentisvt in malis odoribus, importuno sono cãpanæ & vocib⁹ infestis sicut præfati Benn.d.priuil. 69. numero 12.& 13.& Gratian.d.c.186.num.17.& Alciat. Pererg. li.1.cap.11.tradiderunt.Sunt tamen hæc intelligenda quãdo aduocatus prævenit eum quem vult de vicinia expellere, alias secus, nisi aduocatus alibi commodè habitare non posset, vti hanc & alias declarationes ijdem Menoc.& Gratian.locis allegatis ad propositum scripserunt.Imò Angel.in l.1.ff. solut.matri. tenet quod quando doctor vel scholaris non inuenerit domum ad locandum, domini possunt cogi ad eis locandum, quemadmodum in religiosis propter fauorem publicum, Franc. Marc. q.636. n.6.

57 Prærogatiuas quibus legum Doctores iure potiuntur, transire ad vxores eorũ procul dubio asserẽdũ est,cõmunicatur enim vxori nobilitas viri&præstantia l.fœminæ de Senator. l. mulieres & ibi Platea & alij C.de dignitat.lib.12.Tiraquel.de nobilitat.c.18. Garcia de nobilitat.glo.1.§.1. num.44. Anton. Faber in suo Codice lib.9.tit. 28.de dignitat. definit.16.Bouad. in polit. tom.2. libro 3. cap.2.nu.24.Alphonſ.Narbona ad leges regias lib.4.tit.1. lege 18. glo. 5. & vxor sicut domicilium sic forumviri sortitur l. fin. §. ijdem rescripserunt ff. ad municipal.& de incol.l.cũ quædã puella de iurisdic. omn. iudic. Vincen. de Frãc.dec.363.n.1.Moli.de ritu nuptiar. & pac. in matrimon. conuent. libro 1. comparatio.23.ex nu.44.Petr.Fontanell. de pact.nupti.tomo.2.claus.7.glo.3. par. 15.à num. 40. Stepha. Gratian. discep. for.tomo.4.capite 623.nu.3. Sed & vi- 58
dua legum Doctoris eisdem gaudet prerogatiuis,quia nobilitatem & præstatiã viri retinet mulier mortuo viro dũ vidua existit, vt notant omnes supracit. ti DD. per tex. in l. filij §. vidua ad municipal.& per tex.expressum in d. l. fœminæ,Guid.Pap.dec.349.num. 2. Tiraquel.d.c.18.ex n.5. Gaspar Anton. Thesau.quæstio.forens.90.li.1.Alphonſ.Narbon.ad leges regias li.3.titu. 16. lege 9. glos.9.nu.10.& seqq.Grati.d.c.623. nu. 4.& seqq.videtur enim vidua in præteriti viri coniugio perdurare ſ. soluto in
auth.de nupti.Imò in Cathalonia vxores 59
atque etiam viduæ sumunt nomen familiæ maritorum & eo prius cognominantur quam nomine familiæ suæ paternæ, quam consuetudinem olim traxerunt à fœminis & matronis Romanis quæ eam obseruabant,vt notant donAnto. Augustin.dialog. 10. & Hierony. Puiades in sua historia Cathaloniæ lib.4.capite 42.
vbi hoc laudat & asserit in iure commu- 60
ni fundari,quia ex d.l. fœminæ, filia Senatoris si nubat,dignitatis paternæ parti ceps non est, sed mariti radijs fulget Nam hæc florentissima Ciuitas Barcino- 61
nę, quæ caput est Cathaloniæ, fuit effecta Colonia Romana priuilegio Augusti Cæsaris Imperatoris Romani, vt refert idem noster Puiades qui supra libro 3. capite 92. Priuilegia medico- 62
rum ad viduas eorum non transire & rationem diuersitatis inter ipsos & iuris Doctores & professores afferunt Anton.Faber in suo codic. libro 9.titu. 28. de dignitat. defin. 9. & 10. & post eũ late Narbona vbi supra li.3.ti.16.lege 9.glo.9.ex numero. 8.Si vidua alias con- 63
trahat nuptias,an omnem illam quam ex primo viro quæsiuit, & retinuit,

nobi-

nobilitatem ac præstantiam amittat, & quid si plebeio, & quid si diuiti sed ignobili secundo nubat, & quid si iterum efficitur vidua, docent & examinant Melchior Phœbus dec. Portugal. 17. Fontanel. d. claus. 7. glo. 3. parte 15. à numero 48.

64 Licet honor, splendor, & priuilegia mulieris regulariter ad maritum ipsius non transferantur, cum vxores maritorum suorum radijs coruscent, & non ecõuerso, vt in l. mulieres C. de dignitat. lib. 12. Francisc. à Ponte de potestate Proregis tit. 10. §. 1. nu. 17. quibus tamen casibus transeant de iure & de consuetudine, differunt Tiraquel. de nobilitat. c. 18. nu. 39. Ioan. Garcia de nobilitat. glo. 1. §. 1. n. 45. Anton. Pichard. in tractat. de nobilitat. communic. num. 49. & seqq. Narbona ad leges regias li. 4. tit. 1. lege 18. glo. 6. vbi etiam nu. 6. tractat præfatis casibus an vxoribus mortuis viri prædictis fruãtur priuilegijs, quod etiam obseruat Pichard. qui supra numero 61. fusè agit Francisc. à Ponte d. §. 1. à numero 16. vbi multis limitat & declarat.

65 Illud difficultatem patitur apud Doctores, si legum Doctor obtineat aliquod officium, propter quod ex speciali priuilegio exemptus sit à foro iudicis ordinarij. & debeat pro quibuscunque debitis coram certo iudice conueniri, an & vxor pro suis debitis possit forum iudicis ordinarij declinare, debeatque coram dicto iudice viri sui conueniri. Hunc articulum latè discutit Vincen. de Franc. dec. 363. vbi vtriusque partis fundamenta iacit, & argumenta proponit, sed tandem vt clare habetur in fine eius decisionis, nihil super hoc articulo Senatus Neapolitanus decidit, imò ex alio causam, de qua agebatur, definiuit. Verum ex ibi allegatis multum videtur pro vxore respõdendum. maximè ex l. pen C. de fabricẽ. li. 10. vbi probatur quod vxor fabricẽsis
66 gaudet eodem priuilegio quo vir, etiam quo ad forum, licet non sit fabricensis, vt ibi dicit glo. 1. & ex l. ne diuersa C. de silentiari. lib. 12. vbi statuitur quod vxor silẽtiarij in foro potitur eodem priuilegio quo silentiarius. & ibi glo. allegat alia iura concordantia. vrgent etiam pro vxore auctoritates Ioannis de Platea, Marianni Sozini, Tiraquelli, Cagnoli, & Didaci Perez, quæ pro hac parte à Vincentio de Franc. citantur. & adde pro ista parte Milanens. decis. 10. numero 6. cum seq. & Stephan. Gratian. dis. forens. tomo 4. capite 623. numero 3. & 7. quamquam in contrarium torquet quod de exceptione hostica consuluit Regium Concilium apud Capici. dec. 76.

67 Quærunt DD. an aduocati vicini illius Ciuitatis haberi debeant, vbi causarum patrocinio præpositi sunt, deficientibus alijs requisitis ad vicinitatẽ & incolatum necessarijs, cum non minus huiusmodi milites habeantur, quam qui armis dimicare noscuntur, vt protulerunt Imperatores in d. 1. aduocati 14. C. de aduoc. diuers. iudic. Hanc quæstionem post alios disceptant Parisius cons. 53. numero 90. & seqq. lib. 3. Burgos de paz in lege 3. Tauri concluf. 3. numero 426. & seqq. Alphonsus Narbona ad ll. regias lib. 4. tit. 1. lege 20. glos. 2. numero 194. & seqq. Hic vltimus aliorum dicta declarãs resoluit aduocatos qui ex publico mercedem stipendiati accipiunt ob defendẽdas Communitatis lites & causas, dictum domicilium & vicinitatem sortiri, cum vere stipendio publico militare videantur vt in l. municeps §. miles ff. ad municipal. non vero reliquos aduocatos in aliquo loco habitantes absq. mercede aliqua & stipendio publico propter aduocationis exercitium, cum hi stipendijs publicis militarem artem non
68 exerceant: nam & in milite id necessario requiritur vt ex publico percipiat stipendia d. §. miles, & arguit Burgos de Paz vbi supra.

69 Non est hoc loco omittendum inter Iurisperitorum Doctorum prærogatiuas, quod asserunt Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. de alternat. glo. 4. numero 36. Rodrig. in summa parte 2. capite 15. de ordin. num. 15. Stepha.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

1.cap.57.num.30.Clericum in iure Doctorem, quamuis sit pauper & non habeat patrimonium aut beneficium, posse legitimè ordinari non obstante Concil.Trident.sess.21. cap. 2. de reformat. quia verisimile est cum posse commodè sustentari ob doctrinam, cum leges non permittant illarum professores viuere in paupertate, imò iura illis spem præmiorum pollicentur §. fin. auth. de hæred.& falcid.§.summa in proœm.Institut.& probat dicto loco Gratian.Clericũ in casu paupertatis posse aduocare.

71 Pro aduocatis Cathalanis obserua doctrinam Ioannis de Socarrat. ad consuetudines Cathaloniæ in cap. si aliquis dominus num.127.pag.397.vbi refert epistolam Berengarij Viues antiqui & valde experti aduocati Barcinonæ, qui ab aduocatis Ceruariæ consultus super vsatic.Princeps namque.ad illos respondit, quod licet in casu huius vsatici in Cathalonia omnes homines tam equites, quam pedites vocati teneantur pro iuuamine domini Regis ad bellum, & in exercitum ire: tamen sub hac generali legis dispositione non comprehenduntur aduocati:sed imò excusãtur in exercitum ire: quia ab huiusmodi personalibus muneribus immunes sunt l. sancimus C.de aduoc.diuersor.iudic.nec obstat tex.in l.aduocati eod.tit.iuncta l.fin. de pala.sacra.largi.lib.11.C.quoniam licet aduocati circa regimen Reipublicæ videantur militare, & reuera militent vt d.l.fin.non ecõtra in bello:sicut enim per milites gubernatur Respublica bellorum tempore, ita & per aduocatos tẽpore pacis,vt in proœm.Insti.in princip.

73 Verba autem dicti vsatici licet generalia, debent tamen ciuiliter intelligi, vt aduocati qui non sunt ad bellandũ idonei,quiq.ex causa priuilegiati sunt, non intelligantur sub generalitate,argumento l.vt gradatim §.& si lege ff.de muner. & honor. Et generalitas debet intelligi, iudicari, & distingui ex qualitate personarum argumento l. in fundo ff. de rei vendi.l.sed & si fuscepcrit ff. de iudic. l. plenum §.1.de vsu,& auth. habita & l.filiusfam.de donatio.

EX QVÆST. III.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus quis esse non cogitur:si tamen sumpsit aduocationis officiũ, cogi potest aduocare,etiam per iudicẽ delegatum.*

2 *Hospes postquam incepit tenere officium, cogitur hospitari omnes viatores.*

Fallit si haberet multos hospites in domo, & locus esset incapax,licet posuerit signum in caupona.

3 *Notarius tanquam persona publica tenetur facere instrumentum cuiuslibet.*

4 *Aduocatus compellitur aduocare sub pœna priuationis officij.*

Intelligo si competens salariũ sibi constituatur.

5 *Aduocationis officium publicum est & necessarium.*

Ad officia publica inuitus quis cõpelli potest,nisi iustam habeat excusationem.

6 *Stephani Gratiani & Andreæ Gail contrariæ traditiones conciliantur.*

Procurator an cogi possit procurare pro aliquo.

Mandatũ inuitus suscipere nemo cogitur. & quomodo hoc intelligatur.

7 *Iudex debet petentibus aduocatos dare,maximè si quis ob potentiã aduersarij non inueniat.*

Si quis conducat omnes aduocatos meliores, cogitur per iudicem aliquos ex eis dimittere,& aduocatus cogitur suscipere aduocationem,nisi iuraret,hominem non habere iustitiam.

8 *Consulere inuitus quis compellitur.*

9 *Aduocatus quando non est aliquis stipendio publico conductus, compellitur per iudicem patrocinari pauperibus sub pœna interdicti officij & potest peccare mortaliter & venialiter in casu contrario secundum circunstantias,& iure cogitur gratis inseruire pauperi.*

10 *Aduo-*

10 *Aduocatus non cogitur patrocinari pro inimicis, vel contra inimicos.*

Similiter notarius, hospes, nauta, & aliæ personæ publicæ cogi non possunt pro inimicis.

11 *Qui aliàs coguntur ad exercitium sui officij, eximuntur propter superuenientiam inimicitiæ, vt in arbitro, procuratore, tutore, & alijs.*

Sic in fideiussore, orta inter ipsum & debitorem inimicitia.

Inimicitia quomodo probetur, & quousque durare dicatur.

12 *Aduocati ob iustas & legitimas causas possunt se excusare ne aduocare cõpellantur.*

13 *Causa iusta est in aduocato, qui in Gymnasio publico profitetur.*

14 *Item si vt causam prosequeretur, teneretur ire in aliam Prouinciam remotã arbitrio iudicis.*

15 *An aduocatus causæ principalis cogi possit patrocinari in causa appellationis.*

16 *Non potest aduocatus patrocinari in causa appellationis pro parte aduersa contra suum primum clientem.*

Glosa & illius assectæ contrarium tenentes impugnantur.

17 *Procurator qui promisit patrocinium in causa principali, an cogatur illud præstare in causa appellationis.*

Nec Aduocatus causam, neq. medicus curationem potest derelinquere antequam finita sit.

18 *An Iurisperitus cogatur gratis consulere iudici in causis fiscalibus.*

Aduocatus non tenetur gratis aduocare pro Rege & an pro Repub. & quid si habeat salarium de publico.

Princeps quando potest rem auferre priuato, non potest sine salario.

19 *An debeat quis aduocare potius pro patria quam pro patre. & referuntur cõtrariæ DD. sententiæ.*

20 *Ab aduocandi officio qui prohibeantur.*

21 *Ob defectum naturalem seu corporalem arcentur fœminæ, minores 17. annorum, cæci, surdi & muti, furiosi, amentes, serui, milites militantes.*

22 *Ob defectum bonitatis prohibẽtur hæretici, vel pagani, excommunicati, non verus Christianus, non baptisatus, infamis, & ob crimen damnatus.*

An iudex eos admittendo peccet.

23 *Ob indecentiam vetantur monachi & regulares atque clericĩ in sacris constituti vel in minoribus beneficiati.*

24 *Monachus peccat aduocando.*

Ob necessitatem Monasterij & de Abbatis licentia potest esse aduocatus in Ciuilibus coram iudice seculari.

Ob lucrum solum applicandum Monasterio & de licentia Abbatis an possit.

An pro miserabili persona, vel benefactrice, vel ob leuiorem occupationem.

25 *Clerico in sacris constituto, vel in minoribus beneficiato prohibita est aduocatio coram iudice seculari, nisi in propria causa vel pro Ecclesia sua, vel imminente necessitate pro coniunctis vsque ad quartũ gradum, vel pro miserabilibus personis, dummodo diuinum officium non omittatur.*

Coram Ecclesiastico iudice aduocare non prohibetur, exceptis Episcopis & sacerdotibus.

Episcopi & sacerdotes quibus casibus aduocare possint coram iudice Ecclesiastico.

Episcopus in nullo casu coram iudice seculari aduocatus esse potest.

26 *Clerici minorum ordinum non beneficiati aduocati esse possunt in omnibus causis Ciuilibus sicut laici, imò etiam in Criminalibus modo non gestent tonsuram clericalem, etiam coram iudice seculari: sed si inde sequatur mors vel mutilatio, fient irregulares.*

27 *Clericus si paupertate laboret, an aduocare possit pro alijs. & n. 28.*

28 *Clerici instante necessitate possunt artes viliores exercere, dummodo non impediãtur diuina munera, quibus incũbere debẽt.*

Glosa opinio refutatur.

29 *Clerico habenti beneficium tenue ex quo cõmodè sustentari nequeat, licitum est aduocare coram seculari iudice.*

30 *Clericus nõ habẽs cõpetens beneficiũ, potest exercere honestam negociationem.*

Et poteſt ex dicta cauſa eſſe tabellio.

31 An clericus poſsit aduocare in cauſa amici intimi.

An poſsit aduocare ſi gratis & amore Dei id faciat.

Poteſt aduocare pro eo, qui habet rem communem cum Eccleſia.

Religioſus poteſt eſſe procurator pro eo, qui habet rem communem cum Eccleſia.

32 Clerici atqae etiam Epiſcopi & Cardinales aduocare poſſunt, ſi hoc faciant pro amico gratis & in camera ac priuatim.

33 Clerici non prohibentur eſſe à conſilijs iudicis ſecularis.

Conſilia præbere & allegationes in iure conſcribere non prohibentur, & quare.

34 In curia Romana ex tolerantia Sum. Pontificum clerici exercent publica munera aduocationis, vt & procurationis, quamuis non ſint pauperes, etiam in cauſis profanis, & cum ſalario.

35 An ſtatuto vel conſuetudine effici poſsit vt clerici in ſacris conſtituti exercere valeant officium aduocationis in cauſibus, in quibus aliàs de iure Communi illud agere prohibentur. & n. ſeqq.

Quæ conſuetudo ſuper hoc vigeat in Cathalonia.

Quid in clericis regularibus.

Quid in criminalibus.

36 In Regno Aragonum extat ſtatutum, quo cauetur clericum coram iudice ſeculari aduocationis officium agere poſſe.

37 Clerici in caſibus, quibus aduocare poſſunt, tenentur de iure Communi gratis patrocinium impendere.

Hoc tamen generali conſuetudine fuit abrogatum.

38 Clericis tabellionatus officium prohibetur, conſuetudine tamen induci poteſt quod clericus ſit notarius.

Tabellionatus officium an nobilitati deroget.

Aduocationis officium nobilitati non aduerſatur.

39 Quid Hiſpaniarum Nuntius obſeruet circa concedendas clericis licentias aduocandi.

40 Clericus in caſibus à iure prohibitis aduocans, quomodo in conſcientia peccet & qua pœna per iudicem puniendus ſit, & n. 41.

An ſit peccatum mortale vel veniale.

41 An ſacerdos aduocatus ad reſtitutionem teneatur.

42 Clericus aduocationis officium exercens coram iudice ſeculari, ſi in ipſo officio delinquat, an poſsit à ſeculari iudice puniri, & priuari aduocationis officio.

43 Clericus aduocatus, qui conſuluit in cauſa criminali mortis aut mutilationis mẽbri, an irregularis fiat, ſi mors ſeu mutilatio ſequuta non ſit. & referuntur contrariæ DD. ſententiæ, & quæ ſit verior.

44 Intellectus tex. in ca. clericis ne cleric. vel monac.

Sola voluntate vel conſilio non efficitur quis irregularis.

45 In Cathalonia Regij Senatores aduocare prohibentur tam in Eccleſiaſtica quam in ſeculari Curia.

In Cauſis, quæ ad Regiam Audientiã euocari poſſunt, etiam conſulere vetantur.

Auditores Regij an de iure Communi aduocare poſsint.

46 An pro patrocinio datum officialibus aduocare prohibitis, repeti poſsit tanquã ob cauſam non ſequutam.

An inimicus prohiberi poſsit aduocare contra inimicum.

47 Aduocare prohibitus non cenſetur prohibitus in camera conſulere. & n. ſeq.

Mulieres licet aduocare prohibitæ ſint, poſſunt in camera conſulere.

48 Aduocati miſsi ad Regis cutiam pro legatione Reipub. cum prohibitione aduocãdi, dum in legatione exiſtunt: poſſunt tamen in camera conſulere.

49 Aduocare prohibitus, non intelligitur prohibitus facere allegationes in iure, nec eas miſtere in ſcriptis ad iudicem.

50 Poterit etiam aliquid impetrare à iudice.

Non eſt aduocare, adire iudicem, rogando vt terminum concedat, non allegando iuris partis.

Quid ſi iura partis etiam alleget.

51 Cauſa

51 Causa propter quam quis aduocare prohibetur, interdum spectanda est, vt sciatur à quibus abstinere debeat.

Iudex & Lector qui prohibentur aduocare, an censeantur etiam prohibiti in camera consulere, cum per hoc similiter distrahantur à cognitione causarum & litterarum studio, & quomodo hoc intelligẽdum sit.

52 Prohibitus aduocare, contrafaciendo delebitur de matricula cum̃ priuatione salarij illius anni, si est stipendiatus.

53 Vassallus sponte non potest aduocare contra dominum suum, potest tamen compellente iudice. & n. seqq.

Mandatum Superioris ad hoc impetrandũ est.

Alioquin vassallus priuatur feudo.

54 Vassallus tenetur iuuare dominũ in prælio campestri, & similiter in iudiciali.

Vassallus non potest procurare contra dominum suum.

55 Vassallus non debet dicere testimonium contra dominum suum.

Et quomodo hoc tamen intelligatur.

56 Clericus contra Ecclesiam à qua beneficium obtinet, aduocare non potest, alias beneficio spoliari potest.

Beneficiatus in pluribus Ecclesijs, nõ potest præstare patrocinium vni contra aliam.

57 Donatio facta ratione laborum ac seruitiorum, non potest prætextu ingratitudinis reuocari.

58 Contra eum à quo beneficium consequutus est, non potest quis aduocare.

Fallit si aduocat pro se vel pro patre, aut matre, aut aliqua persona miserabili.

59 Contra Fiscum aduocare non licet sine venia, vel sine mandato Superioris, & contrarium faciens quomodo puniatur de iure.

Quid obseruetur in praxi.

60 Aduocare quis non cogitur contra propriam patriam, non tamen prohibetur cõtra illam aduocare.

Quid quando habet salarium à Republica. Vbi contraria referuntur DD. sententiæ.

61 Aduocatus salariatus non tenetur aduocare cõtra consanguineos suos intra quartum gradum.

62 Aduocare contra amicum nemo compellitur.

Nec alias operari cogitur quis contra amicum.

63 Aduocatus non admittitur ad patrocinandum pro hæretico.

Declara vt protedat quando est iã declaratus hæreticus, vel ex claris probationibus constat eum esse hæreticum: alias secus.

Qui præstant patrocinium pro hæreticis, sunt infames, priuantur officio, & debent excommunicari.

64 Aduocare quis non potest pro famoso latrone & fure insigni.

65 Item in alijs grauissimis delictis aduocatus non admittitur, vt in delato de crimine læsæ Maiestatis & quæ sit ratio prohibitionis.

66 Intellige dictam prohibitionem aduocãdi, nisi venia petita.

67 Item intellige quando accusatus super facto conuictus est: secus si probabiliter dubitetur an ille delictum perpetrauerit: quia aduocatus pro eo dubio declarãdo & accusato defendendo admitti poterit.

68 Casu quo non licet aduocare pro delinquente, non est puniendus, qui misericordia causa illi patrocinatur, iuxta supplicãdo Principi.

DE HIS QVI AD VOCARE COGVNTVR VEL PROHIBENTVR,

QVÆST. III.

Licet quis nō cogatur esse aduocatus, tamen si sūpsit aduocationis officiū, tenetur aduocare & cōpelli potest per iudicem etiam delegatum, vt patrocinium suscipiat l. 1. §. ait Prætor. 1. nominis, iuncta glo. in verb. *non habebunt* ff. de postulan. l. prouidendum §. 1. l. quisquis C. eod. c. 1. de offic. iudic. vbi glo. in verb. *implorando*. l. nec quicquam §. aduocatos & §. fin. ff. de offic. proconsul. & leg. Andre. Gail practica. obserua. lib. 1. obseruat. 43. nu. 1. Auiles in cap. 28. prætor. in glo. *acogidos* num. 1. Augusti. Barbos. de offici. episcop. par. 3. allegatio. 79. nu. 34. Tho. Zerol. in prax. epis copal. par. 1. verb. *aduocatus*. num. 1. S. Antonin. in 3. par. tit. 6. c. 1. §. 1. Aloysi. de Leo in l. 5. n. 32. C. de postulan. Soar. in thesauro cōmun. opinio. litt. A. n. 93. Stepha. Gratian. discep. forens. to. 1. ca. 56. n. 22. Sicut hospes postquam incepit tenere hospitium, cogitur hospitari omnes viatores l. 1. in fin. ff. fur. aduer. nau. & l. 1. in pri. cum glo. ff. nau. caupo. stabul. Bart. in l. 1. §. cura ff. de offic. præfec. vrb. latè Auil. vbi supra num. 1. vbi limirat nisi haberet multos hospites in domo adeo vt non posset omnibus sufficere vel locus esset incapax licet posuerit signum in caupona per tex. in l. facti aduersi ff. naut. caupon. stab. Sic quoque notarius tanquam persona publica tenetur facere instrumenta cuiuslibet, Gratian. decis. 133. num. 14. vbi simile docet de alijs personis publicis. Compellitur autem aduocatus sub pœna priuationis officij d. l. prouidendū ibi. *careat foro*. Gail vbi supra. Zerol. vbi supra numero 1. Menochi. de arbitrar. iudic. casu 369. num. 4. Guid. Pap. dec. 561. ad medi. Gratian. d. c. 56. n. 22. quod intelligitur si competens salarium sibi constituatur, vt explicant Auiles & S. Antonin. locis citatis. Ratio est quia aduocationis officium est publicum & necessarium, vt notant idem Gail. num. 3. Arismin. Tepat. in compendio variarum sententiarum titu. 86. ca. 6. Gratia. d. cap. 56. numero 22. Neque mirū est cū ad officia publica inuitus compelli, quis possit, nisi iustam habeat excusationem tot. tit. ff. de muner. & honor. l. pen. §. qui autem ff. de vacat. & excusat. muner. glos. in l. 2. verb. *consensum* C. de proxim. sacro. scrinio. lib. 12.

Hinc existimo locū præfati Andreæ Gail n. 2 conciliari posse cum loco dicti Gratiani dec. 133. num. 14. qui directè contrarij videntur: nam Gail ait aliud esse in procuratore quā in aduocato, quod aduocatus cogitur suscipere patrocinium pro aliquo, nō autem procurator procurare, quia mandatum inuitus suscipere nemo compellitur l. inuitus C. de procurat. quam etiā differentiam tradit Barbosa d. allegat. 79. n. 34. & 35. Contrà vera Gratian. asserit quod & aduocatus cogitur patrocinari pro aliquo & procurator procurare. Sed veritas est, quod si cō stituas munus procuratorū in Republica publicum & necessarium vt sunt procu-

ratores

ratores iudiciorũ habentes peritiã cauſarũ, cogentur & iſti tanquam perſonę publicæ pro aliquo procurationem ſeu
7 mandatũ accipere, alias ſecus. Dabit igitur iudex petentibus aduocatos maximè ſi quis ob potentiam aduerſarij non inuenire ſe aduocatum dicat d. l. nec quicquã §. aduocatos & §. fin. ſicque ſi aliquis cõduxit omnes aduocatos meliores, cogitur per iudicẽ aliquos ex eis dimittere & aduocatus cõpellitur ſuſcipere aduocationem & iudicium niſi iuraret iſtum non habere iuſtitiam, vt notauit Aloyſi.
8 de Leo in l. 5. C. de poſtulan. num. 32. nã & conſulere inuitus quis compellitur glo. in l. 3. C. de proxim. ſacr. ſcrin. li. 12. Amanel. de Clariaſq. ſingul. 169. ſic quo-
9 que Zerola ſupracitatus n. 1. aſſerit quod aduocatus quãdo nõ eſt aliquis ſtipẽdio publico cõductus, cõpellitur per iudicẽ ad patrocinãdũ cauſis & litibus pauperũ ſub pœna interdicti officij aduocationis, & poteſt peccare mortaliter, & venialiter in caſu contrario ſecundũ circũſtantias cauſarum & neceſſitatis pauperis litigantis: imò tunc cõpellitur gratis inſeruire pauperi glo. not. in l. 2. C. de proxi. ſacro. ſcrini. li. 12. Couar. prac. qq. c. 6. n. 4. Soto li. 5. de iuſti. & iur. q. 8. artic. 1. Gail d. obſer. 43. n. 14. Menoc. d. c. 369. n. 3. & 4.
10 Quamuis aduocatus cogatur ſuſcipere patrocinium, nõ tamẽ cõpelli poteſt patrocinari pro inimico, Angel. poſt glo. ibi in l. 1. §. ait Prætor in verb. *habebunt* ff. de poſtulan. Gratian. deciſ. 133. n. 14. & 15. vbi ſimile quoq. ait de notario, hoſpite, nauta, & alijs perſonis publicis, quæ cogi nõ poſſũt pro inimicis. Sic Thom. Mier. p. 2. collatio. 6. c. 17. de profeſſoribus iuriſperitis & medicis notat quod nemo cogitur inimico vel contra amicum patrocinari vel aliàs operari. Imò qui aliàs cõ-
11 pelluntur ad exercitiũ & perſequutionẽ ſui officij, eximuntur propter ſuperueniẽtẽ inimicitiam, vt in arbitro, procuratore, tutore, & alijs exẽplificat Roman. conſ. 459. à n. 4. vſq. ad n. 9. & de fideiuſſore tradit Gratia. d. dec. 133. n. 17. & 18. quod licet nõ poſſit petere ſe eximi ab obligatione antequam ſoluat, tamẽ non obtinet vbi inter fideiuſſorem & debitorem orta eſſet inimicitia, quia tũc poſſet petere prædictã exẽptionẽ etiã quod diu in obligatione nõ ſteterit, & docet ibi Grat. n. 3. & 4. & à n. 20. inimicitia quomodo probetur, & quo vſq. durare dicatur.

Quãquã aduocati patrocinium ſuũ præ- 12
ſtare cogũtur, poſſunt tamẽ ob iuſtas & legitimas cauſas ſe apud iudicẽ excuſare, argumẽto l. humanitatis C. de excuſa. tutor. l. nõ ſolũ §. fin. ff. eod. l. ſi longius ff. de iudic. l. munerũ §. iudicãdi ff. de muner. & honor. c. ſi pro debilitate & ibi Felin. n. 4. in fin. de offic. deleg. glo. in l. ſancimus 1. in verb. *arbitrium* C. de aduoc. diuerſ. iudicio. Andræ Gail prac. obſer. li. 1. obſer. 43. n. 9. Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. tom. 1. c. 56. num. 32. Papon. lib. 6. tit. 4. arreſt. 4. Cauſa iuſtę excuſationis viſa 13
fuit Gratiano vbi ſupra in Doctore, qui licet incũberet muneri poſtulãdi, tamen quia in Gymnaſio publico profitebatur, magis debebat excuſari vt cõmodius muneri publico ſatisfaceret cũ etiã talibus maiora priuilegia cõcedantur vt latè per M. Anton. Valla. conſ. 88. inter conſilia Siluani. Menochio etiam de arbitra. cen- 14
tur. 6. caſu 565. legitima excuſationis cauſa in aduocato qui mercede, ſalario q. prę-ſtituto pro cliente poſtulare & patrocinari promiſit, viſa fuit, ſi vt cauſam proſequeretur, teneretur exire ſin aliam Prouinciã remotã vt interpretatur Accurſius in l. ſed & hæ §. nõ ſolũ ff. de procurator. in verb. *tribunali* in fin. & remotam ibi intelligit Menoc. arbitrio iudicis.

Quæſtionis eſt an aduocatus cauſæ 15
principalis cogatur patrocinari in cauſa appellationis. Et non compellit probãt Specul. in tit. de aduocato §. nunc tractandũ n. 12. & 13. Sylueſt. in sũ. verb. *aduocatus*. n. 7. Armil. eodẽ verb. *aduocatus*. n. 20. Hieron. Portoles ad Molin. in ipſo verb. *aduocatus*. n. 95. quæ ſententia communis eſt vt plurib⁹ relatis teſtatur Boeri. dec. 285. n. 9. 10. & 11. nõ tamẽ poterit in cauſa appellationis pro parte aduerſa cõtra ſuum primũ clientem ad vo-
19
care

UAB Biblioteca de Ciències Socials

care secundum cõmunem opinionem vt asserunt Portol. vbi supra numero 97. Specul. d. tit. de aduocat. §. obijcitur. num. 16. Auenda. de exequen. li. 1. c. 3. num. 25. versic. *tamen*. reprobata glo. in l. fi. ff. de postulan. quæ contrarium tenuit & quam nonnulli sequuntur quos refert Portol. qui supra num. 96. 17 Procurator qui promisit patrocinium in causa principali, an cogatur illud præstare in causa appellationis, latè post alios disputat Stephan. Gratian. discep. forens. to. 1. c. 56. n. 23. & seqq. Sane aduocatus in medio causæ non potest relinquere causã, dummodo tamen sibi in salario satisfiat, Franc. Marc. decis. 646. num. 3. vbi n. 1. quod neq. medicus potest derelinquere curationem, quod probat textus in l. idē iuris 8. in prin. ff. ad l. Aquil.

18 An iurisperitus cogitur gratis consulere iudici in causis fiscalibus, diserit Paris de Pute. de syndicat. in verb. *Potestas cũ esset in officio* num. 2. & negatiuè concludit nisi iurisperitus habeat salarium à publico propter aliquod officium quod gerit: nam & in casibus quibus potest Princeps auferre rem priuato & ipsum priuare dominio suo, non potest sine salario & aduocatus non tenetur gratis aduocare pro Rege vt notat Innocen. in c. sicut 2. nom. in prin. de iur. iuran. Paridē de Puteo sequitur Francisc. Auiles in c. prætor. 3. in glo. *no lleuando dineros*. num. 1. & 3. circa aduocandum Reipublicæ. Sed & quamuis iurisperitus habeat salarium suæ iurisdictionis vel officij à publico, si tamen non sit sufficiens ad laborem & facundiam eius, & lites sint magnæ, non debit gratis consilium vt explicat Par. de Pute. n. 3. Auil. n. 1.

19 An debeat quis potius aduocare pro patria quam pro patre quæsiuerunt notabiliter interpretes de quo Ias. in l. 1. §. huius studij n. 14. ff. de iust. & iur. & affirmatiuè tenuit Alex. in additio. ad Bart. in l. 1. §. veluti ff. de iusti. & iur. contrarium verum esse asseruerunt Panor. in c. fin. de postular. n. 7. Specular. in ti. de aduocat. §. 1. vers. *sed quid si pater hostis*. & in sequẽti. Auiles in c. 1. prætor. in glo. *tierra* n. 11. & 12. qui limitat quando pater prætendit iustam causam, & subdit quod alias si esset rebellis patriæ, debet filius aduocare contra patrem.

Plures sunt qui ab aduocati officio iure prohibẽtur, quos recensent Sylvest. in summa verb. *aduocatus* n. 2. & 3. Suarez de Paz in praxi annotatio. 5. n. 7. & 8. Sebastian. Medicis de legib. p. 3. quæst. 2c. nu. 3. Pater Ioan. Azor. institution. morali p. 3. li. 13. c. 29. dubi. 2. Pater Vincenti. Filliuci. morali. quæstion. tom. 2. tit. 40. c. 10. num. 277. Et primum arcentur quidam ob defectum naturalem seu corporalem vt fœminæ, minores 17. annorum, cæci, surdi & muti, furiosi & amentes de quibus in l. 1. & ibi DD. ff. de postulan. Paz n. 8. Filliuc. n. 277 locis citatis. & de fœmina quod prohibeatur aduocare Gratia. discep. forens. tom. 1. c. 39. n. 7. Adde seruum de quo Sylvest. vbi supra n. 2. versic. *Quinto*. Neque miles potest esse aduocatus l. militem C. de procurator. quod est intelligendum de milite militãte ne distrahatur ab officio militari, vt glo. in d. lege declarat. Rursus ob defectum bonitatis vetantur alij vt hæreticus, vel paganus, & excommunicatus c. excommunicatus 1. nominis, de hæretic. l. nemo C. de postulan. ca. nemo vel in foro, de pœnit. dist. 1. Sylvest. vbi supra num. 2. qui subdit iudicem admittẽtem eos vel aliquem eorum grauiter peccare ac puniendum esse. Azor d. c. 29. dubi. 2. & de non vero Christiano & non baptizato Thom. Zerol. in prax. episcop. par. 1. verb. *aduocatus* n. 8. & tex. in l. iubemus 5. C. de episcop. audien. Item infames & ob crimen damnati d. l. 1. ff. de postulan. c. infames 3. q. 7. Tertio ab aduocatione prohibẽtur alij propter indecentiam, vt monachi & regulares, atque clerici in sacris constituti, vel in minoribus beneficiati. Et primo de monachis & regularibus est tex. in cap. monachi 16. q. 1. c. ex parte de postuland. Sylvest. d. verb. *aduocatus*. numero 2. versiculo. *secundo*. vbi docet eos peccare

care aduocando latè Pater Thom. Sanchez oper. moral. tom. 2. lib. 6. ca. 13. n. 1. vbi more suo multa allegat. Ob necessitatem tamen monasterij & de Abbatis imperio & licentia possunt esse aduocati in ciuilibus coram iudice seculari; ob lucrum autem solum applicandum monasterio & de licentia Abbatis non videtur posse, nisi iusta aliqua causa necessitatis, vel magnæ vtilitatis coniuncta sit: vt etiam pro aliqua misera persona vel benefactrice vel ob leuiorē occupationem quæ intercederet, non est improbabile quod liceat, ex Nauar. in c. non dicatis 13. q. 1. comment. 2. n. 66. Salzed. in pract. crimin. ca. 63. Stephano Gratian. discep. forens. tom. 1. c. 57. num. 24. cum 2. seqq.

25 Filliuc. d. ca. 10. num. 289. Clerico in sacris constituto, vel in minoribus beneficiato prohibita est aduocatio coram iudice seculari nisi in propria causa, vel pro Ecclesia sua, vel imminente necessitate pro coniunctis, qui in hoc casu intelliguntur vsq. ad quartum gradum, vel pro miserabilibus personis, dummodo diuinum officium non omittatur c. 1. & c. fin. de postulan. coram vero Ecclesiastico iudice aduocare non prohibentur, exceptis Episcopis & sacerdotibus qui tamen coram dicto iudice Ecclesiastico in præfatis quatuor casibus aduocare possunt; sed Episcopus in nullo casu coram iudice seculari aduocatus esse potest ex Syluest. vbi supra n. 2. vers. *Tertio fi fit.* & versic. *Tertio specialiter.* Azor d. ca. 29. dubi. 2. Hieronym. Portol. ad Molin. in verb. *aduocatus.* à num. 11. vsq. ad n.

26 16. & Filliuc. d. ca. 10. n. 289. qui subdit clericos minorum ordinum non beneficiatos aduocatos esse posse in omnibus causis ciuilibus sicut laici, imò etiam in criminalibus posse, modò non gestent tonsuram clericalem, quod etiam docuit Eman. Rodrig. in sum. c. 1. Hieronym. Portol. ad Molin. in verb. *aduocatus* n. 4. & 5. qui expresse loquitur corā iudice seculari. Sed si inde sequatur mors vel mutilatio, fiēt irregularis vt notauit Thō. Zerol. in prax epis. p. 2. in verb. *aduocatus* n. 1.

Quæro an clericus his non obstantibus si paupertate laboret, aduocare pro alijs possit. Et dico clerico pauperi non habenti patrimonium aut beneficium de iure communi absq. aliqua dispensatione permitti aduocare in curia seculari præterquam in accusatione criminali, Hostiens. Abb. & alij in c. 1. de postulan. Rodoan. de spol. Eccle. q. 2. n. 23. latè Gratian. discep. forens. to. 1. c. 57. à n. 22. quia si hoc conceditur clerico pro pauperib⁹ & miserabilibus personis vt supra scripsi & probat tex. in c. 3. de postul. multo magis est concedendum pro sustentatione sui ipsius, à quo prima charitas debet incipere l. præses C. de seruit. & aqua c. 3. de supplen. neg. prælat. Præterea si necessitate instante possunt clerici aliàs artes viliores exercere vt subueniant inopiæ suæ, Imol. & alij in c. fin. de vit. & honest. cleric. dummodo non impediantur diuina munera, quibus incumbere debent c. clericus victum 91. dist. ca. nunquam de consecrat. dist. 5. Salzed. ad Diaz c. 57. glo. in c. in summa 14. q. 3. in fin. multo magis licere eis debet aduocationis munus, vt contra glo. in ca. 1. in verb. *stipendijs* de postul. hanc rationem expendunt quamplurimi relati per Gratian. d. c. 57. n. 28.

27

28

Sed & quamuis clericus beneficium obtineat, tenue tamen illud sit ex, quo commode sustentari nequeat, licitè potest coram seculari iudice officium aduocationis exercere, Cepol. cons. 21. in ciuili. n. 9. Summa Angel. in verb. *aduocatus.* n. 7. Hieronym. Portol. ad Molin. d. verb. *aduocatus* n. 6. Sic licet clerico prohibita sit negociatio, si tamen non habet competens beneficium, potest exercere honestam negociationem, Panor. in c. 8 ne cleric. vel monac. Salzed. ad Bernard. Diaz additi. 1. vers. *necessitatis.* in cap. negociatores. Sicque etiam ex dicta causa potest esse tabellio, Panor. in d. c. 8. n. 6. & 18. Ias. in l. 1. §. huius ff. de insti. & iur. n. 8.

29

30

Imò nō solum clericus poterit in casu paupertatis aduocare sed etiam si Doctor sit & pauper patrimonium non habens

bens neq. beneficium, poterit legitimè ordinari non obſtante Concil. Triden. ſeſſ. 21. c. 2. de reformat. quod veriſimile ſit illum poſſe commodè ſuſtentari ob doctrinam, vt docent Eman. Rodriguez in ſumma p. 2. c. 15. de ordi. nu. 15. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. de alternat. gloſ. 4. n. 36. & Gratia. d. c. 57. nu. 30.

31 Voluit quoq. Henriq. Boich in c. 1. de poſtulan. n. 3. poſſe clericum aduocare in cauſa amici intimi & charitate fraterna dilecti, quamuis Abb. ibi n. 4. teneat contrarium. Exiſtimat etiam idem Boich n. 4. poſſe clericos aduocare ſi gratis amore Dei & ſine ſalarioid faciant. Sanè poterit clericus poſtulare pro eo qui habet cauſam communem cum Eccleſia, quãuis alias pro extraneo non poſſit, vt poſt alios notat Gratian. d. c. 57. n. 37. ad exẽplum religioſi qui non poteſt eſſe procurator pro alio, poterit tamen pro habẽte rem communem cum monaſterio c. religioſus de procurat.

32 Poſſunt inſuper clerici atque etiam Epiſcopi & Cardinales ãduocationis officium exercere ſi hoc faciant pro amico gratis & in camera ac priuatim, vt notabiliter tradunt Cepol. cautel. 156. & 181. incip. *in multis caſibus.* in fin. Stephan. Grati. diſcep. forenſ. to. 1. c. 39. n. 8.

33 Illud ſilentio inuoluendum non eſt quod licet clerici non poſſint coram ſeculari iudice aduocare, tamẽ eidẽ iudici ſeculari conſilium præſtare poſſunt & ei à conſilijs eſſe nõ prohibẽtur, vt ita docet Bald. in auth. habita nu. 1. C. ne filius pro patre. & aſſerit Panor. in c. ſed nec n. 7. ne cleric. vel mona. Portol. & ab ipſo relati in d. verb. *aduocatus* n. 25. nã conſilia præbere & allegationes cõſcribere in iure non inhibentur; quia eſt opus meritoriũ vt notat Eman. Rodri. in ſumm. ca. 1. Marta de iuriſd. caſu 115. Genuen. in praxi Eccleſ. q. 628.

34 Denique in curia Romana ex tolerãtia Sũmorũ Pontificũ clerici exercẽt publica munera aduocationis vt & procurationis quãuis non ſint pauperes, Veſtri. in prax. c. 4. lib. 3. n. 4. Gratian. d. c. 57. nu. 38. Rodrig. d. ca. 1. in fin. Maiol. de irregul. li. 5. c. 19. n. 4. qui loquuntur etiã de cauſis profanis & cum ſalario.

Quæro an ſtatuto vel conſuetudine 3
aliqua effici poſſit, quòd clerici in ſacris conſtituti aduocationis officiũ exercere valeant in caſibus in quibus aliàs de iure cõmuni illud agere prohibẽtur. Negatiuè reſpondẽt Hoſtien. in ſum. tit. de poſtulan. n. 7. in fin. & Bellã. in c. 1. n. 7. de poſtulan. quos ſequitur Hieron. Portoles. ad Molin. in verb. *aduocatus* n. 22. & 23. Rationẽ aſſignant quod huiuſmodi ſtatutũ vel conſuetudo ſtatum Eccleſiæ lædit & ex ea occaſio datur vt diuinum officium retardetur & per minorẽ numerũ miniſtrorum impleatur, ideoq. tenent hoc ſtatutũ vel conſuetudinẽ non valere neq. eius virtute clericos tutos eſſe argumẽto c. 1. de conſuetud. & c. irrefragabili de offic. ordin. Ego tamẽ pro validitate huius cõſuetudinis, quæ maximè in hac Ciuitate Barcinonæ viget quod conſtituti in ſacris etiam corã regijs iudicibus, non tamen in criminalibus cauſis aduocatorũ officio funguntur, vidi reſponſum à viro doctiſſimo ſuper hoc conſulto, ſalua correctione S. matris Eccleſiæ, qui tamẽ loqui ſe dixit in clericis ſecularibus, non vero in regularibus, quorum maior & magis, fundata eſt prohibitio ex Deci. in c. 2. n. 18. de iudic. Et quod cõſuetudine permitti poſſit clericis vt aduocatorũ more patrocinia impendant, probatur ex c. vnico 15. q. 2. Maiol. de irregul. lib. 5. c. 9. n. 4. Salced. ad pract. Diaz ç. cõtra Eccleſias verſ. 9. Rodrig. in ſum. c. 1. Gratian. d. c. 57. n. 38. vbi de cõſuetudine Romana teſtatur. Imò & Hieronimus Portol. in d. verb. *aduocatus* n. 24. fatetur in ſuo Regno extare ſtatutũ quo cauetur clericũ corã iudice ſeculari aduocationis officium agere poſſe. Cõfirmatur etiã hæc opinio, nã licet iure Cõmuni clerici in caſibꝰ quibꝰ aduocare poſſũt, gratis debeãt patrocinium impẽdere, hoc tamẽ generali cõſuetudine fuit derogatũ ita ꝙ hodie clerici aduocati licitè ſalaria exigũt, d. c. vnico vbi glo. 15. q. 2. Gratian.

38 Gratian.num.36. in d.ca. 57. Tiraquel. de nobilit.ca. 29. num. 30. Roboratur amplius præfata sententia nam tabellionatus officium clericis prohibetur cap. 8. ne cleric. vel mo. consuetudine tamen induci potest quod clericus sit notarius,additio 1. 7. limit. ad Panor. in d.ca.8.Ias. in l. 1.§. huius num.8.de iustit.si ergo consuetudo potest habilitare sacerdotem ad officium tabellionatus, quod est vile & nobilitati derogat, Panor.d. c.8.num.4. 7.Tiraquel d.c.29. n. 14. de quo tamen vide Fontanell. de pac. nup. cla. 4. glo. 10.par.1.num.88. Gutier. lib. 1. pract. q.137.Cod.Fabri. lib.9. tit.29.defi.4.quanto magis ad patrocinia præstanda quod est officium nobile & nobilitati non aduersarium, Tiraq. d. cap. 29. Ceual.q.736.ex num.11.

39 Sanè per dominum Hispaniarum Nuntium, pro vt intellexi, non conceditur breue clerico in sacris constituto pro aduocando in curia seculari nisi causam suę petitionis alleget & tunc datur in Ciuilibus ad agendum & defendendum, in Criminalibus autem ad defendendū tantum, & gratis & pro miserabilibus personis & dummodo coram iudicibus secularibus personaliter non compareat & soluuntur pro obtentu huius gratiæ duodecim ducati incirca.

40 Quæro clericus in casibus à iure prohibitis aduocans quomodo in conscientia peccet & qua pœna per iudicem puniendus sit. Dico quod peccat licet à parte ne aduocaret sibi obiectum non fuerit, vt docent Angel. in sum. verbo *aduocatis* num. 1.Syluest.in eodem verb. num. 1. Sum. Armilia in eodem verbo num. 3. & 5. Cayetan. in sum. in verb. *clericorum peccata*. verficulo *Quoad officia*. An vero peccatum sit mortale vel veniale, Nauar. in manual.cap. 25.num. 110. videtur tenere quod cessante scandalo solum veniale peccatum per clericum aduocatum hoc casu cōtrahitur, & hoc quoq. sentire videtur Soto de iusti. & iur. q. 10. art. 2. ad fin. & disputat Cayetan. in d. verb. *clericorum peccata* verficulo *Verum*.& Sum.Armil.in verb. *clericus* num. 10. 11. Hieronym Portol. ad Molin. in verb. *aduocatus* à num. 18. vsq.ad numerū 21.Et an sacerdos aduocatus ad restitutionem teneatur videndus Bellamer. in cap.fin.num. 13. de postulan.Qua autem pœna per iudicem afficiendus sit clericus in casibus prohibitis coram seculari iudice patrocinium prębens, decidi potest ex traditis per Diaz in prac. capite 55. & seq. Panor. in capite sed nec ne cleric. vel mon. 41

Quæro clericus aduocationis exercēs officium coram iudice seculari,si in ipso aduocationis officio delinquat,an possit à seculari iudice puniri. Et puniri ab eo posse atque per prælibatum iudicem aduocationis officio priuari, docet Bar. in l. nullum num.8.C.de testib.Innocen. in c. dolectus & ibi etiam Panor. num. 3. de pœnis, Guillel. Benedic.in cap. Raynuntius in verb. *& vxorem* dec. 2. num. 155. de testame. Portol.in d. verb. *aduocatus* num. 2. Carol. de Graf. de Regal. Franciæ lib. 2.17. iure. alios recenset Cened. in collect. 39. ad Decretal.num. 4. faciunt notata per Iacob. Cancer. var. resol. par. 3. capite 8. ex numero 108. 42

Quæro vtrum clericus aduocatus qui cosuluit in causa criminali mortis aut mutilationis membri, si mors seu mutilatio membri sequuta non sit, irregularitatem incurrat. Hanc quæstionem latè discutit Flores Diez de Mena variar. qq.lib. 1.q.9.per tot.nam pro affirmatiua vrget tex.in c.clericis ne cleric.vel mon. vbi non solum ex morte inflicta iudicatur quis irregularis,sed etiā ex eo quod iudex aut alius iudicauerit aut cōsuluerit inferendam.& autoritatis huius constitutionis pondere presti hanc sententiā tenuerunt Specul.in tit.de dispensatione §. iusta S. Antonin. in tractat. de irregularitate cap.2.num.6.& Sa'zedo in addition.ad praxim Bernardi Diaz cap. 99. Sed contraria opinio quod nunquam quis efficitur irregularis etsi consilium præstiterit, etiam si sanguis effusus sit, 43

nisi

nisi mors sequatur aut mutilatio membri, verior est vt multis probat Flores Diez dic. q. 9. ex num. 3. & huius opinionis auctor est Abbas in ca. sententiã sanguinis ne cleric. vel mona. q. 1. in fin. & q. 3. 4. & 5 & hanc sequuntur Syluest. in summa verb. *homicidium* 3. q. 2. Beruar. Diaz in d. c. 99. Natar. in Manu. ca. 17. numero 193. & à num. 210. & nu. 211. Soto in 4. sententiarum dist. 25. q. 1. artic. 3. Aloysi. Ricci. in praxi variar. resoluti. resol. 298. n. 1. Nec obstat tex. in d. c. clericis, intelligi enim debet si mors sequuta fuit aut mutilatio membri, vt iura iuribus concordentur. nam sola voluntate vel consilio non efficitur quis irregularis, Plaza in epito. delictor. ca. 17. num. 5. & 6. Flores Diez d. q. 9. num. 4. Ioan. Gutier. canonicar. qq. lib. 2. capite 6. numero 74. & n. 118. Ricci. d. resolut. 298. 44

In Cathalonia Doctores Regij Concilij aduocare prohibentur tam in Ecclesiastica quam in seculari curia, in causis autem quæ ad Regiam Audientiam euocari possunt, etiam consulere partibus vetantur constitut. vnica tit. *que los Doctors de la Real Audientia no puguen aduocar.* Sed & iure communi Regij Consiliarij, Auditoresq. Regij aduocare non possunt l. si quis procurationem C. de decurion. lib. 10. l. fin. C. de assessorib. Auil. in ca. 3. prætor. in glo. *Doblo.* n. 1. 2 & 3. Bouadil. in polit. tom. 1. lib. 2. c. 16. num. 100. Et an datum pro patrocinio personis supradictis, qui dum sunt in officio, patrocinari non valent, repeti possit tanquam ob causam non secutam, agunt Platea in d. l. si quis procurationem. Auil. in d. glo. *Doblo* num. 3. An inimicus prohiberi possit aduocare contra inimicum, tradit Velasq. to. 2. cõsultatio. 124. 45 46

Aduocare prohibitus non censetur prohibitus in camera consulere, Syluest. in summa verb. *aduocatus* num. 1. Hieronym. Portol in scholijs ad Molin. in eodem verb. *aduocatus* num. 80. vbi quamplurimos DD. refert, Speculat. in titulo de aduocato §. nunc tractandum num. 12. & 13. Stephan. Gratia. veriorem dicens discep. forens. tom. 1. cap. 55. num. 17. & ca. 39. num. 4. & 5. vbi rationem reddit, quia aduocare est in iudicio dicere & ideo qui postulat in camera, non aduocat ex Bar. in l. 1. §. 1. de postulan. & in l. 1. §. aduocatus ff. de vari. & extraordin. cogni. Sic ait Deci. in l. fœminæ numero 9. & 10. de reg. iur. & post Decium Tiraquel. ad l. 11. cornubi. n. 28. quod licet mulieres postulare prohibeantur l. 1. §. sexum ff. de postulan. possunt tamen in camera consulere. Sic quoq. infert Portoles. supra citatus nu. 81. quod aduocati missi ad Regis curiã pro legatione Reipublicæ cum prohibitione aduocandi dum in legatione existunt, poterunt tamen in camera consulere, vt in his terminis docet Bar. in l. Paulus §. Paulus & ibi addit. ff. de legation. & in l. 1. §. aduocatos n. 4. & 5. ff. de vari. & extraord. cogni. 47

Præterea aduocare prohibitus non intelligitur prohibitus facere allegationes in iure, Syluest. & Portoles. vbi supra, Marta de iurisdictio. par. 4. casu 115. Vasqui. de succession. creatio. §. 15. num. 58. & 59. Pater Sanchez tom. 2. oper. moral. lib. 6. cap. 13. n. 32. Bernard. Diaz in prax. capite 57. num. 2. & ibi additio Ignatij Salcedo litter. A. Gratian. d. cap. 55. num. 17. & subddit Ias. in l. 1. num. 7. ff. de verb. oblig. quod non prohibetur mittere iudici allegationem in scriptis.

Poterit etiam aliquid impetrare à iudice, Bart. in l. 1. §. aduocatos num. 2. ff. de var. & extraord. cogni. Gratian. d. c. 39. n. 4. Hortens. Caualca de bracht. regi. p. 6. ca. 13. num. 405. casu 5. Idem Gratian. d. ca. 55. num. 20. Cepola cautel. 156. & 186. Thom. Sanchez d. cap. 13. n. 28. vbi asserit non esse aduocare, si quis iudicem adeat rogaturus vt concedat terminum non allegando ius partis, & citat tex. in d. l. 1. ibi. *non tamen qui pro tractu.* vbi glo. in verb. *pro tractu.* inquit. *puta vt dilationem vnam accipiant.* Imò

idem

idem credit Sanchez licet iura partis alleget, quia id non est comparere in iudicio nec subscribit iste petitionibus in iudicio præsentandis, quod ad aduocati munus exigitur, sed iudici priuatim ius partis exponit.

51 Censet Gratian. discep. forens. tom. 1. ca. 39. numero 14. interdum spectandam esse causam propter quam quis aduocare prohibetur, vt sciatur à quibus abstinere debet, vnde ait Purpurat. in tractat. de offic. assessor. numero 153. cum seqq. iudicem qui aduocare prohibetur l. fi. C. de assessorib. prohiberi etiam in camera consulere cum distrahatur à cognitione causarum, pro vt etiam Lector qui distrahitur à studio lecturæ: quãuis enim in l. 1. §. postulatur ff. de postulan consulere in camera non sit propriè postulare seu aduocare, negari tamen nõ potest quod non sit actus distractiuus ab officio iudicis contra mentem d. l. fin. C. de assessor. quod ego admitterem data frequentia cõsiliorum & nimio vsu consulendi in iudice, nisi consuleret in causis in quibus iudex est vel esse potest.

52 Prohibitus aduocare, contrafaciendo delebitur de matricula cum priuatione salarij illius anni si esset stipẽdiatus, Bald. in l. placet per illum tex. in fin. C. de epiſcop. & cler. Roman. singular. 264. Asin. in prax. c. 8. §. 24. Felin. & Deci. in c. litteris de constitu.

53 Quæro contra quas personas non possit quis aduocare. Et primum dico quod non potest vassallus sponte aduocare cõtra dominum suum, poterit tamen si per iudicem compellatur suscipere patrocinium contra illum, latè Thom. Grammat. dec. 80. Afflic. dec. 265. Paris de Pute. de syndicat. in verb *aduocati causarum* num. 26. vbi ait quod is pro quo quis intendit aduocare, debet procurare mandatum à Superiore sine quo non potest quis aduocare contra dominum suum. Bellaperti. de feud. titu. 9. num. 22. Gratian. discep. forens. tom. 3. ca. 597. num. 4. & 5. Aluarot. in c. 1. §. item si delator. post glo. ibidem in verb. *perdit.* versiculo *quid ergo si aduocatus.* quæ fuer. prima causa benef. amitten. Alioquin vassallus priuabitur feudo vt notant Grammat. & Afflic. supra citati. & Grammat. ratione 54 assignat quia vassallus tenetur dominum defendere & adiuuare in prælio campestri vt est tex. in cap. 1. quib. mod. feud. amittat. cum concordan. ita & pari modo tenetur ipsum adiuuare in prælio iudiciali cum iudicium dicatur iudiciale certamen & aduocatus dicatur militare l. aduocati C. de aduocat. diuers. iudic. & ideo vassallus non poterit procurare seu aduocare in aliqua lite contra dominum suum. Sic tradunt DD. vassallum non debere dicere testimonium cõtra dominum argumento tex. in l. Iulia ff. de testib. & in l. libertorum C. eod. tit. vbi libertus non cogitur perhibere testimonium contra patronũ, valet nãq. argumentum de vno ad alium, glo. in c. 1. §. in quibus. in verb. *accusare* de consuetud. rect. feud. & in terminis Gratian. d. c. 597. num. 5. intelligitur tamen quod reluctare debet quantum possibile est, si tamen per Superiorem compelleretur, excusandus esset ad effectum ne feudum amitteret cap. quod quis mandato de regul. iur. in 6. & ita explicant Gratian. vbi supra num. 5. Aluarot. in d. §. item si delator. 55

Insuper clericus contra Ecclesiam à qua beneficium obtinet, aduocare non potest, aliàs tanquam ingratus potest beneficio spoliari cap. fin. de postulan. & ibi Panor. & alij classici scriptores notant. Siluest. in sum. verb. *aduocatus* num. 8. Iacob. Cancer. var. resol. par. 2. cap. 14. de procurator. in noua editione additionata numero 76. quod adeo verum est vt beneficiatus in pluribus Ecclesijs non possit præstare patrocinium vni contra aliã iuxta glo. in d. cap. fin. in verb. *contra Ecclesiam.* & obseruat quoque Cancer. d. num. 76. Non enim potest quis absq. labe ingratitudinis aduocare contra eum à quo beneficium accepit vt generaliter animaduertit Siluest. d. num. 8. vnde 57

sub.

subdit quod potest donatio libera & gratuita reuocari l. Papinianus ff. de inoffic. testa. & arg. d c. fin. iuncto cap. fin. de donatio. non tamen donatio vel beneficium factum ratione laborū ac seruitiorum reuocari potest ratione ingratitudinis, quia non est mera donatio, ad quod facit tex. in l. Aquilius Regulus ff. de donat. vbi donatio facta magistro ratione disciplinæ, non est mera donatio.

58 Quod autem quis aduocare non valeat contra eum à quo beneficium cōsequutus est, fallit si aduocat pro se vel pro patre aut matre impotente vel alia persona miserabili vt colligitur ex Speculat. in tit. de aduocato, quia tunc potest sine nota ingratitudinis aduocare.

59 Contra fiscum iure communi (dico iure communi, quia malè in praxi seruari video) aduocare non licet sine venia, Ioan. de Platea in l. 1. C. de agen. in rebus li. 12. Thom. Mier. par. 3. collatio. 10. cap. vt iurisperiti ante quam habeant. n. 16. Iaco. Cali. in margarita fis. dub. 8. vers. 117. vel sine mandato Superioris, Paris de Pute. de syndicat. in verb. *aduocati causarum*. n. 26. & in l. quicunque C. de postulan. proscriptionibus bonorum & exilij punitur qui surrepticie contra decretum Principis patrocinium aduocationis præstiterit. & canonizatur idem in capite quicunq. ausus de pœniten. dist. 1.

60 Aduocare quis non cogitur contra propriam patriam, Cened. in collectan. 28. ad Decretum num. 22. Non tamen quis iure communi prohibetur aduocare contra patriam & Rēpublicam suam, Auiles in cap. 1. prætor. in glo. *tierra* nu. 22. Speculat. in tit. de aduocato §. 1. & 2. quicquid dicat Paris de Pute. de syndicat. in verb. *aduocati causarum* numero 26. sed fallit quando habet salarium à Republica, quia tunc contra eam aduocare non potest, vt tenet Bart. in l. 2. C. de aduocat. diuers. iud. Auil. d. num. 12. Attamen contrarium asserunt Panor. & Speculat. in tit. de aduocat. dicendo hoc intelligendum in beneficio gratuito, cuiusmodi non est salarium, & ita cum tex. in d. l. 2. interpretandum esse, atque ita obseruat Aloysi. de Leo in l. 1. n. 14. C. de aduoc. diuers. iudic.

Aduocare non cogitur quis cōtra cō- 61
sanguineum suum, & ideo aduocatus salariatus seu appensionatus non tenetur ad aduocandum contra consanguineos suos intra quartum gradum existentes, vt probat tex. in l. pen. & ibi hoc docet Bart. Bald. Angel. Cuma. Fulgos. & Castren. ff. de postulan. Specul. in tit. de aduocat. §. obijcitur n. 19. 28. & 29. Ber. in verb. *aduocatus*. vers. 79. latè Hier. Portoles ad Molin. in eodem verbo, *aduocatus* numero 89. & 90. vbi quod multo minus contra se ipsum aduocare astrictus est ex Alciat. de præsumpti. reg. 1. præsump. 52. num. 2. Bellamer. in c. fin. n. 1. de postulan. Speculat. in d. §. obijcitur num. 20.

Similiter contra amicum patrocinari nemo compellitur l. 1. §. ait *Prætor* & ibi notat Angel. ff. de postulan. Thom. Mier. part. 2. collatio. 6. cap. 17. de pro- 62
fessoribus iurisperitis & medicis colum. 9. post num. 14. vbi etiam quod nec alias operari cogitur quis contra amicū. Camil. Borrel. in Reg. Arag. §. 1. glo. 3. n. 104. Cened. collecta. 28. ad Decretum n. 22.

Quæro pro quibus personis aduocare non liceat. Et primùm affero aduocatum non admitti ad patrocinandum pro hæretico: imò qui præstant patrocinium 6
pro hæreticis, sunt infames, priuantur officio & debent excommunicari cap. si aduersus 11. de hæretic. & ibi notant glo. Innocen. Panor. Anan. & Felin. Foller. in pract. tit. banniantur. num. 19. Hieron. Portoles. ad Molin. in verb. *aduocatus* num. 30. 31. & 34. vbi declarat procedere quando est iam declaratus hæreticus vel quando ex claris probationibus constat illum hæreticum esse: secus autem quando accusatus negat se hæreticum esse & dubium est an ille hæreticus sit & an verba ab eo prolata hæresim sapiant nec ne quoniam tunc pro illo

aduo-

aduocare quis non prohibetur, quod etiam docuerunt Iul. Clar. in prac. §. hæresis n. 18. Peña in scholijs ad directorium 2. p. schol. 7. Ponzin. in tractat. de lamijs n. 78.

64 Præterea aduocare quis non potest pro famoso latrone & fure insigni vt l. 2. C. de offic. præ. l. per omnes C. de defensor. Ciuita. per quem tex. ita docent Roman. in l. si vero §. de viro in 46. fal. ff. solut. matri. Thom. Mier. par. 2. collatio. 6. ca. 17. de professoribus iurisperitis & medicis, post n. 14. Hieroym. Portol. ad Molin. in d. verb. *aduocatus* n. 29. notat Marant. de ordin. iudic. c. de inquisit. n. 192. Hipolit. in practic. §. examinanda n. 26. Ioan. Gratian. reg. 19. n. 7.

65 Item in alijs grauissimis delictis aduocatus non admittitur, vt tradit Bertachin. in verb. *aduocare*. vers. 19. Bald. in auth. habita num. 25. & ibi additio Barbatiæ C. ne filius pro patre. Portol. vbi supra n. 32. Mier. supra citat. vbi de delato de crimine læsæ maiestatis. Rolan. cons. 63. vol. 3. Bart. in l. post legatum §. sunt qui ff. de his quibus vt indig. & ratio prohibitionis est vt insinuat Stephan. Gratian. discep. forens. tom. 1. c. 55. n. 19. quasi quis aduocando opem delinquenti præstare videatur. vel vt ait Mier. vbi supra, propter periculum fautoriæ.

66 Intellige hanc prohibitionem aduocãdi, nisi venia petita, vt declarat Mier. d. loco & Sigismund. Despuiol in verbo, *aduocatus*. versic. *Aduocare non licet*.

67 Intelligie quoque quando accusatus super facto conuictus est: secus autẽ erit si probabiliter dubitetur an ille delictũ de quo agitur, perpetrauerit; quia aduocatus pro eo dubio declarãdo & accusato defendẽdo admitti poterit, ita explicat Portol. vbi supra n. 33. & ante eũ Arã. in c. si aduersus n. 9. & ibi Felin. de hæretic. Gigas in additi. ad Deci. in c. sicut n. 6. de probatio. Nellus in tractat. Bannit. 3. p. 2. tẽpore q. 26. n. 26. Carrer. in pract. ti. de hæretic. §. circa igitur n. 33. 34. & 37. & pro ampliori declaratione præfatæ prohibitionis notãdus est idẽ Portol. n. 31.

Demum in casu in quo non liceret 68
aduocare pro delinquente, non esset puniendus qui misericordiæ causa illi patrocinaretur, puta supplicando Principi, arg. l. quidam de reb. dub. l. relegati de pœn. Surd. de alimen. priuil. 78. tit. 8. num. 8. Gratian. dic. capite 55. num. 19.

EX QVÆST. IV.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati, qui præuaricationibus & collusionibus clientes produnt, appellantur ab Apuleio Vulturij togati.*

2 *Demosthenis Græcorum Oratorum Principis præuaricatio.*

Oldradus Iureconsultus præuaricationis crimine notatus præ nimio dolore occubuit.

3 *Aduocatus, qui cum aduersa parte colludit, vel eam prodita causa adiuuat, præuaricator est & grauiter punitur; & cõdemnatus infamia notatur.*

4 *Contra dictum aduocatum in litẽ iurari potest.*

5 *Pœna præuaricatoris aduocati vel procuratoris est extraordinaria & reppellitur à munere suo & tenetur ad damnum & interesse.*

Procurator præuaricator tenetur domino actione mandati.

Arbitrium pœnæ contra aduocatum præuaricatorem ad mortem extendi potest.

Aduocati & procuratores qui suum clientẽ produnt, non propriè, sed impropriè præuaricatores appellantur.

6 *Aduocatus qui iura clientis sui aduersæ parti reuelat, pœna falsi punitur.*

Sic. notarius & procurator, qui instrumẽta vnius partis ostendit alteri.

An dictus aduocatus dicatur cõmisisse crimen præuaricationis.

An sit concussio.

7 *Iudex reuelans dicta testium ante ipsorũ publicationẽ, vel declarans parti sententiã quam daturus est, tenetur pœna falsi.*

8 *Iudex quando propalat votum suum parti ante pronunciationem, efficitur suspectus. & quid in Cathalonia circa Regios Senatores.*

9 *Iudex consiliarius, qui votũ alterius de Concilio patefecit ei contra quẽ dictũ est, qua pœna teneatur.*

De pœnis iudicũ, qui intẽpestiuè detegunt gesta Concilij vel secreta consilia Principis, remissiue.

10 *Aduocatus recipiẽs pecunias à duabus partibus cõtratijs, vel pro vtraq. parte aduocãs, prævaricator est & vt prævaricator punitur iudicis arbitrio & infamis est.*

11 *Non potest aduocatus vni ex partibus cõsulere, & pro altera patrocinari.*

12 *Aduocatus qui causã nondũ finitã deseruit, & in alteram partem transit, accipiẽdo patrocinium aduersarij, crimen prævaricationis incurrit.*

Tuscillij condemnatio.

13 *In foro conscientiæ aduocatus pro vtraque parte aduocãs aut parti aduersæ publicè vel secretò fauens peccat.*

An pure possit aduocatus vtrique parti seruire.

14 *An aliquãdo possit aduocatus cũ bona cõscientia pro vtraque parte aduocare. & n. 15.*

15 *Error Syluestris & Hieronymi Portolesij notatur.*

16 *Referuntur argumenta opinionis affirmatiuæ, quod possit aduocatus tuta cõscientia pro vtraque parte aduocare.*

17 *Soluuntur dicta argumenta.*

Intellectus tex. in can. disciplina 45. dist. & in c. bonæ 1. de postulatio. prælator. & in can. diaconi & in c. legimus 95. dist.

18 *Si aduocatus postquã vni parti patrocinatus est, agnoscit se male allegasse, & reuocat vt tenetur, suum consiliũ, an possit bona fide pro altera parte aduocare.*

Pulcrũ & generoso animo responsum Additionatoris ad Speculatorem.

19 *In foro animæ aduocatus si iura & arcana sui clientis parti aduersæ reuelat, mortaliter peccat & ad restitutionem damni tenetur.*

Quid si iubente Superiore delegit.

Quid de medio.

20 *Aduocatus si post contestatam litẽ intellexit causã, quã suscepit, esse inquã, nõ debet eã prodere vt alteram partem iuuet, sed debet eam dissimulanter deserere.*

Fallit si id foret necessarium ad graue aliquod damnum proximi impediendũ; tunc enim deberet iudici aperire vt occurreret.

Debet clientem monere de causæ iniustitia.

21 *Aduocatus ab aliquo consultus, si eo cõsulto consulens suscepit alium aduocatũ in sua causa, illo dimisso an propter consilium impediatur aduocare contra eundẽ in eadem causa absque prævaricationis labe. & n. seqq.*

Speculatoris opinio & in quibus fundetur.

22 *Speculatoris opinio refutatur.*

23 *Si aduocatus congruo accepto salario cõsilium præbuit consulenti, non potest postea pro altera parte aduocare.*

24 *Si vna partium tentauit aduocatum petendo ab eo consilium vt in causa illa pro contraria parte aduocare non posset, & opera aliorum postea vsus est, non prohibetur aduocare pro aduersario.*

25 *Si aduocatus à parte consultus vidit eius iura & instrumenta, nõ tamẽ eidẽ cõsiliũ dedit cũ deliberatione, nec promisit pro ea aduocaturũ, sed tãtũ spẽ dedit illi patrocinãdi pro ea, quæ postea venuit iustum illi salarium soluere, potest pro aduersario aduocare. & quare.*

Non tamẽ potest secreta vnius partis pandere alteri.

Quid si cœpisset iã pro priori parte aduocare.

26 *Opinio Sebastiani Medicis & Thomæ Mieres contra prædicta.*

27 *Aduocatus cõsultus ab aliquo & cõtra eũ de iure respondẽs, potest pro aduersario patrocinari.*

An dedecus aliquod istud sit, si fiat sine præcepto iudicis.

Quid si aliquid secreti causa contineat.

28 *Qui causæ secretã iã cognouit, nõ debet in alias partes trãsire, quia illa aduersarijs prodens lege Cornelia de falsis coercetur.*

Aduocatus qui visis alicuius iuribus, aduersæ parti accessit, cũ priori renũciasset, an prævaricator sit secũdũ Bartolũ, quẽ tamen intelligit & declarat Alciatus.

29 *Ad-*

29 Aduocatus Petri in vna causa, potest in alia contra Petrum aduocare.
Aduocatus fisci in vna causa, potest in alia contra fiscum aduocare, nisi sit fisci aduocatus generalis.

30 Aduocatus vnius partis potest alteri aduocare in nouo articulo causæ à primo nõ dependenti.

31 Extende in eadem causa & articulo ex nouo fundamẽto consistente in facto, quod prior pars non detegit.

32 Aduocatus in prima instantia pro actore, an possit esse aduocatus pro eo in causa appellationis. referuntur contrariæ DD. sententiæ & argumenta. & numeris seqq.

33 Affirmatiua opinio & DD. eã tenẽtes.

34 Opinio tenentium abstinendum esse de honestate. & quare.

35 Negatiua opinio & DD. eam asserentes.
Causa appellationis an sit eadem cum causa primitiua. & n. seq. vbi distinctione resolutur.

36 Opinio auctoris in quæstione principali.

37 Quando aduocatus post litem inchoatam. effectus est tutor pupilli, contra cuius patrem litẽ defendebat, potest pro pupillo in eadem causa patrocinari & priorem litẽtem deserere debet.
Extende etiã si prius aduocasset pro fisco, poterit enim contra eũ postea aduocare.

38 Quando aduocatus ex oblitione vel ignoranter vtrique parti consuluit, pœna præuaricationis puniri non debet.

39 Aduocatus detegẽs secreta clientis est infamis, falsarius, & præuaricator, excepto casu proditionis & hæresis.
Similiter Regij Consiliarij reuelantes secreta delinquunt exceptis dd. duobus casibus in quibus possunt secreta detegi.

40 An aduocatus accusatoris in causa capitali, si euidẽter agnouerit reum esse innocẽtẽ, teneatur causam prodere, vt illum à morte liberet. & n. 41.
Quid in alia causa & re grauissima, vt si agatur de celeberrima fama alicuius honore, aut statu.

41 Aduocatus rei in causa capitali, si nouerit iniustè se illum defendere, an possit causam prodere, vel solum eam deserere debeat.

42 Aduocati, procuratores, & medici, quibus sub secreto aliquid commissum est, an & quando & quomodo teneantur denũciare aut reuelare virtute monitoriorum iudicis.

43 Aduocatus debet reuelare secreta sui clientis, quando ex illorum occultatione immineret graue damnum aduersario: secus si damnum non esset valde graue.

44 Quando adest iusta & vrgens causa & secreti denunciatio vel testificatio esset necessaria ad vitandum graue Reipub. dammum vel tertiæ personæ, quod aliter impediri nequeat, tenetur quis secreta sibi commissa reuelare.
Extra confessionem sacramentalem, debet Christianus reuelare secreta sibi cõmissa, quando illorum occultatio afferret notabile damnum alicui.

45 Amplia etiam si secretum fuisset promissum cum iuramento.
Limita nisi maius sit damnum ei cuius secretum reuelatur.
An dicto casu sit necessaria absolutio à iuramento.

46 Quando agitur ad solam delinquentis punitionem, Aduocati, procuratores, medici, & obstetrices secretum sibi ratione sui officij cõmissum nullo modo reuelare debent, licet sub excommunicationis pœna illis præciperetur, & etiam si delinquens laboraret infamia vel indicijs, alias peccant mortaliter & ad damni restitutionem tenetur.
Quid tamen reuelare & aperire possint.
Quid si veritas aliter haberi non possit.

47 Rationes quibus fundatur conclusio de qua supra n. 46.

48 Quando quis iuramento etiam à iudice interrogatus non tenetur reuelare secretum, potest respondere se nescire, intelligendo & interius concipiendo, quod teneatur ad reuelandum.

49 Aduocati non possunt esse testes in causa clientis sui pro ipso cliente, & quæ sit ratio.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Quid in causa appellationis, si fuit aduocatus vel procurator in priori iudicio.

Quid finita causa & vbi desijt esse aduocatus.

Quid si non præstitit patrocinium, sed præstare promisit & de salario conuenit.

Quid si proprio motu in causa scripsit pro iure partis.

50 Aduocati sunt idonei testes pro cliente suo, si cũ ipsis alij habiles & omni exceptione maiores coniungantur.

Inhabilitas vnius testis suppletur ex idoneitate alterius.

51 Aduocatus pro parte contra quam postulat, si producatur in testem, cogitur ad deponendum, & potest esse testis. & quære.

52 Intellige nisi interrogetur super his quæ scit occasione cõsilij ab eo petiti & præstiti: quia hæc etiam cum iuramento à iudice interrogatus tanquam testis non tenetur detegere, exceptis casib⁹ priuilegiatis: sed quæ alia via nouit.

53 An qui fuit iudex in causa principali, possit esse aduocatus in causa appellationis. & rationes assignantur.

Quid de procuratore.

54 An qui fuit in causa aduocatus, possit esse iudex eiusdem causæ. & n. 58.

Quid si hoc velint partes.

Quid si fuit consultus vt aduocatus, nõdũ tamen dederit responsum.

55 Aduocatus meus in vna causa, potest esse iudex in alia causa mea, nisi esset cõnexa vel dependens ab illa.

Quid in Cathalonia circa Doctores Regiæ Audientiæ super hoc in Constitutionibus Patriæ caueatur.

56 Aduocatus dicitur inimicus partis aduersæ, & amicus clientis sui.

57 Iudex in causa eius, cuius patronus fuit, an si aliàs omnis inordinatus cessat affectus, in conscientiæ foro esse possit sine peccato, etiam parte inscia.

59 Si aduocatus sit à pluribus stipendiatus, & postea lis inter illos suboriatur, cui patrocinium præstare debeat, & an neutri.

60 Quid si primus clientulus iniustam causã foueret, secundus iustam.

61 Aduocatus orta inter duos clientes suos lite, illos ad concordiam reducere curare debet.

62 Aduocatus Vniuersitatis potest consulere contra singulares de Vniuersitate.

Bona Vniuersitatis non dicuntur bona singulorum, nec econuerso.

63 Sententia per collusionem lata an ipso iure nulla sit, vel ope restitutionis retractanda.

64 Aduocatus qui dimisit causam indiscussam in tempore periculoso, nullum salarium habere debet, & habitum reddere tenetur.

Aduocatus in medio causæ non potest illã relinquere, dummodo sibi satisfiat in salario.

65 Non auditur aduocatus contrarias prætentiones deducens, etiam indiuersis causis. & referuntur exempla. & numero seq.

Si exhæredatus petenti legatum ex testamento, aduocationem præbuit, procurationem ve suscepit, remouetur ab accusatione testamenti de falso vel in officioso.

Aduocato qui pro eo qui accusauit testamentum de falso vel in officioso, voluntariè patrocinatus est, denegatur actio ex illo testamento.

Fiscus à dicto aduocato tanquam ab indigno aufert. & quid in iudice.

Fisci aduocatum qui intentionem delatoris exequitur, in omnibus officij necessitas excusat.

66 Filius præbens patrocinium pro alio contra testamentum paternum, an priuetur legitima.

Qui scienter aduocat petenti rem propriã ipsius aduocati, sibi nocet.

Aduocatus patrocinando in causa, in qua ius habet, sibi præiudicat.

DE PRÆVARICATIONIBVS ET COLLVSIONIBVS ADVOCATORVM, & quemadmodum teneantur ſeruare ſecretum,

QVÆST. IV.

1 EST quoddã viliſſimum aduocatorũ genus, legib⁹ exoſum, & Iurecõſultorũ nomine indignum, qui miſeros cliẽtes, cum ſe & ſua intima eis commiſerint, pręuaricationibus & colluſionibus produnt & fallunt. Iſti ſunt quos Apuleius Vulturios Togatos vocauit, vt quibus prævaricari, reos prodere, & ſanguinaria rapacitate homines exanificare, frequentiſſimi ſit moris: ſicut Cicero pro Sextio, Vulturios paludatos appellauit Gabiniũ & Piſonẽ Imperatores, qui pretio nundinarentur omnia, notat Cel. Rhodigin. lect. antiq. c. 18. li. 8. Sic Demoſthenes Græcorũ ora
2 torũ princeps, vt refert ex Critolao Aulus Gellius noct. atti. li. 11. c. 9. cũ Atheniẽſium causã cõtra Mileſios legatos sũma cõtẽtione defendẽdã ſuſcepiſſet, altera die eorũdẽ Mileſiorũ pecunia accepta tacuiſſe fertur. Sic Oldradus notiſſimi nominis Iurecõſultus, vt ſcribit Caſtrẽ. in l. 1. in fi. C. de aduoc. diuerſ. iudic. prævaricationis crimine notatus fuit: cũ magno tamẽ diſcrimine à Demoſthene: nã vt præcitati auctores cõmemorãt, Demoſthenes quod fecit, nõ cõcelauit, ſed gloriæ quoq. illud ſibi aſſignauit, dicens plus accepiſſe vt taceret, quã vt verba faceret: Oldradus autẽ præ nimio dolore, quod delictũ fuiſſet detectum, occubuit.

Aduocatus qui cum aduerſã parte col- 3
ludit vel eã prodita cauſa adiuuat, pręuaricator eſt & vt prævaricator grauiter punitur & cõdẽnatus infamia notatur l. 1. ff. de prævaricat. l. athletas §. pen. & ibi hoc docent Angel. & Paul. n. 3. ff. de his qui notan. infam. Alciat. & Rebuff. in l. prævaricatores 212. ff. de verb. ſigni. Bart. in l. 1. ff. de pręuaricat. Speculat. in ti. de aduo. §. obijcitur n. 13. Auẽd. de exequẽ. mand. regi. li. 1. c. 2. n. 24. & 25. Boſſi. in ti. de prævari. n. 1. & 2. Peregri. de iur. fiſc. li. 7. ti. 2. n. 9. Menoc. de arbitr. caſu 325. à n. 1. vſq. ad 10. Suarez de Paz in prac. annotati. 5. n. 46. Farinac. ti. de inquiſit. q. 4. n. 15. Iul. Clar. li. 5. ſenten. iur. §. fi. n. q. 72. Soto de iuſt. & iur. li. 5. q. 8. artic. 3. verſ. *Secundo*. Plot. in tractat. de in litẽ iuran. §. 16. n. 5. & 6. vbi poſt alios aſſerit hoc 4
caſu contra iſtum colludentem, in litem iurari poſſe, quod etiam docet Bonif. de Vital. in prac. cri. tit. de colluſione n. 12. per tex. in l. eleganter §. ſi dol. ff. de dol.

Pœna prævaricatoris aduocati vel 5
procuratoris eſt extraordinaria, id eſt iudicis arbitrio l. 1. in fi. & l. 2. ff. de prævar. Felin. in rubr. de calum. n. 3. Vltra quã pœnam arbitrariã efficitur etiã infamis d. l. athletas §. itẽ prævaricator. pen. & l. 4. ff. de prævaric. Iul. Clar. d. q. 72. & repellitur à munere ſuo l. 5. de prævar. Menochi. d. caſu 323. n. 8. cũ autem procurator prævaricatur, præter iã relatas pœnas, in quas incidit, tenetur etiã erga dñm actione mãdati, glo. in rub. C. de pręuari. & ibi Laſ. n. 2. aduocatus etiam tenetur ad damna & intereſſe Berar. in ſpecul. viſit. c. 18. n. 39. & has pœnas colligunt Me-

noc.d.casu 323. Farinac.d.q.4. Portoles ad Molin.§. *aduocatus*.n. 70. vbi probat arbitrium ad mortẽ extendi posse. quãquam text.in d.l.1.vers. *is autem prævaricator* ff. de prævar.voluit huiusmodi aduocatũ & procuratorem qui suum cliẽtẽ produnt, non propriè, sed impropriè prævaricatores appellari.

6 Aduocati qui iura cliẽtis sui parti aduersæ reuelant, pœna falsi puniũtur. tex. est in l.1.§. is qui ff.de falsi.vbi inquit Bar. *nota bonum casum contra notarum aduocatum vel procuratorem, qui instrumenta vnius partis ostendit alteri, vt teneatur pœna falsi.* rursus in l. si quis aliquid ff. de pœn.& in l.1.ff.de prævaric. vbi Bar. ponit casũ de quodã aduocato Florẽtino,& cũ diceretur eum cõmisisse crimẽ prævaricationis,non crimẽ falsi: consuluit Bart.cõtrariũ,dicens ipsũ incidisse in crimen falsi quia reuelauit secreta partis. idẽ tenuit Angel.de maleficijs in ver. *falsario*.vers.515.*etiã cautus*.Bologn.in auth. habita n.303.C.ne fili.pro patr.latè Roland.à Valle conf.36.n.23. & 24. vol. 3. &hãc esse cõmunem opinionẽ quod incidat in falsũ,attestatur Bossius in tit. de prævaricat.tenuit itẽ Paris de Pute. de syndic.in verb. *Aduocati causarũ*. n.5. & 6. vbi inquit habere locum in ciuili & criminali l. ex senatus ff.de vi priua. & quod not.in l.1.§.1.de calũ.vbi glo.& dicit esse quoque cõcussionẽ l.1.de concus. tradiderunt etiã Bouadill. in polit.to.1. li.2.c.5.nu.25.Suarez.de Paz in prac.annot.5.n.46.Augustin.Barbosa de officio Episcop.allegatio.79.n.25.Stephan.Gra-
7 tian.dis.forens.to.1.c.100.n.56.& 57. Et eadẽ ratione iudex reuelãs dicta testiũ ante ipsorũ publicationẽ, tenetur pœna falsi l.1.§.qui instrumenta de falsi. Gratiã. dis.forẽs.d.c.100.n.55.qua etiã pœna tenetur iudex qui declarat parti sententiã, quã daturus est,vt in d.l.1.ff.de falsi.Auiles in c.1. prætor.glos.*promesa*. n.12.& dicit
8 Innocentius in c.refragabili de offic.ordinar.Gratian.d.c.100.n.57. quod efficitur suspectus,quãdo declarat votũ suum parti ante pronũciationẽ: quod tamẽ in Cathalonia circa regios Senatores aliter statutum est in constitut.11.tit. *de recusatio de Iuges*. Et iudex consiliarius qui 9
votũ alterius de Concilio patefecit ei contra quẽ dictũ est, tenetur pœna l. si quis aliquid §.instrumenta ff.de pœn.& latè de pœnis huiusmodi iudicum qui intẽpestiuè detegunt gesta Concilij, vel secreta consilia Principis, Paris de Pute.de syndic.in verb. *Excedunt consiliarij*.n.1.2.& 3.Peguer.in prax.crim.c.8. n.12,& 19.Alexan.Raudens.in appendice post tractatum de analog. 1. p. n. 227.

Inferas aduocarũ recipiẽtẽ pecunias 1
à duab⁹ partibus cõtrarijs,vel pro vtraq. parte aduocãtẽ prævaricatorẽ esse & vt prævaricatorẽ puniendũ fore,Peregrin. de iur.fisc.li.7.tit.2.n.9.Hieronym.Portoles.ad Molin.§.aduocatus n.69. & 70. vbi notat eũ infamẽ effici & plecti iudicis arbitrio.Berar. in specul. visitatio. c. 18.n.38.Sylvest.in sum.verbo, *Aduocatus*.n.7.ver.*Sed in eadẽ instantia*. & probat tex.in l.1.& ibi docet Bar.ff.de prævaric.&Alciat. in *l.* prævaricatores ff.de verb.*signi*.& tenet glo.fin.in ca. disciplina 45.dist.Nec potest aduocatus vni ex 1
partibus consulere,& pro altera patrocinari,Agustin.Barbosa de offic.Episcop. p.3.allegatio.79.n. 26.Auenda. de exequen.mand.regi.p.1.c.2.n.24.Cabed.decis.214.n.16.p.1.

Insuper inferas aduocatũ qui causã 1
nõdũ finitã deserit,& in alterã partem transit, accipiendo patrocinium aduersarij, crimen prævaricationis incurrere l.athletas ff. de his qui notan. infam. Sebastia.Medicis de legib.3.par.q.20.n.8. Menoch.de arbit.iud.casu 323.n.5.Specu. in tit.de aduocato §. Nunc tractemus n. 11.quo crimine damnatum fuisse Tusculiũ, quod Vicentinorũ causam deseruisset,scribit Plinius Cœcilius ad Valerianũ, & recẽset Alciatus in d.l.prævaricatores.

In foro conscientiæ aduocatus pro 15
vtraque parte aduocans, aut parti aduersæ publicè vel secretò fauens, quod est prævaricatorem agere, peccat, Navar.ca.25.nu.30.Portol.ad Molin.§.aduoca-

uocatus. n.71. Summa Rosella in verb. *aduocatus*.vbi inquit nonvidere quomodo vtriq. parti aduocatus purè seruire possit. Summa Armil.cod. verbo nu.20. Did.Perez li.2.ordi tit.19.li.1.glo.*.vers. *quinto quæro*.Silvest.in verb.*aduocatus*.n.
14 7. vbi ratione hanc sententiã confirmat: nam si aduocatus sciret iustitiam vel iniustitiam causæ,semper ex vna parte tueretur scienter iniustã causam, quod non licet: si autem nesciret iustitiam vel iniustitiam causæ & esset in dubio,quo casu pro qualibet partium potest patrocinari, tunc aduocare pro vtraq. parte, non esset sine scandalo & detrimento famæ nisi rarissimè, & præterea videtur impossibile vt visa diligenter materia, habeat patronus bonã fidẽ respectu vtriusq.causæ,& demũ videtur contra iura,quia allegãs cõtraria non est audiendus l. 1.C.de furt.c.solicitudinem de ap-
15 pellatio.Hæc Silvester.Et quãuis Portoles,qui supra n.71. & seqq.dicat glosam fin.in ca.disciplina 45.dist.tenuisse affirmatiuã, scilicet aduocatum aliquando tuta cõscientia posse pro vtraq.parte aduocare: & Sylvester d. n. 7.alleget Archidiaconum ibi eandẽ asseruisse, quando ex aduocatione nõ fit præiudiciũ parti; & tum Silvester tum Portoles citatis locis proferant præfatæ opinionis affirmatiuæ fuisse Speculatorem in tit.de aduocato §. obijcitur n. 14. & Summam Angel.in verb.*aduocatus*.n.17.tamen volui loca istorum Doctorũ in meis videre codicibus, & reperi. d. glosam fin. non affirmatiuam,sed expresse suprascriptam negatiuam tenere: Archidiaconum nihil dicere:Speculatorem non esse dictæ affirmatiuæ opinionis, sed quoddam proponere argumentũ,quod non soluit,solvit tamẽ illud ibi additio lit.d.Vnũ non
16 vidi Angelũ,quia non habeo codicẽ.Argumenta d. affirmatiuæ opinionis sunt tex.in d.c.disciplina,ibi,*Causã populi apud Deũ precib', causã Dei apud populũ gladijs allegauit*. c.bonæ 1.de postul.prælat.c.dia
17 coni & c.legimus 93. dist. Sed hæc iura nihil obstãt:nã tex.in d.c. disciplina dd. verbis loquitur de Moyse qui erat mediator inter iudicẽ & partem, nempè inter Deũ & populũ;& in d.c.bonæ.iudex qui est medius inter partes, licitè allegat ius vtriusq. Aliud est in aduocato, qui non assumpsit officiũ mediatoris, sed partis. tex.in dd.c.diaconi & c.legimus, ideo in contrariũ citãtur quia in primo S. Hieronimus extollit diaconos contra presbyteros,in secundo autẽ presbyteros cõtra diaconos: sed primum vt cesset oppressio,secundũ vt cesset elatio.ita respondet prælibata Speculatoris additio lit.d.Sanè Silvester vbi supra n.7. sentire videtur quod si aduocatos postquam vni parti patrocinatus est,agnoscit se malè allegasse, & reuocat suum consilium, vt tenetur,cautè tamen propter scandalum pusillorũ, poterit bona fide pro altera parte aduocare.In hoc casu pulcrè videtur mihi loquutus auctor additionis ad Speculat. in tit. de aduocato §. nunc tractemus.n. 11. lit. f. cuius verba sunt. *Ego nulla ratione patrocinarer cõtra illum, pro quo dedissẽ consilium recepto salario, & maximè in scriptis.si ei iustè consului, iustitiam impugnare non debeo: & si errassem, honori meo parcere debeo.* 18

Similiter in foro animæ aduocatus si 19
iura & arcana sui clientis parti aduersæ reuelat,mortaliter peccat,& ad resartionem damni tenetur, Suarez de Paz in pract.annotatio.5.n.45.& 46. Nauar.ca. 25.n.29.Thom.Zerola in prax.Episcop. p.1.verb.*aduocatus* n.2.Iacob.de Graff.de cision. casuũ conscientiæ p.1.li.3.c.8. n. 14.Berar.in specul.visit.c.18.n. 37. Manuel Rodrig.in sũma to.1.c.3.n.1. qui intelligit,etiã si iubẽte Superiore detegit,& idẽ dicit de medico.probat glo.& Ias.n.15. in l.si procurator C. de procur. Sic Soto de iust.& iu.li.5.q.8.ar.3.vers.*secũdũ* docet post S.Tho.quod aduocatus 20
qui bona fide causã suscipit,quã post cõtestatã litẽ intellexit esse iniquã,nõ debet eã prodere vt alterã partẽ iuuet,secreta iniustę causæ retegẽdo,quia esset tũc prę uaricator iuxta casi quẽ penituerit 2.q. 3.sed debet eã dissimulanter deserere.

& Leonardus Leſius de iuſt.& iur.lib.2. ca.31.dub.48.& 49.aſſerit quod quando aduocatus tuetur cauſam, in cuius progreſſu aduertit eſſe iniquam, debet clientem monere de cauſæ iniuſtitia, ſi autem monitus nolit deſiſtere, debet illum patronus deſerere, non tamen ſecreta cauſæ parti alteri prodere, niſi id foret neceſſarium ad graue aliquod damnum proximi impediendum, tunc enim deberet iudici aperire, vt occurreret.

21 Quæro ſi quis acceſſit ad aliquem Iureconſultum & retulit ac expoſuit ei factum cauſæ & negocij ſui, & ſuper eo illum conſuluit, & habito ipſius conſilio ſuſcepit alium aduocatum in ſua cauſa & ad priorem non redijt conſulentē, an ille conſultus propter conſilium impediatur quo minus poſſit contra eundem in eadem cauſa aduocare abſq. prætiricationis labe. Speculator in rubric.de aduocato §. nunc tractemus n. 11. tenet poſſe aduocare, quia alioquin nulli eſſet conſilium dandum & quia ſæpè ab aliquibus petitur conſilium, non vt accipiatur, ſed vt iam conſultus erubeſcat poſtea parti alteri conſilium dare: ſubdit tamē quod ſi fui tibi aduocatus in cauſa nondum finita, in aliqua parte ſui contra te non ero, alioquin crimine prætiricationis inuoluar l.athletas §. prætiricatio

22 ff. de his qui notan. infam. l.3. §. quod ſi aduocato ff. de prætiar. Sed hæc Speculatoris opinio dum dicit poſſe patrocinari, paſſim à DD. reijcitur vt ex mox citandis colligitur, & hunc Speculatoris locum exiſtimo quod voluerunt refutare Sylueſter & Portoleſius, quorum ſuperius meminimus nempè alter in ſum. verbo, *aduocatus* n. 7. & alter in ſcholijs

23 ad Molin. §. aduocatus n. 71. & ſeqq. Quāobrem diſtinguendū puto. Et dico primò, quod ſi quis ſuper facto ſuo aduocatum aliquem conſuluit, qui congruo accepto ſalario conſilium illi præbuit, non poterit poſtea pro altera parte aduocare, quia non debet contrarijs partibus cōſulere. ita alijs relatis cenſet & tenet Peregrin. in tractat. de iur. fiſc. li. 7. tit. 2. n. 17. Dico 2. ſi vna partium tentauit aduocatū, petendo ab eo cōſilium, vt in cauſa illa pro contraria parte aduocare non poſſet, & opera aliorum poſtea vſus eſt, nō prohibetur patrocinari pro aduerſario, quia obuiandum eſt malitijs hominum. l. in fundo ff. de rei vendic. & nemini dolus debet patrocinari c. cum vniuerſorum de rer. permut. ita Azeued o ſuper l. 17. ti. 16. li. 2. nouæ colect. Regiæ n. 6. Gutier. pract. qq. lib. 1. q. 30. n. 2. Peregri. d. tit. 2. n. 11. Thom. Mieres p. 2. collatio. 6. tit. 17. de profeſſor. iuriſperit. & medicin verſ. *Sed ſi forte*. colum. 9. Dico. 3. ſi aduocatus à parte conſultus vidit eius iura & inſtrumenta, non tamen ei cum deliberatione conſilium dedit, nec promiſit eidem ſe patrocinium pro ea præſiturum, ſed tātum ſpem dedit patrocinandi pro ea, quæ poſtea renuit iuſtum aduocato ſalarium ſoluere, poteſt pro aduerſa parte aduocare, quia tacitè intelligitur ſpem dediſſe ſi ſibi debitum ſoluatur ſalarium, & pars quæ conſilium petijt, ſi poſtea non vult illud ſoluere, videtur eſſe in dolo & fraude. ita Ioan. Gutier. prac. qq. lib. 1. q. 30. n. 1. & 2. & 3. Burg. de Paz in procem. Il. Taurin. 410. Manuel. Rodrig. in ſum. to. 1. c. 4. n. 5. Portoles ad Molin. §. aduocatus n. 75. Auenda. de exequen. mand. regi. li. 1. c. 2. n. 25. verſ. *non tamen*. Barboſa de offic. Epiſc. p. 3. allegat. 79. n. 26. Intellige vt prætitati Gutier. & Rodrig. declarant, dum tamē is aduocatus nō pandat ſecreta vnius partis alteri, quia hoc eſſet iniquum & peccatum mortale, & dum bonam ac iuſtam cauſam exoret. Et ijdē notant aliud eſſe ſi aduocatus cœpiſſet iam pro prima parte aduocare, quia tunc non poterit pro altera patrocinari. Aduocatum, cui quis pandiſſet vel cōmiſiſſet ſecreta cauſæ ſuæ, non poſſe contra illū aduocare in ea cauſa, ſimpliciter aſſerunt Sebaſtianus Medicis de legib. p. 3. q. 20. n. 8. Thomas Mieres vbi ſupra in verſ. *Sed ſi forte vni*. Dico 4. aduocatus cōſultus ab aliquo, & contra eū de iure reſpōdēs, poteſt pro aduerſa-

rio

rio patrocinari, nec ideo præuaricator est.ita tenẽt Raynerius & Alberic.in l.fin. ff. de postulan.Gutier. d. q. 30. n.6.qui tamen dicit se propter suum honorem non aduocaturum absq.præcepto & mãdato iudicis. Alciat. in l.præuaricatores 212.de verb signif.qui tamẽ illud dũtaxat admittit,quãdo nihil secreti in causa est veluti si omnis quæstio iuris est,nã
28 dicit sciẽdũ fore eũ qui causæ alicuius secreta iam cognouerit,non debere in alias partes trãsire:quoniam ea aduersarijs prodens,lege Corn.falsi coercetur l.1. §. qui deposita de fal. Vnde ibi Alciatus cũ præfata modificatione approbat sententiam Bartoli in l.1.ff.de præuaric. existimantis eum aduocatum qui visis alicuius iuribus, aduersæ parti accessit,cũ priori renunciasset, præuaricatorem non esse : non enim causam prodit qui aperte aduocaturum se
29 negauit.Dico 5.absolutum est consulentẽ pro Petro vel Petri aduocatum in vna causa,posse in alia contra Petrum aduocare, quod adeo verum est vt etiam qui pro fisco in vna causa patrocinatur, possit in alia contra fiscum aduocare,nisi sit generalis fisci aduocatus,l2. & ibi omnes C. de aduocat.fisc.Peregri.de iur.fisc.lib.7. titu.2. n.9.

30 Quæro vltra suprascripta an sint aliqui casus,in quibus liceat aduocato clientem suum deserere & pro contraria parte aduocare.Dico primo quod aduocatus vnius partis, si causa in aliqua sui parte finita fuerit,tunc in nouo articulo à primo non dependente , alterius partis aduocatus esse poterit.docet glo.in l.fin.& ibi Bald.ff. de postulan. Auend.de exequen. manda. lib. 1.cap.2.num.25.vers.*Item dicta*.Portolef. in scholijs ad Molin.§.aduocatus num.77. Sylueſt.in sum.verb.*aduocatus* numero 7.
31 Imò in eadem causa & articulo aduocatus qui pro vna parte consuluit,potest pro altera aduocare ex nouo fundamento cõsistente in facto quod prior pars non detegit,secundum Ioan.Andream in addition. ad Specular.rubr.de aduocato §.nũc tractemus numero 11.Paul.de Cast.in l. fin. ff.de postulan.num. 3. & alia tradita per Ioan. Gutier. prac. qq libro 1. quæstio. 30.nu.5. Et per Portolesium qui supra n. 76.

Sed an aduocatus in prima instantia 32
pro actore , possit esse aduocatus pro reo in causa appellationis, dubitant scriptores & summopere inter se dissentiunt.affirmatiuam tenuerunt alij , quod alia causa sit, alij autem negatiuam,quod eadẽ sit causa.Affirmatiuam tenuerunt Accurti. in l. 33
fin.ff.de postul. l.Specul.in rubr.de aduocato §.nunc tractemus num.12.vbi subdit hoc sæpè fieri in curia.Sylueſt.in sum. verb. *aduocatus* numero 7. vbi tamen dicit cauendum à scandalo pusillorum. Sebastian.Medicis de legib.par.3.quæst.20, numero 8.At Ioannes Andreas in cap.fin. 34
de testib.in 6.inquit hoc non esse honestũ licet sit de iure permissum , & ijdem Specul.ator & Medicis dd.locis asserunt honestius esse abstinere quia causa appellationis est sequela à causa principali & posset aduocatus multum nocere cum secreta partis nouerit& turpe est asserere quod prius negauit. Negatiuam opinionẽ quod 35
aduocatus in prima instantia pro actore, non potest esse aduocatus pro reo in causa appellationis vel econuerso,quod eadẽ causa sit,tenent Guillel.Cun.quem Baldus refert in l.fin. ff.de postul.vbi dicit quod aduocatus transiens in causa appellationis ad diuersam partem , est tergiuersator, quia non debet primam fidem irritam facere.Suarez de Paz in pract.annotatio. 5.numero 47. Baiard.ad Iul. Clar. quæst. 62.numero 27.Berat.in specul.visit.capite 18.numero 38.Portolesi. d. 5. aduocatus numero 77. Augustin. Barbosa de offic. episcop.parte 3.allegat. 79. numero 27. Bernard.Græuæ.l. 1.in procem. numero 41.Ego posteriorem hanc sententiam li- 36
benter sequor:nam vt ad aliud propositũ explicat Iacobus Cancer.var.resol. par.2. ca.14.numero 49.causa principalis & causa appellationis dicitur eadem causa respectu rei de qua agitur,quamquã quo ad alia dicuntur diuersæ causæ.

Dico secundo.Quando post litem in- 37
cohatam aduocatus effectus est tutor pupilli,

pilli,contra cuius patrem litem defendebat,poteſt pro pupillo in eadem cauſa patrocinari & priorem clientulum deſerere debet,vt decidit tex.in l. fin. & ibi Bartol. Bald.& Paul. numero 1.& 2.qui pulcram rationem affert ff.de poſtul. can. infames, §.ſi contra patrem 3. quæſt. 7. Specul.in rubr.de aduocat.§.nunc tractemus nu. 11. Peregrin.de iur.fiſc.lib.7 tit.2. numero 9. quod procedit etiam ſi prius aduocaſſet pro fiſco,nam factus tutor pupilli poteſt in eadem cauſa aduocare contra fiſcum pro pupillo,vt ait tex.in d.l.fin.& Peregri.notat loco citato.

38 Dico Tertiò, quando ex obliuione & ignoranter aduocatus vtrique parti conſuluit,tunc pœna prauaricationis puniri non debet,vt aſſerit Auenda.lib.1.c. 2.num.25.

39 Quæro an aliquando liceat aduocato ſecreta clientis pandere & reuelare.Bouadilla in polit.tom.1.lib.2.cap.5. num. 25.aſſerit quod aduocatus detegens ſecreta clientis eſt infamis,falſarius,& prę-
uaricator,excepto caſu proditionis & hæreſis in quibus ex doctrina S.Thomæ in 4.diſt.21.& diſt.19.q.2.artic. 3. q. 1. ad ſecundam,detegere poteſt. Sic quoque P.Ioannes à S.Maria in politi.chriſtia.c. 29.§.3.notat quod regij conſiliarij reuelantes ſecreta, delinquunt excepto caſu proditionis & hæreſis, in quibus ex doctrina Sancti Thomæ locis modo citatis
40 detegi poſſunt.Dominicus Soto de iuſt. & iur.lib.5.quæſt.8.artic.3.in verſic. *At vero ſolutio.* docet quod ſi quis accuſatori patrocinatur contra aliquem in cauſa capitali,quem decurrente cauſa certò ſcit eſſe innocentem,tenetur cauſam prodere vt eum à morte liberet: quin etiam ſi cauſa in re grauiſſima verſaretur,quæ paulo minoris æſtimaretur quã mors,vt ſi quæſtio eſſet de celeberrima fama & honore,ſtatuq.alicuius illuſtris, idem adhuc is auctor cenſet, dummodo aduocatus non ſub dubio id noſſet, ſed certiſsima ſcientia, & præterea dum id poſſet facere abſq.ſcandalo & præmiſſa fraterna admonitione, qua id comminaretur accuſatori niſi deſiſteret,& dando quam poſſet operam ne accuſatoris vita periclitaretur:qui tamen ſi nolit deſiſtere,tenetur præfatus aduocatus etiam cũ eiuſdem litigantis periculo detegere ſecretum ei qui remedium adhibere poteſt.Et vice verſa ſubdit Soto quod illi 41
qui reum mortis defenderet, quamuis poſſet iniuſtè ſe protegere, neutiquam liceret cauſam eius prodere,licet deberet deſerere cauſam,ſi nullo eum colore tueri poſſet.Eandem Dominici ſententiam circa aduocatum accuſatoris ſiue actoris,& cum eiſdem conditionibus tradit & tenet Manuel Rodriguez in ſum.tom.1.cap.3. concluſ.2. numero 2. vbi prælibatum Dominicum Soto non allegat ſed *Arag.*2.2.q.71. art.3. quem ita quoque tenere ait.

Pet.Anto.Lazar.canon. qq.p.1.ſect.2. 42
q.16.multa cõgerit in materia an & quãdo aduocati & alij qui ſub ſigillo ſecreti rem ſiue delictum ſciunt, teneantur ob monitoria iudicis reuelare, de quo antea diſceptauit Marcus Antonius Genuenſis in prax.archiepiſc.ca.2. Hic igitur d.cap.2.notabi.2.num.2. in fiin.cum Nauarro in cap.inter verba coroll.66.n. 799.11.q.3.& in Manual.cap.25.nu. 43. docet quod aduocati procuratores & medici, quibus in ſecreto aliquid commiſſum eſt, non tenentur denunciare, niſi tractetur de præiudicio alicuius, & alia via prouideri non poſsit: & quando etiam aliter prouideri nequeat, non eſt reuelandum pluſquam ſufficit;nec quod ſufficit,quando maius damnum eueniret denunciato.Lazarius d.quæſt. 16. n. 43
10.probat aduocatum debere reuelare ſecreta ſui clientis, quando ex illorum occultatione immineret graue damnum aduerſario,& allegat Michaelem Salon in 2.2.quæſt.71.art.3.concl.vlt.vbi vtitur his verbis *Cenſeo tamen ſi parti contrariæ immineat graue damnum in magna quantitate ſubſtantiæ, teneri ſimiliter aduocatũ ad reuelandum iniquitatem ſuæ partis, vt liberetur aduerſarius à tanto damno: quod ſi damnum de quo agitur non ſit adeo graue,*

non

non licebit illi prodere secretum, quia præstat aduocatum secreta sui clientis custodire, quã leuia damna partis contrariæ curare. Hactenus Salon. qui idem sẽsit in q. 70. ar. 1. concl. vlt. versic. *Ex hac regula sequitur procuratores.* Et illum refert & probat Ala in tractat. de aduocat. christian. q. 44 27. in fin. Item Lazarius d. quæst. 16. nu. 3. probat & asserit quod quando adest iusta & vrgens causa & secreti denunciatio vel testificatio esset necessaria ad vitandum graue Reipublicæ damnum vel tertiæ personæ, quod aliter impediri nequeat, tenetur quis secreta sibi commissa reuelare ex S. Thoma 2.2. q. 70. ar. 1. ad. 2. vbi inquit quod extra confessionem sacramentalem, debet christianus reuelare secreta sibi commissa, quando illorum occultatio afferret notabile damnum alicui. Nauar. in manual. ca. 18. num. 52. Io. Petr. Ala in d. tra. de aduoc. & causidic. christia. par. 1. q. 27. nam tunc 45 (inquit Lazarius) secundum communẽ sententiam promissio cuiuscunq. secreti, excepto confessionis sacramentalis secreto, etiã iuramento firmata non obligat, sed prodendum est iudici legitimè interroganti vel per litteras monitoriales præcipienti, nisi maius sit damnum rei quam alterius, quia tunc meretur ille vt sibi fides frangatur & promissio, cum à malo desistere nolit, aut si desistat, bonum tamen innocentis Reipublicæ vel tertij præponderat. Innocent. in cap. qualiter 1. nom. de accusat. Pan. in ca. dilectus de excess. prælat. Menoc. de arbitrar. casu 355. num. 4. & de præsump. q. 89. num. 17. Farin. tom. 1. prax. crim. q. 51. numero 115. Martin. Delrio tom. 3. disq. magic. lib. 6. ca. 1. sec. 2. Sair. in clauí Regia lib. 12. cap. 14. num. 29. Corrad. in resp. cas. consci. p. 1. q. 339. Decian. tract. crimin. tom. 2. lib. 7. capite 17. numero 23. quod semper intelligit Lazarius qui supra nu. 6. præuia absolutione à iuramẽto.

46 Illud constantissimum est quod quãdo agitur ad solam delinquentis punitionem, aduocati, procuratores, medici, obstetrices & alij quibus ab illo delictã est sub secreto communicatum vt ei cõsilium vel remedium pro salute animæ vel corporis siue honoris vel pro defensione bonorum adhibeant, nullo modo reuelare debent, etiam si sub excommunicationis pœna illis præcipiatur vt dicant quicquid norunt de tali delicto, etiam si testes vocentur & sciant illum delinquentem laborare infamia vel adesse semiplenam probationem & indicia & probari posse per testes; aliàs reuelando peccant mortaliter, & ad damnorum restitutionem tenentur, atq. hoc casu solum aperire possunt quod alia via quam per secretum ratione sui muneris sciunt. ita Henric. Gandens. quolib. 9. Lazari. d. q. 16. num. 1. & 5. qui n. 4. extendit etiam si veritas aliter haberi nõ possit. Sylvest. verb. confessio 3. q. 20. in fin. & verb. *testis* q. 8. Gabriel in 4. dist. 15. q. 6. ar. 2. concl. 7. Nauar. in man. c. 18. num. 52. & cap. 25. num. 42. 46. & in ca. inter verba 11. q. 3. concl. 6. coroll. 66. numero 799. Sot. de teg. secr. m. 2. quæst. 7. concl. 4. Capell. Tholos. q. 241. & omnes post D. Thom. 2.2. q. 70. art. 1. ad 2. Cũ enim 47 ita secretum sub fide committens ad animę, corporisve remedium, non debeat esse peioris conditionis ob id quam si tacuisset, propterea postulat ius naturæ ne illi sine iusta causa frangatur, Gregor. Sair. in clauí Regia lib. 12. cap. 14. num. 29. Si autem prædictæ personæ interroganti iudici reuelare tenerentur, nemo auderet eorum fidei se committere vnde mala malis adderentur, vt verbi gratia si puellæ partum ex fornicatione detegere obstetrix posset, eligeret illa potius in partu periclitari vel suffocare prolem, quam obstetricis auxilio vti, vt declarant Sair. d. li. 12. c. 20. n. 16. & Suarez to. 5. disp. 20. n. 11.

Obseruant quoque DD. quod in his 48 & quibuscunq. casibus, in quibus reuelare quis non tenetur, iuramento etiam à iudice interrogatus, respondere potest se nescire, intelligendo & interius concipiendo, quod teneatur ad reuelandum,

secun-

ſecundum communem DD. ſententiam. Palud. in 4. de correc. frater. q. 3. ar. 3. vbi Adrian. q. 4. Gandenſ. quodlibet. 11. ar. 1. ad. 2. Nauar. in man. c. 12. n. 8. & c. 18. n. 61. Lazar. d. q. 16. n. 12. vbi alios plures citat. Rodrig. in ſum. to. 1. ca. 79. numero 13. vbi de magis communi & veriori teſtatur.

49 Quæro an aduocati poſſint eſſe teſtes in cauſa clientis ſui & quæ deponere valeant. Dico primo. Aduocatus nō poteſt teſtis eſſe nec in teſtem recipi debet pro eo, pro quo patrocinium præſtat l. fi. ff. de teſtib. vbi glo. aſſignat rationē quia more corrupti teſtis notam euadere nō poteſt. bonus tex. in c. fin. de teſt. li. 6. iuncta glo. verb. *in teſtem* vbi nec qui in priori iudicio fuit aduocatus vel procurator, poteſt in cauſa appellationis in teſtem recipi pro illo pro quo aduocauit vel procurauit. Vincen. de Franc. deciſ. 222. num. 1. Petr. Surd. deciſ. 219. ex num. 1. vbi extendit etiam finita cauſa, vel vbi deſijt eſſe aduocatus, & tamen numero 5. allegat gloſam in d. l. fin. quæ tenet quod poterit teſtificari, ſi nō præſtitit patrocinium, licet præſtare promiſerit & de ſalario conuenerit. Ioan. Gutier. conſ. 24. num. 8. cum 2. ſeqq. vbi ampliat ad eum qui proprio motu in cauſa ſcripſerit pro iure partis & docet ſententiam retractandam fore ſi aduocatus fuit teſtis in cauſa

50 in qua aduocauit. Sed Ioſeph. Ramon. conſ. 68. n. 15. aſſerit quod aduocati pro cliente ſunt idonei teſtes, ſi cum ipſis alij habiles & omni exceptione maiores cōiungantur, quia tunc inhabilitas vnius teſtis ſuppletur ex idoneitate alterius vt not. Io. de Amicis conſ. 120. n. 11. Maſcar. de probati. to. 1. conclu. 66. n. 19. Hector Emili. de teſti. in verb. *aduocatus* n. 46. & idem eſſe in procuratore poſt Maſcar. ſcripſit quoque præfatus Ramon. citato loco.

51 Dico ſecundo. Quādo aduocatus pro parte contra quam poſtulat, producitur in teſtem, tunc cogitur ad deponendum & poteſt eſſe teſtis, ſecundum veriorem DD. opinionem, glo. in l. etiam C. de teſtib. glo. in l. fin. ff. illo tit. Guid. Pap. deciſ. 45. vbi ita deciſum refert. Pariſi. qui plures congerit conſ. 70. vol. 4. Bouad. in polit. to. 1. li. 2. cap. 5. nu. 25. in fin. glo. in c. fin. de teſt. li. 6. verb. *in teſtem* Vincent. de Franc. deciſ. 222. ex n. 2. vbi rationem reddit, quia hoc eſt introductum in fauorem aduerſarij, vnde contra eum retorqueri non debet vulgat. l. quod fauore C. de legib. & latè reſpondet argumentis Odoffredi & aliorum contrariam opinionem tenentiū. Intellige prædicta pro- 52
cedere vt explicat Vinc. de Franc. d. deciſ. 222. n. 10. quando aduocatus produceretur in teſtem ſuper ijs quæ ſciebat, antequam in cauſa patrocinium præſtitiſſet vel præſtaret, aut ſuper ijs quæ ſciebat vel ſcit vt teſtis: ſecus quando peteretur examen aduocati ſuper ijs quæ ſciret occaſione conſilij ab eo petiti & præſtiti, quia hæc non poteſt prodere ſed obligatur ad cœlandum. Quare hoc caſu aduocatus cum iuramento à iudice tanquam teſtis interrogatus non tenetur ſecretum clientis ſui, quod ſibi vt aduocato & conſultori communicatum eſt, detegere, tenetur tamen quod alia via nouit, manifeſtare, Bouadill. in polit. tom. 1. lib. 2. cap. 5. n. 25. Manuel Rodrig. in ſum. to. 1. c. 3. n. 1. vbi idem dicit de medicis. Nauar. in c. inter verba 11. q. 3. corollar. 65. num. 799. & in man. c. 25. n. 42. Sed non teneri teſtificando detegere ſecretum clientis ſui, quod ſibi vt aduocato & conſultori communicatum eſt, ſubintellige regulariter, ſecus tamen in caſibus priuilegiatis iuxta ea quæ effuſè proximè tradidimus diſceptando, an aliquando liceat aduocato ſecreta clientis pandere & reuelare. & ſimilem intellectum obſeruat Soto de iuſt. & iur. lib. 5. quæſt. 8. artic. 3. verſic. *Secundum autem.* & verſ. *At vero ſolutio.* vbi obligat ſuo cauſa aduocatū ad teſtificādum contra clientem ſecreta ipſius.

Quæro an ille qui fuit iudex in cau- 53
ſa principali, poſſit eſſe aduocatus in cauſa appellationis. Reſpondeo affirmatiuè, & ita concludit Capella Tholoſan. deciſ.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

277. vbi tamen dicit quod melius faciet si abstineat; & quod circa aduocatum, resoluit etiam circa procuratorem. ita quoque tenent Cynus in l. quisquis C. de postulan. Speculat. tit. de offic. delega. §. superest versic. *quid econuerso*. Additio ad Bart. in l. prætor ff. de iurisd. om. iud. Auiles. in cap. 3. prætor. glos. *Abogados*. nu. 2. notant Ioseph. Mascard. de probatio. conclus. 952. *Iudicem*. num. 9. Thom. Zerol. in prax. Episcop. parte 1. verb. *aduocatus* versic. 9. Rationem assignat præfatus Auiles, quia cessat causa prohibitionis erga causam, ideoq; cessante ratione legis cessat lex l. adigere §. quamuis ff. de iur. patron. Aliam rationem attigit prædictus Mascard. quia causa appellationis reputatur diuersa à causa principali. Sed & hæc opinio probari videtur in l. fi. C. de assessor.

54 Quæro econuerso an ille qui fuit in causa aduocatus, possit esse iudex eiusdē causæ. Dic quod non propter affectionē & præsumptionem quæ est contra eum, & est tex. in l. prætor & ibi Bart. Angel. Alex. & alij DD. per illum tex. ff. de iurisd. om. iud. & in ca. postremo & ibi glo. Abb. & Philip. Deci. de appellat. Bald. in l. nec arbitris C. de arbitr. & in l. apertissimi C. de iudic. Thom. Mier. p. 2. collatio. 6. cap. de professor. iurisperit. & medic. versic. *item nota quod qui fuit*. vbi intelligit etiam si hoc velint partes. Maranta in specul. 6. par. circa causas recusandi iudices num. 42. Auiles in cap. 3. prætor. glo. *Abogados* numero 3. Antonin. Diana resol. moral. par. 3. tract. 5. miscel. resol. 56. Secus sensit Abbas in c. irrefragabili de offic. ordin. in fin. quando fuerit consultus vt aduocatus, non-
55 dum tamen dederit responsum. Secus est etiam quando fuit aduocatus in alia causa, quia aduocatus meus in vna causa potest esse iudex in alia causa mea, nisi forsan esset connexa vel dependens ab illa. ita Franc. in d. c. postremo. Marant. & Auil. locis citatis. Attamen in Cathalonia per const. 9. tit. *de recusatio de tots Iutges*. Doctores Regij Concilij ius dicere non possunt seu votum suum præbere in causis nedum quarum fuerunt aduocati, verum & in causis eius, cuius fuerunt aduocati, licet in eis non aduocauerint, dummodo inceptæ fuissent tempore quo adhuc erant aduocati illius. notat & confirmat Sagismun. Despuiol in repert. ad Mier. verb. *aduocatus*. Iuuat 56
quod aduocatus dicitur inimicus partis aduersæ, glos. in verb. *repetitur* in l. pecuniam ff. de condic. ob caus. Paris de Pute. de syndic. in verb. *Suspicio* n. 5. Mier. supra citat. qui vice versa notat quod dicitur amicus sui clientis, cum aduocare sit desiderium suum vel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni præest, exponere, l. 1. §. 1. ff. de postulan. Sanè An- 57
toninus Diana d. resol. 56. post Cordubā censet quod & si aduocatus non potest esse iudex in causa, cuius patronus fuit, tamen quia lex fundatur in præsumptione, procedit hoc in foro exteriori: in foro autem conscientiæ existimat, *si aliàs* cessat omnis inordinatus affectus, dictum iudicem non peccare, etiam altera parte inscia, dummodo sententiam proferat secundum leges nullo habito respectu ad affectionem carnalem. Prodierunt in lu- 58
cem post hæc scripta additiones Cancerijad 1. & 2. par. suarum variarum resolutionum vbi d. p. 1. c. 21. num. 42. supracitatum intellectum Thomæ Mieres cō firmat quadam nostri Regij Senatus decisione, & latius idem Cancer. d. cap. 21. n. 51, & 52. vbi tamen eundem intellectū limitat nisi forte aduocatus votū suum in ea causa non propalasset.

Quæro si aduocatus à pluribus clien- 59
tulis salariatus sit & postea lis inter eos suboriatur, quid aget. Respondeo quod tenebitur patrocinium præstare pro illo cui primo operas suas promisit, quia secunda promissio operarum per aduocatum facta intelligitur sine præiudicio primæ & sic sine præiudicio iuris quæsiti alteri ex prima promissione. ita tenent & docent Paul. de Castr. in l. operis per illum tex ff. locat. Ripa in l. fin. numero 56. de priuil. credit. Roman cons. 47. n. 2.

Augu-

Auguſt.Barboſ.de offic.& poteſtate Epiſcopi par.3.allegatio.79. num. 36. Iacob. Cancer. var.reſol.par.2.ca.14 à num.68. vbi reſpondet ad glo.in cap.fin. de poſtulan.verb.*contra Eccleſiam*.ex qua videbatur dicendum præfatum aduocatum neutri debere patrocinari.Rolan.à Valle cõſ. 44.n.24.vol.2.Ceuallos commun. contra commun.q.288.num. 10.complures alios citat Hieronymus Portol.in ſchol.ad Molin.§.aduocatus n. 94. & non ſolum procedit hoc quando primus fouet iuſtã cauſam,ſecũdus iniuſtam:ſed etiam in dubio,
60 ſecundum præallegatos.Sed quid vbi primus clientulus iniuſtam cauſam foueret, ſecũdus iuſtam?Docet Roman.vbi ſupra citatus,tunc pro ſecũdo,primo relicto patrocinari debere aduocatum. hanc quoq; ſententiam ſequuntur Anton. de Butri. Imol.Bellamer. & Archidiacon. quos refert Portoles vbi ſupra n. 92. qui tamen num.93.allegat alios DD.aſſerentes neq. hoc caſu contra primum conducentem patrocinari dictum aduocatum poſſe,quia ideo conductus fuit,vt contra conducentẽ ipſum cauſam agere non poſſet, etiam ſi intelligeret illum conducentem iuſtitiam non fouere,vndè ſubdunt iſti hoc caſu re-
61 ctè facere ſi neutrum adiuuet. Sanè omni caſu aduocatus orta inter duos clientes ſuos controuerſia, piè ac iuſtè aget ſi eos componere & ad concordiam reducere
62 curet. Aduocatum Vniuerſitatis poſſe cõſulere contra ſingulares de Vniuerſitate aſſerit Coraſius in l.1.num.144.ff. de ſeruitut. quia bona Vniuerſitatis non dicuntur bona ſingularium,nec econtrario.Sed ſi hac §. qui manumittuntur ff. de in ius vocã.glo.& Bart.in l.in tãtũ §. vniuerſitatis ff.de rer.diuiſ. Cãcer.var.p.3.c.17.n.181.
63 Sententiã quæ per colluſionem lata fuit, ipſo iure nullã eſſe inquit Soci.cõſ.18.vol. 1. attamẽ cõtrariam, quod imò prædicta ſententia nõ ſit ipſo iure nulla,ſed ope reſtitutionis retractanda ſit, vt verius tenet Boſſi.in tit.de prætuarica.n.6. vbi affirmat ita cõmuniter receptũ eſſe, ad quod etiã eſt tex.& ibi Areti.in l.1.C.de aduoc. diuerſ. iudicior.de qua re vide Portoleſ. ad Moli.§.aduo.n.39.& 40.& §.abſolution.3.

Aduocatũ qui dimittit cauſam in diſ- 64
cuſſam in tempore periculoſo & ſubſtantiali,nullũ ſalarium habere debere, & habitũ reddere teneri dixit Bald.in l. eadem C. locat. quem refert Paris de Pute. de ſyndicat.in verb.*Si officialis decedat*.n.10. quod etiam examinat Bar.in l.1.§. diuus ff.de var.& extraord.cog.Similiter Angelus Aretin. in §. præterea ſi medicus Inſt. ad leg.Aquil. formar quæſtionem de aduocato an in medio cauſæ poſſit relinquere cauſam,& tenet quod non, dummodo ſibi ſatisfiat in ſalario.Angelum refert Frãciſcus Marcus deciſ.646.n.3.

Non auditur aduocatus contrarias præ- 6
tentiones deducẽs in iudicio etiam in diuerſis cauſis.ſic in l.fin.ff.de inoffi.teſtam. ſi exhæredatus petenti legatum ex teſtamento,aduocationem præbuit, procurationemve ſuſcepit, remouetur ab accuſatione teſtamenti de falſo vel inofficioſo, quia approbaſſe videtur iudicium defuncti.Sic in l.poſt legatum §.ſunt qui putant ff.de ijs quib.vt indig.denegatur actio ex teſtamento aduocato,qui pro eo, qui accuſauit illud de falſo vel inofficioſo,volũtariè patrocinatus eſt.Imò fiſcus ab huiuſmodi aduocato tanquam indigno aufert vt notat Peregrin.de iur.fiſ.tit.7.n.15. vbi n.9.tradit quid in iudice,quamquam aduocatum fiſci qui interrionem delatoris exequitur,in omnibus officij neceſſitas excuſat d.l. poſt legatum §. aduocatum. & ſubdit Peregrinus loco citato num.16.cre- 6
dere ſe quod filius præbens pro alio officium aduocationis contra teſtamentum paternum,non priuatur legitima ad tex.in l.qui cum maior §.ſi patroni ff.de bon.liber.Similiter in c.ex litteris iun.glo.de trãſact.is qui ſcienter patrocinatur petenti rẽ propriam ipſius aduocati,ſibi nocet.Et Felin.in c.quamuis n.6.de ſenten.& re iudic. Paul.de Caſtro conſ.314.ad fin.vol.2. Iacob.Cãce.var.reſo.p.2.c.1.n.144.& ſeqq. docẽt quod aduocatus patrocinãdo in cauſa in qua ius habet,ſibi præiudicat. Alia ad hoc propoſitum ſcripſi ſupra in q.1.Qualẽ oporteat eſſe aduocatum ad fin.

EX

UAB Biblioteca de Ciències Socials

EX QVÆST. V.

SVMMARIVM.

1 FRãcisci Marzarij & Alexandri Raudensis loca qui hanc quæstionẽ Theologis resoluendam relinquunt.

2 Traditio Marzarij super hac quæstione, & historia facti, quæ sibi inter suos Collegas Rotæ Florentiæ accidit.

3 Traditio Raudensis super hac quæstione, vbi de coniudicibus conqueritur.

4 Doctor, quia aliorum opinioni subscribit, censetur illam approbare. Subscribẽs scripturæ, dicitur approbare omnia contenta in illa.

5 Doctor qui sentit contrarium, potest tuta conscientia opinioni pluriũ subscribere, dũmodo aliorũ opinio ratione & probabilitate destituta non sit. & quare n. 6.

6 Cuique fas est probabile consilium alterius sequi contra proprium.

7 An Doctor sentiẽs contrariũ, possit tuta conscientia probabili opinioni pluriũ subscribere, propria opinione retenta. Opinio affirmatiũ, & referuntur DD. eam tenentes; & tradũtur argumenta. n. seqq.

8 Potest quis habere propriã opinionẽ ex rationibus & principijs à re ipsa sumptis, & contrariã ex principijs cõmunibus vel extrinsecus ductis, nempe ex aliorũ probabili consilio, vel sententia. Exẽplũ in quæstione, an liceat ratione lucri cessantis commodum ex mutuo exigere. Aliud exemplum in quæstione, an liceat die festo uer facere.

9 Licet cuique in foro animæ operari iuxta aliorũ probabilẽ opinionẽ cõtra propriã, etiã tutiorẽ & extenditur etiã propria opinione tanquam probabiliori retenta.

10 Licitè viri docti atque etiã confessarij possunt contra propriam opinionem alijs consulere, sequendo alienam, quam probabilem esse putant. An modo iuxta vnã, modo iuxta aliã opinionem consulere possint, si vtraque probabilis sit. Nota huiusmodi varietatis quomodo vitari possit.

11 Licet opinionẽ minus probabilẽ amplecti & eam consulere, dũmodo probabilis sit.

12 Opinio asserẽtiũ necesse esse nos propriã opinionem deponere, si aliorum sententiã sequamur. Opinio Vincentij Filliucij, quod is qui consulitur, tenetur respondere secundũ propriã opinionem, non autem secundum aliorum opinionem, etiam probabilem, & quare.

13 Dicta opinio Vincẽtij Filliucij contradicitur aliquibus argumentis. & n. 14.

14 Declaratur eadem Filliucij opinio.

15 Antonini Diana opinio contra prædictã sententiam Filliucij.

16 Cautela consultoris, vt sine periculo respondeat iuxta aliorum opinionem contra propriam, ex Filliucio.

17 Iudex vel cõiudex, vbi sunt contrariæ Doctorũ opiniones super iure, iuxta quod causa decidenda est tenetur ferre sententiam secundum opinionem, quam probabiliorem iudicat. & quare.

18 Contraria opinio non nullorum Doctorũ, quam Pater Diana probabilem dicit.

19 Doctor in docendo probabiliorẽ sententiã sequi debet, præsertim in rebus grauibus. & quare. Quando isti Doctores peccent mortaliter vel venialiter circa hæc.

20 Reprehenduntur cum Rebuffo Aduocati & Doctores, qui nimis faciles sunt in subscribendo consilijs aliorum, vnde multa damna oriuntur. Doctor non tenetur subscribere consilijs aliorũ, quãdo non est eius sentẽtiæ. & n. 22.

21 Admonitio Stephani Gratiani ad aduocatos, ne faciles sint in subscribendo passim & sine delectu scripturis aliorum.

22 An Patres Definitores debeant subscribere sententiæ latæ à Prælato, quam in Definitorio non approbarunt. Opinio Patris Emanuelis Roderici in hoc articulo multis rationibus fulcita.

23 An vnus iudex possit subscribere sentẽtiæ suorum coniudicum, vel maioris partis quam ipse non approbauit.

DO-

DOCTOR SENTIENS CONTRARIVM, AN TVTA CONSCIENtia ſubſcribere opinioni plurium poſsit,

QVÆST. V.

1

Hanc quæſtionẽ duo grauiſſimi Iureconſulti ſuſcitarunt, nempè Frãciſc. Marzari in epitom. de fideicõmiſ. 2. par. num. 10. & Alexãd. Raudenſis reſponſ. 10. in additio. num. 372. & nemo eorum illam reſoluit ſed tandem Theologis decidendam relinquit. nam imprimis Marzar. dicit eam vbiq. inter plures Rotæ auditores quotidianã, & cũ ſermo incidenter fieret inter ſuos magnificos collegas Rotæ Florentiæ, allegaſſe ſe pro affirmatiua opinione ſingulare dictum Geminiani in ca. à collatione de appellation. lib. 6. circa finem in verſ. *ſed quando procedit vt canonicus cum alijs*. poſtea autem accidiſſe quod durante officio ſuo in quadam cauſa valde cotrouerſa inter alias ſcripturas exhibita Senatui fuit quædam fides manu propria exarata ab vno ex Senatoribus prædeceſſoribus in præfato officio, Doctore perinſigni, qui declarabat, quòd teſi in illa cauſa iudicanda ſubſcripſerat aliorum ſuorum conauditorum ſentẽtię, attamen reuera ipſe fuerat in voto contrario, quam declarationem in prælibata ſcriptura teſtabatur principaliter facere, vt ſuam conſcientiam exoneraret. quare Marzarius non audet figere pedẽ ſed à Theologis expectat deciſionem.

3 Alexander Raudenſ. refert pluribus cõiudicibus diſſentientibus, minorem eorum partem aliquando maioris ſubſcripſiſſe voto, audito prædicto Marzarij loco cum allegatione eiuſdem Geminiani; miratur tamẽ ipſe & ſubijcit quod non ſubſcripſiſſent ſi totum Marzarij locũ perlegiſſent, qui in fine voluit Theologos conſuli, quia os quod mentitur, occidit animã, Sap. 1. Ego igitur viſis Theologis ac Canoniſtis ſcriptoribus, ijſque famatiſſimis ſic concludam.

Dico imprimis procul dubio Doctorem qui aliorum opinioni ſubſcribit, cẽſeri illam approbare, nam ſcripturæ ſubſcribens dicitur approbare omnia contenta in ea l. pluribus de verb. oblig. Alex. conſ. 147. lib. 2. Rolan. conſ. 44. num. 30. lib. 1. latè Menochi. præſump. 66. lib. 3. Stepha. Gratia. diſ. forenſ. tomo 1. cap. 162. numero 1. Iacob. Cancer. var. reſ. p. 1. cap. 22. num. 2. & 3. & par. 3. cap. 4. nu. 262.

Dico ſecundo Doctorem qui ſentit contrarium, poſſe tuta conſcientia opinioni plurium ſubſcribere, dummodò aliorum opinio ratione & probabilitate deſtituta non ſit. Hanc ſententiam vltra Geminian. ſupra citatum tuentur & tenent Azor par. 1. inſtitutio. moral. libro 2. cap. 17. quæſt. 7. & 9. Sanchez tomo 1. operis moral. lib. 1. cap. 9. numero 13. & 14. Vazquez 1. 2. diſputatio. 62. ca. 4. nu. 14. Filliucius moralium quæſtio. tom. 2. tractatio. 21. cap. 4. numero 149. in fin. Medina 1. 2. q. 19. art. 6. Granado 1. 2. controuerſia 2. tract. 12. diſp. 4. ſect. 3. num. 23. Bonacina tomo 1. diſp. 2. q. 4. puncto 9. numero 4. Layman tract. 1. cap. 5. §. 2. n. 7. aſſertione 2. Salas 1. 2. q. 21. trac. 8. diſp. vnica ſect. 6. n. 66. iſtam aſſerit probabilio-

rem

rem & veriorem Azor vbi supra,& plu-
6 ribus argumentis firmat: nam cuiq. fas est probabile cõsilium alterius sequi cõtra propriũ & cuiq. licitum est communem opinionem eligere vel saltem tutiorem vel probabiliorem ; atque si ego probabiliter putem hominem à lõginquo à me visum esse Titium;contra vero alij, qui mecum vna sunt , sentiant non esse Titium,possum prudenter cõtra meam opinionẽ,aliorũ sententiæ assentiri,vel quia plures sunt , vel quia puto eos certius ac perspicacius remota cernere , ergo possum etiam in alijs , prudenter contra meam sententiam, aliorũ opinionem amplecti.

7 Maior difficultas est an Doctor sentiẽs contrarium,possit tuta cõscientia opinioni pluriũ,quæ probabilis sit,subscribere, propria opinione retẽta. & in hac etiam quæstione affirmatiuè concludunt Azor qui supra in d.quæstio. 7. Vazquez vbi
8 supra in d.disputat.61 c.4.& alij nam ait Azor citatus opus nõ esse quod propriã nos opinionem deseramus vt aliorũ ; iurium contrariã probabilem sequamur, quia habet quis propriam opinionem ex rationibus & principijs à re ipsa sũptis ex quibus iudicat aliquid sibi non licere facere,at vero ex principijs communibus vel extrinsecus ductis , videlicet ex aliorum probabili consilio vel sẽtentia (quam sequi cuiq.licet) existimat illud se posse tuta conscientia facere & hoc esse sibi faciendum. idem dixit Azor d.par.1 inst.moral.lib.1 capite 16. quæst.2.lit.A.& D,vbi exemplum ponit in eo qui ob rationes quas putat ex mutui natura deductas,fertit se peccare si ex mutuo commodum exigat & accipiat ratione lucri cessantis ; & nihilominus credit se nihil mali committere id emolumenti ex mutuo petendo , quia nouit esse opinionem cõmunẽ,maximè probabilẽ,asserentem nullũ in ea re cõmitti peccatum. & inferius exemplum constituit in eo qui ex principijs à re sumptis putat fas nõ esse in die festo iter facere , attamen quia nouit probabilem esse multorũ sententiã,tutò iter fieri in die festo,existimat ex opinione probabili hoc sentientiũ,sibi licere in die festo iter conficere.Et confirmatur quia id bene agitur,quod prudenter agitur: sed qui in agendo opinionem Doctorũ probabilẽ sequitur,prudenter rem gerit,ergo bene agit.His optime congruit sentẽtia Tho- 9
mæ Sanchez tom. 1. operis moralis lib. 1.cap.9.à num.15.vbi n.14.post innumeros Doctores hanc partẽ iustinentes defendit & tenet,licere cuiq.in foro conscientiæ operari iuxta aliorũ probabilẽ opinionem contra propriam etiãtutiorẽ; quia cum omnimoda de rebus certitudo haberi nequeat, ad eã Deus minimè nos obligauit,sed ad operandum cũ morali certitudine,qualis in opinione probabili reperitur.& nu.15.post Vazquez & Azor supra citatos extendit etiã propria opinione tanquam probabiliori retenta.& n.19.post Vazquez,Salas, Sayr. 10
Metin.Ludou.Lopez deducit ex his,licitè quẽque viros doctos atq. etiã confessarios posse contra propriam opinionẽ alijs consulere , sequendo alienam quã probabilem esse putant , quia si ipsi licet licet hanc opinionem sequi, cur non licebit eam alijs consulere ? & nu. 20.subijcit imò posse modo iuxta vnam, modo iuxta contrariam opinionem cõsulere si vtraque probabilis sit,quamuis melius sit semper iuxta eandem,& maximè in scriptis ; ne varij deprehendantur,quia veramq.& tibi & alijs consulendam opinionem tanquã probabilem amplecti possint , etsi alteram probabiliorẽ credãt.post Vazquez n.2. disput.62.cap.9. num.47.& addit hanc varietatis deprehẽsionẽ posse facile vitari, si consulens siue verbo , siue scripto asserat , quamuis contraria opinio probabilior sit , hanc quoque tanquam probabilem posse tuto amplecti. 11
& numero 22. post quamplurimos DD. quos remittit citat , indistinctè tradit licere opinionem minus probabilem amplecti ac eam consulere.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

12 Contrà quidam, quos tacito nomine refert Azor par. 1. instit. moral. lib. 2. cap. 17. quæstio. 7. in fin. & meminit Sanchez qui supra capite 9. num. 15. aiunt necesse esse nos propriã opinionem deponere, si aliorum sententiam sequamur. conducit doctrina Vincentij Filliucij tom. 2. quæstionum moralium tractatio. 21. ca. 4. nu. 149. vbi tenet eum qui consulitur, absolutè loquendo, teneri ad respondẽdum secundum propriam opinionem, non autem secundum opinionem aliorũ etiã probabilẽ, & rationem reddit, quia ideo interrogatur vt respondeat secundum propriam opinionem ob existimationem eius doctrinæ & boni nominis, vnde (inquit) si responderet secundum opinionem aliorum, videretur quodammodo decipere eum qui consulit, nisi deposito proprio dictamine, prudenter aliorum opinioni adhæreret.

13 Hæc Filliucij opinio, præterquã quod ei aduersatur auctoritas doctissimi Thomæ Sanchez modo citati & aliorũ quos Sanchez allegat, cum tamẽ Filliucius pro sua sententia nullum Doctorẽ adducat, ratione cõuinci posse videtur, nã si cuiq. in foro animæ licet operari sibi iuxta aliorũ probabilẽ opinionẽ, cõtra propriã vti innumeri quorũ supra meminimus, tenuerũt, quare nõ licebit eidẽ ita operari alijs sicut sibi, & per consequens ita alijs consulere? cum solum quis lege diuina prohibeatur, alij facere, quod sibi nolit fieri cap. 1. dist. 1. & prius quis sibi prospicere & consulere debeat quã alijs, quia prima charitas incipit à se ipso l. præses C. de seruitut. & aqua ca. qui vult ordinare 19. de pœniten. dis. 3. & ibi glo. in verb. *se ipso*. S. Paul. 2. ad Corinthi. 5. D. Thomas 2. 2. q. 32. art. 6. Stephan. Gratia. dis. forens. tomo 1. capite 176.

14 num. 2. Quod enim Filliucius ait eũ qui consulitur, de sua opinione, non aliorum interrogari, regulariter verũ non credo, sed interrogari quid Doctores in ea materia, de qua factum proponitur, resoluant & concludant & quam ipse qui consiliũ petit, sentẽtiã sequi possit, nã hic intendit se securum super illo facto, in quo dubius est, reddere, & actiones suas rectè dirigere, aliàs sequeretur quod Doctor quoties consulitur, teneretur omnes rationes & fundamenta pro vtraq. parte ab scriptoribus tradita, quæq. excogitari possunt in materia, expẽdere & scrutari & dictamen rationis suæ experiri, probando quid sentiat, quod tamen in praxi sæpissimè consultores omittunt, solum attendentes Doctorum conclusiones iuxta quas respondent, quamuis nõ defiteor euenire aliquãdo vt Doctor consultus censeatur de sua opinione, nõ aliorũ interrogari, veluti cũ aliquis insignis Doctor interrogatur à viris doctis, qui opiniones Doctorum super quæstione proposita callent & quæ receptior quæq. communis sit Doctorum traditio, non ignorant. Vidi post hæc scripta P. Anthoninum Diana resol. moral. par. 2. tractat. 13. resol. 14. vbi contra prædictam Filliucij opinionẽ, licet Filliuciũ nõ citet, resoluit post plures alios Doctores, & suã resolutionẽ defendit. Subijcit Filliucius dicto loco, posse cõsultorẽ respõdere secũdũ aliorũ sentẽtiã probabilẽ, si eum propriam, vel quia singularis est, vel quia dubia, vel alia iusta de causa, dicere nolit, respondeat dari talem vel talẽ sententiam probabilem DD. sic enim agnoscet qui consulit, eã sententiã tãquã aliorum, non tanquam eius qui cõsulitur. 15 16

Ea conclusio quod Doctor sentiens contrarium, potest tuta conscientia opinioni plurium probabili subscribere, propria opinione retenta, limitatur in iudice seu coniudice, quoniam iudex vbi sunt contrariæ Doctorum opiniones super iure, iuxta quod causa decidenda est, tenetur ferre sententiam secundum opinionẽ, quam probabiliorem iudicat, cum enim ipse à Republica iudex constitutus sit, hoc ipso iudicio ipsius committitur, vt causam illam dirimat, pro vt ei melius & magis consentaneum rationi videbitur. ita Bañes 2. 2. quæstio. 63. articul. 4. dubio. 41. Soto lib. 17

to lib. 3. de iustit. & iur. q. 6. art. 5. ad 4. Valentia 2. 2. disput. 5. quæst. 7. punc. 4. dub. 3. Manuel 1. tom. Sum. in 2. editio. c. 6. n. 1. concl. 1. Ledesma 2. par. 4. quæst. 54. art. 6. Vazquez 1. 2. q. 19. art. 6. disput. 64. cap. 2. numero 5. Azor. tomo 1. lib. 2. instit. mora. ca. 17. quæst. vlt. Tenet hãc & probabiliorem ac veriorem ait Sanchez vbi supra d. cap. 9. num. 47. sicque. in iudice limitat quod antea n. 14. & 15. dixerat licere cuiq. in foro conscientię operari iuxta aliorum probabilem opinionem contra propriam & propria o-
18 pinione retenta : quamuis non desint qui censent posse iudicem sententiam ferre iuxta opinionem quam minus probabilem putat, quos refert Sanchez d. c. 9. n. 46. & illis adde Antoninum Diana resolutionum moralium par. 1. tractat. 13. resolut. 3. vbi hanc vocat probabilẽ DD. sententiam.

19 Nauar. etiam cap. 25. num. 57. & Filliuci. tom. 2. quæstio. morali. tractatio. 21. cap. 4. num. 148. tenent Doctorem in docendo probabiliorem sententiam sequi debere præsertim in rebus grauibus, quod ideo illi tale munus commissum sit, vt discipulos doceat probabiliora in rebus, quarum certitudo non est. Salas 1. 2. q. 21. trac. 8. disp. vnic. sectio. 6. nu. 69. tacito nomine quosdam refert sentiẽtes, præceptores peccare non docendo opiniones, quas probabiliores iudicant, & reprehendit eò quod sœpè opinionem suam singularem eos tacere oporteat, ne cum aliorum scandalo, ab opinione communiter recepta deuient. Sanchez autem qui supra d. capite 9. nu. 26. dicit merito reprehendi à dicto Salas, eum tamen non explicare quid dicendum, quando nulla causa iusta excusans adest; vnde credit Sanchez ibi, tũc non esse mortale, cum doceant opinionem, quam vere probabilem reputant, at (inquit) erit culpa venialis, quia non fideliter docent quod sentiunt ac nonnullam discipulis iniuriam irrogant.

20 Nimia valde est quorundam Doctorum consultorum (vt experimur) facilitas in subscribendo aliorum consilijs, etiam aliquando non lectis vel velocissimè lectis ita vt vix sensum verborum percipiant, qui propter suas opiniones, quas si animaduertissent vel veritatem illarũ indagassent, contrarium vtique dixissent, non leuia damna partibus irrogant, vnde Rebuffus in commentarijs ad constitutio. regia. tom. 1. tractat. de sententijs exequutorijs artic. 16. glosa final. vbi asserit Doctorem non teneri subscribere, quando non est illius sententiæ, conqueritur de aliquibus aduocatis iuuenibus, qui se passim subscribunt omnibus opinionibus aliorum, etiam si verè non sint illius sentẽtiæ, cum ipsi fortè nullius sint nec iudicij, sed decisiones aliorũ bonas, malasue sequuntur sicut grues primam, de quibus in cap. in apibus 7. q. 1. Stepha. 21 Gratia. dis. for. tomo 3. ca. 547. nu. 22. admonet aduocatos ne scripturis per quoscunq. factis subscribant ne eorum fama attenuetur cum similes scripturæ declarentur ineptæ quando ad manus iudicũ peritorum deueniunt, & inciuile sit iudicare vel respondere de iure nisi cognitis omnibus quæ ad causam pertinent, & singulis perspectis quæ vtilitas negocij postulat l. inciuile de legib. l. de his cõtrouersijs ff. de transactio.

Vidi post hæc scripta Patrẽm Eanuelẽ 22 Rodricum qq. regularium tom. 2. q. 45. artic. 10. vbi quærit an debeant Patres Definitores subscribere sententiæ latæ á Prælato, quam in Definitorio non approbauerunt. & respondet posse subscribere, si maior pars Definitorum consenserit. Roderici verba sunt ista. *Respondeo dicendo quod definitores & consiliarij habẽt in religionibus votũ non solũ consultiuum, sed etiã decisiuũ, & sic quãdo ad causas decidendas vocantur, quasi eorũ authoritas sit necessaria, vocantur, cum constitutionibus Regularibus auctoritate Apostolica factis votum decisiuum hoc includat, vnde non tenentur subscribere, nisi id quod decisiuè secundum eorũ conscientiam determinant: verum est quod consentiente maiori parte, po-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

test Definitor dissentiens propria manu dictam sententiam & consultationem subscribere, tunc enim non potest non id sequi, quod à pluribus probatum fuisse videt, quauis ipse cum alijs contradixerit, vt notatur in l. quod maior ff. ad municipal. c. 1. de his quæ fiũt à maior. part. & tradit Abbas in c. ex par. de concessi. præben. n. 3. & in c. postulasti n. 14 eod. tit. nam ille qui dissentit, tunc quando firmat & subscribit, priorem sententiam tanquam minus probabilem deponere existimatur, atq. intellectum suum cum humilitate captiuat, vt frequentiori sententiæ tanquam prudentiori adhæreat argumento l. si pares de arbitr. Hactenus Rodericus.

23 Ex cuius verbis supra expressis satis colligitur quod idem respondisset in quæstione illa an vnus iudex possit subscribere sententiæ suorũ coniudicũ vti maioris partis, quam ipse non approbauit.

EX QVÆST. VI.

SVMMARIVM.

1 PRo fisco quilibet agere potest.

2 Fiscus speciales aduocatos habet pro tuitione causarum suarum.

3 Fisci aduocatus à quo primũ institutus sit, & de eius officio à quibus leges latæ sint.
Quid in Cathalonia.

4 Olim fuere constituti duo Aduocati Fiscales, & nũc in Cathalonia, æqualiter priuilegiati.

5 Quod salarium, & quæ dona reciperent olim Aduocati Fiscales, & quo tẽpore soluerentur.

6 Aduocatis fiscalibus Cathaloniæ prohibitũ est accipere esculenta seu poculenta aut alia salaria extra constitutum, & de pœna contrafacientium.

7 Aduocati Fiscalis officiũ olim annale seu biennale erat: hodie in Cathalonia perpetuum est.

8 Fisci aduocatus per quem debeat eligi, & an possit eligi per delegatum Principis.

9 Fiscum iure proprio solus Princeps habet.

10 Fisci Aduocati officium in quo cõsistat.
Debet renunciare liti introductæ, si viderit aduersarium fouere bonam causam.
Debet esse solicitus, vt causæ fiscales prius quam aliæ priuatorum, expediantur.

11 Fisci aduocatus non potest postulare pro priuatis.
Nullum ei ratiocinium imponitur: potest tamen esse arbiter.
Excusatur à legationibus.

12 Non potest si à Rege stipendiatus sit, cõtra illum aduocare vel consulere, nisi pro filijs, parentibus, & vxoribus, & alijs de familia vsq. ad quartum gradum, vel pro pupillo, cuius sit tutor.

13 Cõtrafaciẽs priuatur officio & stipẽdijs.
Sic Doctor priuatur lectura, clericus beneficio, miles militia, aduocando contra eum à quo habẽt lecturã, beneficiũ, vel militiã.

14 Aduocatus fisci qui non habet iusta stipendia, non prohibetur consulere in causis quæ non tangunt Regem.
Quid in Cathalonia.

15 Princeps quãdoque propter personæ excellentiam præbet fisci aduocato licentiam, vt pro priuato consulat.
Si fisci aduocatus non est generalis, non prohibetur in alijs causis priuatorum, etiam contra fiscum aduocare.

16 Fisci aduocatus prætextu salarij non soluti nõ potest deserere causã, & cõtra fiscũ aduocare: secus in causis priuatorum.

17 Fisci aduocatus ex quibus Doctoribus eligatur.
In Cathalonia an possit esse vnus ex Regijs Auditoribus: & an vtilius sit, ne sit de Regijs Auditoribus, & quid seruetur.

18 Fisci aduocatus dicitur habere Dignitatem, & inter clarissimos connumeratur.
Incedit togatus sicut alij Regij Consiliarij: & sedet coram Principe, & in foro cum Senatoribus.

19 Præfertur omnibus aduocatis, etiam doctioribus & antiquioribus se.

20 In Cathalonia si non est ex numero Doctorum Regij Concilij, non præcedit in sedẽdo vel eũdo alicui ex dictis Doctoribus.

21 Fisci aduocatus per adeptionem sui officij liberatur à patria potestate, & à cohertab

UAB Biblioteca de Ciencies Socials

tali conditione, vel altera vilior, vna cũ liberis, ante officium etiam natis.

22 Exemptus est ab omni onere & contributione plebeia vna cum dd. liberis.

A tutela excusatur.

A collectis & alijs impositionibus immunis est.

23 Non tenetur milites in domo sua suscipere; nec tenetur ad custodiã Ciuitatis, neq. ad excubias, nisi in subsidium & ex causa necessitatis.

Methatores qui dicantur.

24 Aduocatus fisci non torquetur.

Non conuenitur nisi coram Præside.

Non tenetur pro suis causis ad sportulas præter hic descriptas.

Post finitũ officiũ habet vnam ex suis domibus exemptam ab onere imponendorũ stipendiorum.

25 Aduocati Fiscales sunt Regijs Senatorib⁹ pares, & cũ nobilib⁹ cõnumerãtur, vna cũ vxoribus eorum etiã viduis, atque filijs.

Quid in Cathalonia.

Aduocatorum Regiorum filij, si sint sufficienter, sunt præferendi cæteris.

26 Priuilegia Aduocatorum fiscalium qui DD. tradant.

27 Fisci Aduocatus in omnibus causis patrimonij Regij & fiscalibus examinandis & decidendis intereſſe debet.

Procurator Cæsaris nihil constituere, nec de vlla re iuire cognitionem potest, nisi præsente aduocato fisci.

Lucra fisco delata, inconsulto fisci aduocato repudiari nrqueunt.

28 Opponitur de tex. in l. proxime ff. de his quæ in testã. delẽ. & soluitur contrariũ, traditurq. intellectus ad d. l. proxime.

29 An in causis criminalibus examinãdis debeat fisci aduocatus de iure Communi intereſſe.

30 Quid circa ista in Cathalonia Generalibus constitutionibus cautum sit; & consuetudine receptam, & an Fisci aduocati votum sit decisiuum.

31 An in domo Generalis Cathaloniæ, cum fiscũ ex Regijs priuilegijs habeat, aduocatus fiscalis habeat votũ, vel dũtaxat intereſſentiam, possitque compellere Aſſeſſores vt coram se vota præbeant.

32 Fisci procurator non potest præsens esse, dum causa deciditur.

33 Si fisci aduocatus renuerit instantiam facere contra aliquem delatum, contra quẽ adest partis instantia, tenetur super hoc stare deliberationi Regij Concilij.

34 Fisci aduocati præsentia in Concilo, dum causæ fiscales tractantur & deciduntur, quid operetur.

35 Si fisci aduocatus non interuenit in examine vel decisione causæ fiscalis, sententia contra fiscum lata est nulla, nec opus est appellatione, vel supplicatione, seu in integrum restitutione.

Sentẽtia lata cõtra priuatã personã, prætextu absentiæ sui aduocati non rescinditur.

36 Sẽtẽtia pro fisco lata quãuis absente fisci aduocato & procuratore, valet, & quare.

Si fienda est pronunciatio in præsentia alicuius, & hic requisitus nõ interfit, valet.

37 Examinatur circa hæc veritas glosæ in l. fin. C. de aduoc. fisc.

An factum contra legem nullum sit.

38 Fisci aduocatũ interuenisse in examine & decisione causæ quomodo probetur.

39 An à sẽtẽtia cõtra fiscũ lata detur appellatio vel supplicatio, & ũ fisci aduocatus de iure Cõmuni interfit in examine causæ, & de iure Cathaloniæ etiã votũ præbeat suũ.

Quid de iure Communi, & quid iure Cathaloniæ.

40 An ratio finalis, quare in Cathalonia à sẽtẽtijs cõtra fiscũ latis appellari vel supplicari nec in Ciuilibus nec in Criminalibus possit, & sic ratio finalis cõstitutionis 7. tit. de appellatiõs y nullitats de sẽtẽtias, sit quia fisci aduocatus in decisionibus causarũ fiscaliũ votũ præbet. afferũtur vtriusque partis argumenta. & n. seqq.

41 Arguitur pro opinione affirmatiua ex verbis dictæ constitutionis, & auctoritate Calicij, & alijs. cum n. 42.

43 Item arguitur auctoritate Thomæ Micres.

44 Dictio forte, vel forsitan, in legibus & responsis Doctorũ an inducat dubitationẽ vel tantũmodo temperamentum quoddã loquendi, ne nimis sibi arrogare videãtur.

45 *Arguitur pro dicta opinione affirmatiua auctoritate Michaelis Ferrerij.*

46 *Itẽ auctoritate don Ludouici à Peguera.*

Licet fisci aduocatus in Cathalonia nõ possit appellare à sentẽtia contra fiscum lata, potest tamẽ se iuuare appellatione aduersarij, & ita petere meliorari sententiam contra se latam. & n. 59.

47 *Argumenta opinionis negatiuæ ex D. Gabr. Berar. defensore huius sententiæ & n. seqq.*

48 *An dominus, qui dat iudicẽ in causa, appellet à sententia contra eũ lata, ex consuetudine Barcinonæ.*

49 *An ratio finalis constitutionis 7. tit. de appellations y nullitats de sentẽtias, sit ne fiscus vexet subditos per suas appellationes, cum nõ teneatur subire onus expẽsarum litis.*

50 *An dicta constitutio 7. dũ fiscum appellare prohibet à sententijs contra ipsũ latis, intelligenda sit tam in causis Regiæ Audientiæ, in quibus fisci aduocatus vouet, quã in alijs Tribunalibus Regijs, in quibus non habet votum.*

Respondetur argumentis Doctoris Berar. & n. seqq.

51 *Barones in Cathalonia in causis sibi & vassallis cõmunibus assignant iudices, & à sententijs contra se latis appellant.*

52 *Intellectus prædictæ consuetudinis Barcinonæ.*

Si dominus litigat per procuratorem in casu dictæ consuetudinis, cõdemnatus potest appellare.

53 *In statutis omnis recessus à iure Cõmuni est odiosus, & omnis regressus est fauorabilis.*

54 *Sententia Thomæ Mieres circa dictã cõstitutio. 7. explicatur & declaratur.*

In Regia Audientia Domini Regis, vel Protegis, aut Primogeniti non appellatur, sed supplicatur.

55 *Praxis & obseruantia in Cathalonia est, quod in Regia Audientia, in Baiulia Generali Cathaloniæ, & in Officio Magistri Rationalis Regij Aduocatus fiscalis in causis fiscalibus votũ decisiuũ præbet & fiscalis procurator non appellat: sed in Curia Primogeniti, & in alijs Curijs Regiorũ Vicariorum & Baiulorum Aduocatus fisci non vouet, & tamẽ procurator fiscalis non appellat.*

56 *Dicta constitutio 7. ex dicta obseruantia iudicorum recipit interpretationem.*

Vis consuetudinis interpretatiuæ, etiã vbi verba repugnarent, & etiam data prohibitione allegandi vsus & consuetudines.

57 *Potest appellari seu supplicari à sentẽtijs cõtra fiscũ latis in Cathalonia in causis Ciuilibus propter instrumẽta de nouo reperta.*

Dicto casu datur iure Communi in integrũ restitutio intra quadriennium.

Quid in priuatis.

58 *Vbi fiscus notoriè esset grauatus, in Cathalonia appellare potest.*

Prohibita appellatione, non censetur prohibitus recursus ad Superiorem.

59 *Alij casus in quibus Fiscus appellat vel iuuatur appellatione aduersarij.*

In rebus diuiduis appellatio vna sortis fisci, fiscum non iuuat.

60 *Potest Fiscus de nullitate sentẽtiæ dicere & ex hac causa reuisionẽ petere, licet non possit appellare; & an reuisio debeat fieri ex eisdem actis.*

61 *Epistola Regis Ferdinandi, quod Fisco condemnato concedatur reuisio, non obstante constitutione.*

Prohibita appellatione, non censetur prohibitum dicere de nullitate.

62 *In Cathalonia debebit fisci aduocatus de nullitate dicere infra eosdem dies, infra quos est licita appellatio, exceptis casibus de quibus hic.*

93 *Potest fisci aduocatus petere restitutionẽ in integrum aduersus sententiam contra fiscum latam ob lasionem. Et procedit etiam in Criminalibus.*

64 *An disposita in constitutio. 7. tit. de appellations y nullitats de sentencias, locum habeant tam in interlocutoria quam in definitiua sententia. Quid senserit Thomas Mieres, & quid obseruetur.*

Appellatione sententiæ propriè venit tantum definitiua.

Prohibita appellatione à sententia, debet intelligi de diffinitiua.

Fiſci aduocatus debet interuenire & præſens eſſe tã in interlocutoria, quam in definitiua, & quam in toto examine cauſæ, de iure Communi.

65 Contradicitur ſententia Thomæ Mieres aſſerentis quod ſi in decidenda cauſa fiſcali aduocatus fiſci requiſitus votũ non dederit, ſententia valet.

66 An fiſci aduocatus poſsit à parte recuſari ſuſpectus & remoueri. Deciſio refertur cum diſtinctione.

Examinatur veritas dictæ deciſionis, vbi affertur pragmatica Caroli Imperatoris, in eius confirmationem.

Aduocatus non poteſt recuſari ſuſpectus.

67 Impugnatur dicta deciſio in eo capite, quo vult aduocatum fiſcalem ſuſpectum eſſe præſentẽ, dũ cauſa deciditur, & alĩ aduocatum fiſci nomine votum dare.

Dominus Rex poteſt habere plures aduocatos fiſcales in quacũque cauſa, vnus tamen poteſt vouere & præſens eſſe, cum cauſa deciditur.

68 Fiſci aduocatus poteſt in vna cauſa bis ac ter votum deciſiuum & numerabile in Regio Conciſlio dare in diuerſis inſtantijs. refertur deciſio Regiæ Audientiæ.

69 Alia deciſio per Regium viſitatorem generalem Regiorum officialiũ Cathaloniæ.

70 Fiſci aduocatus non poteſt eſſe relator ſiue iudex cauſæ fiſcalis.

Iudex & aduocatus in eadẽ cauſa quis eſſe non poteſt.

71 Fiſci aduocatus ſeu procurator non comparet, niſi coram ſuis iudicibus fiſcalibus, ſiue agat, ſiue conueniatur.

Et trahit reos ad Iudices eius, etiam eos, cõtra quos ex ſpeciali priuilegio agit.

Miſerabiles perſonæ non gaudent fori priuilegio contra Fiſcum.

72 In Cathalonia ſub conſtitutionib° diſponẽtibus cauſas Vicariæ intra Vicariam tractari debere, non continentur cauſæ Regij patrimonij, ſicut nec Regiorũ officialiũ.

73 Iudex Regij patrimonij eſt Procurator Cæſaris; & in Cathalonia Baiulus Generalis, & Magiſter Rationalis.

74 Quando Fiſcus non agit principaliter, ſed pro ſuo intereſſe comparet in aliqua cauſa inter alios verſante, an trahat cauſam ad ſuum forum. referuntur cõtrariæ DD. ſententiæ, & quæſt verior, quæque recepta in Cathalonia.

Quid in Domo Deputationis Regni.

An Fiſcus teneatur ſtare inſtantiæ per ſuũ auctorem cœptæ.

75 An Fiſcus trahat ad ſuos iudices fiſcales perſonas Eccleſiaſticas.

76 In Cathalonia de cauſis Regij patrimonij contra clericos & Eccleſiaſticas perſonas cognoſcit Baiulus Generalis, & illas, licet reæ ſint, ad ſuum forum trahit.

Et non ſolum procedit in cauſis feudalibus & emphyteoticarijs: ſed etiã alijs. & refertur deciſio Cancellarij.

77 In cauſis aquarum currentium conueniũtur perſonæ Eccleſiaſticæ corã Baulo generali Cathaloniæ. & referuntur duæ deciſiones.

78 An Fiſci aduocatus ſiue Fiſcus in cauſa ſubcumbens, in expẽſis litis condẽnari poſsit: & an altera pars Fiſco victori in cauſa. & referuntur obſeruantia diuerſorum Regnorum. & n. ſeqq.

79 Quæ ſint & à DD. aſſignentur vtriuſque dicti rationes.

80 Quid in Cathalonia.

81 Fiſci aduocatus propter ipſius dolum, vel concuſsionem, aut euidentẽ calumniam in expenſis de bonis proprijs condẽnatur. refertur deciſio n. 86.

Damnum, quod pro vitio eius Fiſco ingeritur, reſarcire vrgetur.

82 Fiſci aduocatus excuſatur a pœna præſũptæ calumniæ.

83 Pœnæ aduocatorum & procuratorum fiſcalium, qui iniurijs & depredationibus quemquam vexant.

84 In Cathalonia Fiſci procurator ſi malitioſe appellauerit vel ſupplicauerit in caſu aliàs appellabili, debet in expẽſis de bonis proprijs condemnari: & vbi non habet in ære, debet alia æquipollenti pœna condemnari arbitrio iudicis.

85 Adminiſtrator qui non agnoſcit bonã fidem, ſi ſubcumbat in cauſa, debet de bonis proprijs in expenſis condemnari.

Similiter procurator Generalis: ſecus in

procuratore habente speciale mandatum.

86 Si Fisci procurator est iunctus cũ pare, & subcũbant, pars ad omnes tenetur expensas, & fisci procurator ad nullas.

Quid in Cathalonia statutũ super hoc sit.

87 An fiscus in expẽsis cõdẽnetur, remissiuè.

88 Fiscalis procurator nõ potest causam fiscalem agitare absente aduocato.

Quæ forma debeat super hoc seruari in Cathalonia in causis Criminalibus.

89 Aduocati & procuratores fiscales litem in Regia Audientia mouentes in Cathalonia contra aliquem super iurisdictione, iure, vel proprietate, quæ ad dominum Regem pertinere dicatur, quam formã præscriptam habeant ex constitutione.

90 Fisci aduocatus quando fiscalis procurator nõ est præsẽs, potest facere actus, & instantias necessarias in personã fisci procuratoris, & admittitur, & valent actus.

91 Opponitur cõtra hoc ex glo. in l. nõ intelligitur §. multa principalia ff. de iur. fisc.

An licet aduocatus fiscalis interfuerit: si tamen fisci procurator non interuenit in causa fiscali, lata sententia nulla sit.

92 Intellectus glosæ prædictæ, & solutio cõtrarij supra oppositi.

93 An fisci aduocatus possit concedere saluum conductum.

Saluus conductus in perpetuum conceditur à solo Principe vel Dominis temporalibus: ad tempus autem & ex aliquo prætextu conceditur à iudice causæ.

94 De saluo conducto testibus dando vt veniant ad deponendum.

An Superior teneatur obseruare saluũ conductum alicui à iudice inferiori ex causa datum.

Et alia de saluo conducto.

95 An in Cathalonia Fisci aduocatus possit concedere saluum conductum.

96 An fisci aduocatus possit executiuè procedere cõtra debitores fiscales, & quãdo & in quibus, & quid in Cathalonia; & refertur decisio.

97 An possit contra hæredem debitoris fiscalis & tertios possessores executiuè procedere: & refertur decisio.

An contra istos procedat in personam.

Quis dicatur tertius possessor.

98 Contra administratores ærarij publici, si debitum eorum non sit liquidum, quomodo procedat: & contra Vniuersitates debentes quintum suarum impositionum domino Regi; & quid seruetur in Officio Magistri Rationalis Regij.

99 Debitum illiquidum quod dicatur.

Interdũ incertitudo, quæ inest circa quãtitatem aut valorem rei, non impedit executionem alias paratam.

100 Vis debitorum fiscalium porrigitur ad personas militari priuilegio gaudentiũ, qui pro debitis fiscalibus capi possunt, licet aliàs pro debito ciuili non capiantur.

Quid in Fisco Generalis Cathaloniæ.

101 An iure Cõmuni capi possint pro debito ciuili, gaudẽtes priuilegio militari, & quando possint: vbi limitationes.

Et an pro debito fiscali.

102 Fœmina neque pro debito fiscali carcerari potest; & an fallat in meretrice.

Quid in Cathalonia.

103 Fiscus contra debitorem sui debitoris nõ procedit executiuè in personam.

Et quibus casibus possit excutere exigere seu conuenire debitorem sui debitoris ad differentiam priuati creditoris.

An creditor qui habet viam executiuam contra suum debitorem, habeat etiã illã contra debitorem sui debitoris.

104 An fisco obijci possit per debitorẽ fiscalem compensatio, & in quibus casibus.

105 Vbi fiscus non potest agere exequutiuè, tamen causæ fiscales sunt summariæ, etiã quando fiscus vti reus conuenitur.

Sententia in causa fiscali sine citatione nulla est, etiam à Principe lata.

106 Fisci aduocatus ante diem exigere ob publicas necessitates potest debitorem fiscalẽ, & debitoris fiscalis debitorem, deducto interusurio medij temporis.

Quid si sine iusta causa exigat ante diem.

Quid si priuatus creditor ante diem exigat suum debitorem.

107 Fisci aduocatus compellit reum ad edẽdũ instrumenta ad fundandam suam agentis intentionem.

108 Intellige vt reus non cogatur edere alia instru-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

instrumenta, quã quæ ad causã pertinẽt. Neque cogatur edere, quando fiscus aliũde habere posset probationes.

109 *In causis Criminalibus reus non tenetur edere fisco instrumenta, vbi pœna corporalis infligenda est.*

Quid si pœna pecuniaria cõdemnatio faciẽda venit.

110 *Fisius non tenetur edere instrumenta alij fisco seu priuilegiato agenti.*

111 *In Cathalonia reus tenetur edere instrumenta cuiuscunque etiam priuato agenti ad fundandam suam intentionem.*

112 *Possessor à fisco conuentus vel à priuato an cogatur docere titulũ suæ possessionis.*

An Princeps possit cogere Barones vt estẽ dãt sibi iura, quæ possidẽt in aliquo Castro.

Rex an habeat intentionem fundatam quo ad propietatem rerum, quas Barones vel alij possident intra suum Regnum & an quo ad iurisdictionem tantum.

Quid si per neminem possessa sunt.

113 *Intellectus tex. in l. extat ff. de iur. fisc. & similium traditionum DD.*

114 *Tres casus fallentiales à Peregrino traditi ad d. l. extat.*

Qui Castrũ possidet in Regni limitibus, tenetur fisco ostendere titulũ suæ possessionis. Vassali habentes bona in feudum Regis, similiter tenentur.

Similiter tenetur qui Regalia possidet, nisi se tueretur possessione immemoriali vel præscriptione, & quãti temporis esse hæc debeat.

115 *Referuntur nonnullæ causarum decisiones, in quib⁹ obseruata fuit prædicta theorica immemorialis possessionis.*

116 *An fisci priuilegia transeant ad habẽtes causam ab eo, vt cessionarios, cõductores, & emptores.*

An Fiscus succedens priuato, vtatur fiscali priuilegio : vbi distinguitur inter tempus præteritum & futurum.

Et idem in minore succedente maiori.

117 *Fisci aduocatus cogit notarios penes quos extant instrumenta, pro interesse Fisci ad illorum exhibitionem. Et quid super his sanxerit Rex Alphonsus.*

118 *A Fisci aduocato Baiuliæ Generalis Cathaloniæ cõpellantur quicunque notarij pro interesse Fisci tradere copias quarumcunque scripturarum soluto tantum iure scribendi, sine aliquo salario.*

119 *Debita fiscalia non comprehendũtur sub saluo conducto alicui concesso, vt pro debito ciuili non exigatur.*

An sub generali saluo conducto contineãtur debita iurata.

Fisci priuilegium vt tollatur, requiritur specialis mentio.

Priuilegiũ fori miserabilibus personis concessum non procedit contra Fiscum.

120 *Fiscus gaudet beneficio restitutionis in integrum tum in contractibus tum in iudicijs, & in licitationibus & subhastationibus, & in omnibus ad Fiscũ spectãtib⁹.*

Et instar minoris etiã in causis lucratiuis.

121 *An in pœnis detur fisco restitutio in integrum.*

122 *An fiscus restituatur in integrum in suis licitationibus prætextu læsionis maioris quantitatis oblatæ post liberatam plus offerenti hastam fiscalem. referuntur contrariæ traditiones, & obseruantia Baiuliæ Generalis Cathaloniæ.*

In qua quantitate debeat esse læsio.

123 *Aliud Fisci remediũ in dicto casu, quod est priuilegium adiectionis in diem. & refertur de hoc obseruantia Baiuliæ Generalis Cathaloniæ.*

An remedium adiectionis in diem sit diuersum à remedio restitutionis in integrum, & quæ differentiæ intersint & de natura & qualitate vtriusque remedij.

124 *An fisci aduocatus vel procurator debeat iurare de calumnia. referuntur contrariæ traditiones DD.*

Quid obseruetur in Cathalonia.

125 *Fiscus non tenetur satisdare. & duplex assignatur ratio.*

Possidens immobilia releuatur ab onere satisdandi.

Fiscus semper dicitur soluendo, Vocaturque quasi fixus.

126 *Error Thomæ Mieres notatur.*

127 *In Regno Castellæ an Fiscus debeat satisdare.*

128 *Quid in Cathalonia*

DE

DE FISCI ADVOCATO,

QVÆST. VI.

1

Isci causa adeo priuilegiata est vt quilibet pro eo agere possit, vt asserũt Bal. in c. 1. §. iniuria tit. de pace tenen. Afflic. in c. 1. num. 62. tit. de duob. frat. Bart. post glo. in rubr. ff. de popul. actio. Peregri. de iur. fisc. lib. 7. tit. 2. num. 17. ideoque merito
2 speciales & peculiares aduocatos Fiscus habet pro defentione & tutione rerum. causarumque suarum tot. tit. C. de aduoc. f.sc. Mastril. de magistra. lib. 5. c. 8.
3 num. 65. Aduocatus quidem Fisci primũ ab Adriano institutus est secundum Budeum in suis annotat. in Pandectas in l. fi. ff. de offic. quæstor. quod etiã tradidit Ælius Spartianus in vita Imperatoris Adriani. De fisci aduocato & eius officio latæ sunt leges ab Antonino, Valeriano, & Gallieno, deinde à Constantino & Theodosio Augustis, vt notarunt Oroscius in rub. ff. de offic. procurat. Cæsar. & Afflic. in constitutio. Sciciliæ lib. 1. rub. 58. In nostra autem Cathalonia extat integer. titulus *de offici de aduocats y procuradors fiscals* in 1. volum. constitut.
4 Duo fuerunt Aduocati fiscales olim cõstituti, vt & nunc in nostra Regia Audientia Cathaloniæ duo sunt, alter scilicet in Ciuilibus & alter in Criminalib⁹ causis l. binos & l. post duos C. de aduoc. diuers. iudic. & illa priuilegia quæ concedebãtur vni, eõcedebantur & alteri, vt
5 ibidem patet. Vterque Aduocatus Fisci sexcentos aureos pro stipendijs habere debebat ne post decursum celerem aduocationis & labores glorioſos egeni exirent l. per hanc §. sexcenti autem aurei C. de aduoc. diuers. iudi. quamuis Iustinianus in l. restituendæ in pri. C. illo tit. de aduoc. diuers. iudic. statuerit sexaginta libras auri eisdem dari debere. Et debebat solui salarium non in fine temporis sed chalendis Octobris sine cũctatione d. §. sexcenti. & à manu Principis in singulas Ianuarij chalendas liberaliter dona recipiebant l. laudabile C. de aduoc. diuers. iudic. quę glo. ibi in verb. *solatia*. appellat *strenas*. Aduocati fiscales Regiæ Audientiæ in Cathalonia sua certa salaria habent: & tam illis quam alijs 6
aduocatis fiscalibus totius Cathaloniæ prohibitum est sub pœna priuationis officij extra eorum solitum salarium recipere esculenta seu poculenta, nec alia salaria ratione causarum criminalium cõstitut. *Statuim.* 10. tit. *de offic. de aduoc. y procur. fisc.* imò hoc prætextu aliquando vndecupli pœna feriuntur in cap. fin. tit. *de remissions de crims* in 2. volum. constitution. Erat autem Aduocati fiscalis 7
officium olim annale l. cum aduocatis & l. binos C. de aduoc. diuers. iudic. aut ad summum biennale l. sancimus 2. nom. & l. fin. illo tit. & l. iubemus tit. seq. hodie vero in hac Prouincia est perpetuũ
id est ad vitam obtinentis. Eligitur & 8
constituitur Fisci Aduocatus per Principem supremum l. 1. ff. de offic. procurant. Cæsar. seu per iudices & commissarios in id habentes auctoritatem. Attamen iudex à Principe delegatus in causa fiscali, non potest ipse eligere aduocatum & procuratorem fiscalem in ea causa: & si elegerit, processus cum eo formatus erit nullus vt profitẽtur Afflic. decis.

360. Rest. de Imper. q. 110. casu 247. Peregri. de iur. fisc. li. 7. tit. 2. n. 5. Chassan. in catal glor. mund. par. 7. consider. 39. Fiscũ iure proprio solus Princeps habet, Io. de Platea, Alex. & Bal. in rub. C. de iur. fis. li. 10. Couar. var. reso. li. 2. c. 10. n. 11. Andr. in tit. quæ sint regalia, verb. rũ, & bona cõmittentiũ n. 77. Laudẽ de fisco q. 207.

10 Fisci aduocatus iura & rationes pro Fisco faciẽtes subtiliter inducere debet pro vt induxit Calphurnius Longinus Aduocatus Fiscalis Antonini Imperatoris in l. proxime ff. de his quæ in testam. delen. ita tamen vt fisci nomine priuatis nõ audeat calumnias commouere aut calumniosas actiones instituere l. fisc. aduocatus pen. C. de aduoc. fisc. ad exemplum tutoris l. quoties §. nec vtiq. ff. de admin. tutor. Iacob. Calicii in margarit. Fisci dub. 1. nu. 3. versic. *Secundo.* & versic. *Quarto.* Peregri. d. tit. 2. n. 7. vnde dicit Garcia de nobilita. Hisp. a gl. 03. §. 1. n. 30. quod aduocatus fiscalis potest, imò debet renuntiare liti iã introductæ, si tunc incipit cognoscere aduersariũ fouere bonã causã, si autẽ malã. Debet esse solicitus vt causæ fiscales prius quam aliæ causæ priuatorũ in Concilio Regio aut sacra Audientia proponantur, examinentur, & expediantur l. apud Iul. anũ ff. de iur. fisc. Cali. d. dub. 1. versi. 6. n. 5.

11 Nõ potest fisci aduocat⁹ postulare pro priuatis l. pen. itunc. ibi glo. & Bald. C. ne fisc. vel resp. sub. Paul. in l. cum allegas C. illo tit. satis enim superque ad regia negocia occupatus est, ideo negocia aliorum omittere debet, Rebuff. in concordat. tit. de electio. derogatio. in verb. *aduocatum.* priuilegio 8. imò statuitur vt nulla fisci aduocato inspectio ingeratur, nulla discussio, nullũ ratiocinium imponatur, nullum denique ei mandetur præter arbitriũ l. sancimus 1. C. de aduoc. diuers. iudic. &

12 dicit ibi Abbas quod à legationibus excusatur & alijs muneribus. Est etiã cautũ in iure quod fisci aduocatus salariatus seu stipendiatus à domino Regẽ nõ potest cõtra dominum Regẽ consulere seu aduocare vt l. 2. C. de aduoc. diuers. iudi. l. 1. C. de aduoc. fisc. nisi pro se, filijs, parentibus, & vxoribus & alijs suis de parẽtela usq; familia vsq; ad quartũ gradũ vel pro pupillo, cuius est tutor, quia nũquã contra tales visus est promisisse aduocationẽ vt l. pen. t. onẽ 5. penul. C. de aduoc. diuers. iudic. ita notãt Bald. in d. l. petitionẽ. vbi adducit in argumentũ tex. in l. amicissimos C. de ext. tut. Calicii in margarit. fisci dubi. 1. versic. *Septimo.* n. 6. qui pro his allegat quoq. bonũ tex. in l. pen. ff. de postulan. Peregri. de iur. fisc. d. tit. 2. n. 9. vbi citat l. pen & fi ff. de postula. & n. 8. ait quod fisci aduocatus non cogitur contra se & suos patrocinari. d. l. petitionem. quia prima charitas incipit à se ipso l. præses C. de seru. tut. & aqu. Rebuffus in concordat. 13
tit. de electio. derogatio. in verb. *aduocatũ* priuileg. 9. probat quod fisci aduocatus consulens contra fiscum, priuatur officio & stipendijs, & idẽ dicit in Doctore vt priuatur lectura, clericus beneficio, miles militia glo. in ca. si Imperator 96. dist. & in ca. 1. 1. q. vlti. Sentit tamẽ idẽ Rebuffus 14
nec non et iã Chassan. in catal. glor. mundi. p. 7. consider. 33. quod fisci aduocatus qui non habet iusta stipendia, nõ prohibetur consulere in causis quæ non tangunt Regẽ & vbi non consuleret contra Regem vel contra causã Regis, quia aliàs non inueniretur doctus qui hoc officiũ aduocationis fiscalis suscipere vellet. Sic in Cathalonia fisci aduocati regiarũ curiarũ sci licet Vicariorũ & Baiulorũ pro priuatis aduocant quia non habent congruum salariũ, vnde viuere possint; prohibentur tamen sub pœna priuationis officij in cõstitutione 1c. tit. *de offici de aduocats y procuradors fiscals* patrocinari pro reis captis Sed & quãdoq; Rex propter personæ 15
excellentiã permittit fisci aduocato & licẽtiã ei impartitur vt pro priuato cõsulat vt supra Rebuffus notat. Deniq. si nõ esset fisci aduocatus generalis sed in vna vel altera causa fiscali, nõ prohiberetur in alijs causis priuatorũ, etiã contra fiscũ postulare, Peregri. d. ti. 2. n. 9. Fisci autẽ aduocatus in vna causa, nõ debet eã deserere pretextu salarij nõ soluti nec in ea causa cõtra fiscũ postulare l. 1 C. de aduoc. fisc. vbi 16

glo.

glo. secus sensit in causis priuatorum per tex. in l. pro perandum §. illo C. de iudic.

17 Eligitur fisci aduocatus de præstantioribus l. binos vbi Bald. notat C. de aduoc. diuers. iudic. In Cathalonia potest esse vnus ex Doctoribus Regiæ Audiētiæ & nihilominus potest aduocare causas fiscales & patrimoniales, non alias, Ferrer 3 p. obser. c. 7. qui tamen d. p. 3. ca. 8. probat & refert fuisse conclusum in Regio Concilio vtilius esse quod fisci Aduocatus non sit vnus de dictis Doctoribus. Ego vtroq. modo vidi obseruatum. & hodie obseruatur primo mo-

18 do. Dignitatē habere dicitur atq; inter clarissimos connumeratur l. 1. l. restituēdæ C. de aduoc. diuers. iudic. notant Luc. de Penna in l. 1. C. de dignitat. lib. 12. Peregri. de iur. fisc. lib. 7. titu. 2. nu. 15. Gabri. Berar. in specul. visita. ca. 12. n. 2. Cassan. in consuetu. Burgun. in rub. *desdroicts* §. 19. in glo. 1. & in §. 4. rub. *des enfans* glo. 1. Rebuff. in concordat. rubr. de electio. derogat in verb. *aduocatum*. priuil. 4. vbi citat l. nemo C. de dignitat. li. 12. Incedit togatus sicut cæteri consiliarij regij & sedet coram Principe & in foro cum Senatoribus iuxta tex. in l. laudabile C. de aduoc. diuers. iudic. Garcia de Hispan. nobilita. glo. 3. n. 9 & 10. & glo. 35.

19 n. 44 Berar. d. cap. 12. n. 2. Omnibus aduocatis etiam doctioribus & tempore antiquioribus debet preferri & præcedere, quia à Principe est approbatus ratione officij l. 2. l. restituendæ in fin. C. de aduoc. diuers. iud. Rebuff. in concordat. in d. verb. *aduocatum*. priuil 20. Chassan. in catal. glor. mund. par. 7 consideratio. 33. est enim honorabilior & nobilior quam Doctor creatus ab Vniuersitate, glo. in verb. *iudicati sūt*. in d. l. restituendæ. Garcia d. glo. 3. numero

20 10. & d. glo. 35 numero 46. Notat tamen Ferrer 3. parte obser. capite 9. quod in Regia Audientia Aduocatus fiscalis qui non est de numero Doctorum Regij Concilij, non præcedit in sedendo vel eundo Doctori Regij Concilij quamuis is aduocatus fisci fuerit prius creatus quam Doctor Regij Concilij pro consiliario Regiæ Audientiæ & ita refert decisū fuisse in ea. & ego vidi sæpius ita obseruatū in persona Doctoris Fumaz olim fisci aduocati qui nō erat ex numero Doctorū Regiæ Audientiæ.

Quare Fisci Aduocatus multa habet 21
in iure priuilegia, quædam quidem cōmunia alijs aduocatis, & quædam specialia ipsius. Nam imprimis per huius adeptionem officij liberatur à patria potestate & à cohortali seu curiali conditione vel altera viliori l. cum aduocatio. C. de aduoc. diuers. iudic. l. fin. C. de decurio. lib. 10. Garcia d. glo. 3. num. 8. & d. glo. 35. nu. 43. Peregri. d. tit. 2. num. 15. Rebuff. in d. verbo, *aduocatum*. priuil. 30. & 31. vbi dicit quod tam ipse quam eius liberi etiam ante officium nati à cohortali conditione liberantur. Exemptus est fisci aduocatus 22
ab omni onere & contributione plebeia cum patrimonio & bonis suis tam ipse quā liberi eius etiam ante susceptam aduocationem nati l. aduocatos & ibi Aretin. C. de aduocat. diuers. iudic. & etiam à tutela excusatur l. geometriæ & ibi Bart. ff. de excusat. tutor. §. item diuus instit. illo titu. A collectis & alijs impositionibus immunis est per tex. in l. actores C. de exact. tribu. lib. 10. & ibi Rebuff. quia postquam laborat pro seruitio Reipublicæ debet collectam cum seruitio compensare l. in rebus §. possunt ff. commod. & in præstatione tributorum laboris & operæ ratio habenda est l. nemo, cum l. seq. C. de decurio. lib. 10. Non tenetur milites in domo sua suscipere l. 23
iubemus C. de aduocat. diuers. iud. & ibi Salycet. & probatur in illis verbis eius legis. *nec ædiculas eorum methatorum onere molestari*. sūt enim methatores vulgo *los aposentadors* ex rub. de methatis & epidemeticis lib. 10. C. Non tenetur ad custodiam Ciuitatis nec ad excubias, tex. & ibi Bald. in l. sancimus in prima C. de aduoc. diuers. iudic. nisi in subsidium, vt notat Aretin. ibi post glo. & ex causa necessitatis, vt notatur in l. ad instructionem C. de sacros. Eccles. satis enim superque cum vigilare oportet pro causis Regijs. Non tor- 24
quetur tanquam existens in dignitate Bart. & Areti. in l. 1. C. de aduoc. diuers. iud.

iud. Non conuenitur nisi coram Præside l. iubemus C. de aduoc. diuers. iudic. & d. l. petitionē. Non tenetur pro suis causis ad sportulas præter descriptas in l. per hāc §. fi. & in l. peritiones §. pro sportulis C. de aduoc. diuers. iudic. Etiam post finitū officium vel renuntiatum vnam ex suis domibus habet exemptam ab onere imponendorum stipendiorum tex. & ibi Aretin. in l. iubemus C. de aduoc. diuers. iudic. nisi propter delictum esset officiū ademptum. Denique Aduocati fiscales sunt regijs Senatoribus pares, & cū nobilibus connumerantur neq. solum ipsi reputantur nobiles & gaudent priuilegio nobilitatis, sed etiam vxores eorum & viduæ atq. etiam filij vt docet Ioan. Garcia de Hispan. nobilit. glo. 35. num. 42. vbi citat l. iubemus C. de aduoc. diuers. iudi. & l. fœminæ ff. de Senator. & n. 46. & Rebuff. mox citandus priui. 4. Sed in hoc Principatu Cathaloniæ filij regiorum Senatorum & Aduocatorum fiscalium, & Doctorum non gaudent priuilegio nobilitatis. Sunt filij aduocatorum regiorum si sint sufficientes, præferendis cæteris iuxta l. iubemus & l. petitiones C. de aduoc. diuers. iud. Rebuff. in concorda. rub. de electio. derogatio. in verb. *aduocatum*. priuil. 17. Congerit istè Doctor in præfato verbo, *aduocatum* multa priuilegia aduocatorum fiscalium. tradunt & multa Caual. in constitut. March. lib. 2. cap. 18. ex n. 1. Hieronym. Portole. ad Molin. §. Aduocatus n. 35. Io. Garc. de Hispa. nobil. glo. 3. & glo. 35. ex n. 41. Peregri. de iur. fisc. lib. 7. tit. 2. Iacob. Calici. Fisci aduocatus Ferdinandi potentissimi Regis Aragonum in sua margarita fisci dubi. 1. Gabri. Berar. in specul. visitat. ca. 12. nu. 1. & 2. Cassan. in catal. glor. mund. par. 7. consider. 33. & 39. Tiraquel. de nobilitat. c. 2. Bellug. in specul. princip. rub. 6. n. 11. & rub. 33. Petr. Gregor. in syntag. iur. vniuer. 3. to. li. 49. c. 7. Ioan. Galli in suis arrestis siue deci. Parisienſib. q. 360.

25 26 27

Fisci aduocatus in causis patrimonij Regij & fiscalibus examinādis & decidēdis interesse debet l. fin. C. de aduoc. fisc. l. non intelligitur §. diuus Adrianus l. si fiscus ff. de iur. fisc. l. 2. C. si aduers. fisc. glo. *tertia* in fin. in c. 1. vt lite non contest. Ioa. Garcia de Hispan. nobilit. glo. 3. num. 11. & 12. vbi etiam ait quod procurator Cœsaris nec quippiam constituere nec de vlla re inire cognitionē nisi præsente aduocato fisci potest & subdit ex d. l. fin. quod si dum causa fiscalis examinatur, aduocatus fisci abesse contingat, supersedendum est. Cabedo decis. 119. n. 5. par. 2. vbi ampliat etiam si fiscus assistat, Gabri. Berar. in specu. visitat. c. 12. n. 11. vbi etiam dicit quod in omnibus causis in quibus agitur de interesse fisci, non potest aliquid expediri sine præsentia aduocati fisci. Peregrin. de iur. fisc. lib. 7. tit 2. n. 2. vbi quoque annectit quod lucra fisco delata, in consulto fisci aduocato iuxta l. 1. C. de repu. bon. post. & ibi DD. repudiari nequeunt, Aloysi. Ricci. par. 3. decis. 117. n. 3. & 4. Marc. Anton. Genuens. in prax. Eccles. quæst. 181. Calici in margari. fis. dubi. 3. n. 36. vers. 82.

28

His obstare videtur tex. in l. proximè, ibi, *Antoninus Cæsar remotis omnibus*. ff. de his quæ in testam. delent. vbi Imperator videtur innuere quod fisci aduocatus non debeat esse præsēs in Cōcilio regio vel eius Sacra Audientia cum negociū deliberatur: vnde Cæsar Vrsil. ad Afflict. decis. 366. n. 2. scribit per d. l. proximè, videri probari quod licet in causis quæ inter fiscū & priuatum agitantur, debeat interuenire fisci patronus, tamen quando causa ipsa decidit̄ seu votatur, non debeat interuenire, nam ibi Imperator amotis omnibus causam finiuit. Sed verba illa, *remotis omnibus* in d. l. proximè, exponi possūt scilicet, *aduocatis partis priuatæ*, nō fisci: pro vt ita post alios exponit Calici. in margar. dub. 1. n. 4. debet enim fisci aduocatus in deliberatione negocij interuenire, vt est tex. in l. fi. C. de aduoc. fis. & ibi Bald. & Calic. d. n. 4. & DD. supracitati, & ita videtur tenendum.

29

Censuerunt etiā aliqui DD. in causis criminalibus examinandis non debere interesse de iure Cōmuni fiscalē aduocatū, q. nō reperiatur iure cautū, & ita dixerūt Tācre. Hostiē. Io. And. & Io. de Lignā. in d. cap.

d. c. 1. vt lite non contestat. quos refert, & sequi videtur Calici. d. dubi. 1. n. 3. Sed superius citati DD. non distingunt inter causas ciuiles & criminales.

Iure Municipali Cathaloniæ & gene-
30 rali consuetudine huius Principatus Fisci Aduocatus in omnibus causis fiscalibus etiã in criminalibus examinandis & decidendis debet esse præsens & remanet in Concilio, habetque secũdũ votũ post relatorem causæ, constitutio. 7. *per tolre vexations* titul. *de appellations*, & ibi latè Mier. collatio. 8. ca. 8. constitutio. 12. *com per la bona* tit. *de la electio dels Doctors de la Audientia.* & constitutio. 15. eod. tit. & testãtur Calici. d. dubi. 1. vers. *tertio* & vers. *quinto.* sub n. 3. & 5. Berar. d. c. 12. n. 12. Ferrer. 3. par. obser. capite. 7. vbi asserit & probat ab anno 1557. ita obseruari in Regia Audientia & illius votum esse decisiuum, ac computari in numero aliorum votorum per d. constit. *Per tolre*, & extendit etiam si Fisci Aduocatus Domini Regis non esset de Doctoribus Regij Concilij. Peguer. tom. 2. decis.
31 33. num. 1. In domo Deputatorum huius Regni quæ ex regijs priuilegijs fiscum habet, fisci aduocatus non habet votum sed interessentiam in vouendo & decidendo causam & compellit assessores vt voueant coram illo vt pluries obseruari vidi. At
32 fisci procurator non potest præsens esse dũ causa deciditur constitutio. *Statuim tit. de offici de aduocats y procurad. fisc.* Si au-
33 tem fisci aduocatus renuerit instantiã facere contra aliquem delatum, quando iã adest partis instantia contra illum, super hac recusatione tenetur stare deliberationi Regij Concilij iuxta constitutio. 8. *si per lo aduocat fiscal* tit. *de ofici de aduocats y procurad. fisca.* Et operatur fisci aduocati
34 presentia in Concilio vt si videat cõmoda fiscalia occultari vel lædi vel iustitiã subuerti, silentio suo non inuoluat, sed expresse alijs vouentibus contradicat, pro vt tenetur iuxta dictũ Innocentij in c. cum in cũctis de his quæ fiunt à maiori parte capit. super verbo, *obiectum*. sicut se seruasse profitetur Calicius vbi supra n. 5. tẽpore Ferdinandi & Alphonsi Regum Aragonum quo fisci patronus fuit.

Si fisci aduocatus non interuenit in 35
examine vel decisione causæ, sentẽtia cõtra fiscum lata nulla & inualida est l. si fiscus ff. de iur. fisc. l. 3. §. diuus Adrianus ff. eod. l. fin. C. de aduoc. fisc. glo. in l. vna C. de sentent. contra fisc. latis lib. 10. Antoni. Sola ad statuta Sabaudiæ tit. de sententia glo. 5. n. 5. fol. 299. Ricci. p. 3. decis. 117. n. 3. & 4. Calici. in margarit. fisc. dub. 3. n. 36. versic. 82. Peregri. d. tit. 2. n. 2. & 3. Garcia d. glo. 3. n. 12. & 13. Rebuff. in cõcordat. in rubrica de electio. de rogatio. verbo, *aduocatum* priuil. 19. Mier. in d. cõstitut. *Per tolre* n. 37. collatio. 8. Genuens. in prax. Ecclesiast. quæst. 181. Ferrer. 3. par. obser. c. 24. versic. *Insuper.* vbi subdit sententiam esse ipso iure nullam & ideo non esse opus appellatione vel supplicatione seu in integrum restitutione. Contra priuatum autem sententia lata prætextu absentiæ sui aduocati non rescinditur etiã quod inter duos priuatos cõtendatur l. velamẽto C. de postulan. li. 1. C. de bon. posses. cõtr. tab. & ibi DD. Sententia vero pro fisco 36
lata quãuis absente fisci aduocato & procuratore, valet; quia priuilegium suum sibi nocere non debet l. acta §. fin. ff. de re iudic. l. pupillus ff. de arbit. l. non ideo minus C. de procurat. & notant in terminis Peregri. qui supra n. 3. Anton. Sola vbi supra. glo. in verb. *restituũtur* in l. nõ intelligitur 3. §. Diuus Adrianus ff. de iur. fisc. Hinc Mieres in d. constit. *Per tolre* n. 39. defendit & tenet, quod dispositum est fisci aduocatum in omnibus interuenire debere, subintelligendum esse, *si velit.* vnde Bart. in l. obseruare §. 1 ff. de offic. proconsul. ait quod si fienda est pronunciatio in præsentia alicuius, & ille non vult interesse, valet sententia eo absente lata si fuerit requisitus, iuxta notata in c. in veteri de electio.

His obstare videtur glo. verb. *suscipiat* 37
in dic. l. fin. C. de aduoc. fisc. vbi ait quod si aduocatus fisci nõ interfuit, sententia cõtra fiscũ sequuta rescinditur. ergo non est nulla, sed venit reuocanda. Sed contra istã

glosam

UAB Biblioteca de Ciències Socials

gloſam eſt d. glo. in l. vna C. de ſententijs contra fiſcum latis li. 10. quæ dicit quòd talis ſententia contra fiſcum eſt nulla & idem tenet Bart. ibi num. 2. & DD. ſupra citati & cum his receptiſſima DD. concluſio. Mihi pro nullitate dictæ ſentẽtiæ ſufficit diſpoſitio tex. in l. non dubiũ C. de legib. quæ ſtatuit factũ contra legem eſſe nullum, cuius tamen legis interpretationem & limitationis tradunt Alderan. Maſcard. de interpretati. ſtatuto concluſ. 9. per. tot. Flamini. Pariſi. de reſignatio. beneficio. tom. 1. libro 4. quæſt. 9. à numero 20. ad num. 34. Deci. conſ. 17.

38 Fiſci autem patronum interueniſſe in examine & deciſione cauſæ conſtabit ex ipſius aduocati fiſcalis ſubſcriptione, qui ſolet ſubſcribere in calce ſententiæ, Ramon conſ. 18. n. 37. imò etſi huiuſmodi deficeret ſubſcriptio, de iure tamen interfuiſſe fiſcum, ex temporis antiquitate præſumeretur l. ſciendum ff. de verb. oblig. Menoch. conſ. 100. numero 236. Idem Ramon. conſ. 18. n. 37.

39 Sed cum fiſci aduocatus interſit examini cauſarum fiſcalium, nec non etiam iure Cathaloniæ votum ſuum in earum deciſione præbeat, vt expoſui, poterit ne ipſe ſeu fiſci procurator appellare vel ſupplicare à ſententijs contra fiſcum latis? De iure communi poterit appellare l. illud ff. de appellatio. Peregri. de iur. fiſc. lib. 7. ti. 4. num. 1. Carol. Tapia in adnot. ad ius Regni Neapolitani to. 2. tit. de appella. ſuper pragma. 43. Iacob. Cancer. var. p. t. c. 17. num. 17. in noua editio. Calici. in margarit. fiſc. dubio 4. num. 15. quod etiam obtinet in criminalibus cũ nulla lex ad hoc reſiſtat, vt fatẽtur Innocen. & Abb. in c. cum clamor de teſtib. Grammat. deciſ. 14. *in cauſa magnifici.* Peregri. vbi ſupra num. 1. de his quoque Gabri. tit. de crim. cõclu. 14. At iure Cathaloniæ nec in ciuilibus nec in criminalibus poterit appellare vel ſupplicare conſtit. 7. *per tolre vexations*, quæ eſt Regis Martini anni 1409. tit. *de appellations y nullitats de ſentencias*, & ibi Mier. collatio. 8. capite 8. in pri. & n. 29. & ſeq. Ferrer 3. par. obſer. ca. 24. vbi atteſtatur fiſci appellationem non conſueuiſſe admitti. Cancer. par. 1. cap. 17. n. 15. in nouæ editio.

Ingentem cerno hodie controuerſiam 40
an ratio finalis prædictæ conſtitutionis 7. & iſtius prohibitionis ſit quod fiſci aduocatus in deciſionibus cauſarum fiſcalium votum præbet. Libet vtriuſque opinionis argumenta proponere, vt veritas eluceſcat.

Quod ea ſit finalis ratio, primum ar- 41
guitur ex verbis diſpoſitiuis illius conſtitutionis quæ videntur expreſſa, ibi. *No puxa appellar de alguna ſentencia contra ell donada, ne contra aquella ſupplicar com lo Aduocat fiſcal toſtemps ſie en lo Conſell hon la ſententia ſe acorda, è hi dona ſon vot.* & infra. *Plau al ſeñor Rey en las cauſas criminals, è axi mateix en las ciuils.* & Iacob. Calici. qui tempore domini Regis Ferdinandi fuit fiſci aduocatus, in Margarita fiſci dub. 4. num. 15. aſſerit diſpoſita in hac conſtitutione fuiſſe ante ipſam ius conſuetudinarium Cathaloniæ, & per eam conſtitutionẽ fuiſſe in ſcripto iure redactum.

Secundò, quia vt ſupra probauimus, 42
fiſci aduocatus iure Communi in omnibus cauſis fiſcalibus examinandis & decidendis intereſſe debet & tamen à ſententijs contra fiſcum latis appellat. ergo ſi iure Cathaloniæ non appellat, non alia ratione videtur quam quia in decidendo votum habet, quod iure Communi non habuit, maximè cum hæc ratio ſit in ipſa conſtitutione expreſſa.

Tertiò, pro hac opinione pugnat au- 43
ctoritas antiqui practici & lucernæ practicorum Cathaloniæ, Thomæ Mieres d. collatio. 8. ca. 8. num. 47. vbi cum ſuper eadem conſtitutione quæreret an ſi fiſci aduocatus fuerit præſens & ex iuſta cauſa noluerit votum ſuum dare, poſſit tunc procurator fiſcalis à ſentẽtia contra ipſum lata ſupplicare ſeu appellare, reſpõdet Mieres quod fortè hoc caſu poterit appellare. & hoc dictum refert & ſequi vide-

videtur Michael Ferrer 3.par.obser. ca. 24.versic. *Poterit etiam*.licet subijciat se
44 non recordari vidisse hoc practicari. Auctoritas ista Thomæ Mieres magis vrget ex notatis per Escobar de ratiocin. ca.19.nu.18.& 19.& antea per Castrens. in l.mutus in princ.ff.de procurator Cassiodor. in tit. de præben. decis.3. Alex. cons.19.n.11.lib.5.Vanti.de nullitat.proces.num.92.versic. *Vel dicuntur*.vbi asserunt quod dictio, *fortè*.vel, *forsitan*.in legibus vel responsis Doctorum non inducit dubitationem,sed temperamentũ quoddam loquendi:quia viri prudentes etiam vbi affirmatiuè & resolutiuè loquuntur, vt in plurimum quasi dubitando quæstiones decidunt, dicendo, *fortè sit*.vel, *fortè non*.ne præsumptuosi & multum de se confidentes appareant. Et ita interpretatur Escobar vbi supra textum in l. si cuius §. & si fortè ff. de vsufruc.

45 Quarto premit Micha.Ferrer Regius Senator Cathaloniæ 3.par. obser. ca. 7. vbi cum retulisset in Regio Concilio deliberatum fuisse votum aduocati fiscalis illius Senatus esse decisiuum & connumerari in numero aliorum votorum,rationem primo reddit quia verba dictæ constitutionis ibi. *è hi done son vot*. intelligi debent cum effectu: deinde sub necessitaliam rationem quia hæc constitutio disponit quod procurator fiscalis non possit à sententia contra eum lata supplicare, cum aduocatus fiscalis semper sit in Concilio,in quo sententia acordatur seu deliberatur & dat suum votũ. *Ecce* (inquit Ferrer) *quia aduocatus votat, procurator non supplicat, & si votum non connumeraretur in numero votorum & procurator non posset à sententia supplicare, dominus Rex esset deterioris conditionis quam reliqui omnes, quia omnes possunt regulariter à sententijs regijs in ciuilibus supplicare*. hactenus sunt verba Ferrerij, ex quibus apparet eum vel Regium ipsum Cõcilium sensisse quod causa finalis prohibitionis appellandi in fisco & dictæ constitutionis est quia aduocatus fiscalis votum præbet,pro vt sensisse quoque videtur idẽ Ferrer 3. p.obs. c.24. versic. *Item quamuis*.

Quinto iuuat don Ludouic.à Peguera 46
Regius Consiliarius in prax. ciuili rubr.27.de appellationib.num.48. vbi expressè dicit per d. constitutionem Regis Martini fisci aduocatum, ideo quod in Concilio regio quando causæ fiscales deciduntur, votum suum præbet, non posse appellare nec supplicare à sententijs cõtra se latis, & n.49.vbi ex traditis per Deci. in c. directe de appellatio. & in cons.49.nu.1.& per Bar.in l.2.C.quorum appella.non reci.&in cons.165.docet prætiatam constitutionem dum fisco prohibet appellationem, esse odiosam & sic stricte interpretandam, ideoque ait intelligendam esse vt licet fiscus non possit appellare à sententijs contra eum latis, possit tamen iuuare se appellatione sui aduersarij & petere melioratione sententiæ contra se latę si aduersarius appellauerit.

Pro contraria opinione scilicet quod 47
ratio finalis d.constitutionis & prohibitionis non est quia fiscalis aduocatus votum præbet, argumenta adduxit insignis Gabri. Berart Doctor Regij Concilij acerrimè defendens ac tenens hanc sententiam in speculi visitatio.ca.27.nu.33. Attingit auctor iste fundamenta prioris sententiæ, sed non meminit locorum Thomæ Mieres, Michaelis Ferrer, & dõ Ludouici Peguera quos supra citauit: argumenta autem quæ pro sua opinione formar, sunt quæ sequuntur.

Primum quia in consuetudine scripta Ciuitatis Barcinonæ, quę legitur in priuilegio Regis Petri 2.c.16. in 2. vol. constitutionum Cathaloniæ tit. *de consuetuts de Barchelona*, cauetur quod dominus qui dat iudicem in causa, non appellat à sententia contra eum in ea causa lata. 48

Secundum quia in proœmio d. con- 49
stitutionis Martini legitur ratio prohibitionis appellandi causa in fisco, nempè ne fiscus per huiusmodi appellationes

subdi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

subditos vexare posset, ibi. *Per tolre vexacions que de algun temps ença per part del fisc son estadas fetas à molts, se merce vostra señor statuir proueir, y ordenar que ningun procurador fiscal puga appellar.* &c. & hanc censet D. Berar. d. loco esse causam finalem d. constitutionis & prohibitionis, quia cum fiscus regulariter non teneatur subire onus expensarum litis, etiam si in causa subcumbat, vt dicunt Bald. in l. qui crimen n. 20. C. qui accusa. non poss. & Boer. decis. 324. subditos passim vexaret & hoc modo obuiatur calumnijs & vexationibus fiscalium.

50. Tertium quia d. constitutio dum fiscum appellare prohibet, generaliter intelligenda est tam in causis Regiæ Audientiæ in quibus fiscus vouet, quam in alijs quibuscunq. tribunalibus Principatus Cathaloniæ, in quibus fisci patronus non habet votum, vti eam intelligendam affirmat Mier. d. collatio. 8. cap. 8. num. 29. & 30. & timor prædictæ vexationis æquè militat in quibuscũque tribunalibus.

51 Primum argumentũ Doctoris Berar. iudicio meo non obstat: quia in Cathalonia Barones in causis communibus inter ipsos ex vna & eorũ subditos ex altera parte assignant iudicem qui de causa cognoscit, & ab eius iudicis sententia tam ipse Baro quam subditus appellare potest, vt latè post plures DD. tradit Anton. Olib. de iur. fisc cap. 10. n. 21. & 22. & dominus Rex esset deterioris conditionis quam Barones si fiscus appellare nõ posset ex eo quod sententia lata fuit per iu-

52 dicem ab ipso Rege creatum. Præterea localis illa consuetudo Barcinonæ quod dominus qui dat iudicem, non appellat, intelligitur de domino directo qui suo emphyteotæ dat iudicem in causis inter se & emphyteotã suum vertentibus, & tamen si iste dominus litigauit per procuratorem, condẽnatus potest appellare à iudice per ipsum dato, secundum Calici. in vsat. placitum q. 3. n. 11. Oliba de action. p. 1. li. 3. ad §. curare n. 10. Mieres in constitutio. Iacobi 2. c. 30. *Itẽ quod aliquis homo.* Solson. in stilo capibreui. post formam appellationis interpositæ per emphyteotam in prima appellatione. versic. *Deinde dicta commissio.* Dominus autem Rex per se non litigat, sed per suum procuratorem fiscalem.

Secũdum argumentum parũ mouet 53
quia ratio illa tollendarum vexationum iure etiam cõmuni considerari potest, & tamen eo iure fiscus appellat: ea autẽ altera ratio quod fisci aduocatus vouet, iure dumtaxat Cathaloniæ attendi valet, indeque hæc posterior magis videtur finalis ratio d. constitutionis vt minus recedatur à iure communi, cum in statutis omnis recessus à iure Communi sit odiosus, & omnis regressus ad ius Commune fauorabilis, ad latè tradita per Aldera. Mascar. de gener. interpr. statu. cõclus. 2.

Ad tertiũ argumentũ præsupponẽdũ 54
est Thomã Mieres non dicere in alijs tribunalibus præter Regiã Audientiã aduocatũ fisci non vouere: sed d. constitutionẽ Regis Martini prohibentẽ fisco appellationem nõ solũ locũ habere in Regia Audiẽtia domini Regis vel Proregis & primogeniti Generalis Gubernatoris Cathaloniæ, in quib⁹ nominatim cõstitutio illa loquitur, sed etiã in alijs quibuscũq. curijs regijs dicti Principatus, & ita seruari testatur, & propterea expẽdit illud verbũ cõstitutionis, *appellar ò supplicar*, nã in Regia Audientia domini Regis vel Proregis aut Primogeniti non appellatur, sed supplicatur, & similiter notat ad eundem sensum verbum illud, *officials vostres*, in ipsa constitutione positum, quod est generale. Verum quo ad votum fiscalis ad- 55
uocati veritas est, eam esse iudiciorum praxim & obseruantiam in Cathalonia, quod in Regia Audientia, atque etiã in Baiulia Generali Cathaloniæ & in tribunali officij Magistri Rationalis regij, fisci aduocatus in omnibus causis fiscalibus votũ decisiuũ præbet, & fiscalis procurator non appellat; sed in curia Primogeniti & alijs curijs Vicariorũ & Baiulorũ regiorũ aduocatus fisci nõ vouet, & tamen fisci procurator non appellat.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Hæc ſanè obſeruantia & praxis Regiorũ Ordinariorum intellectum adhibet d.cõſtitutioni,quod fiſci aduocati votum non eſt ratio finalis eiuſdem conſtitutionis & prohibitionis,& certè mihi pro iſta opinione vim incredibilẽ facit,cũ conſuetudo ſit optima legum interpres ca.cũ dilectus 5 de conſuetud.l.ſi de interpretatione l.minimè ff.de legib. Cęſar Barci. deciſ. 57.n.3.Crauet.cõſ.118.n.2.Caſſan.cõſ.35. n.22.quod extẽdit Fõtanell.to. 1.de pact. nupti.clauſ. 1.n.35.44.& 48. etiam ſi in lege vel ſtatuto adeſſent verba quæ viderẽtur obſeruãtiæ ſubſequutæ repugnare, & etiã vbi prohibitũ eſſet allegare vſus& cõſuetudines cõtra leges vel ſtatuta vt in Cathalonia,quia intelligitur nõ de cõſuetudine interpretatiua ſed de noui iuris inductiua.Et hæc licet ſciã in dd.curijs regiorũ ordinariorũ nõ agi cauſas patrimoniales domini Regis,ſed in proprijs tribunalib°Baiuliæ Generalis & Officij Magiſtri Rationalis& in gradu appellationis in Regia Audientia,nã nihil ominus vertũtur cauſæ fiſcales ſcilicet criminales.

57 Poterit fiſci aduocatus ſeu procurator appellare vel ſupplicare in cauſis ciuilibus propter inſtrumeuta denuo reperta præſtito iuramento, vt habetur expreſſe in d. conſtit. *per tolre*.quo caſu iure communi fiſco datur in integrum reſtitutio intra quadriennium l.C.hn. de temp. in integ.reſtit.latè Peregr. de iur.fiſc.lib.7. tit.4.num.3.& 4. vbi de aliorum cauſis quæ eodem priuilegio vtuntur, & quid in priuatis docet. Ripa in l. admonendi de iur. iuran. DD.in l. ſub ſpecie de re
58 iudica. Probat etiam & tenet Cancer.var. p.3.c.18.num.29.& p.1.cap.17.num. 15. in noua editio. vbi fiſcus notoriè eſſet grauatus,poſſe fiſci aduocatum non obſtante d. conſtitutione appellare & ita obſeruatum vidiſſe refert.Et verum exiſtimo:ſic enim traditur prohibita appellatione, tamen non cenſeri prohibitum recurſum ad Superiorem,Menoc.de arbitr.q.70.lib.1.num.24.& 25. Stephan. Gratian.dec.86.num.12.& appellationi eſſe locum ſi conſtat de euidenti iniuſtitia, etiam ſi verſemur in materia in qua nõ datur appellatio,Abbas & alij in cap.inter cæteras de re iudic. Gratian. dec. 202. num.4.Nata conſ.51.num. 21. Menoc. de adipiſ.poſſeſ.remed. 4. num. 850. Reſoluit quoq. poſt alios Cancer. 59 qui ſupra c.17.num.15.& 16. in Cathalonia fiſcum poſſe ſupplicationi ſeu appellationi aduerſarij adhærere, imò ſi reus cauſę ſupplicationis renuntiauerit, fiſcum qui ei adhæſerat,poſſe eam inuito reo proſequi. cenſet etiam quod ſi fiſcus habeat cauſam communem cum alio & eius litis conſors ſupplicauit, illius ſupplicatiõ non prodeſt fiſco in rebus diuiduis. & don Ludouicus à Peguera deciſ.196.num.22.deciſum refert in cauſa ſupplicationis ſeu appellationis rei ad certam pœnam condemnati in Cathalonia poſſe fiſci aduocatum licet non appellet nec ſupplicet,petere ſentẽtiam in ſui fauorem reformari,& eo petente poſſe iudicẽ dictæ cauſæ augere pœnam reo, pro qua deciſione eſt optima deciſio Surdi 143.à d.Peguera non citata.

Sed& quamuis à ſententijs cõtra fiſcũ latis non poſſit in Cathalonia fiſci aduocatus ſeu procurator appellare nec ſupplicare,poteſt tamen duobus principalibus iuris remedijs contra illas ſe iuuare. Primũ quia poteſt de nullitate ſententiæ dicere & ea ex cauſa reuiſionẽ eius petere,latiſſimè Cancer var.reſol.p.3.c.18.ex n.21.Ferrer d.c.24.verſic. *Inſuper*. Mier. in d.c. *per tolre* n.34.& 37. DD.in rubr. C.quãdo appell.nõ eſt neceſ.Peregri. d. ti.4.n.2.5.7.&10.vbi ſub n.7.docet quod ſi sẽtẽtiæ nullitas cõcernit tãtũ prolationẽ ipſius ſentẽtiæ,nõ autẽ acta,tũc ex eiſdẽ actis iteratò cognoſci & decidi debet, aliàs autẽ non ex eiſdẽ actis.In regio ar- 61 chiuo Baiuliæ Gen.Cathal.inter volumina inſtrumentorũ de feudis lib.8.fo.273. legi epiſtolã Ferdinãdi 2.ſereniſſimi Regis noſtri ad Infantẽ Henricũ Locumtenẽtẽ gen.pro cauſa fiſci regij patrimonij contra Abbatẽ Balneolarũ,vbi præcipit vt ſententiæ in qua fiſcus ſuccubuerat,

admit-

admittatur instante fisci aduocato prætextu nullitatis reuisio, non obstante præfata constitutione Regis Martini, quæ fisco prohibet appellationem. Nam prohibita appellatione non censetur prohibitum dicere de nullitate, vt fuse tradit Cancer. supra citatus d.ca. 18.nu.21. cum 3.seqq.&par.1.c.17.num.22.in noua edi.

62 In Cathalonia tamen debebit fisci aduocatus de nullitate dicere infra eosdem decem dies infra quos est licita appellatio, vt notant Mier.in d. consti.*per tolre* num. 35.& Ferrer d.ca. 24. in fin. nisi in casibus quos congerit Cancer.p.1. cap. 17. num.20. cum 2.seqq. in noua editio.

63 Secundũ remediũ est quia potest fisci aduocatus petere restitutionẽ, in integrũ aduersus sẽtẽtiã cõtra fiscũ latã, oblationẽ Ferrer 3.p.obser.d.c.24.vers.*Itẽ*. vbi ita iudicatũ obseruatũ memorat, Mier.in d. ca. *per tolre* n.40. Peregri.d.tit.4.num.1. 3.6.8.vbi sub n.1. probat etiam procedere in criminalibus, Paris de Pute.de syndicat.verb. *condemnatio*. Bossi.in tit.si aduer.rem iudic.n.9. DD.in l.1.C.de senten. aduers.fis.latis,&in l.diui ff.de pç.per eos tex. De his quoq. Gabr.ti.de crim.con.13.

64 In controuersiam venire potest an dispositã in d. constit. *per tolre*. locum habeant tam in interlocutoria quam in diffinitiua sententia. Et Mieres in eadem constit.n.36.& 37.concludit affirmatiuè, quia quamquam appellatione sententiæ propriè venit tantum diffinitiua,& cum prohibetur appellatio à sententia, debet intelligi de diffinitiua secundum Ioan.de Anania ibi n. 31. citatum: tamen expẽdit verbum *tostemps* id est *perpetuo*, in d.constit. positum & considerat iure communi fisci aduocatum in omnibus debere interuenire & esse præsentem tam in interlocutoria, quam in diffinitiua & quam in toto examine causæ fiscalis l.ad fiscum C. vbi causæ fiscales l.fin.C.de aduoc.fisc. aliàs esse nullum id quod agitur. Secundũ huius auctoris sententiam obseruatur, præterquã in interloquutorijs, quæ fiunt à iudice sine causæ cognitione in calce petitionis, quæ non transeunt in iudicatum.

Quod autem idem Mieres in d.constitut.nu.46.asserit si in causa fiscali decidenda fisci aduocatus requisitus votum non dederit, & sine eius voto sententia lata fuerit, valere sententiam, subsisto,& potius contrarium existimo verius, quia non videtur fisci aduocatus tam graue præiudiciũ domino Regi irrogare posse. 65

Sub anno 1602. orta fuit in Regio Cõcilio disceptatio an fisci aduocatus possit à parte recusari suspectus & remoueri,& tandem decisum fuit affirmatiuè quo ad votum quod habet, in quo fungitur officio iudicis, negatiuè autem in instruendo processu, interessendo in concilio dum causa examinatur ac deciditur, atq. allegando pro fisco, in quibus aduocati personã sustinet, ideoq. hoc casu pro voto fiscalis alium nominari debere ne causa sine voto fisci aduocati terminetur, vt refert Peguer. 2. tom.dec.33. quæ decisio vera videtur, licet quidam ex Regijs Senatoribus vt Peguera meminit, contrarium senserint tenentes illum in omnibus remoueri debere: nã iudex, non aduocatus potest allegari suspectus, vt notatur in ca. postremo de appellat. vnde aduocatus dicitur inimicus partis aduersæ glo. verb. *repetitur*. in l.pecuniã ff.de condicti.ob caus. ideoq. animaduerti quod in Regia pragmatica Caroli Imperatoris facta in Villa Valli soleti 28.Martij 1527. pro Regio Cõcilio Castellæ, quã citat Ferrer 3.p.obser.c. 7. sancitum fuit fisci aduocatũ nõ posse vt suspectum à Concilio arceri, ea nimirũ ratione quod non habet votũ sed assistẽtiam in prælibato Concilio. Displicet tamen iudicio meo illa decisio nostri Senatus dũ vult fisci aduocatũ suspectũ præsẽtẽ esse in Cõcilio quãdo causa vouetur, & aliũ loco eius nominatũ nomine fisci patroni votũ dare: nã in hoc aduersatur antiquæ obseruãtiæ Regij Cõcilij quã tradit Ferrer 3.p.obser.c.9. vbi ab antiquo tẽpore obseruatũ in Regio Senatu notat quod dominus Rex plures quidẽ potest habere fiscales aduocatos in vnaquaq. 67

UAB Biblioteca de Ciències Socials

causa, vnus tamen potest vouere & tempore quo causa vouetur in Regia Audientia, solus ille aduocatus fiscalis qui vouet, est præsens, & non alij, imò his præcipitur per Locũtenentem vt egrediantur ab aula.

68 Potest idem fisci aduocatus in Regio Concilio non semel tantum in vna causa, sed & bis ac ter votum suum proferre decisiuum & numerabile & ita seruatur, vtputa si in causa primitiua votum dixerit, rursus in causa supplicationis, si pars condemnata supplicauerit, vouet, atque si sententiæ fuerint contrariæ, ideoq. iuxta nouam constitutionem anni 1599. secundo supplicetur, in tertia etiam instantia votum præbebit. ita fuit obseruatum sub anno 1622. in causa œconomi Monasterij B. Mariæ de Mercede referente D. Francisco Bonet Regio Consiliario, in qua D. Hipolitus Montaner fisci aduocatus qui in prima & secunda instantia causę vouerat, ne voueret in gradu secũdæ supplicationis, fuit per eum œconomũ allegatus suspectus quod votũ suum propalauit, & die 10. Februarij 1622. declaratum fuit suspiciones non procedere, actuario Minguilla pro mandati scriba.

69 Optimum prodijt exemplar in Regia Visitatione Regiorum officialium huius Principatus Caathaloniæ, in qua per syndicum confratriæ Seriocordariorum fuit proposita querela contra nobilem don Acasium Ripoll & magnificum Emanuelem Comalada Regios consiliarios Assessores Baiuliæ Generalis Cathaloniæ collegas meos, quod noluerunt in præfato tribunali publicari sententiam factam à iudicibus assignatis in causa reclamationis interpositæ à sententia interloquutoria seu prouisione inter dictum syndicum & fisci procuratorem, cumque prælibati Assessores noluissent fieri publicationem; quia sententia reclamationis facta fuerat sine interuentu & voto fisci aduocati, qui etiam in prima instantia vouerat; per Regium Visitatorem don Mathiam Bayetola & Cabanillas Regentem in Supremo Concilio Aragonum præstantissimum & suos coniudices anno 1636. absoluti fuere & pars dicti syndici in expẽsis condemnata.

Quamuis iste fisci aduocatus votum 70
præbeat decisiuum in causis fiscalibus & patrimonij Regij, non tamen poterit esse relator siue iudex earundem causarum quia sibi prohibetur constit. *Statuim* 9. tit. *de offici de aduocats y procur. fisc.* vt si vnus ex Doctoribus Regiæ Audientiæ fungatur officio patroni fisci, non poterit ei causa fiscalis seu patrimonialis committi & merito; quia iudex & aduocatus in eadem causa quis esse non potest l. si quis C. de postula. Auil. in capite 3. prætor. in verb. *Abogados* numero 1. & 3. & aduocatus fisci non potest esse iudex eiusdem causæ, si in Collegio interuenerit, Mastrillus dec. 152. Aloysi. Ricci. in collectan. decision. collec. 2118. p. 6. De his quoq. Portoles ad Molin. verb. *aduocatus* n. 88.

Fisci aduocatus non comparet seu nõ 71
sinit procuratorem fiscalem comparere nisi coram suis iudicibus fiscalibus: Fiscus enim (loquor de fisco Regij patrimonij) suos habet speciales iudices fiscales coram quibus non solum conuenitur, sed & alios quoscunque conuenit & trahit reos ad suos iudices l. 1. de offic. procur. Cæsar. l. 2. & tot. tit. C. vbi causæ fiscales & ibi DD. Bald. in l. cum eorum C. de senten. & interlocut. omn. iudic. Alciat. conf. 12. numero 11. lib. 8. Peregri. de iur. fisc. lib. 7. tit. 1. numero 1. & num. 10. vbi extendit quod fiscus trahit ad suum forum etiam eos contra quos ex speciali priuilegio agit veluti cum agit contra debitores debitorum suorum, Menoc. de arbitrar. in additio. lib. 2. casu 66. numero 52. vbi quod trahit etiam miserabiles personas, quia suo fori priuilegio non gaudent cõtra fiscum. Thesaur. decis. 213. nu. 1. in pri. & num. 3. ante fin. nec potest in suis causis in alium iudicem consentire nec alterius iurisdictionem prorogare, Bald. in d. l. cum corũ, Paul. de Castro & Cagnolus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

nolus in l. venditor ff. de iudic. Peregri. d. tit. 1. num. 6. Ioan. de Plate. in l. 3. C. de iur. fisc. lib. 10. Socin. seni. cons. 46. lib. 4. sic quoque in l. si vacantia C. de bonis vacant. lib. 10. & in l. cum eorum C. de senten. habetur quod fiscus non tenetur comparere coram alio iudice nisi dumtaxat coram suis iudicibus fiscalibus
72 peculiaribus. Hinc etiam Anton. Oliba. de iure fisci cap. 4. numero 21. post Thomam Mieres docet quod in Cathalonia sub constitutionibus disponentibus causas Vicariæ intra Vicariam tractari debere, non continentur causæ regij patrimonij sicut nec regiorum officialium.
73 Est autem Iudex fiscalis seu regij patrimonij iure Communi Procurator Cæsaris, Peregri. d. titu. 1. num. 1. & 2. Thesau. d. decis. 213. numero 1. iure Cathaloniæ Baiulus Generalis & Magister Rationalis, Olib. d. capite 4. numero 52. & 53.

74 Superest solum difficultas quando Fiscus non agit principaliter, sed pro suo interesse comparet in aliqua causa, quæ inter alios vertitur, veluti cum in causa contra emptorem cæpta, comparet ad defendendum eum ratione euictionis vti venditor, vt in l. venditor ff. de iudic. an tunc trahat causam ad suum forum. Bartholo. Socinus cons. 91. *casus super quo.* num. 14. lib. 3. multa pro vtraque parte argumenta congessit, Couarruuias prac. quæsti. cap. 8. nu. 3. hanc attigit quæstionē & dubius mansit, Anthonin. Thesaurus decis. 213. latè hinc inde disseruit hunc articulum, fundamenta tradens & Doctores vtriusq. opinionis referens, aut potius numerans & tandem negatiuæ adhæret. affirmatiuam tenent Decius cons. vlt. nu. 8. Bart. in l. 3. per illum tex. C. de iur. fisc. lib. 10. Borgni. Caualca. decis. 8. num. 1. & 2. par. 1. latè Capici. decis. 197. & probat tex in l. si minori, secundum vnam lecturam C. de iur. fisc. lib. 10. sequitur & post plures DD. tanquam veriorem approbat hanc sententiam Peregri. de iur. fisc. lib. 7. titu. 1. numero 9. qui etiam numero 11, & 12. disputat an fiscus teneatur stare instantiæ cœptæ per suum auctorem. de quo articulo in dd. numero 11. & 12. discusso agunt quoq. Mencha. de success. reso. lib. 2. §. 18. n. 7. Cancer. var. par. 2. cap. 2. num. 27. in noua editio. Peregrini opinio in d. num. 9. in hac Prouincia receptissima est non solum in regijs tribunalibus sed etiam in Domo deputationis huius regni, quæ fisci priuilegio gaudet, pro vt ego attestari possum & attestatur Calici. in margarit. fisc. in 3. dub. num. 24. versic. 28.

Sed an fiscus trahat ad suos iudices fiscales personas Ecclesiasticas quę itidē suos iudices habent, nec coram iudicibus laicis conueniri valent, tradunt Afflic. in decis. 2. & Peregri. d. tit. 1. numero 15. & negatiuè resoluunt. At in hac Prouincia de causis regij patrimonij contra clericos & Ecclesiasticas personas cognoscit Baiulus Generalis Cathaloniæ tanquam iudex fiscalis domini Regis & eas licet reæ sint, ad suum forum trahit, vt multis probat Oliba de iur. fisc. capite 15. num. 15. & post per eum tradita, ita fuit meo tempore decisum per Regium Cancellarium don Petrum à Puigmari die prima Februarij 1631. in causa contentionis vertente inter curiam secularem Baiuliæ Generalis ex vna, & curiam Ecclesiasticā Vrgellen & Ecclesiam collegiatam de Castellbo, & notatur ista decisio in regestro sententiarum 4. fol. 84. custodito in archiuo Baiuliæ Gen. neque vero loquor solum de causis feudalibus seu feudatariorum Ecclesiasticorum domini Regis, nam istæ secundum suam naturam procul dubio vertuntur in Curia Regia seculari ex expressa dispositione iuris Communis cap. ex transmissa cap. verum de for. competen. capite cæterum de iudic. & de his sicut de emphitheoticarijs ad hoc propositum agit Oliba d. c. 15. n. 13. 75 76

Sic quoque in causis aquarū currētiū cōueniūtur personæ Ecclesiasticæ coram Baiulo Gen. Cathaloniæ de quib⁹ vidi præsertim duo exemplaria in processu recondito in præfato archiuo causæ vertentis 77

UAB Biblioteca de Ciències Socials

inter fisci procuratorem & Episcopum Barcinonæ super aquæductu qui vocatur *la Fibla Bisbal* in territorio Barcinonæ. Primum exemplar est cuiusdam sententiæ latæ 14. Augusti 1578. per don Ioannem Dymam Lloris Episcopū Barcin. Cancellarium in causa contentionis ortæ inter curiā secularē & fisci procuratorē Baiuliæ Gen. ex vna & Curiā Ecclesiasticā & Priorem siue Canonicos Ecclesiæ Collegiatæ S. Annæ ex altera super aqua aquæductus siue *de la Fibla* S. Eulaliæ Meridæ quæ sententia fuit in fauorem Curiæ secularis facta declarando causam super dicta aqua, agente & instante fisci procuratore contra d. Priorem siue Canonicos duci debere in Baiulia Gen. Secundum exemplar est sententiæ latæ in Baiulia Gen. 19. Maij 1442. inter fisci Regij procuratorē agentem ex vna & Episcopum Barcin. cōuentum ex altera super excessu in accipiēdo aquā riui comitalis, vulgo *del rech Cōdal* pro aquæductu Episcopali siue *Fibla Bisbal* in d. territorio Barcin. in qua causa comparuit Episcopus & fuit condemnatus ratione prælibati excessus.

78 Quæro an fisci aduocatus siue Fiscus in expensis litis condemnetur, si in causa subcumbat. Fiscus si subcumbat, non condemnatur parti in expensis, nec pars si lite ceciderit, ei in expensis condemnatur. ita post plures DD. resoluunt Rebuf. in concordat. in rubric. de electio. derogatio. in verb. *aduocatum*. priuil. 15. vbi sic in Regio Senatu Frāciæ iudicatum refert, Nicola. Boeri. decis. 324. n. 1. Peregri. de iur. fisc. lib. 7. tit. 4. num. 14. vbi ita obseruari in camera Patauina & in Ciuitate Venetiarum asserit, Anton. Columban. in tractat. de ordine procedendi in cauſ. artic. 138. Aufrer. in decis. Tolos. quæstio. 6. *si procurator*. Benedict. in verb. *mortuo*. 1. numero 169. in capite Raynuntius de testam. Stephan. Gratian. decis. vbi in suo quoque Senatu ita seruari firmat pro æqualitate iudiciorum amica tenenda. Allegant tex. in l. fin. C. de fructib. & litū. expens. & in l. sacris 3. versic. *& quoniam*
79 C. de proxim. sacror. scrinii. lib. 12. Primi dicti rationem reddit Peregri. propter fisci priuilegium, & conditionem: Rebuff. autem, ne timore expensarum ius Regis indefensum dimittatur l. illud ff. de petiti. hæredi. & quia regij officiales ex debito officij prosequuntur, ideoq. excusantur l. monente C. de delator. lib. 10. Secundi autem dicti rationem desumit Rebuff. argumento illius rubricæ, quod quisque iuris in alium statuerit, vt ipse eodem iure vtatur, & vt seruetur æqualitas in iudicio argumento capite 1. de iudic. libro 6. In Catalonia quod fiscus non condemnetur in expensis litis, seruit Mier. par. 2. collatio. 8. capite 8. sub rubrica ne liceat fisco appellare numero 47. quod autem pars quæ litigat contra fiscum, possit in expensis condemnari, vide constitutio. *Statuim*. 19. tit. *de salaris de sententias*. vbi quod fiscalis iudex qui pro parte fisci salarium sententiæ non exigit, consequitur soluendum à fisci aduersario in expensis damnato. Attamen fisci aduocatus propter ipsius dolum vel concussionem aut euidentem calumniam cōdemnatur de bonis proprijs in expensis, Rebuf. d. priuil. 15. Boeri. d. decis. 324. numero 1. vbi citat l. seueriter & ibi Ioan. Fabr. Bald. & Barbat. C. de excusat. tutor. Guido Pap. quæstio. 269. *denuntiator*. Peregrin. de iur. fisc. lib. 7. titu. 2. numero 7. vbi allegat l. succurritur ff. de excusat. tutor. Grammat. dec. 60. numero 21. ita intelligo D. Gabrielem Berar. in specul. visitat. capite 12. num. 15. facit Calici. in Margarit. fisc. dub. 1. numero 8. vbi docet quod fisci aduocatus cuius culpa fiscus succubuit, litem suam facit §. fin. Inst. quib. manum. non lic. in glo. pen. & l. 1. ff. de minor. in glos. *fragile*. & detrimentum quod pro vitio eius fisco ingeritur, resarcire vrgetur l. fin. C de bon. vacan. lib. 10. Dixi euidentem calumniam, nam fisci aduocatus excusatur à pœna præsumptæ calumniæ l. 2. C. de delator. li. 10. Bart. in l. 2. §. si publico ff. ad l. Iul. de adult. Bald. in l. iubemus C. de probatio. Rebuf. in d. verb. *Aduocatum*. priuil. 13. Hipolit. Marsil. in pract. §. supereſt. quam-

quamquam aliàs iura aeriter seruiunt in aduocatos & procuratores fiscales, qui iniurijs & depredationibus quemquam vexant, vt est tex. singularis in l. vniuersi C. vbi causæ fiscal. qui textus voluit viros cõburendos esse. & eũ extollit Baldus in Margarita verb. *damnatus*. quæst. 1. & Rebuf. vbi supra priui. vlti. quia illa delicta redeunt in Principis ignominiam eũ à suis officialibus qui aliõs corrigere & instare vt corrigantur, debent,
84 cõmittantur. Extat in Cathalonia constitutio Regis Martini incip. *Per tolre*. 7. tit. *de appellations*, cuius supra meminimus, in qua cauetur quod si fisci procurator Regij Cõcilij condẽnatus, qui regulariter, vt superius exposuimus, supplicare seu appellare nõ potest, prætextu instrumentorũ denuo repertorũ præstito iuramento constitutionis appellauerit vel supplicauerit, & cõstiterit malitiose appellasse seu supplicasse, debet in expensis de bonis proprijs condẽnari & vbi non haberet in ære, debet alia æquiualẽti pœna condẽnari arbitrio iudicis. quod notauit Berar. d. c. 12. n. 16. & ante a Ferrer 3. p. obser. c. 24. Mieres in d. constit. n. 56.
85 collatio. 8. vbi subdit generale esse in quocũq; administratore qui potest recognoscere bonã fidem vt si subcumbat in causa principali vel appellationis, propter calũniã debeat condemnari in expẽsis de proprio soluendis & etiã procurator generalis, quia nemo sine speciali mandato debet mouere vel defendere causã iniustã nomine alieno, aliàs debet cõdẽnari in expensis de suo proprio. soluendis, quas nõ recuperat à domino, nisi ad id habuerit speciale mãdatũ, vt notatur per Angel. in l. liberto §. litẽ in iudi-
86 ciũ ff. de nego. gest. Refert Rebuffus d. priuil. 15. se vidisse fisci procuratorẽ seu fisci aduocatũ in expẽsis cõdẽnatũ in casu quo iurisdictionẽ impediebat Ecclesiasticã, & ibi quoddã subdit verbũ sũmopere notãdũ, quod si fisci Regij procurator est iunctus cum parte & succũbãt, parsad omnes tenetur expensãs & fisci procurator ad nullas, atque ita decisum fuisse in Regio Senatu Franciæ anno 1520. die 16. Aprilis & anno 1542. die 2. Octobris. & ita expresse disponit in Cathalonia constitutio 4. tit. *de despesas de plets*. De hoc etiã articulo an fiscus cõ- 87
demnetur in expensis, Alsar. de iur. fisc. glo. 9. n. 39. Grammat. decis. 60. n. 21. Farinac. tit. de accusatio. quæst. 16. n. 24. & n. 20. cum seqq.

Cum fisci aduocatus eò detur vt consulat procuratori quid agẽdũ sit, & si eius consilium respueretur, res fisci in irritum cedere posset: ideo fiscalis procurator non debet causam fisci agitare absente aduocato l. fin. C. de aduoc. fisc. l. si fiscus ff. de iur. fisc. & ibi DD. Guillel. le Rouille in tractat. de descriptione iustitiæ li. 3. c. 6. de aduocato & procuratore fisci, Rebuff. in concordat. rubric. de electio. derogatio. in verb. *aduocatũ*. priuil. 19. ideo in Cathalonia constitutione *Als procuradors fiscals* 4. *tit. de offici de aduoc. y procur. fisc.* prohibitum est fisci procuratoribus sub pœna priuationis officij in criminalibus ne contra aliquem agere valeant nisi de consilio aduocati fiscalis, de quo constare debeat per scripturã eius, & aliter non audiantur, nisi fraganti crimine vel si allegetur fugæ suspicio. & notat Mieres in constituti. *Per tolre* 7. tit. *de appellations* n. 6. Imò in cõstitutio- 89
ne *Per repos* 5. tit. *de offic. de aduoc. y procur. fisc.* sancitum est vt in Regia Audientia aduocati & procuratores fiscales monẽtes litem contra aliquem super iurisdictione iure vel proprietate, quæ ad dominum Regẽ pertinere dicantur teneãtur seruare formam in prælibata constitutione traditam scilicet vt debeant prius diligenter scripturas recognoscere & habere consilium in scriptis duorum solennium iurisperitorum prælati Regij Concilij. meminit Berar. in specul. visitat. capite 12. numero 17.

Fisci aduocatus quando fiscalis procu- 90
rator non est præsens, potest facere actus & instantias necessarias in personã fisci procuratoris & admittitur & valẽt actus,

tradunt Nicolas Carbonis in practica practicarū li.3.c.7.n.73.Carauita in ritu
91 17.n.4.Sed obstare videtur glo.verb.*restituuntur*,in fin.in l. non intelligitur §. multa principalia verſ. *Diuus Adrianus* ff.de iur.fiſ.quæ glo.cū textus dicat cauſas fiſcales ſi nō interueniēte fiſci aduocato deciſę ſint,in integrū reſtitui,id eſt (vt ibi exponitur) ex integro cognoſci nihil valere quod actum eſt,ſubdit quod dictū eſt in aduocato, idē dicendū eſſe in procuratore,& propterea Ferrer 3.p. obſer. ca.24. ver. *Inſuper*.poſt Thomam Mier.cōcludit quod licet aduocatus fiſcalis interfuerit,ſi tamen fiſci procurator non interuenit in fiſcali cauſa,ſententia nulla eſt, & refert ita fuiſſe deciſum in quadam cauſa fiſcali in qua fiſci procurator citatus non fuerat. & fundatur in d. glo.verb.*reſtituuntur*.atque etiam in textu in d.verſ.*Diuus Adrianus*. vbi textus ait in cauſis fiſcalibus iudicium dari præſentibus & agentibus his qui negotijs
92 fiſcalibus ſolent interuenire.Ego intelligo in qualibet cauſa fiſcali citari & audiri debere fiſci procuratorem, & nihilominus intelligo quādo fiſci procurator non eſt præſens, poſſe fiſci aduocatum facere actus & inſtantias neceſſarias in perſonam fiſci procuratoris, & admitti & non repelli & valere actus,quia hoc in fauorem fiſci conſtitutum eſt,neq.mirum, cum,vt ſupra in initio huius quæſtionis ſcripſi,fiſci cauſa adeo priuilegiata ſit vt quilibet pro fiſco agere poſſit.

93 In Senatu Neapolitano vt ſcribit Afflic.deciſ.4.orta controuerſia fuit an fiſci aduocatus poſſet concedere ſaluū cōductum.Et fuit negatiuè cōcluſum,quia ſecuritatē ſeu ſaluū conductū perpetuū ſolus Princeps concedit: ad tempus autē ex cauſa concedit iudex inferior.procedit tamen hoc quando delinquens eſſet bannitus ab illo iudice qui ſecuritatē dat.at fiſci aduocatus non eſt iudex, vnde Ceſar Vrſilis ad Afflic.d.deci.4.approbat Senatus deciſionē quia fiſci aduocatus non videtur habere iuriſdictionē ſed tantum iura proponit iuxta l.proximè ff. de his quæ in teſtam. delent & quod ſaluus conductus in perpetuū nō concedatur niſi à ſolo Principe vel dominis tēporalibus:& ad tēpus ac ex cauſa,à iudicibus,plures DD.citat ibi Vrſilis n.5.tradunt etiā Gozadin.cōſ. 22. n. 22. Boeri.deciſ.179.Hier.Gratus cōſ.61.n.1. & 92.vol. 2.Multa quoque in materia 94
ſalui cōductus ex varijs auctoribus cōgerit ibi Vrſil.ex n.6.& de cōcedēdo teſtibus vt libere veniant ad deponēdū veritatē glo.not.in c.hortamur 3.q.9.in ver. *amputari*.& an Superior teneatur obſeruare ſaluū cōductū alicui à iudice inferiori ex cauſa datū,agit Cancer.var.p.2.c.2. n.314.in nou.editi.Ego crederē neq. in 95
Cathalonia fiſci aduocatum ſolum poſſe concedere ſaluum conductum,licet votum det in Cōcilio ad iudicandum,quia non eſt iudex cauſæ,conſtit. *Statuim* 9.ti. *de offici de aduoc.y procur.fiſc.*

Quæro an fiſci aduocatus poſſit execu 96
tiuè procedere contra debitores fiſcales. Dico poſſe non in bonis ſolū ſed etiā in perſona,ſi debitum eſt liquidū §. coges in auth.de mandat.prin.l.pen.vbi Bar.C. de conuenien.fiſc.debitor.li.10.l.miſſi opinatores C.de exactio.tribut.li.10.ſi vero debitum non eſt liquidum vel agitur de iure per fiſcū prætenſo contra priuatum,iuris ordo ſeruari debet & ſententia requiritur l.pen.C.de delator.li.10. ita diſtinguunt & docēt Peregri.de iur. fiſc.li.6.tit.7.n.5. & ſeqq. vbi plura iura allegat, Oliba. de iur. fiſc.c.15.n.3.& 4. Roderic.Suarez in l. poſt rem iudicatā in 7.notabi.ff.de re iudica.Bald.conſ.90. in 5. Caballus reſol.crimin.caſu 203. n. 1. & 2.in 2.to. Menochi.de arbitrar.lib. 1.quæſt.88.num.5.in addition.vbi etiam ſexagenarium capi poſſe probat. & ita apud nos obſeruatur & fuit in Regia Audientia deciſū die 16. Septem.1603. Extendenam procedit fiſcus executiuè 97
contra hæredem debitoris fiſcalis, eo non citato,ſed tantum probato eſſe debitoris hæredem. Ita fuit deciſum in Regio Cōcilio criminali 19.Iunij 1603.& probat Peregri.d.tit.7.num.10.Roder.Suarez

rez in d.7.notab.num.1.& seq. & die 6. Iulij 1574.per Cancellarium & duos ex DD.Regiæ Audientiæ vna cum Assessoribus Generalis Cathaloniæ declaratum fuit fiscum posse executiuè agere contra hæredes & tertios possessores bonorum debitorum fiscalium, quæ declaratio legitur typis mandata in margine c.8. curiarum anni 1542.in libro capitulorum curiæ Generalis Cathaloniæ. & hoc iure vtimur,non tamen procedit fiscus executiuè in personam cõtra prædictos hæredes & tertios possessores, quis autẽ sit tertius possessor explicat Cãcer.var.p.1.c.11.n.
98 21. in noua editio. Imò fiscalis debitor si est administrator ærarij publici,licet eius debitũ non sit liquidum,tamẽ viso libro rationũ repertus debitor, executiuè executitur absq.alia citatione,Peregri.d.tit. 7.n.6. quam praxim seruat in hac Prouincia Officium Magistri Rationalis domini Regis non solũ contra administratores & receptores regiorum reddituũ, & regios officiales reddentes computũ in prælibato officio:sed etiã contra Vniuersitates quæ debent quintum suarum impositionum fisco regio,præmisso mãdato de soluendo certã summam infra præfixos dies sine clausula iustificatiua. auditur tamen pars in examine computorum sine figura iudicij.

99 Debitũ illiquidum dicitur non solũ quando incertitudo versatur circa quãtitatem aut valorem, sed etiam quando vertitur circa rem debitã aut personam obligatam vel circa casum obligationis aut huiusmodi iuxta tradita per Cancer. var resol.p.1.c.17.n. 34. in noua editio. seu etiam circa ius,si sit valde intricatũ & altiorem requirens indaginem vt idẽ auctor censet p.1.c.18.n.48.in nou. editio.Sanè interdum incertitudo quæ inest circa quantitatem aut valorem rei non impedit executionem aliàs paratam, vt post Didac.Coua.& Ioan.Gutier. probat & tenet Cancer. vár. parte 2. capite 3.nu.12.cum 2.seqq.in noua editio.

100 Vis debitorum fiscaliũ porrigitur ad personas militari priuilegio gaudentiũ vt sunt ipsi militares siue nobiles& ciues honorati Barcinonæ & legum Doctores, qui pro debitis fiscalibus capi possunt,licet aliàs pro debito ciuili non capiantur constit.fin.tit.*de actions y obligations* in 1. vol.constitut.latè Fontanell.de pact.nup. clauſ.3.glo.3.à num.11.Cancer.var.par. 2.c.8.n.112.& 113.in noua editio.& p.3.c. 8.nu.100.Oliba de actio.par.1.li.3.ad §. sũt præterea n.20.& 21. vbi declarationes afferunt.Et non solum fiscus regius capit eas,sed & fiscus Generalis Cathaloniæ qui est ex priuilegio.Iure communi qui 101
priuilegio militari fruuntur,pro debito ciuili capi non possunt,Menoc.de arbitr. li.1.q.88.num.7.& 9.Francisc.March.q. 659.Gomez in l.tauri 79.num.4. vbi fallere ait si tempore contractus negauit se nobilẽ. Ioseph.Ludouic.decis.6.Farinac. in prax.crim.tit.de carcerib. &carcerat. q.27.Couar.li.2.var.resol.c.1.numero 4. qui limitationes tradunt. An autem pro fiscali debito possint, Alphonsus Narbona ad leges regias lib.6.titu.2. *de los hijos de algo* lege 13.glo.1.maximè n. 66.Fœmina etiam pro debito fiscali car- 102
cerari nequit Bartol.in l.nemo carcerem C.de exactor.tribut.li.10.Afflic.in c.1.in verb.*condemnatorum* in fin.in tit.quæ sint regalia,Peregri.de iur.fisc.li.6.tit.7.nu.9 latè Menoc.d.q.88.ex n.10. vbi hoc fallere docet in meretrice,de quo tamẽ vide Olib.qui supra n.21.Et hoc iure in hac Prouincia vtimur. constit. *à la conditio feminil.* tit. *de actions y obligat.* cum ibi notat.de qua Fontanell.d.cla.3.glo.3.n. 24.Cancer.d.c.8.num.97. vbi limitationes notantur. Oliba vbi supra n.20.& 21. vbi ampliat constitutionem. Sed & fis- 103
cus contra debitorem sui debitoris non procedit executiuè in personam,Salicet. in l.1.C.de condicti.ex lege, Peregri. d. tit.7.numero 19.& numero 26.in fin.qui eodem titulo num.25.cum 2. seqq. pulcrè explicat quibus casibus possit fiscus debitorẽ sui debitoris excutere exigere seu cõuenire ad differẽtiã priuati creditoris,quod etiã docet Calici.in margarita

fisci

fiſci dubio 3.n.28.An creditor qui habet viã executiuã contra ſuum debitorẽ,habeat etiam eam aduerſus ſui debitoris debitorem,tradit Cancer.var.p.2.c.3.n. 137.& 138.in noua editione. Roderic. Suarez in l. poſt rem iudicatam in 2. quæſt.declar.leg.regni ff. de re iudica.

104 An fiſco obijci poſſit per debitorem fiſcalem compenſatio & in quibus caſibus, DD.in l.fin.ff.de compenſatio.& in l.aufertur 5.qui compenſationem ff.de iur. fiſc.Tiraquel.de retrac. lignag.§. tertio glo.tertia num.11.12.13.Alex conſ.61 in 3.Alciat.conſ.10.in 6.& conſ.57.in 8.bene Peregri.d.titu.7.nu. 15.& 16.

105 Vbi debitum fiſcale non eſt liquidũ vel agitur de iure prætenſo per fiſcum contra priuatum,ideoq. iuris ordo ſeruari debet, cauſa tamen fiſcalis ſummaria eſt,& iuris ordo ſeruãdus eſt in cauſis fiſcalibus pro vt in cauſis priuatorum ſummarijs,ad tex.in clem.ſæpè de verb. *ſignif.*Bart.in l.res quæ §.res autem ff.de iur.fiſc.Paul.Caſtren.in l.ſi marito in pri. ff.ſolut.matri.Peregri.de iur fiſc.li.7.tit. 3.num.3.vbi ait procedere etiam cum fiſcus vti reus conueniatur.omiſſa autem citatione ſententia ipſo iure nulla erit licet lata à Principe ſupremo clem.paſtoralis de re indica.ca. nos in quemquam 1.q.1.c.1.de cauſa poſſeſ.& propriet.ibi. *contra inauditam partem nec nos poſſumus aliquid definire.*Deci.conſ.544.

106 Poteſt fiſci aduocatus ante diem exigere ex fiſci priuilegio ob publicas neceſſitates debitorem fiſcalem , deducto interuſurio medij temporis, imò & debitoris fiſcalis debitorem l.1. & ibi glo. Bald.& Salycet.C.de condic. ex lege , l. non intelligitur §. multa & ibi glo. & Bart.ff.de iur.fiſc.Afflic.in cap.1. verbo *Vectigalia* num. 51.Roderi. Suarez in l. poſt rem iudicatam in 7.limit. numero fin.Peregrin.de iur.fiſc.lib.6.tit.7. n.21. & lib.7.tit.3.num.7.Calici.in margarita fiſc.dubio 3. numero 9. Remota autem iuſta cauſa ſi fiſcus conueniat debitorẽ ſuum ante diem,olim actio illi perimebatur.Iuſtas vbi Bart.C.de iur. fiſc. lib. 10.ad inſtar priuati:hodie vero inducię duplicandæ ſunt §.temporales Inſt.de exceptio.quæ ſane duplicatio eſt de tempore quod ſupereſt, vt Peregri.notat vbi ſupra:ſicut debitor priuati ante diẽ conueniri & exigi nequit & conuento in pœnam actoris duplicandæ ſunt inducię §.plus autem Inſt.de actio.& d.§.temporales.

Fiſci aduocatus ſi contra priuatum agat, priuilegium habet ſpeciale vt illum compellat ad edendum inſtrumenta & acta ad ſuam fundandam intentionem l. 2.§.diuus 1.ff.de iur.fiſci,vbi Bar. ſecundum communem intellectum ita notat, l. nec quiſquam ff. de eden.& ibi communiter DD.l.Senatus cenſuit 3. ff. illo tit.de eden.Deci.in cap.1.nu.13.de probati.Ægidi.Boſſi.tit.de fiſco num.10. & 11.Peregri.de iur.fiſc.lib.7. tit.3. ex nu. 11.Iacob.Cancer.var.par.1.cap.19. de inſtru.editi.num.1.& 2.in noua editi.Menochi.de arbitr.iudic.caſu 499.à nu.40. vſq.ad nu.45 Maſſi. ſelect. diſtinct. diſt. 30.

Intellige tamen vt reus non cogatur edere alia inſtrumenta quam ea quæ ad cauſam pertinent d.l.Senatus cenſuit.vbi hæc legitur modificatio,Menoch.d.caſu 499.num.40.Cancer.d.c.19.num.1.Rurſus intellige fiſci priuilegium prædictum vt non procedat, quando fiſcus aliundè habere poſſet probationes d.§.diuus ibi, *ſi verum aliter non inuenitur.*Abb. & Deci.in d.c.1.de probati.Peregri.d. tit.3.n. 25.Menoc.d.caſu 499.num.45. Cancer. d.c.19.num.1.vbi ſubdit non teneri reũ edere fiſco ſi à tabellione commodè cõſequi poſſet. Inſuper prælibatũ fiſci priuilegium non obtinet in cauſis criminalibus,vbi pœna corporalis in ſligenda eſt: nam in his reus non tenetur edere fiſco, Bart.in d. §.diuus,Abb.num9. Deci. nu. 14.in d.c.1.de probati.Boſſi.d.tit.de fiſco numero 11.Menoc. vbi ſupra nu. 43. & Peregri.num.23.qui duo poſteriores notant diſſentire DD. inter ſe an vbi agitur de condẽnatione pecuniaria, reus teneatur edere fiſco & pro vtraq. parte

DD.

DD.citant,atq;pro affirmatiua Peregrinus concludit,imò & Menochius sentire videtur.Demum præfatum fisci priuilegium non habet locum quando fiscus ageret contra alium fiscum vel ali ũ priuilegiatum;nam & hic non tenetur edere fisco agenti,Bald.& Deci.in d.c.1.de probati. Iaſ.in d.l.nec quisquam,Menoc. qui supra num.44.Peregri.num.24.priuilegiatus enim non vtitur priuilegio cõtra priuilegiatum auth. quas actiones & ibi DD. C.de sacroſ.Eccleſ.l. sed & milites §. 1.ff.de excuſ.tut. & par in parem non habet imperium l.nã magiſtratus ff. de arbitr. l. ille à quo §.tempeſtiuum ff. ad Trebel.

111 In Cathalonia non fisco solum sed & cuilibet priuato agenti tenetur reus edere inſtrumenta ad fundandam eius intentionem vel actionem,sic enim interpretantur vſaticum Item prouida tit. *de teſtimonis*, Marquilles in d. vſat. Mier. par.2. in conſtitut.*als eſcandols* numero 16. Cancer. dic.par 1. capite 19. numero 2.

112 Contra fisci priuilegium quo reum de iure Communi compellit ad edendum ei inſtrumenta,vrgere admodum videtur diſpoſita in l. extat ff.de iur. fiſc. vbi habetur poſſeſſorem à fisco conuentum non cogi ad fisci petitionem docere titulum suę poſſeſſionis , sicut regulariter quiuis poſſeſſor in cauſis priuatorum nõ tenetur probare nec dicere titulum suæ poſſeſſionis l cogi C. de petiti. hæred. l. in ſpeciali ff.de rei vendic.Similiter obſtare videntur tradita per Bart.in l. 1. C. de conductor.& procur.fiſcal.li.11. Stepha.Bertran.conſ.299.Cancer.var.p. 1.c. 11.de emphyteu.num.31.& 32. in nou. editio.vbi docent Principem non poſſe citare Barones vel quemlibet alium vt oſtendat ſibi iura quæ poſſidet in aliquo Caſtro;quia Rex non habet intentionẽ suam fundatam quo ad proprietatem rerum,quas Barones aut alij poſſident intra ſuum Regnum , ſed quo ad iuriſdictionem, vt notant Anton. Gabri. de præſumpti.concluſ.9.Ludouicà Peguer. in repetit.capite item ne ſuper laudim. præludio 1. num.5. & 6. Couar.in reg. peccatum par.2.§.9.num.8. Menoch.de præſumpti.li.3.præſump.100. Afflic. deciſ.267.num.4. licet multi teneant Principem habere intentionem ſuam fundatam quo ad dominium bonorum exiſtẽtium intra ſuum territorium,ſi per neminem poſſeſſa ſunt, vt explicat Peregri. de iur. fiſc.li.7.tit.3.num.16. & lib. 4.tit.3.num.29.vbi hanc opinionem veriorem dicit,vnde idem auctor d.li.7.ti. 3.num.14.concludit Principem in bonis quæ ſunt intra fines ſui Principatus, habere intentionem ſuam fundatam quo ad dominium ingenere,attamen quo ad rerum particularium , quę per priuatos vel per vniuerſitatem aliquam poſſidẽtur,præſumi pro poſſeſſore.

Ad argumentum de d.l.extat oppoſitum,reſpondet pulcrè Peregri.d.li.7.tit. 113
3.num.15.tradens ad eam legem intellectum & mentem, quod priuatus tenetur edere inſtrumenta ad fundandam fiſci actoris intentionem vel replicationem, ſed non tenetur edere ad fundãdã ipſius rei defenſionem , quæ iure ipſo fundata reperitur per poſſeſſionem rei contentioſæ,& ſubdit hunc eſſe ſenſum illius legis. Et eodem modo poſſunt intelligi tradita per Bart. Bertran.& Cancer.ſupra ſimul citatos. Præterea Pere- 114
gri. eodem loco ex num. 17. affert tres caſus fallentiales ad d. l. extat. Primum in caſu l. 2. C. de fund. limit. li. 11. in eo qui Caſtrum poſſidet in Regni limitibus,qui ad petitionem Regij fiſci tenetur oſtendere titulum suæ poſſeſſionis niſi vetuſtas temporis eum excuſaret. Secundum in Baronibus & vaſſallis habentibus caſtra vel alia bona in feudũ quarum non allegant proprietatem & plenum dominium, ſed vtile tantum: tenentur enim ad petitionem domini & fiſci procuratoris edere titulum inueſtituræ. Tertium in eo qui regalia poſſidet; nam is titulum suæ poſſeſſionis docere cogitur,alioquin inſtante fiſci procuratore rectè priuatur, vt eſt qui poſſidet molen-

molendinum in aquis publicis,vel quaſi poſſidet facultatem imponendi vectigalia vel alia huiuſmodi ad tex.in ca. 1. quæ ſint regalia in vſi. feud.& in c.ſuper quibuſdam §. præterea de verb. ſignif. & ibi notata, niſi iſte ſe tueretur poſſeſſione immemoriali quæ habet vim cõceſſionis à Principe, vel præſcriptione quam non exiſtimo eſſe debere triginta annorum cum titulo vt ait Peregri. in meo codice & eſt forte error impreſſoris, ſed quadraginta annorum cum titulo per tex.in c.1.de præſcrip. lib. 6. & ea quæ tradunt Couar.in reg.malæ fidei poſſeſſor in 2.par. relecti.§.3.n.2.& Cãcer.var.par.2.ca.2.num.114.cum 2.ſeqq. in noua editio. Peregrini doctrinam n.
115 22.circa hanc poſſeſſionem immemorialem ſeruauimus Aſſeſſores in tribunali Magiſtri Rationalis huius Principatus anno 1634. in cauſa fiſci regij patrimonij contra Vniuerſitatem de Agger interueniente conſultiſſimo fiſci aduocato Regiæ Audientiæ ac Regio Senatore Philippo Vinyes.Cum enim ea Vniuerſitas plura impoſuiſſet vectigalia,& à fiſco premeretur vt oſtenderet titulum imponendi,ipſaq.probaſſet immemorialem ſuam poſſeſſionem,allegando titulum qui ex immemoriali in iure præſumitur l. hoc iure §.ductus aquæ ff. de aqua quoti.& æſtiu.& ibi DD.abſoluta euaſit.Idem poſtea declarauimus non ſemel in fauorem aliarum vniuerſitatum interuenientibus alijs optimis fiſci aduocatis DD. Regij Concilij Benedicto Anglaſell,& don Raymundo Rubi: nec credidimus obſtare tex. in vſatic. Hoc quod iuris eſt ſanctorũ.ti.de *præſcriptions* cum ibi notatis.

116 An fiſci priuilegia vt eſt hoc, de quo agimus, editionis inſtrumentorum & alia tranſeant ad habentes cauſã à fiſcovt ceſſionarios, conductores, & emptores, bene declarat Peregri.d.lib.7.tit.3. à n. 33.quem ſequitur Menoc.de arbitr.iud. caſu 499.num.41. & 42.adde eundem Peregri.de iur.fiſc.lib.6.tit.7. num. 18. & an fiſcus ſuccedens priuato, vtatur fiſcali priuilegio,tex. in l. cum quidam §. fiſco ff. de vſur.& ibi DD. Mieres in conſtitut.*Per tolre* collatio.8.ca.ne fiſco liceat appellare,num.18.vbi diſtinguitur inter tempus præteritum & futurũ. tex. in l.fiſcus cum in priuati ff. de iur. fiſc. vbi fiſcus ſuccedens priuato pro tempore præterito vtitur iure priuati, pro tẽpore futuro vtitur iure fiſci, quod etiam attigit Peregri. de iur.fiſ.lib.6.tit.2.num. 7.qui arguendo à fiſco ad minorem docet idẽ eſſe in minore ſuccedente maiori & hoc prodeſſe ad multa præſertim quo ad præſcriptiones,glo.in l.apud Iulianum verſ.*Marcellus* ff. ex quib.cauſ.in poſſeſſio. eat.& ibi Alberic.

Cogit etiam fiſci aduocatus notarios 117
penes quos extant inſtrumenta, pro intereſſe fiſci ad illorum exhibitionem,glo. & Bart. in l. defenſionis C. de iur. fiſc. lib.10.Ang. l.in l. ſi quis C.de bon. proſ. Peregri.de iur.fiſ.li.7.tit.3.nu. 8. Mart. de fiſco q. 82. & hoc iure vtimur. Et in commiſſione facta per Regem Alphonſum 4.Petro Baçet de officio Baiuli Generalis Cathaloniæ inter cætera continetur quod omnes notarij ſcripturas quaſlibet pro intereſſe regij patrimonij facientes illi propalare ac tradere tenerentur, vt reperitur in archiuo Baiuliæ Gen.in Regiarum primo P.Bocet fol.1. plute.1.Et fo.119.legitur mandatum factum per eundem Regem cunctis notarijs& curiarum ſcribis vt requiſiti per Baiulum Gen.tradant ei copias quorumcunq. inſtrumentorum intereſſe Regij patrimonij tangentium ſatisfacti in ſalario condecenti. In d. Baiulia Gen. praxis obſeruat, quòd quicunq. notarij & ſcribæ compelluntur dd. copias tradere Regio fiſco ſine alio ſalario,quam dumtaxat iure ſcribendi quod eſt vnum regale pro quolibet folio, & ita expreſſe cautum reperitur in Regijs ordinationibus ipſius Baiuliæ Generalis anni 1589. & ſignanter in d.archiuo in Communi 9. fol.43. extat præceptum factum ſcribis curiæ Biſulduni vt ſcripturas petitas per Locumtenentem Baiuli Gen.abſq. ſalario 118

rio & mora traderent. & multa alia similia mandata expediri vidi.

119 Debita fiscalia non comprehenduntur sub saluo conducto, seu guidatico alicui concesso vt pro debito ciuili non conueniatur vel exigatur, ideo fisci aduocatus poterit debitorem fiscalem excutere & exigere non obstante saluo cõducto, nisi expresse pro debitis publicis securitatem obtinuerit auth. de mandat. princip. §. publicorum, Bald. cons. 400. Angel. cons. 23. Cassan. de gloria mund. 5. par. consider. 23. num. 199. Peregri. de iur. fisc. lib. 6. tit. 7. num. 22. Cesar. Vrsil. ad Affli. decis. 5. in qua decisum refert Afflictis sub generali saluo conducto nõ contineri debita iurata. Et fisci priuilegium vt tollatur, specialis mentio necessaria est vt notant Carol. Tapia in tractat. de cõsti. princ. ca. 7. in 2. par. num. 108. Afflict. in consti. cum concessiones num. 9. Sic priuilegiũ fori miserabilibus personis concessum non procedit contra fiscum; vnde si contendant cum fisco, iudex est Procurator Cesaris. vt scribit Menoc. de arbitrar. iudic. in additio, li. 2. casu 66. n. 52.

120 Fisci aduocatum posse restitutionem in integrum nomine fisci petere, explorati iuris est, Couarru. lib. 1. var. resol. c. 3. num. 13. Caldas Pereyra de restitutio. in integ. in verb. *Læsis* n. 62. Sfort. Oddo de restit. in integ. par. 1. artic. 13. vbi cõmunem dicit, Nicola. Boeri. decis. 79. n. 4. & decis. 265. num. 2. vbi loquitur in contractibus quod est fortius, Peregri. de iur. fisc. lib. 6. tit. 2. num. 10 & 13. vbi loquitur etiam in contractibus & in licitationibus & subhastationibus rerum fiscalium, & lib. 7. tit. 4. num. 1. 3. 6. 8. vbi loquitur in iudicijs & sententijs contra fiscum latis, latè Ioan. Garcia de Hispan. nobilitat. glo. 3. §. 1. num. 18. vbi probat dari restitutionem in integrum in omnibus ad fiscum spectantibus seu dominum Regem, nulla facta distinctione an sint ipsius vt priuati an vero vt Regis, Nicola. Eberard. in topicis loco à fisco ad minores, & loco à minore ad fiscum, vbi fuse quod fiscus vtitur iure minoris. & quod fiscus vtatur & gaudeat iure minoris communem profert Peregri. d. lib. 6. tit. 2. num. 7. & 10. qui ibidem nu. 11. ea ratione probat fiscum etiam in lucratiuis habere restitutionem instar minorum, qibus etiam in lucris iura subueniunt quamuis secundum aliquo- 121
rum opinionem in pœnis fisco denegetur restitutio odio pœnarum. An in pœnis restituatur fiscus in integrum tradit Gabriel tit. de crim. concluf. 13. DD. in *l.* auxilium, vbi bonus tex. ff. de minorib. Et licet Peregri. d. lib. 6. tit. 2. num. 13. 122
dicat in suo Senatu seruari quod fiscus non restituatur in suis licitationibus præ textu læsionis maioris quantitatis oblatæ post liberatam plus offerenti hastam fiscalem, tamen sub anno 1634. de mense Nouembris in Baiulia Gen. Cathaloniæ Assessores vna cum magnificis consultoribus illius & Doctoribus Regiæ Audientiæ contrarium censuimus esse de iure, & quãuis valde receptum sit maiorem hanc oblationem esse debere in sexta parte vel vltra sextam partem ex latè traditis per Antoni. de Amatis in suis varijs resolut. ca. 38. num. 21. resoluimus verius esse hoc esse in arbitrio iudicis nisi aliter consuetudine receptum sit, secũdum quã multi DD loquuntur: & iudicem posse arbitrari minus sexta parte. De iudicis arbitrio circa læsionem ob quam datur restitutio, Couar. lib. 1. var. c. 3. num. 11. Gutier. prac. lib. 1. cap. 28. nu. 3. Est verum quod fiscus præter reme- 123
dium restitutionis in integrum, habet in suis licitationibus alienationum temporalium rei fiscalis priuilegium adiectionis in diem, si temporibus subhastationũ lapsis, & hasta fiscali tradita & contractu perfecto, alius infra certum tempus meliorem conditionem offerat: audiendus enim est, pro quo priuilegio tex. in l. Lucius §. fin. ff. ad municip. in l. 1. C. de venden. reb. Ciuit. lib. 11. glo. in l. si tempora ver. *vel hastis* C. de fid. instr. & iur. hastæ fisc. lib. 10. glo. verb. *fisci* in d. l. 1. C. de venden. reb. Ciuit. Bart. in l. fin. in pri.

ff. de

ff.de iur. fisc.Peregri.de iur.fisc.lib.6.ti. 4.num.42.Calici. in margarit.fisc.dubio 3. priuil.27.& ita declarauimus in dicto casu,& diximus istud priuilegium esse diuersum à beneficio restitutionis in integrum, vnde illud non datur Ciuitati quæ vtitur iure minoris,hoc sic d.l. Lucius §.fin.& d.l.1.& illud datur infra certum terminum legis de quo glo. in d. verb. *vel hastis*,& glo.verb. *præstituta* in d. l. 1. hoc non sic. Illud etiam sensimus procedere data adiectione in quantitate notabili arbitrio iudicis,& hãc adiectionem non posse fieri nisi semel d. glo. in verb. *fisci* in d. l. 1. & ita obseruauimus post longam discussionem in magno conflictu informationum aduocatorum.

124 Quæro an fisci aduocatus iurare debeat de calumnia.Lucas de Penna in l.1. C.de conductor.lib.11.& post eum Peregrinus de iur fisc.lib.7.ti.2.num.7.dicũt quod aduocati & procuratores fisci tenẽtur iurare de calumnia,nisi aliud de cõsuetudine seruetur.Minsinger.ius centuria 1.obseruat.74.tradit quod fiscalis nõ iurat de calumnia.Multum in hoc tribuẽdum est consuetudini.Sanè Gratian. dis. forens.to.1.c.56.num.21.æquius & verius esse existimat quod fisci procurator iurare debeat de calumnia,sed ait de consuetudine eum admitti sine iuramento calumniæ,prout obtinuit Surdus,qui latè de hoc agit dec.18.In hac Prouincia,vt video,fisci aduocatus non iurat de calũnia, fisci autem Procurator præstat calumniæ iuramentum.

125 Sed an fisci aduocatus aut fiscus teneatur satisdare? Notissimi iuris est non teneri,glo.verb. *soluendo* in l.2. ff. de fund. dotal.glo.verb. *satisdare* in l.1.§. si ad fiscum ff. vt fideicom. nom. cauc. glo. & Bart.in l.4.C.de vsufruc.vbi quod fiscus non tenetur cauere de vtendo & fruẽdo salua rerum substantia, Ioan. Garcia de hispan.nobilitat.glo.3.num.15. ratio est duplex, vt ibi Garcia probat, prima ex regula l.sciendum ff.qui satisda.cogã. quod possidens immobilia relcuatur ab onere satisdandi:secunda quia fiscus semper est idoneus & soluendo d. l. 2. ibi, *quamuis fiscus semper idoneus successor sit & soluendo*, ff.de fund. dota.l. 3. §. item sciendum ff. si cui plus quam per leg. falcid.& d.l.1.§.si ad fiscum, glo.in rubr. C. de iur. fisc. lib. 10. vbi ait *fiscum* dici quasi *fixum* idest firmum quia semper est diues & soluendo. Hanc glosam vna cum d.l.2.constat male legisse Thomam Mieres,qui in constitutio. *Per tolre vexations* collatio. 8. sub rubrica,Ne fisco liceat appellare,n.18.& 19. ait ibi dici fiscum in dubio præsumi soluendo.imò enim ibi tam tex.quam glo.dicit, *semper*. Mieres autem hinc infert quod cum fiscus in dubio præsumatur soluendo,ergo non semper,& quod ideo super hoc poterit forte recurri ad arbitrium boni viri. Defendit Garcia vbi supra n. 15. & 16.in Regno Castellæ quando fiscus agit iure priuati,fisci aduocatum debere satisdare per tex.in l.10.tit.20.lib.4.noui. ordinam.obseruata forma l. 15. tit. 20. lib. 4.noui ordinam. De his autem quæ competunt Regi iure priuati Couarru. in regu.possessor 2.p.§.2.n. 8. Matiençio in l.3.tit.13.lib.5.nou.ordin.glo.3. Tiraquel.de iur.primogen.quæst.35.numero 22. In hoc Principatu fisci aduocatus nec satisdat nec cauet, at fisci procurator non satisdat sed cauet cum iuramento.

126

127

128

AD QVÆST. VII.

SVMMARIVM.

1 *CVR hanc quæstionem inter alias auctor hoc loco immiscuerit.*

2 *Litteræ Domini Regis sub anno 1638. directæ omnibus feudatarijs Regijs Principatus Cathaloniæ, mandando eisdem vt pararent se cum bellicis apparatibus ad præstandum seruitium illi debitum occasione imminentis belli Regis Francorum.*

3 *Deli-*

3 *Deliberatio Regiæ Audientiæ, quod ad Baiulum Generalem Cathaloniæ vti iudicem cauſarum regiorum feudorum, ſpectabat vigore dictarum litterarum procedere de conſilio ſuorum Aſſeſſorum contra feudatarios, & quemadmodũ procedere deberet.*

4 *Commiſsio huius, cauſæ auctori facta, & proceſſus eiuſdem aduerſus feudatarios.*

5 *Prætentio Regiorum feudatariorum, quod prædictæ cauſæ cognitio non ad Baiulum Generalem Cathaloniæ, ſed ad Pares curiæ eligendos pertineret per conſtitutio.* 3. *tit.* de feus y poſſats.

6 *Dubium ſuper hac prætentione firmatum in Regia Audientia iuxta formam conſtitutio.* 11. *tit.* de obſeruar conſtitutions, *vulgo vocata* de la obſeruança.

7 *In cauſa præfati dubij ſcripſit auctor quaſdam iuris allegationes pro defenſione Regiæ iuriſdictionis, quæ hic inſeruntur.*

8 *Quid diſponat Rex Petrus Secundus ſua conſtitutione edita in Curia Barcinonæ anno* 1283. *quæ eſt* 3. *tit.* de feus y poſſats.

9 *Dicta conſtitutio Petri Secundi eſt abrogata per conſtitutionem Reginæ Mariæ anni* 1422. *quæ eſt* 1. *tit.* de offici de Balle General, *quidque ſtatuat Regina Maria eadem conſtitutione.*

10 *Tempore Regis Petri Tertij Baiulus Generalis cognoſcebat de cauſis omnibus feudalibus inter dominum Regẽ & ſuos vaſſallos, vt conſtat quinque Regijs pragmaticis Petri Tertij, quæ hic referũtur.*

11 *Idem conſtat ex quamplurimis exemplaribus, & antiquis ſcripturis, quæ per fiſci procuratorem in cauſa dubij, de qua agitur, fuere exhibita.*

12 *Petrus Tertius regnauit ab anno* 1335. *quo obijt Alphonſus Tertius, vſque ad annum* 1387. *quo ipſe ab hac luce migrauit.*

13 *Poſteriores leges prioribus derogant, ſi cõtrariæ fuerint.*

14 *Conſtitutiones Cathaloniæ ſpeciem habent contractuum inter dominum Regẽ & Populum.*

15 *Contraria ſunt, quæ ſimul ſtare non poſſũt, ſed vno poſito alterum tollitur.*

16 *Quid contineat prior ex præfatis quinque pragmaticis Petri Tertij, quæ data eſt* 4. *idus Iulij* 1347.

17 *Quid ſecunda pragmatica eiuſdem Regis, quæ data eſt* 10. *Chalend. Nouemb.* 1349.

18 *Quid tertia pragmatica, quæ data eſt* 5. *Octob.* 1344.

19 *Quid quarta pragmatica, quæ data eſt* 16. *Chalend. Maij* 1341.

20 *Quid quinta pragmatica, quæ data eſt* 4. *idus Decemb.* 1347.

21 *Intellectus prædictæ quintæ pragmaticæ Regiæ.*

Modus iudicandi manu Regia, quis olim appellaretur.

Omnes cauſæ fiſcales ſunt ſummariæ.

22 *Iudex qui poteſt procedere ſummariè & de plano, ac ſola facti veritate inſpecta, poteſt etiam procedere plenarie & ordinarie.*

Seruare ordinem iudiciarium notere non poteſt.

23 *Exẽplaria prænemorata ſunt de tempore domini Regis Petri Tertij, & quid contineant, & ſignanter empara realis ſuper feudo Regio de* Bellueſpre.

Per emparam realem fructus quærantur domino feudi, qui illam apposuit nec reſtituuntur ſublata empara.

24 *Scriptura ſignata littera L. de feudo Regio turris vocatæ* den Sẽmenat, *caſui occurrenti valde accommodatur, & quid contineat.*

25 *Litteræ Petri Tertij dat. Valentiæ* 8. *Chalend. Maij* 1346. *directæ Arnaldo Archiepiſcopo Tarraconæ ſuper feudo regio Caſtri de* Galliner, *& quid contineant.*

26 *Mandatum Petri Tertij, factum Petro Çacoſta Baiulo Generali anno* 1355. *ſuper feudo de* Bruco, *& quid contineat.*

27 *Proceſſus Baiuli Generalis poſt mortem*

Petri

Petri Tertij contra feudatarios & signãter super Regio feudo de Beuda.

28 Regina Maria erat vxor Alphonsi Quarti, cui proauus erat Petrus Tertius.

29 Inter politioris linguæ homines socer generum vocat filium: & gener socerum appellat patrem, maximè in Regnis Aragonum & Castellæ.

30 Correctio legum in dubio non præsumitur: & an præsumatur, non facta in posteriori lege mentione prioris.

31 Generalis dispositio omnes species sub genere comprehensas continet.

Generalis mentio idem operatur quo ad omnia, quod specialis quo ad singula.

32 Ab intellectu & interpretatione legis declaratiua data à communi obseruantia recedi non potest.

33 Extenditur etiã si agatur de legis alicuius correctione.

34 Idem est si extaret obseruantia, quod aliquod particulare statutum non seruaretur; sed aliud generale in casu illius particularis statuti haberet locum.

35 Statutum quod alias non valeret, potest ex consuetudine interpretatiua valere.

36 Obseruantia interpretatiua tenenda est, etiam si statuta, pro vt constitutiones Cathaloniæ, essent ad litteram intelligenda.

37 Consuetudo interpretatiua constitutionis non dicitur noua dispositio, sed ipsa constitutio: & admittenda est, etiam si verba legis repugnent, aut improprientur.

38 Ad consuetudinem interpretatiuam sufficiunt duo vel tres actus post legis seu statuti promulgationem, neque necesse est quod sit præscripta.

39 Consuetudo interpretatiua dicitur potius assuetudo, quam consuetudo, & differt in pluribus à consuetudine propriè sumpta.

40 Post constitutionem Reginæ Mariæ perpetua & vniformis ad hodiernum vsque tempus fuit obseruantia, vt in causis feudorum Baiulus Generalis cognosceret inter dominum Regem & ipsius vassallos.

41 Notoria consuetudo non est probanda, sed alleganda.

42 Præconium cum termino triginta dierũ & citatio per Petrum Baçet Baiulũ Generalem sub anno 1427. facta citando omnes feudatarios domini Regis Barcinonæ & in Vallen. degentes.

43 Pragmatica Regis Alphonsi data 9. Octob. 1442. directa Ioanni de Corbaria Baiulo Generali pro feudis Regijs, vt cognosceret de omnibus controuersijs sine lite vel cum lite.

44 Obseruantia subsequuta tanto efficacior est ad legis interpretationem, quanto legi est proximior.

45 Post d. pragmaticam Regis Alphonsi sequuntur diuersæ pragmaticæ Regiæ, quibus à multis seculis constitutum est, vt omnes causæ feudales ad solum Baiulum Generalem in Cathalonia, non etiam ad Regiam Audientiam pertinerent, & signanter ad hoc refertur pragmatica Ferdinandi Regis Catholici anni 1482.

46 Alia similis pragmatica Ferdinandi anni 1488. & alia anni 1500. & alia Philippi anni 1617. & vltima domini nostri Regis anni 1630.

47 Vsus & practica est verus intellectus constitutionis.

48 Baiulus Generalis in Cathalonia est loco Parium Curiæ, & à tempore quo extat Baiulus generalis in Cathalonia, nullus factus est super feudis Regijs processus Parium Curiæ.

49 Inter formas processuum Parium Curiæ nullam posuit don Ludouicus de Peguera in feudis domini Regis.

50 In Germania de istis feudis cognoscit Camera Imperialis: in Ducatu autem Sabaudiæ Camera Rationalis, quod est iudicium Principis, non Parium Curiæ.

51 Iure Communi secundum communem DD. sententiam licet de causis inter dominum feudi & vassallum sint iudices Pares Curiæ: tamen Princeps qui Superiorem non agnoscit, solus iudex est in causis

UAB Biblioteca de Ciències Socials

causis suorũ feudorum inter se & vassallos suos.

52 Princeps supremus, eiusq; Cæsaris Procurator iudex est in causa propria.

In Cathalonia Baiulus Generalis est Procurator Cæsaris.

53 In legib° Municipalibus omnis regressus ad ius Commune est fauorabilis, & omnis recessus odiosus.

54 Argumentum feudatariorũ desumptũ à compilatione constitutionum Cathaloniæ, quæ facienda erat resecatis superfluis & correctis.

55 Compilatio dd. constitutionũ ius non facit, & quare.

56 In primo volumine cõstitutionũ Cathaloniæ multæ legũtur superfluæ & correctæ.

Constitutio. 1. tit. de l inuẽtari faedor per lo hereu, à multis seculis recessit ab aula.

57 Vsatic. Stratæ, per desuetudinem abrogatus est à tempore immemoriali.

58 Idem est de constitutio. 4. ti. de offici de Iutges y Assessors ordinaris, & de cõstitutio. 1. ti de examẽ de aduocats, & de constitutio 7. ti. de orde iudiciari, y que lo de la Real Audientia sie seruat en las Corts dels ordinaris, & de constitutio. 4. & 5. tit. de offici de aduocats y procurados fiscals.

59 Authenticæ Iuris Ciuilis fidem non faciunt, nisi quatenus concordant cũ verbis Authenticorum.

60 In Decreto Gratiani secundum multorũ DD. sententiam non habent vim canonis, nisi ea capitula, quæ ex Pontificis, aut Concilij Generalis decreto deprõpta sunt.

61 De auctoritate canonũ Decretis, & legum in illo insertarum, atque Gratiani & Paleæ, remissiuè.

62 Constitutio Petri secundi, quæ de Parib° Curiæ loquitur, non fuit vsu recepta.

Vt lex valeat, necesse est quod ab initio recipiatur.

Lata censetur sub conditione, si fuerit vsu recepta.

63 Lex eadem potest esse quod ad vnũ caput recepta, & quo ad aliud non recepta. & confirmatur exemplo & auctoritate DD.

64 Post longam inquisitionem super hoc factam in archiuo Regio & Baiuliæ Generalis Cathaloniæ nullus repertus est processus Parium Curiæ in feudis domini Regis: de feudis tamen aliorũ dominorũ feudalium reperiuntur iuxta constitutio. 4. tit. de feus y postats.

65 Auctor fuit aduocatus Episcopi Vicen. in causa, quã vt dominus feudi de Briãço coram Paribus Curiæ gerebat.

66 Constitutio Petri Secundi de Paribus Curiæ disponens fuit sublata per contra iam consuetudinem tercentũ annorũ & vltra.

67 Ad tollendam legem anteriorem par est vis consuetudinis atque legis posterioris.

68 Constitutio Desijants 10. tit. de obseruar constitutions reprobat omnem consuetudinem contra Cathaloniæ constitutiones etiam immemorialem.

69 Constitutiones Cathaloniæ, Vsatici, & alia iura Municipalia abeunt in desuetudinem per contrarium vsum totius Cathaloniæ & Regis tolerantiam.

70 Baiulus Generalis in Cathalonia pro causis regiorum feudatariorum à multis seculis publicum tribunal habet, & per suos Assessores de illis cognoscit & iudicat; eiusq; solius facie pro quibuscũque controuersijs agnouerunt feudatarij.

71 Dicta constitutio 10. ti. de obseruar cõstitutions intelligitur de consuetudine inductiua noui iuris, non tamen excludere censetur interpretatiuam seu obseruantiã iuris declaratiuam.

72 Statuta quæ prohibẽt cõtra se cõsuetudinẽ allegari, nõ intelligũtur reprobare interpretatiuã & obseruantiã iuris declaratiuã.

73 Statutũ reprobãs omnẽ consuetudinẽ contrariã præteritã & futuram, abrogatur per longã & antiquã consuetudinẽ contrariam, quæ in seculis aliorũ Principũ & populi orta & inducta fuit.

74 Consuetudo contraria anteriorem legem non tollit, nisi sit rationabilis, & legitimè præscripta.

75 Quando lex reprobat consuetudinẽ contrariam, dicitur consuetudo irrationabilis, & quæ non habet indicium voluntatis Principis.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

76 *Lex si simpliciter improbat consuetudinem in contrarium, intelligitur de præterita, non de futura.*

77 *Si expresse damnet futuram consuetudinem, non intelligitur de consuetudine, quæ de nouo induceretur cum scientia Principis & populi. & quid si improbaret futuram consuetudinem immemorialem.*

78 *Si lex reijciat quamcunque consuetudinem præteritam & futuram, non excluditur longa & antiquissima consuetudo, quæ in seculo aliorum Principum & populi orta & inducta fuit.*

Par in parem non habet imperium.

79 *Speciale est in feudis vt attendatur consuetudo, antequam leges.*

Ius feudorum dicitur ius voluntariæ cõsuetudinis.

80 *Cur in corpore Iuris Ciuilis libri feudorũ non inscribantur,* Ius feudorũ: *sed*, vsus & consuetudines feudorũ *& quid in Cathalonia.*

Libri feudorum an ius Commune sit.

81 *Post d. constitutionem Petri secundi de Paribus Curiæ loquentem, Curia Generalis anni* 1599. *approbauit iurisdictionem Batuli Generalis Cathaloniæ in iudicando de causis feudalibus inter dominum Regem & eius vassallos. & nn. seqq.*

82 *Et comprobatur capit.* 41. *& capite* 86. *& cap.* 37. *dd. curiarum anni* 1599.

83 *Petens pretiũ rei sine solennitate vẽditæ, vel vtens instrumento ex defectu solẽnitatis nullo, censetur renuntiare nullitati, & contractũ, ac instrumentum approbare.*

84 *Dominus petens fidelitatem à vassallo & canonem ab emphyteuta, videtur renuntiare caducitati.*

85 *Producens instrumentum iudicatur approbare illud in omnibus in eo contentis. & quid si producat illud in parte & partibus.*

86 *Petens terminum ad soluendũ iudicatũ, videtur iudicatum approbare.*

87 *Curia Generalis petens vel tractans aliquid in materia, in qua possit prætendere præiuditium, solet semper protestari de suo præiuditio. & confirmatur aliquibus constitutionibus.*

88 *Nouitates sunt regulariter odiosæ & reprobatæ ac suspectæ, præsumunturque ex iniustis causis fieri.*

89 *Fabula Typhœi à Poetis tradita.*

90 *Causæ super taxandis vel declarandis seruitijs Regiorum feudatariorum sunt propriè causæ feudales. & respõdetur friuolis feudatariorum obiectis.*

91 *Omnis species sub genere continetur.*

92 *Vbi sumus in iure vniuersali, exercitium vnius actus, extenditur ad omnes, in quibus nihil fuit obseruatum.*

93 *Habens à iure vel à Principe iurisdictionem, per exercitium iurisdictionis in vna specie, retinet eam quo ad alias species.*

94 *Præscripto aliquo iure reali in genere, extenditur præscriptio ad omnes personas quibus ius illud applicari possit, quamuis aduersus eas specificè præscriptum nõ fuerit.*

95 *Processus tempore domini Regis Petri Tertij factus per Baiulum Generalem pro taxandis seruitijs feudi Regij. & respondetur obiecto quod esset commissio specialis. & n. seq.*

96 *Dicta commissio non est specialis commissio, sed excitatio iurisdictionis.*

Commissio iudici ordinario facta non constituit eum delegatum, sed dicitur tantũ excitatio suæ iurisdictionis.

97 *Multis respondetur doctrinæ Antonij Oliba dum à feudatarijs pro se allegatur. Locus huius Doctoris intelligitur & explicatur & pro fisco expenditur.*

Sol non est facibus illustrandus, neque in re nimis clara diutius arguendum.

98 *Iuris allegationibus per feudatarios editis satis videtur ex supra scriptis satisfactum.*

99 *Constitutio* 4. *tit. de feus y postats quæ est Regis Iacobi secundi, non cõcordat cũ constitutione Petri Secundi* 3. *eod. tit. de qua principaliter disceptatur, quia non loquitur de feudatarijs domini Regis, sed aliorum.*

100 *Pragmatica Petri Tertij dat.* 16. *chalẽd.* 1341. *à morsib° cõtrariorũ defenditur.*

101 *Litteræ Regis Alphonsi sub anno 1430. quibus committit Galcerando de Requesens Baiulo Generalis Cathaloniæ causas feudales.*

102 *Computa Francisci Çaçala, cui per Petrum Tertium 4. idus Decemb. 1347. fuit facta commissio causarum feudalium.*

103 *Instrumenta de nouo reperta pro iurisdictione Baiuli Generalis in causis fisci aduersus feudatarios, & imprimis carta Infantis Ioannis primogeniti & Generalis Gubernatoris Regnorũ domini Regis dat. Çesaraugustæ 25. Augusti 1378.*

104 *Alia carta eiusdem Infantis Ioannis dat. 24. Iulij 1383.*

105 *Noua prætentio Regiorum feudatariorum, quod possit quidem Baiulus Generalis de causis ipsorum inter eos & dominũ Regem cognoscere, sit tamen illis ius facultatiuum petendi assignari iudices de Paribus Curiæ si malint.*

106 *Respondetur nouæ prædictorũ feudatariorum prætentioni.*

107 *Vera probatio quod aliquid non sit ius facultatiuum, est cũ sæpe & longo tempore casus euenit, & non reperitur vsus prætensæ facultatis.*

108 *Declaratio per Regiã Audiẽtia facta in causa dubij, de qua agitur.*

109 *Cõparitio & requisitio cuiusdam Regij feudatarij in Regio Concilio Baiulæ Generalis Cathaloniæ post dictam declarationem facta petendo assignari iudices de Paribus Curiæ.*

110 *Responsum redditum præfato feudatario.*

111 *Comparitio eiusdem feudatarij postea facta in Regia Audientia volens nouum firmare dubium. & repulsa quam passus fuit.*

112 *Prosequutio causarum taxationis seruitiorum feudatariorum domini Regis in Baulia Generali Cathaloniæ*

DE OFFICIO ADVOCATI FISCALIS ADVERSVS FEVDATARIOS Domini Regis,

QVÆST. VII.

1 ARREPTA hoc loco occasione ex præcedẽti materia de aduocato fisci, libet referre quandã nõ leuis põderis cõtentionem, quam hoc anno aduocatus fiscalis Baiuliæ Generalis Cathaloniæ contra Regios feudatarios discepta-

uit, in qua & ipse pro meo munere inuigilare & veritatem perscrutari habui.

2 Hæc contentio orta fuit prætextu litterarũ Regiæ Maiestatis, quæ datæ fuere Madriti 7. Augusti 1638. omnibus feudatarijs Regijs Principatus Cathaloniæ directæ, quibus dominus Rex certiores illos facit, quod gentes Regis Franciæ in numero copiosissimo minantur inuadere Comitatũ Rossilionis & Ceritaniæ ac Principatum Cathaloniæ pro

vt iam initaſerunt hoſtiliter Prouinciã de Guipuſcoa Regnorum Caſtellæ, & cupiens defenſioni Regnorum ſuorum prouidere, mandat eiſdem feudatarijs vt parent ſe cum bellicis apparatibus ad præſtandum ſeruitia, quæ pro feudis re-
3 gijs debent. Nam his litteris tranſmiſſis, ex deliberatione Regiæ Audientiæ viſũ fuit, vt Baiulus Generalis Cathaloniæ de conſilio ſuorum Aſſeſſorum, cum ſit in hoc Principatu Iudex Regiorum feudorum, cauſa ſummariſſimè cognita, pro nunc & donec in ordinario iudicio alia prouiſio ſeu declaratio fieret, arbitraretur, taxaret, & deſignaret vnicuique prędictorũ feudatariorum ſeruicium, quod ratione ſui feudi in præſenti imminentis belli occaſione domino Regi facere te-
4 neretur. Hanc ergo cauſam Aduocatus fiſci Baiuliæ Generalis Cathaloniæ in Regio illius Concilio inſtituit; mihique vt alteri ex Aſſeſſoribus cõmiſſã, fuerũt ex prouiſione mea 5. Octob. 1638. expeditæ feudatarijs litteræ monitoriæ cum termino quindecim dierum ad oſtendendũ conueniencias, inueſtituras, & valorem ſuorum feudorum, vt taxatio & deſigna-
5 tio prædicta fieret. Tunc quidam ex Regijs feudatarijs nempe dõ Petrus de Aymeric, don Michael de Rupebertino & alij complures 21. prædictorum menſis & anni obtulerunt Baiulo Generali Aduocato fiſcali & mihi vt Aſſeſſori requiſitionẽ, prętendendo ad ſeruicij taxationem & declarationem Baiulũ Generalẽ cum ſuis aſſeſſoribus non eſſe iudicẽ cõpetentẽ, ſed Pares curiæ eligendos per conſtitutionẽ 3. tit. *de feus y poſſats*, ideoque petierunt procedimenta facta ceſſari & reuocari per eoſdem Baiulum Gen. fiſcalem aduocatum & aſſeſſorem, aut per ipſos firmari dubium in Regia Audientia iuxta conſtitut. 11. tit. *de obſeruar conſtitutions* vulgo vocatam *de la obſeruança*. Firmatũ eſt dubium 26. ſupra 6
dicti menſis Octobris & poſt longam diſcuſſionem 3. Februarij tunc proximi prodijt declaratio Regiæ Audiẽtiæ iuxta formam d. conſtit. 11. pronunciando & declarando per procedimenta facta per præfatos Baiulum Generalem Aduocatum fiſcalem, & Aſſeſſorem contra feudatarios Regios Principatus Cathaloniæ non fuiſſe nec eſſe contrafactũ dictæ cõſtitutioni 3. tit. *de feus y poſſats*. Dum hæc 7
dubij cauſa vertebatur, ego pro defenſione iuriſdictionis Domini Regis & proceſſus mei non nullas allegationes quomodocunque conſcripſi, quas quia omnis controuerſia ſuper memorata cõſtitutione 3. fundatur, ſolutiones ad illã appellaui. Hic inſerũtur, vt huius diſceptationis cognitio habeatur, maximè cum Regiæ Audientiæ prouiſio ſeu declaratio, quę poſtea emanauit, illas probet, eiſque congruat & conformetur.

AD

AD CONSTITVTIONEM TERTIAM TIT. DE FEVS Y POSTATS, DE qua opponitur contra Baiulum Generalem Cathaloniæ Iudicem Regiorum feudorum,

SOLVTIO.

PRO CAVSA DVBII INSTANTIBVS NONNVLLIS Regijs feudatarijs firmati in Regia Audientia per Baiulum Generalem Cathaloniæ, & Fisci Aduocatum ac Assessorem infrascriptum Baiuliæ Generalis iuxta constitutionem 11. tit. de obseruar const. tutions.

Dominus illuminatio mea.

8 CONstitutione Petri Secundi edita in Curia Barcinonæ an. 1283. quæ est tertia tit. *de feus y postats*, cauetur quod causæ feudales inter Dominum Regem & Barones seu milites iudicentur per Pares curiæ. Hoc prætextu quidã ex feudatarijs Dñi Regis prætendunt hodie causas cõtra ipsos coram Baiulo Generali Cathaloniæ cœptas pro taxandis seu declarandis seruitijs suorũ feudorum agitari, ac decidi debere per Pares curiæ, cõtra huc vsque recepta praxim & stylum iudicij Baiuliæ Generalis in causis regiorum feudorum.

9 Aduersus hanc constitutionẽ, Respondetur primò, quod ipsa est anni 1283. & consequenter est abrogata per constitutionem Reginæ Mariæ anni 1422. quæ est prima tit. *de offici de Balle General*, in qua approbat & confirmat iurisdictionẽ & modum ac formam exercitij iurisdictionis, qua Baiulus Generalis Cathaloniæ vtebatur tẽpore Regis Petri Tertij, & iuxta principales cõmissiones sui officij:

10 hoc enim tẽpore Baiulus Generalis cognoscebat de causis omnibus feudalibus inter dominum Regem & suos vassallos, vt constat quinque regijs pragmaticis eiusdem Regis Petri Tertij, quarũ quatuor legũtur in libro Regiarũ Petri Çacosta n. 1. plut. 1. in archiuo Baiuliæ Generalis; altera scilicet data 4. Idus Iulij 1347. fol. 106. & altera 10. chalendas Nouemb. 1349. fol. 107. & alia 5. Octob. 1344. fol. 109. & alia 16. chalẽdas Maij 341. fol. 108. quinta autẽ desũpta est ex Regio archiuo data 4. Idus Decẽbr. 1347. Liquet etiã 11 ex quãplurimis exẽplaribus huiusmodi causarũ & processuũ ex regestris Petri Çacosta tunc Baiuli Generalis Cathaloniæ annorũ 1351. 1357. 1368. & 1378. & ex processibus de tẽpore Petri III. in archiuo Baiuliæ Generalis custoditis, & alijs antiquis scripturis, quæ omnia per Fisci aduocatũ exhibita sunt in causa dubij instantibus feudatarijs Dñi Regis firmati in Regia Audientia occasione prælibatę constitutionis Petri Secundi, cũ Petrus Tertius regnũ obtinuerit ab anno 12 1335. quo obijt Alphonsus Tertius vsq; ad annum 1387. quo ipse ab humanis decessit, vt historiæ Coronæ Aragonum perhibent, & legitur in vitis eorum in volumine nostrarum constitutionum.

Nam posteriores leges prioribus de- 13 rogant, si contrariæ fuerint. l. nam & posteriores ff. de legib. glos. in l. sciendum. in pri. ff. qui satisd. cogã. Angel. & classici omnes in l. de quib. ff. de legibus, Pegue. in constitutio. Item ne super laudimio, vers. 4. n. 4. & cũ constitutiones Ca- 14 thaloniæ speciem habeant contractuum inter dominum Regem & populum, constit. 2. tit. *de Vsatjes, constitutions, y altres leys*, Mier. collatio. 8. c. 1. n. 5. Cancer. var. par. 3. ca. 3. num. 68. Francisc. Moli.

de ritu nup. & pact. in matrim. conuen. li. 3. quæſt. 28. nu. 13. ideo optimè probat tex. in l. pacta nouiſſima, C. de pactis, ex qua pacta poſteriora prioribus derogãt,
15 ſi contraria fuerint, contraria enim ſunt, quæ ſimul ſtare non poſſunt, ſed vno poſito alterum tollitur, vt definit Deci. in l. ſecũdũ naturam n. 2. ff. de regul. iur. poſt gloſ. in c. cum humilitatis 22. q. 2. & in l. fin. de diuorti.

16 Prima pragmatica Petri III. continet præceptum per eundem Regem factum cunctis Caſtlanis militibus ac feudatarijs ſuis, vt pro feudis, quæ poſſident, Baiulo Generali nomine ipſius domini Regis ſacramentum & homagium præſtent, concedendo eidem ſuper omnibus alijs ad hæc neceſſarijs, eiſq; cohærentibus, incidentibus, emergentibus, vel dependẽtibus ex eiſdẽ liberam licentiam, plenãque facultatem.

17 Secunda pragmatica eſt declaratio per Petrum Tertium facta, quod Baiulus Generalis poteſt feudatarios regios de feudis (recepto ab eis homagio) inueſtire ac in transportationum inſtrumẽtis dominij ratione firmare, nec non pecunias ex laudimijs prouenientes recipere, & habere.

18 Tertia pragmatica mãdat Petrus Tertius omnibus feudatarijs ſuis, ac emphyteutis, quod requiſiti per Baiulum Generalem illi ſine aliqua excuſatione inſtrumenta titulorum, quibus res feudales, ſeu emphyteoticas poſſident, illico edãt, eidemq; profiteantur, quæ teneant per Regem in feudum, & quæ iura illi præſtent, alias Baiulus Generalis procedat contra contumaces per receptionem Poteſtatis, & per emparam realem feudi, & alia iuris remedia.

19 Quarta pragmatica refert Petrus Tertius quod feudatarij ſui conquerebãtur de Baiulo Generali, quod minus ſeruato iuris ordine contra eos per emparam realẽ procedebat, ideoq; illi poſtea coram Locorum Ordinarijs opponebant de nullitate alienationum, & de cuictione agebant, declaratque dominus Rex Baiulum Generalem legitimè per eaſdem emparas reales ius dicere, mandatque Vicarijs, Baiulis, & alijs officialibus ne huiuſmodi exceptiones admittant.

Quinta pragmatica Petrus Tertius committit Franciſco Ceçala Baiulo Generali Cathaloniæ, & Iacobo Desfar Iuriſperito conſiliario ſuo, vt informatione recepta inquirant ſuper omnibus iuribus regiorum feudorum, & vt cognoſcant de omnibus controuerſijs feudalibus regiorum feudorum, vbi leguntur hæc verba. *circa quorum feudorum vendicationem, occupationem, emparam, reuocationem, & recuperationem ad noſtrum dominium faciendam, reductionemque ad ſtatũ debitum, necnon ad reformationem feudorũ ipſorum &c. & ad cognoſcendum, & determinandum per vos vel alios ſine lite, & vt melius & expedientius poteritis de conſtũerſijs ſi quæ nunc ſunt motæ, vel mouẽdæ, & de cæteto fuerint propræmiſſis, vel dependentibus, ac emergentibus ex eiſdem &c. & ad emparandum, emparata tenendũ, & deſemparandum eadem &c. vobis ambobus cõmittimus plenarie & generaliter vices noſtras, ſtatuentes quod ſine ſtrepitu & figura iudicij, ſola iuris & facti veritate attenta, omiſſis quibuſcunque ſolennitatibus de rigore iuris ſcripti, vel alias introductis, quas tollimus, & relaxamus de plenitudine poteſtatis, poſitis procedere in præmiſſis, & circa ea &c.*

Nota quod ideo in hac pragmatica, inquit dominus Rex, *ſine lite*, quia ſtatim ſubdit, *omiſſis quibuſcumq; ſolennitatibus*, quemadmodum Reges ipſi antiquitus iudicabant, qui iudicandi modus appellabatur, *manu Regia*, vt benè explicat Marta de clauſul. par. 1. clau. 71. n. 2. & 4. & anteà Ariſtot. libro 3. Politic. vnde Peregrin. de iur. fiſci libro 7. tit. 3. num. 3. docet quod omnes cauſæ fiſcales ſunt ſummariæ, & in eis proceditur ſola facti veritate inſpecta. De quo, cum in fauorem fiſci inductum ſit, vaſſalli regij opponere non poſſunt. Imò de iure Iudex qui poteſt procedere ſummariè

& de

& de plano, ac sola facti veritate inspecta, potest & procedere plenariè seu ordinariè, pro vt ita concludunt Bald. in l. non quidquid, ff. de iudic. & in l. nulla circa fin. ff. de legib. Thom. Mier. p. 2. collatio. 6. c. 16. n. 18. Catelian. Cotta in memoralib. verb. *Arbiter*. vbi asserit arbitrū cui data est potestas procedendi summariè, & de plano, posse nihilominus procedere ordinariè, & eius processum valere. Vndè Innocen. in ca. nouit de iudic. ait seruare ordinem iudiciarium non posse nocere. Quod dictum commendat Felin. in ca. cum dilecta de rescrip. vbi etiam affirmat statuto permittente, vt in syndicatibus non seruetur ordo, si tamen ordo seruaretur, validum esse processum, quia seruare formam non nocet. Quid quod dominus Rex Petrus addit illa verba, *& vt melius & expedientius poteritis*. idest, *vel cum litè*. Sicque communis vsus obseruauit & intellexit.

23 Exēplaria præmemorata sunt de tempore Petri Tertij, continentque diuersa mandata per Baiulum Generalem suis feudatarijs facta, & comparationes eorū in iudicio eius, appositiones, & sublationes emparæ realis, qualis est appositio emparæ realis per Baiulum Generalem super feudo regio *de Bellueſpre* an. 1360. facta & aliæ multæ, per quas cum fructus quærantur domino feudi & emparis ipsis sublatis per eum non restituantur, ex traditis per Peguera in constitutio. Item ne super laudimio præludi. 5. n. 10. maximi ponderis iudicia sunt, receptiones homagij & inuestituras concessas per eundem Baiulum Generalem pro

24 feudis regijs, & alia, inter quæ est scriptura signata littera L. quæ casui nunc occurrenti de declarandis seruitijs regiorum feudatariorum valdè accōmodatur, in qua Petrus Tertius ad supplicem petitionem Guillermi Martina habentis in feudum à domino Rege turrim vocatam *den Semmanat* in Loco de Moncada committit 20. Aprilis 1385. Petro Çacosta Baiulo Generali, vt præmissō processu & causa cognita declaret, quæ iura dominus feudi habeat in ipso, sequunturque in processu partis articuli & prouisiones Baiuli Generalis, & ex li. 4. instrumentorum de feudis fol. 49. in archiuo Baiuliæ Generalis seruato sunt litteræ Petri Tertij. Dat. Valentiæ 8. Chalēdas Maij 1346. directæ Arnaldo Archiepiscopo Tarraconæ super feudo regio Castri *de Gallmer*, quod suum esse putans Archiepiscopus procedebat contra vassallum dominum vtilem dicti Castri, & inhibet Archiepiscopo dominus Rex, ne de hoc feudo amplius curet, quia regium feudum est, & circa finem earūdem litteram subijcit hæc verba. *De quibus tanto magis admirationis materiam sumpsimus, quanto nos scimus quod de feudis nostris Vos non licet intromittere Vllo modo, & nō ignorare, quod eorum cognitio ad nos immediatè pertinet, & spectat.* Quid expressum magis excogitari (quæso) poterit?

25

Est etiam mandatū Petri Tertij Petro Çacosta Baiulo Generali Cathaloniæ factum anno 1355. super feudo *de Bruco*, vt vocatis & auditis fisci procuratore, & partibus, si inuenerit feudum regium cecidisse in commissum, recipiat illud ad manus suas. & alia complura instrumēta. Sed & post mortem Petri Tertij ante 27 constitutionem Reginæ Marię vtebatur Baiulus Genaralis Cathaloniæ eadem iurisdictione cōtra feudatarios regios, & talis est scriptura exhibita cuiusdam citationis per Baiulum Generalem factæ sub an. 1393. Berengario de Quexans ad capibreuiandū feudum regium *de Beuda*.

26

Quod autem Regina Maria in præ- 28 libata constitutione sua loquatur de Petro Tertio domino Rege, ibi, *en temps del Rey en Pere proaui nostre de memoria recordable*. nemo ambigit: nam ipsi erat vxor Alphonsi Quarti, cui proauus erat Petrus Tertius: etenim Alphōsus Quartus erat filius Ferdinandi Primi, Ferdinādus Primus erat filius dominæ Eleonoræ, quæ fuit soror Regis Martini, domina autem Eleonora erat filia Petri

Tertij. proauus enim dicitur pater aui, sicut abauus dicitur auus aui, vt attestãtur latinæ linguæ authores & præsertim Ambrosius Calepin. in verb. *proauus*, & cernere est in arbore cõsanguinitatis in corpore iuris. nec potest Regina Maria
29 loqui de alio Petro Rege Aragonũ. Accedit quod inter politioris linguæ homines, maximè in Regno Aragonum, & Castellæ socer generum vocat filium, & gener socerum appellat patrem, & sic de cæteris.

30 Non obstat quod in contrarium obijcitur, & opponitur, ad correctionem præfatæ cõstitutionis Petri Secundi necessariam fuisse in præcitata cõstitutione Reginę Mariæ expressam mentionem caularum feudaliũ, cum agatur de correctione legum, quæ in dubio non præsumitur, l. non ad ea, ff. de conditio. & demonst. c. cum expediat de electio. lib. 6.

31 Nam cõstitutio Reginæ Mariæ generaliter loquitur de iurisdictione, modoque & forma exercitij iurisdictionis, qua Baiulus Generalis Cathaloniç vtebatur tẽpore Regis Petri III. proaui Reginæ Mariæ, generalis autẽ dispositio omnes species sub genere comprehensas cõtinet, l. si chorus de leg. 3. Cardin. Tusch. to. 4. lit. G. conclus. 29. Francisc. Molin. de ritu nup. li. 3. quæst. 87. n. 17. & generalis mentio idem operatur quo ad omnia, quod specialis quo ad singula. l. si duo, ff. de testamenta. tute. d. l. si chorus. Barbos. in locis commun. litt. G.

32 Et (quod omnem difficultatis nodum facile soluit) ad intellectum traditũ prælibatæ constitutionis Reginæ Mariæ sufficit obseruantia interpretatiua post eã subsequuta, cum semper Baiulus Generalis de causis inter dominum Regem, & suos vassallos feudalibus cognouerit, l. si de interpretatione, l. nam Imperator, ff. de legib. nõ enim est recedendum ab intellectu, & interpretatione legis declaratiua data à communi obseruãtia, vt latè probant Mastril. decis. 137. n. 24. Stephan. Gratian. decis. 230. in additio. ex n. 6. Alderã, Mascar. de general. interpretatio. statutor. concl. 2. ex n. 139. Tiber. Decian. respon. 46. num. 130. qui omnes sequũtur doctrinã Bart. in l. neque leges, ff. de legib. vbi docet quod si obseruantia interpretata est aliquem casum dubiũ in statuto, secundũ illam semper erit iudicandũ. Imò huic obseruantiæ interpre- 33
tatiuæ standum est etiam si agatur de legis alicuius correctione, vt asserunt Parisi. conf. 56. n. 34. li. 2. Alderan. Mascar. d. concl. 2. n. 143. & seq. atque etiam Petr. Fonta. de pact. nup. to. 1. clau. 1. nu. 40. & 34
idem est si extaret obseruantia, quod aliquod particulare statutum non seruaretur, sed aliud generale in casu illius particularis statuti haberet locum, vt tradit Gozadin. conf. 37. n. 14. Alderan. d. conclu. 2. nu. 152. & econuerso statutum, 3
quod alias non valeret, potest ex cõsuetudine interpretatiua valere, vt scribit Decian. d. responso 46. num. 123. Alderan. d. conclu. 2. num. 166. & tenenda est hæc obseruantia interpretatiua, etiam si 3
statuta, pro vt nostræ constitutiones, essent ad litteram intelligenda, ex citatis per Petrum Fontanellatom. 2. de pact. nupt. clau. 7. glos. 3. p. 9. n. 24. & hæc con- 3
suetudo interpretatiua non dicitur noua dispositio, sed ipsa constitutio, & ipsum statutum sic interpretatum, vt prædicti omnes DD. explicant & declarant, & est tantæ efficaciç, vt etiam si verba legis repugnent, aut improprientur, & etiam si resultet malus intellectus, nihil omnius admittẽda sit, vt probant relati per Petr. Fontanel. d. clau. 1. n. 41. & per Alderan. Mascard. d. conclu. 2. ex n. 139. Et ad hãc 3
consuetudinẽ interpretatiuam sufficiunt duo vel tres actus post legis seu statuti promulgationem, Ioseph. Ludou. conclu. 2. Amicus de feudis pag. 34. colum. 2. Alderan. dic. conclu. 2. numero 171. Neque necesse est quod sit præscripta, vt declarant idem Ludou. conclu. 38. Seraphin. decis. 1410. numero 17. Gratian. dic. decis. 230. in additio. ex numero 6. Alderan. dic. conclu. 2. numero 159. Vndè dicitur potius assuetudo, quam cõsuetudo, idest obseruantia quædã, quæ differt

differt à consuetudine propriè sumpta in pluribus, vt notauit Anton. de Butrio in c. fin. de consuetud. numero 47. Quid ergo quando est immemorialis, & continuo obseruata, vt in casu nostro?

40 Nam post sæpè dictam constitutionem Reginæ Mariæ perpetua, & vniformis ad hodierna vsque tempora fuit obseruantia in præfatis feudorum causis inter dominum Regem, & ipsius vassallos, quod Baiulus Generalis ius dicit. cumque hoc sit

41 notorium, sufficit illud allegare, glos. in clemen. appellanti de appellatio. Codex Fabri. lib. 2. tit. 7. defin. 1. Lapus allegario. 1. Guido Pap. quæstio. 221. num. 4. nam consuetudo notoria non est probanda sed alleganda, Stephan. Gratia. decis. 186. nu. 18. Roc. de Curt. in tract. de consuetudine numero 560. & in archiuo Regio Baiuliæ Generalis inueniet quisque quotquot velit exemplaria vsq; quò nauseam sibi pariant.

Et ne quis hæsitet, exhibuit fisci Ad-

42 uocatus in causa dubij de qua agimus, plura exemplaria, inter quæ est præconium cum termino triginta dierum, & citatio per Petrum Bacet Baiulum Generalem sub anno 1427. facta citando omnes feudatarios domini Regis Barcinonæ, & in Vallen. degentes, vt coram eodem Baiulo Generali omnes capibreuiarent feuda regia, sequiturque assignatio Assessorum in causis ipsorum feudatariorum per dictum Baiulum Generalem facta pro iustitia illis ministranda. Est etiam prag-

43 matica Regis Alphonsi. Data 9. Octob. 1442. directa Ioanni de Corbaria Baiulo Generali Cathaloniæ pro feudis Regijs. & specialiter vt cognoscat de omnibus controuersijs motis & mouendis super feudis regijs sine lite, vel cum lite, & vt melius poterit, concedendo Baiulo Generali omnes vices suas, & quod assignet sibi Assessores ad dictas causas, & eis assignet salaria, mandando Magistro Rationali, vt accipiat illa in compotum. Vide quam proxima sit hæc obseruantia præallegatæ consti-

44 tutioni Reginæ Mariæ, quæ est anni 1422. tanto enim obseruantia subsequuta est efficacior ad legis interpretationem, quanto legi proximior est ex Bald. in procem. ff. numero 7. Rota Romana coram Ludouis. decis. 325. numero 1. & additio numero 26. plures decisiones cumulat. & cum ex tunc per ducentũ & plures annos, ac semper fuerit continuata ista obseruantia, nihil vltra desiderari potest ex doctrina Baldi in l. 1. numero 8. C. de emancip. liber. Molin. de primog. Hisp. lib. 2. cap. 16.

Consequenter extant diuersæ pragma- 45
ticæ Regiæ, quibus á multis seculis per sereniſſimos Reges Aragonum expresè cõstitutum est vt omnes causæ feudales ad solum Baiulum Generalem in Cathalonia, non etiam ad Regiam Audientiam pertinerent, vt est pragmatica Ferdinãdi Regis Catholici anni 1482. ibi, *Causæ omnes patrimoniales ac feudales maiores & mediocres & breuiores, præsertim iurisdictionum redituum, ac iurium omnium Patrimonij nostri, & multo magis cum ad fraudes, quæ in illis, & circa illa committuntur, occurritur, nisi per dictum Baiulum nostrum Generalem, eiusque Locumtenentem de consilio Assidentium, ac per curiam ipsius Baiuli in dicto Principatu Cathaloniæ in primis instantijs, vel per Nos, cum præsentes fuerimus in Principatu prædicto, per alium neminem etiam Locumtenentis Generalis officio in eodem Principatu fungentem, cognoscantur, examinentur, agitentur, & per sententias, ac debitas declarationes & prouisiones, pro vt rerum qualitas, ac conditio personarum exposcerit, terminentur, & demum exequantur, ad effectumq; mediante iustitia deducantur. Et si fortasse prætextu paupertatis, miserabilitatis, & pupillaritatis, viduitatisq; ac aliarum qualitatum, aut aliàs contingeret ad supplicationem alicuius, seu aliquorum causas memoratas ad Regiam Audientiam seu Consistorium nostrũ euocari, cum ipsas decreuerimus in futurum non euocandas, eo casu causæ ipsæ per dictũ Locumtenentem generalem nostrum, Cancellarium, Vicecancellarium, aut Regentem Cancellariam nostram, quamprimum supplicatum aut requisitum fuerit pro parte dicti*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

cti Baiuli Generalis, aut per eius Curiæ Fisci procuratorem statim committi aut remitti habeat dicto nostro Baiulo Generali &c. Ita vt interea nullo modo dictis Baiulo Generali aut eius Locumtenenti fiant inhibitiones, quas omninò prohibemus &c. In qua pragmatica perpendendū est illud verbū. *Omnes causæ feudales.* quod est vniuersale & collectiuum, & omnes species cōprehēdit. l. si ita fuerit. l. Iulianus de lega. 3. l. omnes. C. de decurion. li. 10. vbi classici omnes. 46 Est & alia similis eiusdem Regis Catholici pragmatica an. 1488. & alia anni 1500. atque pragmatica Philippi Regis anni 1617. & vltima domini nostri Regis anni 1630. ex quibus facile elicitur, quam enixa fuerit voluntas omnium Sereniſſimorū Regum Aragonum à primo ipsorum, vsque ad vltimum, vt omnes causæ feudales & patrimoniales Regiæ solum corā Baiulo Generali verterentur, & per eius Assessores iudicarentur. Merito quidem 47 Thomas Mieres super eadem constitutione Reginæ Mariæ collatio. 10. par. 2. fol. 37. col. 4. in fin. ait quod vsus & practica est verus intellectus commissionis.

Certum illud est, quod doctissimus 48 ac digniſſimus Sacri Supremi Regij Cōcilij Aragonum Regens Don Mathias Baietola & Cabanillas, cum esset Fisci Aduocatus eiusdem Concilij, in Responso per ipsum in fauorem iurisdictionis Baiuli Generalis edito asserit, quod à tempore, quo extat Baiulus Generalis in hoc Principatu (quicquid anteà fuerit) nullus factus est super feudis regijs processus Parium Curiæ, quia Baiulus Generalis est loco Parium Curiæ. Qua propter minimè sunt mutanda, quæ interpretationē certā semper habere. l. minimè, ff. de legib.

Ideo iure optimo Don Ludouicus à 49 Peguera regius olim Senator Cathaloniæ in repetitione capituli, Item ne super laudimio. verſic. 8. à. num. 159. cum formas traderet processuum Parium Curiæ, nullam finxit in feudis domini Regis, sed in feudis aliorum dominorū feudalium omnes.

Neque verò hęc praxis in Cathalonia solum obseruatur, sed in alijs multis Prouincijs, vnde in Germania notat Rossental. de feudis capite 12. conclu. 1. nu. 27. & seqq. quod de istis feudorum causis cognoscit Camera Imperialis, quæ loco ipsius Imperatoris est, & non Iudices Pares Curiæ. In Ducatu quoque Sabaudiæ huiusmodi causę feudales separatum habent tribunal, quod vocatur Camera Rationalis, & est iudicium Principis, non Parium Curiæ, vt declarat Amade. à Ponte de feud. tit. quis sit iudex in causa feudi in princip. 50

Imò hæc praxis est iuri Communi cō- 5
formis, secundum quod iuxta communē DD. sententiam licet in causis aliorum dominorum feudalium, & suorum vassallorum sint Iudices Pares Curiæ cap. 1. de controuertia feudi apud Pares terminanda. cap. 1. de prohibita feudi alienatione per Federicum in fin. vnde Iacob. Cancer. varia. par. 2. in noua editione ca. 13. num. 64. tuetur quod cum isti Pares Curiæ habeant à lege iurisdictionem, potest fieri coram eis reconuentio: tamē Princeps, qui Superiorem non agnoscit, solus iudex est in causis suorum feudorum inter se & vassallos suos, vt in terminis post Bald. tenet Iason in prælud. feudorum numero 112. verſ. *Quartus effectus.* & cons. 60. lib. 1. quem refert & sequitur Menoc. cons. 2. numero 115. idēque asserunt Zazius in tit. de feud. par. 11. numero 6. Schrader in eodem titulo par. 10. sectio. 1. cum seqq. Marta de iurisdict. centuria 1. casu 89. numero 1. Petr. Gregor. in titu. de concessio. feudor. par. 5. quæstio. 8. col. fin. Franciſc. Sosbechi. in titu. de feud. par. 14. numero. 28. Amade. de Pōte de feud. tit. quis sit Iudex in causa feudi. in prin. Sesse de inhibition. cap. 5. §. 6. numero 56. Rolan. à Val. cons. 89. numero. 28. lib. 2. vbi ait quod cōuentus ratione feudi Regalis, nō potest declinare iurisdictionem Principis.

Idq; ex eo obtinet quia Princeps supre-

mus

mus,eiusque Cæſaris Procurator,qualis eſt in Cathalonia Baiulus Generalis, vt notat Oliba de iure fiſci cap.4. numero 52.& 53.eſt Iudex in cauſa propria,l. 1. ff.de offi.Procurat.Cæſar l.2. & tot. titu. C.vbi cauſæ fiſcales.probat Bart.in l.proximè in prin.numero 1.ff. de his quæ in teſtamento del.ntur.& in l.1. numero 1. ff.ne quis in ſua cauſa.quod in omnibus cauſis fiſcalibus procedere declarat Peregrin.de iur.fiſc.lib.7.titu. 1. nnmero 1. Alciat.conſ.12.n 11.lib.8. Muta deciſ. Siciliæ 2.numero 11.Theſau.deciſ.213.n. 53 1.&.3.Eſt autem in legibus Municipalibus omnis regreſſus ad ius Commune fauorabilis,& omnis receſſus odioſus,vt in l.ſi vero,§.de viro,ff.ſoluto matrim.&ibi Doctores.

54 Vim non facit argumentum, quod pro ſæpè memorata conſtitutione Petri Secundi deſumitur à compilatione conſtitutionum Cathaloniæ,quæ vigore cõſtitu.4.titu. *de la noua compilatio*,per tres perſonas à domino Rege, & alias tres à Curia generali anni 1585. electas & nominatas confecta fuit, vt ex ipſarum fide 18.Decembr.1587. facta poſt dictã conſtitutionem 4.liquido conſtat, cum illa cõpilatio reſecatis ſuperfluis,& correctis,vt dicitur in eadem 4. conſtitutione,aut in tertium volumen conſtitutionum reiectis,ad imitationem Diui Raymundi Decretalium compilatoris, vt in eorum proœmio legitur,facienda eſſet.

55 Nam hoc argumentum leuiſſimum eſt,cum hęc compilationis forma ius nõ faciat: non enim compilatoribus facultas data fuit obrogandi conſtitutiones à Curia generali probatas,vel reſtituendi 56 abrogatas. Quidquod in primo volumine conſtitutionum,vbi ſita eſt prædicta conſtitutio Petri Secundi,multæ leguntur & ſuperfluæ & correctæ,quæq;in vſu nullatenus ſunt,vt eſt conſtitu. 1. tit. *del inuentari faedor per lo hereu.* quæ diſponit hæredem grauatum conficientem inuẽtarium de bonis defuncti teneri citare fideicommiſſarium,& niſi illum citauerit ad inuentarij confectionem, amittere Trebellianicam. quæ conſtitutio à multis ſeculis receſſit ab aula, vt obſeruat Cancer.variar.par.3.cap.2.de inuentario num. 66. & Marquilles in vſat. Stratæ. 57 qui eſt primus ſub tit. *de ſeruituts,y aygues regãs.* notat circa fin.illius vſatici, cum eſſe abrogatum per deſuetudinem, ſiue per contrariam conſuetudinem vbique à tempore immemoriali huc vſque obſeruatam.Idem aſſerendum eſt de cõſtit. 58 4.tit. *de offici de Iutges,y Aſſeſſors ordinaris*, quæ prohibet officia Aduocatorum Iudicum,& Aſſeſſorum Iudicis alicuius Ordinarij exerceri poſſe per aliquem, qui in Gymnaſio, ſiue Studio generali Iuri Cæſareo,& Pontificio per ſex annos completos operam non dederit. Idem dicendum eſt de conſtitu.1.tit. *de examen de Aduocats*, quæ præcipit ne quis Iurisperitorum vtatur aduocationis officio, donec priusper proceres cuiusq; loci ſimul cum ſapientibus in iure ad id electis examinetur. Idem affirmandum eſt de conſtitut.7.tit. *de orde iudiciari, y que lo de la Real Audientia ſie ſeruat en les Corts dels ordinaris*, quæ voluit in cauſis ciuilibus Regiæ Aud.altercara,& incidẽtia ac emergentia verbo & ſine ſcriptis decidi per Iudicem, atque in ipſis ſimiliter per partes verbo deductiones fieri.Idem apparet de conſtit.4.& 5.tit. *de offici de Aduocats,y procuradors fiſcals, y collidors, de terçor*, quæ procuratoribus, & Aduocatis fiſcalibus in iudicijs certas formas præſcribunt.& ne in re ſatis nota plus immorer, idem de alijs conſtitutionibus allegare poſſem.

Nec nouum eſt quod in corpore iu- 59 ris reperiantur leges, quæ non habent vim ligandi:nam in Codice legum iuris Ciuilis leguntur authenticæ, quæ tamen fidem non faciunt, nec auctoritatem habent niſi quatenus cum verbis authenticorum concordant,à quibus quandoque diſcrepant multis additis, interiectis, vel mutatis per Irenerium,cuius opera inſertæ, & compilatæ fuerunt, vt animadvertit Couar. in cap. Raynuntius, §. 6. num.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

num.4.de testam.Deci.in auth.præterea C.vnde vir,& vxor.Angulo de meliorat. l.9.glo.2.n.14.

60 Et in Decreto canonum per Gratianum congesto secundum multorum DD. sententiam,quos refert,& veriorem dicit,ac sequitur Pater Tho. Sanchez de matrimo.tom.3.lib.9.disputat. 12. num. 5.non habent vim canonis, nisi ea capitula,quæ ex Pontificis, aut Concilij Generalis decreto deprompta sunt,illis autem,quæ ex Sanctorum Patrum dictis desumpta fuerunt, non amplior authoritas,quam auctoribus tribuenda est, quod etiam scripsit & approbat Ripa in l. 1. numero 69.ff.si certum petat. & Dominic.Soto de iustitia & iure lib.7.quæst. 3.art. 1.paulo post princip.vers.*Aut ergo desunt*.& alij quos isti allegant,quamuis alij per eundem Thomam Sanchez relati vbi supra numero 3.contrariam tueãtur sententiam,& his non citatis fusè tra-
61 dit hoc Petrus Cenedo in collec.ad Decret.col.ec.16.ex num.2.vsq.ad 8.vbi agit de auctoritate Decreti à Gratiano compilati & canonum ipsius & legum in illo insertarum atque de auctoritate Gratiani & Paleæ,& qui fuerint isti Granus & Palea.

SECVNDA SOLVTIO.

62 SEcundò ad constitutionem Petri II. de Paribus Curiæ loquentem respõdetur, quod hæc constitutio non fuit vsu recepta,adhoc enim vt lex valeat,necesse est quod ab initio recipiatur,alias nullã vim obtinet,vt in can.in istis,§. leges 4. distin.vbi Dominicus notat leges à Principe dari ea conditione & intentione, vt non aliter ligent quam si fuerint receptæ.latè confirmat Ioan.Gutier.canon. quæstion.lib.1.cap.8.numero 2.& 3.Sylvest.in sum.verbo.*lex* numero 6. Alderan.Mascar.de general.interpretatio.statutor.conclu.8. numero 27. & 28. & est Communis DD. conclusio secundum Couar.lib.2.var.resol.cap.16.numero 6.
63 in vers.*Quinto sunt*.Et potest esse lex seu constitutio eadem, quo ad vnum dicti recepta,& quo ad aliud non recepta,ligabitque dumtaxat in capite quo recepta est,ideoq;Nauar.in manual.cap.27.n. 150.ait se Salmanticæ tulisse sententiam declarando clericum,qui contra dispositionem extrauagantis,Ambitioseq; de reb. Eccles.non alienan. prædium Ecclesiæ vltra tres annos locauerat, non incidisse in excommunicationem illius Pontificiæ Paulinæ constitutionis, contractum tamen locationis fuisse nullum, quia eo loco quo ad pœnas excommunicationis & irregularitatis in illo textu contentas non erat recepta constitutio, licet esset recepta quo ad nullitatem contractus. idem asserit Sarmiento de redditib. Eccles.1.par.ca.2.numero 20. Et certè quod 64
præallegata constitutio Petri Secundi nunquam fuerit recepta, ex eo euincitur,quia de feudo domini Regis, longa super hoc tam in Archiuo Regio, quam in Archiuo Baiuliæ Generalis Cathaloniæ inquisitione & excussione facta, nullus hactenus repertus est processus Parium Curiæ,nec mentio aliqua huiusmodi processus vel iudicij, licet de feudis aliorum dominorum feudalium in Cathalonia reperiantur processus Parium Curiæ iuxta constitutionem Iacobi Secundi,quæ est 4.tit.*de feus,y postats*,& ca. 1.de controuersia feudi apud Pares terminanda in vsib .feudorum, Et ego fui 65
Aduocatus aliquando Don fratris Andreæ de sancto Hieronymo Episc.Vicen. in causa, quam vti dñs feudi de *Brianço* corã Paribus Curiæ, quorum vnus erat Don Antonius Vila,gerebat contra feudatarium suum,quæ post latam sententiam in gradu appellationis fuit ad Regiã Audientiam euocata ad relationẽ sapientissimi ac meritissimi Don Ioannis à Magarola nunc Regentis in Sacro Supremo Regio Concilio Aragonum.

TERTIA SOLVTIO.

TErtiò ad constitutionem Petri Secundi de Paribus curiæ agentem 66
respondetur, quod ista constitutio sub

lata

lata fuit per contrariam consuetudinem tercentum annorum, & vltra, quibus Baiulus Generalis cum consensu Regis & populi cognoscit de causis feudorum inter dominum Regem & eius vassallos, cum consuetudo maximè immemorialis legi humanæ deroget, l. de quibus ff. de legib. cap. fin. de consuetudi. effusè Ildephon. Perez de Lara de anniuersarijs & capellanijs lib. 2. cap. 8. numero 49. & 50. quod adeo verum est, vt ad tollendam legem anteriorem par sit vis cõsuetudinis atque legis posterioris, vt expendit Anton. Pichardus in §. ex non scripto Institutio. de iure Naturali num. 3. 67

Nec reluctatur constitutio *Desijants*, quę est Ferdinandi Secundi sub anno 1481. & est 10. tit. *de obseruar constitutiõs*, quæ reprobat omnem consuetudinem præteritam vel futuram contra Cathaloniæ constitutiones etiam immemorialem. 68

Nam eidem satisfaciẽdo, Dico primo quod constitutiones Cathaloniæ, vsatici, & alia iura Municipalia abeunt in desuetudinem per contrarium vsum totius Cathaloniæ & Regis tolerantiam. ita post Mier. & Marquill. docet noster Iac. Cancer. var. resol. par. 3. cap. 4. de seruitutib. num. 172. & 173. ibi, *Constitutiones siquidẽ Cathaloniæ, Vsatici, & alia iura Municipalia abeunt in desuetudinem per contrarium vsum totius Cathaloniæ, & Regis tolerantiam vt notat Mier. collat. 9. capite 6. numero 8. & in simili censuit Parisius cons. 105. par. 4. numero 9. vbi dicit Superiorem, qui scit & patitur statutum aliquod non obseruari, videri illud tollere. Idem notat Anton. de Butr. in capite quia circa, de consanguini. & affini. Aretin. cons. 11. Procedendum, numero 1. & alij citati per Additi. ad Lapum allegat. 36. super littera E. & Cassaneus in Consuetud. Burgun. rub. 7. tit de succer le mort saisit lo vif. §. 1. num. 3.* &c. hactenus Cancer. cuius quanta sit in orbe terrarum, & in hoc potissimum Principatu authoritas, nemo ignorat. sed & in terminis ipsius constitutionis Petri Secundi de qua agimus, sensit Antonius Oliba de actionib. par. 1. lib. 3. ad §. penales num. 86. Hæc theorica maximè sibi locum vendicat in casu, de quo disceptatur, cum Baiulus Generalis pro causis regiorum feudatariorum, vti verus & legitimus Iudex à multis seculis publicum tribunal cum assensu totius Cathaloniæ, & ex pluribus regijs commissionibus & mandatis habeat, & per suos Assessores, regiosq; Consiliarios de illis cognoscat & iudicet, faciemq; ipsius solius & non alterius Iudicis pro controuersijs quibuscunque Regij feudatarij hactenus agnouerint. 69 70

Dico secundò, quod dicta constitu. 10. tit. *de obseruar constitutions*, intelligitur de consuetudine derogatiua, & noui iuris inductiua, non tamen excludere censetur vel improbare consuetudinem interpretatiuam, seu obseruantiam declaratiuam iuris, vt expressè ita explicat eandem cõstitutionem, & tenet noster Petr. Fontanel. de pact. nup. tom. 1. claus. 1. numero 44. ex multis, quæ citauit supra nu. 35. & ita intelligenda fore omnia statuta, quæ prohibent contra se consuetudinem allegari, scribit Alderan. Mascar. de generali interpretatio. statutor. conclu. 2. numero 157. & Stephan. Gratia. decis. 230. in additione numero 10. at pro Baiulo Generali Iudice regiorum feudorum inter dominum Regem & eius vassallos allegauimus etiam consuetudinem interpretatiuam, eamque immemorialem declaratiuam memoratæ constitutionis 1. tit. *de offici de Balle General*, qua approbatur & confirmatur iurisdictio, modusque & forma iurisdictionis, qua Baiulus Generalis vtebatur tempore Regis Petri tertij, vt modo scripsi. 71 72

Dico tertiò, quod quantumcunque lex aliqua, vel constitutio Principis irritet omnem consuetudinem præteritam & futuram, vt per illam lex vel constitutio nunquam abrogetur: tamen decretum illud irritans euincitur & constitutio illa abrogatur per longã & antiquam consuetudinem contrariã, 73

quæ

quæ in seculo aliorum Principum & populi orta & inducta fuit, vt declarat doctissimus Dominicus Soto de iustitia & iure lib. 1. q. 7. artic. 2. in vers. *Hoc ego memoriæ commendandum* circa fin. confert Gironda de gabellis par. 8. num. 36. Alderan. Mascard. de general. interpretatio. statut. conclu. 8. numero 74. pro vt dicta constitu. 10. titu. *de obseruar constitutions*, est anni 1481. & consuetudo pro Baiulo Generali allegata non solum multis anteà seculis, sed & posteà vsque hodie.

74 Nam cum quæritur an lex vel constitutio, quæ consuetudinem in contrariũ improbat, per contrariam nihilominus consuetudinem aliquando abrogari possit, concludendum est, quod licet consuetudo regulariter ex præsumpta voluntate Principis & populi, potens sit anteriorem tollere legem. l. de quibus ff. de legib. §. ex non scripto Instit. de iure Naturali, tamen hoc est verum, si consuetudo sit rationabilis & legitimè præscripta cap. fin. de consuetud. quando autem

75 lex reprobat consuetudinem contrariã, dicitur consuetudo irrationabilis, vt notat Innocen. in rubri. de consuetudine, & Ioan. Faber in §. ex non scripto Instit. de iure Natur. & ideo non valet, & ita in terminis nostrarũ constitutionũ argumentatur Mier. par. 2. collatio. 10. tit. de prohibitione pannorum numero 4. & probat Alderan. Mascard. qui supra conclu. 8. numero 74. & Soto qui supra, vbi rationem assignat, quia nunquam indi-

76 cium est talis voluntatis Principis. Sed si simpliciter lex vel constitutio improbat consuetudinem in contrarium, intelligitur de praterita, non de futura, vt obseruant glos. & DD. in clement. statutum de electio. Couar. var. resol. lib. 3. cap. 13. numero 4. Sarmien. lib. 3. selecta. ca. 14. numero 9. Curt. iun. cons. 173. numero 7. Ancharra. cons. 218. numero 2. Tiraquel. de retract. lignagier. in prefatio. numero

77 17. & 18. Si autem expressè damnet futuram consuetudinem, non intelligitur de consuetudine, quæ de nouo inducetur cum scientia Principis & populi, Geminian. Butri. & alij in d. cap. fin. de cõsuetud. Felin. in cap. cum in officijs n. 8. de rescript. Abbas in cap. accedentes numero 6. de præscrip. Petr. Dueñ. regula 141. num. 2. fusè Garcia Gironda de gabellis par. 8. numero 36. & 37. Alderan. etiam d. conclu. 8. numero 4. qui quidem Gironda, & Alderan. multis alijs citatis extendunt, etiam si constitutio improbaret futuram consuetudinem immemorialem. Demum verò si lex reijciat quamcunque consuetudinem præteritã & futuram, non excluditur longa & antiquissima consuetudo, quæ in seculo aliorum Principum & populi orta & inducta fuit, vt docet Soto vbi supra. & confirmatur, quia par in parem non habet imperium, l. nam & magistratus ff. de recep. arbitr. l. ille à quo §. tempestiuum ff. ad Trebelli. DD. in cap. non liceat Papæ 12. quæst. 2. Bart. Perret. in extrauag. ambitiosæ de rebus Eccles. nõ aliena. in verb. *prædecessorum* numero 5. Surd. cons. 47. numero 10. Menoch. de arbitr. lib. 2. casu 438. numero 9. Aloysi. Ricci. in collectan. decis. p. 5. collec. 1094.

Dico quarto, quod speciale est in feudis, vt attendatur consuetudo antequam leges, optimè Socarrat. in cap. si castellanus numero 69. pag. 297. vbi quod ius feudorum dicitur ius voluntariæ cõsuetudinis, & quod omnia dubia circa feuda relinquuntur interpretationi consuetudinis, & quod in feudis primo iudicatur secundum consuetudinem, & posteà secundum ius scriptum. Mastril. decis. 112. numero 41. Rolan. cons. 89. numero 19. lib. 2. Balzeran. de feudis titu. ex quibus causis feudum. numero 23. Surd. cons. 193. numero 9. Vnde in corpore Iuris Ciuilis libri feudorum non inscribuntur *Iura feudorum* : sed *Vsus seu consuetudines feudorum*, quamquam loco Iuris Cõmunis sunt, vt obseruat Rossental de feud. tom. 1. cap. 1. conclu. 8. & 9. & in Cathalonia appellantur & superscribuntur *Consuetudines Cathaloniæ*, seu *Commemorationes Petri Alberti*. cum igitur

in

in Cathalonia Baiulus Generalis de causis feudorum inter dominum Regem, & eius vassallos semper cognouerit, potius standum est consuetudini, quam iuri scripto siue dictæ constitutionis Petri Secundi de Paribus Curiæ loquentis, siue dictæ constitu. 10. tit. *de obseruar constitutions.*

QVARTA SOLVTIO.

81 QVartò ad constitutionem Petri Secundi de Paribus Curiæ disponentem respondetur, quod post eam curia generalis anni 1599. recognouit & approbauit iurisdictionem Baiuli Generalis Cathaloniæ in iudicando de causis feudalibus inter dominum Regem & eius vassallos, sicque casu quo præfata constitutio Petri Secundi non fuisset anteà sublata, illam abrogauit, aut saltem declarauit & confirmauit intellectum, quem ea constitutio (vt anteà dixi) receperat ex obseruantia interpretatiua.

82 Nam in cap. curiæ 41. curiarum anni 1599. postulauit curia generalis à domino Rege, vt constitueretur, quod in Baiulia generali quoties feudatarius vellet feudum domino Regi confiteri, etiam tempore quo esset publicanda sententia, admitteretur illius confessio, fieretque illi de feudo inuestitura solutis processalibus expensis. Insuper in cap. curiæ 86. eiusdem an. 1599. petit curia generalis à domino Rege, vt præciperet & statueret quod quoties conuenti coram Baiulo Generali pro feudis regijs ostenderent scripturas exemptionis & immunitatis ab illis feudis, superfederent Assessores in huiusmodi causis, donec in Regia Audientia facto verbo fieret declaratio, an essent vlterius prosequendæ. Ad hæc in cap. curiæ 37. eiusdem an. 1599. curia generalis rogauit Regiam Maiestatem dignaretur superfederi mandare, vsque ad conclusionem priorum curiarum in causis feudalibus, quæ agebantur in Baiulia Generali, remittè do laudimia ipsi debita.

Si enim petens pretium rei sine solennitate venditæ vel vtens instrumento ex defectu solennitatis nullo, censetur renuntiare nullitati, & contractum ac instrumentum approbare, Salycet. in auth. cassà num. 7. quæst. 9. C. de sacrosanct. Eccles. Alberic. in l. 2. C. si maior factus alienatio. rat. habu. Surd. de alimen titu. 6. q. 3. num. 67. in fin. Aym. conf. 101. in fin. & conf. 158. numero 1. Simon de Pret. cõs. 76. numero 16. & dominus petens fidelitatem à vassallo & canonem ab emphyteuta videtur renuntiare caducitati, Tiraquel. de retract. conuenti. §. 1. glo. 2. nu. 6. & producens instrumentum iudicatur approbare illud in omnibus in eo contentis, Castrens. conf. 331. num. 1. lib. 1. Aym. conf. 80. num. 7. quod extendit Gratian. decis. 134. num. 10. quamuis producatur in parte & partibus: plura Escobar de ratiocin. cap. 10. à numero 28. vsq. ad numerũ 33. vbi quod petens terminum ad soluendum iudicatum, videtur iudicatum approbare: quis non asserat Curiam generalem in præfatis capitulis probasse iurisdictionem Baiuli Generalis in causis Regiorum feudorum. 83 84 85 86

Accedit quod curia generalis petens vel tractans aliquid in materia, in qua possit prætendere præiuditium, solet semper protestari de suo præiuditio, vt in cõstitutio. 1. tit. *de la Audientia del Princep.* ibi, *que per lo present capitol nos fasse prejudici algu, nouacio, ò derogacio à las constitutions de Cathalunya, que disposan que las causas no poden exir del Principat.* & in cõstitutio. vnica tit. *de remissio de Quint.* ibi, *sens derogacio de altras prouisions sobre asso fetas.* & in constitutio. 6. tit. *que nouells officials*, & in alijs plurimis. At in dicta curia anno 1599. & capitulis ipsius supra relatis nulla fit protestatio de iudicio Parium curiæ in causis Regiorum feudorum, cum tamen de illis Baiulia Generalis Cathaloniæ haberet patens, publicumque tribunal, & à multis seculis habeat, imò nec talis protestatio in vllis vnquã Curijs generalibus facta inuenitur. Vn- 87

de in

dè in rectum sensum non cadit, quod Curia generalis in his assensum non præbuerit,& hoc solum argumentum ad victoriam causæ dubij prædicti firmati abunde sufficeret.

88 Ergo odiosæ nimis sunt nouitates, quas feudatarij domini Regis hodie mouent tentantes seruari constitutionem Petri Secundi de Paribus curiæ loquentem, prætermissa memorata constitutione Reginæ Mariæ,& stylo ac obseruantia iurisdictionis Regis ac Baiuli Generalis antiquissima: imò regulariter omnes nouitates sunt odiosæ,& reprobatæ, vt notat Quesada diuersarum quæstio. iur. q. 31. numero 24. Calix. Ramirez de lege Regia §. 12. numero. 31. Valenzue. Velasq. cons. 24. numero 2.& sunt suspectæ, præsumunturq; ex iniustis causis fieri l. si quis sub conditione. ff. de conditio. institut. Valenzue. num. 3.& authores earum reprehendendi sunt can. fin. 11. dist. can. hæc autem scripsimus 32. dist. l. in re-
89 bus de constitutio. Valenzue. num. 4. Nisi dixeris de istis feudatarijs, quod fabulãtur poetæ de Typhœo, cuius meminit Lucanus lib. 5. Virgil. lib. 9. Ouidi. lib. 5. Metamor. Is enim cum Iouem ad certamen de Regno prouocasset, facile victus proclamasse fertur, *In magnis voluisse sat esse.*

90 Nam quod illi loquuntur ad victoriam fisci in causa proposiți dubij oportere, vt de tempore Petri Tertij reperirentur in specie exemplaria causarum feudalium coram Baiulo Generali pro declarandis seu taxandis seruitijs regiorum feudorum, admiranda res est, postquam à domino Rege Petro Tertio,& omnibus successoribus suis Baiulus Generalis constitutus est Iudex omnium controuersiarum feudalium. Nunquid causæ huiusmodi super taxandis vel declarandis seruitijs regiorum feudorum non sunt causæ feudales? Nunquid hoc nomine causarum seu controuersiarum feudalium aliæ quæcunq; causæ proprius quam istæ, appellari possunt? Nunquid ex natura causarũ, quas capibreuiationũ vocant, quæ frequentius vt tempore Petri Tertij, sic posteà in Baiulia Generali verti solitæ sunt, non est cognoscere, & per sententiam definire quem censum præstet emphyteota, quod seruitium feudatarius domino suo? Sanè omnis species sub genere continetur. l. hoc legatum delegat. 3. vbi generale verbum, *quæ vxoris causa parata sunt*, singulas continet species, l. fin. §. 1. ff. quæ in fraud. creditor. l. semper in generalibus ff. de regul. iur. Notissimi iuris est, quod vbi fumus in iure vniuersali, exercitium vnius actus extenditur ad omnes, in quibus nihil fuit obseruatum, vt ex Oldrado & alijs notat Crauetta de antiquit. temp. 4. par. numero 28.& cons. 27. in fin. Abbas per illum tex. in cap. 1. de religios. domib. vbi asserit per exercitium vnius articuli comprehensi sub vniuerso, inferri ad possessionem vniuersi. Felin. in cap. auditis de præscriptio. Cassãne. in consuetud. Burgund. rub. 1. tit. *de iustices* num. 92.& 93.& anteà. Bart. in l. 2. §. si quis hoc interdicto ff. de itine. actuq; priuat. Paul. in l. imperium ff. de iurisdict. omni. iud. vbi aiunt quando alteri competeret ex iure Communi vel Principis concessione iurisdictio licet non exercuisset iurisdictionem nisi in vna specie, retinere eam quo ad alias species. fusè Cancer. var. par. 3. cap. 4. num. 124. cum duob. seqq. conducit Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. cap. 6. ex num. 16. vbi pluribus probat & docet præscripto legitimè aliquo iure reali in genere, extendi præscriptionem ad omnes personas, quibus illud ius applicari possit, quamuis aduersus eas specificè præscriptum non fuerit. Sed quid moror? nonne superius allegauimus præfatam commissionem Petri Tertij Baiulo Generali factam pro taxandis seruitijs feudi Regij turris vocatæ *den Semmanat* vna cum processu inter fisci procuratorem, & Guillelmum Martinam? Huius argumenti pondere pressi aduersarij respondent eam commissionem esse specialem, & sub generalibus commissionibus non comprehensam.

At

UAB Biblioteca de Ciències Socials

At hic vna est quæstio de qua agitur, an causæ feudales inter dominum Regem & eius vassallos debeant per Pares Curiæ iudicari vel per dominum Regem. Nã quod dominus Rex causas omnes patrimoniales per Baiulum Generalem iudicet, nemo dubitat, tum ex regijs innumeris commissionibus tum ex iure Communi, cum sit Procurator Cæsaris ad quę istæ causæ pertinent, vt supra ostẽdimus. Neque illa commissio de causa 96 Guillermi Martina specialis est, seu noua commissio, sed excitatio iurisdictionis Baiuli Generalis, quemadmodum quando Iudici Ordinario per Superiorem causa, quæ alias ad ipsum Ordinarium spectabat, committitur, non censetur delegatus, sed manet Ordinarius, quia nõ est noua commissio, sed excitatio iurisdictionis eius, cap. licet in corrigendis 12. & ibi omnis schola DD. de offic. iudic. Ordina. Maranta de ordin. iudic. 4. par. dist. 5. num. 77. Iacob. Menoc. lib. 2. præsum. 17. Brunor. à Sole in quæstionib. legal. lib. quæst. 23. ex num. 3. Paul. Granut. theorem. 21. pro vt quot die dominus Rex diuersa negocia sui patrimonij Baiulo Generali iudicialiter & extraiudicialiter committit.

Gloriantur Regij feudatarij doctrina 97 Antonij Oliba magni olim fiscalis Aduocati qui de actionib. par. 1. lib. 3. ad §. pœnales num. 87. cum attigisset sæpè citatã constitutionem Petri Secundi de paribus curiæ circa regia feuda loquentem, vtendo verbis Celsi Iureconsulti, subsistit. Sed non subsistit neq; anceps est is Doctor dato stylo & cõsuetudine immemoriali Baiuliæ Generalis, & præsũpto consensu totius Cathaloniæ, vt constat ex suis verbis ibi. *Vtor verbis Celsi in l. si me, & Titium de rebus credit. ff. ibi, subsisto. nisi dixeris plus nocere tacitum consensum quam expressum extra curias præstitum. & quod de stylo & consuetudine vim legis habente, ita receptum est.* Hanc autẽ consuetudinem immemorialem, stylum & consensum adesse affirmat ibidem, tã n. 86 quã. n. 87. Quid quod non viderat Antonius oliba pragmaticas Petri Tertij, & de eius tempore exemplaria supra adducta, quæ in Regio & Baiuliæ Generalis archiuo temporis antiquitate penè consumpta, & à muribus sæpè corrasa non sine magno labore quæsita sunt. nã si vidisset, vtiq; allegasset, & agnouisset d. constitutionem Petri Secundi per d. cõstitutionem Reginæ Mariæ antiquari. Imò scripsit ante curias an. 1599. quibus præfulgebat Baiuli Generalis iurisdictio approbatur & confirmatur.

Valeant igitur feudatarij domini Re- 98 gis: ego enim manum à tabula amouco ne in re nimis clara Solem videar facib⁹ velle illustrare, aut vltro videar dubia quærere more Camellorũ, quos referunt Aristotel. lib. 8. de histor. animal. & Albert. Magnus lib. 12. de ani. tract. 2. cap. 2. aquam clarã & conspicuã ad bibendum appositam, pedibus conturbare prius antequam bibant.

Ioan. Paul. Xammar Regiæ Maiestatis Consiliarius, & alter ex Assessoribus Baiuliæ Generalis Cathaloniæ.

EOdẽ simul tẽpore hæc scripta edita sũt, & iuris allegationes partis aduersæ feudatariorũ, illæq; doctissimæ authore Alberto Torme Iurecõsulto optimo: sed omnib⁹ eorũ argumẽtis satis videtur ex nostris satisfactũ, maximè cũ nullũ vnquã repererint exẽplar, quo in causa aliqua feudatariorũ domini Regis fuerint assignati iudices de Parib⁹ Curiæ, quod omnẽ procul difficultatis nubẽ quasi Solis luce expellere patet. Nã quod aiũt cũ d. 99 cõsti. 3. ti. *de feus y postats*, de qua disceptatur, concordare cõstitutioni 4. eod. tit. quæ est regis Iacobi Secũdi, nõ est verũ: quia hæc cõstitutio nõ loquitur de feudatarijs Domini Regis, sed de alijs. Et quod 100 dicunt in præchalendata pragmatica Petri tertij dat. 16. chalend. Maij 1341. cuius supra quarto loco memini, dominũ Regem committere Vicarijs, Baiulis, & alijs officialibus causas feudales, falsum est, vt ex tenore pragmaticæ liquet, neque hæc quæstio pertinet ad propositã cõtrouersiam de Paribus Curiæ.

101 Vltra instrumenta quæ, vt retuli, in fauorem Baiuli Generalis reperta sunt, sũt etiã in processu causæ dubij litteræ Regis Alphonsi sub anno 1430. committẽdo Galcerando de Requesens Baiulo Generali causas feudales inter se & suos feudatarios sub eisdem forma & verbis, quibus per Regem Petrum Tertium 4. idus Decemb. 1347. (vt scripsi) fuit facta de eisdem commissio Francisco Çaçala.

102 Sunt quoque computa dicta Francisci Çaçala ex officio Magistri Rationalis Regij deprompta, ex quibus constat eundẽ vigore dictæ suæ commissionis cognouisse de causis feudalibus multo tempore.

103 Sed & confecto iam & concluso processu præfatæ causæ dubij fuerunt reperta in fauorem Baiuli Generalis sequentia instrumenta in libro feudorum primo Infantis Ioannis in officio Magistri Rationalis Regij. Carta Infantis Ioannis primogeniti domini Regis & Gubernatoris Regnorum & terrarum eius dat. Cesaraugustæ 25. Augusti 1378. in qua cum in alijs litteris commisisset officialibus regijs super rebus feudalibus deputatis informationem & cognitionẽ dictorum feudorum infra Ducatum Gerundæ & Comitatum Ceruariæ, reuocat hanc commissionem, dicens remisisse & commisisse cognitionem prædictorum feudorum & rerum feudalium Petro Çacosta Baiulo generali Cathaloniæ, *ad quẽ* (inquit) *talia pertinent ex suo mero officio & spectant.*

104 Item alia carta eiusdem Infantis Ioannis Gubernatoris Regnorum dat. Barcin. 24. Iulij 1383. directa Petro Çacosta Baiulo Generali Cathaloniæ, & Procuratori regiorum feudorum, in qua quia procuratores Vicecomitis Castri boni vsurpauerant & occupauerant iurisdictionem partis superioris Ciuitatis Vici vocatam de Montecateno, quæ pars pro domino Rege in feudum tenebatur, cõmittit præfato Petro Çacosta, *ad quẽ* (inquit) *cognitio feudorum nostrorum ex vestro officio pertinet*, vt super quæstione dicti feudi de Montecateno & omnibus quouis modo tangentibus dictum feudum cognoscat, *sicut* (ait) *in factis feudorum Cathaloniæ est fieri vsitatum.*

105 Regij feudatarij inter informandum dominos iudices in prædicta causa dubij mutarunt consilium & dixerunt per d. constitut. 3. tit. *de seus y postats* dominum Regem non abdicasse sibi & successoribus suis potestatem cognoscendi de causis suorum feudorum inter se & vassallos suos per suos iudices, nisi feudatarij peterent assignari iudices de paribus Curiæ, sicque non officere tot pragmaticas & commissiones Petri tertij & aliorum Regum committentium causas feudales Baiulis Generalibus Cathaloniç, quasi ius petendi iudices de paribus Curiæ sit feudatarijs regijs facultatiuum ex Iacob. Calici. in vsat. placitum iudicatũ n. 12. & in vsat. placitare n. 20. Ioan. de Socar. in c. consuetudo est Cathaloniæ n. 32. Ludo. Peguer. in cap. item ne super laudimio vers. 8. ex n. 156. Sed isti DD. 106 non loquuntur de feudatarijs domini Regis & de feudis illius, neque isti auctores neque vllus ex practicis scriptoribus eam interpretationẽ tribuit memoratæ constitutioni 3. tit. *de seus y postats.* Et (quod omnem scrupulũ tollit) si hæc vera esset interpretatio & intellectus huius materiæ, impossibile esset quod à tantis seculis non reperiretur vnũ exẽplar, quo regij feudatarij petijssent & obtinuissent à domino Rege assignari sibi iudices de Paribus Curiæ, maximè cũ existiment hoc sua plurimum interesse. Hæc enim 107 est vera probatio quod aliquid non sit ius facultatis, cum sæpè & longo tempore casus euenit, & non reperitur vsus prætensæ facultatis, Ripa in capitulo cum Ecclesia num. 3. de caus. possessio. & propriet. Seraphin. dec. 212. numero 2. & decis. 313. n. 4. & ex decis. Rotæ Romanæ obseruat Oliuer. Beltrami. in additio. ad decis. 162. Ludouisij n. 15. De- 108 claratio quæ per Regiã Aud. facta fuit in causa dubij est, quæ sequitur.

Die

Die Iouis tertia mensis Februarij anno à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo trigesimo nono visa supplicatione, &c. Attento supplicatione præsentata per nob. & magnificos Ludouicum de Monsuar de Consilio suæ Maiestatis Baiulum Generalem Principatus Cathaloniæ, Acasium de Ripoll Fisci aduocatum, & Ioãnem Paulum Xammar Assessores dictæ Baiuliæ Generalis die 26. mensis Octobris anno millesimo sexcentesimo trigesimo octauo, constat per eosdem fuisse deductum, quod dũ procederetur in Consistorio Baiuliæ Generalis Cathaloniæ instante Fisci Procuratore illius contra feudatarios Regios præsentis Principatus Cathaloniæ ad effectum quod in iudicio summario pro nunc & donec in ordinario alias esset processum, & declaratum, designaretur & arbitraretur seruitium, quod fieri & præstari deberet per vnumquemq; ex dictis feudatarijs Domino nostro Regi pro feudis quæ pro eodem tenẽt, occurrente casu imminentis belli; fuit per eosdem feudatarios præsentata requisitio die 21. prædictorum mensis & anni prætẽdendo taxationem seruitij prædicti non posse fieri vel explicari in Consistorio Baiuliæ Generalis Cathaloniæ, sed tantum per Iudices de paribus Curiæ iuxta constitutionem 56. curiarum celebratarum in Ciuitate Barcinonæ per serenissimum Regem Petrum Secundum huius nominis anno millesimo ducentesimo octuagesimo tertio; quæ hodie est. 3. sub tit. de feus y postats *in noua compilatione, per quam fuit dispositum quod in omnibus causis feudalibus quæ moueri contigerit inter Dominum Regem ex vna, & Barones seu milites ex alia & econuerso, determinandæ essent per Iudices de Paribus Curiæ; ideoq; fuisse petitum per dictos feudatarios Baiulũ prædictum Generalem Assessores & Aduocatum fiscalem cessare debere à procedimentis & causa in suo Consistorio factis, eaq; cassare & reuocare, aut firmare dubium iuxta constitutionem* de la obseruança; *ideoque dictum Baiulum Generalem Assessorem & aduocatum fiscalẽ dubium firmasse, vt fieret declaratio iuxta dispositionem dictæ constitutionis, prætendẽdo non fuisse per procedimenta per eos facta contra feudatarios constitutioni prædictæ serenissimi Regis Petri contrafactum, sed imò esse iudices competentes in eisdem in executionem generalium commissionum super causis feudalibus tempore serenissimi Regis Petri expeditarum, quæ per constitutionem serenissimæ Reginæ Mariæ consortis & Locumt. Generalis serenissimi Ildefonsi Regis Aragonum Comitis Barcinonæ in Curijs celebratis anno 1422. Barcinonæ cõfirmatæ fuerunt; & ex commissionibus factis per serenissimum Regem Petrum Tertium huius nominis Francisco Çaçala Baiulo Generali Cathaloniæ 4. idus Decembris 1340. & Petro Çacosta Baiulo Generali Cathaloniæ 4. idus Iulij 1347. & 10. calendis Nouembris 1349. constat eundem serenissimum Regem Petrum ordinasse & deputasse eosdem Çaçala & Çacosta respectiuè ad cognoscendum sine litte & vt melius, & expedientius fecissent de controuersijs si quæ tunc essent motæ vel de cætero mouendæ forent super feudis Principatus Cathaloniæ, & dependentibus & emergentibus ex eisdem cum clausulis amplissimis, & signanter quod sine strepitu & figura Iudicij sola Iuris & facti veritate attẽta omissis quibusuis solẽnitatibus de rigore Iuris scripti vel alijs introductis ius partis non absorbentibus procedere valerent; fuisseq; iniunctum Vniuersis & singulis feudatarijs ex debito fidei, quo domino Regi obstricti erant & tenebantur vt tam in dando potestates feudorũ, quam in amparis & firmis fẽdis, quam etiam in omnibus, quibus illi procederent & procedere vellent, responderent, & obedirent seu obedire, & respondere facerent dictis Çaçala & Çacosta sicut dicto Domino Regi facere tenebantur, ac si ab eodem vice qualibet essent litteratorie & præsentialiter requisiti: constat serenissimum Regem Petrũ suis cũ litteris expeditis 16. Calendis Maij 1341. ordinarijs Cathaloniæ directis declarasse viam per quam erat solitum procedere in causis feudalibus per Baiulum Generalem Cathaloniæ attenta natura ipsarum causarum, & formam remissionis expeditæ esse debitam & ordina-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

riam & ex pluribus instrumentis & actis in processu insertis dictos Çaçala & Çacosta in vim dictarum commissionum contra feudatarios Regios Principatus Cathaloniæ processisse: rursus constat post constitutionẽ Reginæ Mariæ, editam in curijs anno 1422. celebratis, qua sancitum & ordinatum fuit Baiulum Generalem Cathaloniæ posse & debere vti omni illa iurisdictione, qua solitus vti fuerat tempore Regis Petri Tertij & iuxta principales commissiones sui officij per serenissimũ Regem Ildefonsum fuisse factas in omnibus causis feudalibus similes commissiones Galcerando de Recasens Baiulo Generali Cathaloniæ anno 1430. & Ioanni de Corbaria Baiulo etiam Generali Cathaloniæ nona Nouembris 1442. cum clausulis & verbis contentis & expressis in cõmissionibus antea per Serenissimum Regem Petrum, vt præhabetur factis Çaçala & Çacosta Baiulis Generalibus Cathaloniæ ex quibus constat Baiulum Generalem Assessores & Aduocatum Fiscalem Baiuliæ Generalis contra feudatarios Cathaloniæ ad instantiam Fisci Procuratoris Cõsistorium illud in Iudicem eligentis processisse & procedere iuxta terminos dictarũ commissionum & pro vt de tempore Regis Petri Tertij soliti erãt procedere in omnibus causis feudalibus, sub quarum generalitate designationes & taxationes seruicij pro feudis Domino Regi præstari debiti maximè accurente Bello comprehenduntur: his & alijs meritis processus attentis & aliàs præstito prius iuramento per omnes Doctores Regiæ Audientiæ iuxta formam constitutionis de la obseruança *pronuntiat & declarat per procedimenta facta in Consistorio Baiuliæ Generalis per nob. Magnificos Ludouicum de Monsuar Baiulum Generalem Acasium de Ripoll Aduocatum Fiscalem & Ioannem Paulum Xammar Assessorẽ Baiuliæ Generalis contra feudatarios Regios Principatus Cathaloniæ, de quibus dictus Iacobus Saonez & Ioannes Baptista Baro procuratores plurium feudatariorum fuerunt conquesti, non fuisse nec esse contra factum constitutioni tertiæ serenissimi Regis Petri Curiarum an. 1283. in titulo de feus y postats collocatæ, nec alijs Iuribus patriæ, concessa copia Inti.*

Don Franciscus de Erill
Cancellarius.

Post factam & intimatam hanc prouisionem vnus ex regijs feudatarijs scilicet Ludouicus de Masdouelles domicellus 16. Februarij 1639. comparuit in Regio Concilio Baiuliæ Generalis Cathaloniæ & petijt assignari & nominari iudices de paribus curiæ pro obseruantia constitutionis 3. tit. *de feus y postats*, & in casu denegatæ assignationis Baiulum Generalem Fisci aduocatum & me vti Assessorem requisiuit vt nouum firmaremus dubium in regia Audientia. Respondimus non esse locum assignationi seu nominationi iudicum de Paribus curiæ, nec dubium super hoc esse firmãdum, quia iam fuerat dubium declaratum. Accessit tunc ad Regiam Audientiam volens firmare dubium & nouam dubij causam instituere pro obseruantia constitutionis 11. tit. *de obseruar constitutions*, sed repulsam passus est, eiusque supplicatio reiecta per Regiam Audientiam fuit respondendo eidem quod iam fuerat dubium declaratum.

Prosequimur ergo in Baiulia Generali Cathaloniæ causas taxationis seruitiorum feudatariorum Domini Regis & vsque in hodiernam diẽ, quæ computatur 5. Iulij 1639. facto verbo in Regio Concilio Baiuliæ Generalis Cathaloniæ declaraui 163. exhuiusmodi causis, & causam taxationis seruitij præfati Ludouici de Masdouelles pro suo feudo Castlaniç Villæfranchæ Pœniten. declaraui die 28. Martij 1639.

EX QVÆST. VIII.

SVMMARIVM.

1 DVci exercitus in bello iusto permittitur tũ armis, quam strategemate, & insidijs pugnare.

Dolus est duplex, bonus & malus.

2 *Aduocato, qui causam iustam fouet, licet arte, & dolo, id est solertia, dilationibus, & subterfugijs, ac fallacijs aduersarium decipere, cum id necessarium esse duxerit ad illius cauillationes effugiendas, vel victoriam in lite consequendam.*

3 *Aduocatus si habet iustam causam, potest occultare aduersario veritatem, & ea quæ suo clienti nocere, & parti contrariæ prodesse possunt.*

Non videtur fraudẽ facere, qui fraudẽ excludit.

4 *Aduocato dicto casu non est licitum mẽtiri, vel falsitate vti aut pertutijs, falsisue allegationibus, aut probationibus in iudicio ad decipiendum iudicem, vel aduersarium contra eiusdem aduersarij cauillationes: nec licet etiam ad mortẽ vitãdam.*

5 *An sit peccatum vti hiperbole, & exagerationibus; & an vti verbis amphibologicis, quæ in sensu proferentis parum, & in sensu audientis multum significant.*

6 *Traditiones quorundã DD. in hac materia cautè legendæ.*

7 *Quemadmodum intelligenda sint iura dicẽtia reorum esse proprium subterfugere, & reos vocari fugitiuos.*

8 *Aduocati quando sciunt ius fouere, possunt allegare omnia etiam non subsistentia propter iudices ignaros, qui solent ex leuibus & non subsistentibus se mouere.*

9 *Aduocatus consulens tenetur ad restitutionẽ damni sequuti ratione ignorantiæ crassæ, vel culpæ latæ.*

Consulens & suadens alicui, vt hoc vel illud faciat, aut absolutè asserens illum posse facere, tenetur habere euidentiam moralem, illud licitũ esse, alioquin culpã latam committit.

10 *Aduocati qui consulunt vsuras seu contractus vsurarios, tenentur ipsi ad restitutionem.*

Iudices & Principes condentes statuta vt vsuræ soluantur, vel solutæ non repetantur, excommunicationem incurrunt.

11 *Nemo tenetur ad restitutionem in conscientiæ foro ex culpa leui, vel leuissima in officio: sed solũ ex graui: sunt tamen contrà qui sentiant.*

Nemo tenetur in officio vel artificio esse prudentior & diligentior, quã passim homines eiusdem conditionis esse solent.

Sententia Ioannis de la Cruz multũ tremẽda.

12 *Numquam tenetur is, qui consultus respondet secundum opinionem vere probabilem: neque qui simpliciter aperit suam opinionem, dicens ita sibi videri.*

13 *Tenetur aduocatus lege Iustitiæ suo clienti pro causæ conditione diligentiam præstare.*

Debet esse ex officio conuenienti peritia instructus, cum pro idoneo aduocato se gerat.

14 *Excusatur, qui ob defectum Iurisperitorum aduocat, mediocriter instructus ex libris sermone vulgari conscriptis.*

15 *Aduocatus in progressu causæ aduertens eam esse iniquam & non dimittens, tenetur non solum aduersario ad restitutionem omnium damnorum: sed etiam clienti suo, si illum non monuit de causæ iniustitia: & an debeat tunc secreta causæ pandere.*

16 *In causa iniusta non potest inducere partem ad transactionem: sed in causa dubia.*

Aduocati officium in quantum extendi possit circa concordiam partium tuta cõscientia in causa iniusta.

17 *Aduocatus sciens & prudens iniustam causam defendens mortaliter contra iustitiam peccat, & ad restitutionem tenetur.*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Extende, si bona fide erranit sed debitam diligentiam non adhibuit circa iustitiam causæ.

Tenetur aduersario ad interesse, si per cauillationem abstulit ei bonam causam vel eum granauit petendo superfluam dilationem, vel allegando falsum, aut faciendo cauillosam positionem, vel instruendo falsum testem, aut pro neganda veritate clientem.

18 *Aduocatus amittens causam iniustam, tenetur ad expensas clienti suo, si illum non monuit de causæ iniustitia: si autem iniustam causam vincat clienti suo & hic nolit vel non possit restituere, ipse ad restitutionem tenetur.*

19 *Quæ ignorantia excuset aduocatū, si causam iniustam defendat.*

20 *Aduocatum ex dolo & lata culpa tantum, non vero ex leui aut leuissima culpa teneri in foro conscientiæ ad restitutionem, qui DD. teneant, etiam si aduocatus mercedem accipiat.*

Extenditur ad artifices, & aurifices, & locatores operarum, & alios huiusmodi.

21 *Opinio Patris Ferdinandi Rebelli in contrarium ex culpa leui, & quando etiã ex leuissima.*

22 *Sub culpa leui intelligit hoc loco Rebellus non solum culpam mortalem leuiorẽ quã sit culpa lata, sed etiam venialem, quæ inter veniales tamen grauis censetur.*

Si aduocatus se iactabat scientem, & non erat; tenetur clienti de leui culpa: secus autem si cliens sciebat illius ignorantiã: quia tunc tenebitur solum de dolo & lata culpa.

23 *Aduocatus, qui pro patrocinio causæ iniustæ aliquid à cliente recepit, an possit cõponi per Bullam Apostolicam compositionis, si cliens nesciebat iniustitiam causæ, an vero clienti restituere teneatur.*

Et quid si cliens sciebat iniustitiam causæ: & quid si adhuc patrocinium non impendit.

24 *An reus simpliciter in iudicio interrogatus, debeat ne actori nille per eum petita, & vere quingenta debeat: possit totã positionẽ negare vel teneatur partim negare, partim fateri.*

25 *Opinio affirmatiua & eius argumenta.*

Qui petit centũ, videtur petere vnita, nõ separata.

26 *Opinio negatiua & eius argumenta.*

27 *Qui DD. hanc quæstionẽ tractent & examinent, & quæ sit magis tuta, & quæ recepta opinio.*

28 *Si quis à me centum petat, quæ vere asserat mihi mutuasse; & tamen eadem ei secreto soluerim, & probare non possim: an possim petitionem negare pro vt in ea contineatur.*

Quid si distinctè per positionem interroger, acceperim ne mutuo centum ab actore & vbi Didaci Couar. & Ioannis Gutier. contrariæ sententiæ. & n. 29.

29 *Qui iniquè interrogatur iuris ordine nõ seruato vel à iudice non suo non tenetur respondere: & si coactus respondeat, potest iudicem verbis ex communi significatione ambiguis fallere, non tamen mentiri.*

30 *Duæ cautelæ pro respondente in prædicto casu mutui, altera ex Maranta & altera ex Neuizano.*

31 *Diuersæ pœnæ mendacij contra negantes positiones: diuersique casus fallemiales, in quibus negantes positionem, euadunt pœnas mendacij.*

32 *An & quando possit aduocatus clienti suo consulere, vt rem suam apud alium existentem, propria auctoritate occultè capiat.*

Quid cum quis rẽ propriam à non domino tirannicè occupatam, obtinere apud iudicẽ non potest, vel ex defectu probationum, vel aliàs.

An possit surripere aliam rem æquivalentem ab occupatore.

33 *Cum quis iudicis officium implorare non potest, priuata auctoritate potest rẽ suam recuperare, compensatione iusta & legitima vtendo.*

34 *Quid quando adest copia iudicis, estque fa-*

UAB Biblioteca de Ciències Socials

facultas rem propriam ab alio occupatam repetendi coram eo, ſeruato iuris ordine.

35 Quid ſi ſeruentur conditiones, de quibus hic in recuperando rem propriam.

36 Si is qui iuſtè accepit rem ſuam ab alio occupatam, interrogetur à iudice, num ſciret quis acceperit, an poſsit fallere iudicē, & quomodo.

37 An iſte ſub excommunicatione comprehendatur, ſi feratur excommunicatio in eos, qui oculè ſuſtulerint.

38 An aliquando liceat vim inferre debitori, ſi aliter nequeas rem tuam obtinere.

39 An & quando reus à iudice interrogatus, teneatur delictum, quod commiſit, cōfiteri ſub peccato mortali, & quando dicatur legitimè interrogari, & an neceſſe ſit quod reus ſciat ſe legitimè interrogari, & quid ſi dubitet.

40 Aduocati prudentia in obijciendis infamijs & criminibus contra teſtes ad fidem eis adimendam.

41 Aduocato ſicut reo in conſcientia licet occulta crimina teſtiū detegere ad labefactandum eorum teſtimonium, ſi illa valeant ad teſtimonium infirmandum: & quare: & quibus tamen caſibus fallat.

42 Aduocatus qui infamias & crimina contra teſtes opponit ad defenſionem cauſæ, cū proteſtatione quod nō intendit iniuriare, in foro exteriori non punitur, ſi non probentur.

Secus in parte obijciente, niſi in caſibus. n. 45.

Aduocato licet conuicia dicere, quantum poſcit vtilitas cauſæ.

43 Obijciens in iudicio verum crimen ad proprij iuris comprobationem, aut defenſionem, non tenetur actione iniuriarū, cum diſtinctionibus tamen, de quibus hic.

44 An liceat aduocato die feſto conſilium dare, ſi principaliter dederit propter quæſtum.

Sic etiam iuris ac facti allegationes, reſponſaque ſcribere, & iudicem informare. referuntur contrariæ DD. ſententiæ & quæ ſit verior. & n. 47. 48. & 49.

45 Propoſitum & intentio lucrandi non facit, vt opus, quod aliàs ex ſuo genere non eſt ſeruile, ab hoc fiat tale.

46 Licet diebus feſtis litteras ſcribere.

Secundum communem DD. ſententiam ſcribere non eſt opus ſeruile: & an tranſcribere opus ſeruile ſit.

An liceat notarijs, commiſſarijs, & alijs officialibus diebus feſtis acta tranſcribere.

47 Aduocatus cum procuratore de lite priuatim agens apud iudicem, vt poſtea ſententiam commodius ferat, non peccat. & quare. & n. 48.

48 Arbitrium ſi procedat iudiciali modo die feſto non eſt licitum: ſecus ſi amicabili modo.

50 An liceat in conſcientia reo condemnato appellare à ſententia, quæ contra ipſum ſecundum opinionem probabilem, vel probabiliorem prolata à iudice fuit. Variè referuntur DD. opiniones.

51 Opinio Antonini Diana improbatur.

52 Pars appellans non peccat, non ſolum ſi ſententia ſit iniuſta ſecundum acta: ſed etiam ſi credatur eſſe re ipſa iniuſta, & per nouas probationes poſsit monſtrari eſſe talis.

53 Pactum nudum iure Ciuili non parit actionem, ſed exceptionem; & quare. De iure autem Canonico parit actionem. Parit etiam obligationem naturalem, & in conſcientiæ foro.

54 Aduocatus vel cauſidicus pactum nudū impugnans, vbi ius Ciuile ſeruatur, an mortaliter peccet.

55 Quid in pollicitatione.

Pollicitatio non parit obligationem ciuilem, canonicam, vel naturalem.

56 Hæres non conſciens inuentarium, tenetur vltra vires hæreditarias creditoribus & legatarijs & qua ſit ratio. & quādo fallat. & an etiam de iure Canonico id procedat.

57 Si hæres nihil occultauerit, & creditores hoc veriſimiliter ſcire poſsint, non poterit aduocatus in conſcientia defendere creditorem volentem ſibi ſatisfieri vltra vires hæreditarias.

58 Quãdo cõstat testatorẽ nulla reliquisse bona, hæres non tenetur vltra vires hæreditarias ab defectum inuentarij.

Similiter quando patrimonũ defuncti erat certum, & fraudari non poterat, vt quia consistebat in dote certæ quantitatis.

59 Hæres non conficiens inuentarium non tenetur in foro animæ vltra vires hæreditarias creditoribus & legatarijs.

60 Remedia possessoria facilioria sunt quam petitoria & quare, & ex quibus causis tam in corporalibus quam in incorporalibus.

61 Si actor sciat se habere defectũ proprietatis non licet aduocato in conscientia iudicium possessorium intentare.

Non restituitur spoliatus de cuius non iure notarie constat.

62 Non tenetur aduocatus in conscientia à patrocinio spoliati petentis rem restitui, abstinere ex eo solum, quod rem non probat suam.

63 Filiusfam. licet possit se efficaciter obligare ex contractu vel quasi: in mutuo tamen non obligatur, sed potest opponere exceptionem Macedoniani.

Exceptio Macedoniani an habeat locum inter Christianos.

64 Per substitutionem pupillarem excluditur mater à legitima filij decedentis in ætate pupillari, secundum multorum sentẽtiam.

Substitutus pupillaris in foro conscientiæ tenetur restituere legitimã, quæ matri cõpetebat.

65 Singuli hæredes pro portionibus suis hæreditarijs conueniendi sunt à creditore defuncti testatoris. & procedit etiam si aliquis eorum efficiatur non soluendo.

Secus est in foro conscientiæ.

66 Aduocatus quando tuta conscientia possit clienti consulere, ne exhibeat titulũ suæ possessionis, sed fundetur in possessione immemoriali & titulo præsumpto.

67 Quando aduocatus possit dare consilium celandi & occultandi bona, ne in eis fiat executio, quæ decernitur propter æs alienum vel delictum contra aliquem.

Cognati, vxores, & amici ex vi monitorij iudicis ecclesiastici tenentur propalare bona, quæ occultauerint debitoris.

68 Aduocatus actoris in causa sanguinis irregularis fit, si mors sequatur vel mutilatio membri: sicut & iudex, assessor, procurator, tabellio, atque testis.

An fiat irregularis defetens ad iudicem crimen alicuius, quod non meretur deformitatem; si postea iudex iniustè eum ob illud delictum, vel iustè ob alia delicta deformet.

69 An fiat irregularis, is qui post latam sententiam suadet iudici vt non concedat appellationem.

70 Aduocatus rei in causa sanguinis non est irregularis, licet mors vel mutilatio sequatur, nisi reus subcumbat propter imperitiam vel incuriam aduocati.

Quid si aduocatus esset clericus.

Quid si accusator pœna talionis condemnatetur ad mortem.

71 Aduocatus clericus in causa criminali, licet non fiat irregularis ob non sequutã mortem vel mutilationem, punitur ab ordinario.

72 Clericum aduocantem pro accusatore in causa sanguinis an excuset ab irregularitate protestatio. & n. 73.

An testem excuset similis protestatio.

74 Quid si aduocatus vel testis metu coactus aduocauit vel testimonium dixit.

Quid in casibus, in quibus testis iure Naturali tenetur se offerre ad testificandum, & qui sint isti casus.

Quid in promotore fiscali.

DE CONSCIENTIA ADVOCATI,

QVÆST. VIII.

1 QVemadmodum Duci exercitus in bello iusto permittitur non armis solum pugnare, sed strategemate etiam atque insidijs can. dominus 23. q. 2. ex D. Augustino ibi. *cum autem iustum bellum suscepit, vtrum aperte pugnet, an ex insidijs, nihil ad iustitiam interest.* l. 1. §. 2. ff. de dol. mal. ibi. *non fuit autem contentus Prætor dolum dicere, sed adiecit malum, quoniam veteres etiam dolum bonum dicebant & pro solertia hoc nomen accipiebant, maximè si aduersus hostem, latronemue quis machi-*
2 *naretur.* Sic aduocato qui causam iustam fouet, licet arte & dolo, id est solertia, dilationibus, & subterfugijs ac fallacijs aduersarium decipere, cum id necessarium esse duxerit ad illius cauillationes effugiendas, vel victoriam in lite consequendam, glo. in verb. *ex insidijs* in d. can. dominus. glo. in verb. *malignantium* in ca. cupientes §. quod si per viginti & ibi DD. de electio. li. 6. docent Panor. in c. 1. de eo quod met. cau. Deci. in l. ea est natura ff. de regu. iur. Rebuff. in l. vnica notab. 9. C. de senten. quę pro eo quod interest. Tiraquel. de vtroq. retract. in præfatio. num. 70. Bouadil. in polit. tom. 2. lib. 3. ca. 14. num. 64. in fin. Paris de Puteo de syndicat. in verb. *aduocati causarũ* num. 16. Couar. var. resol. lib. 1. capite 2. num. 1. Parlador. rerum quotidian. cap. 2. numero 7. Cattelian. Cotta in memo-
3 ral. in verb. *Dolum bonum.* Et quod si habet iustam causam, potest occultare aduersario veritatem & ea quæ suo clienti nocere, & parti contrariæ prodesse possunt, dicũt Thom. Zerol. in praxi Episcopa. par. 1. verb. *aduocatus.* versiculo *Sexto.* Petr. Antoni. Lazari. in practic. quæstion. par. 2. sectio. 3. q. 12. num. 17. Neo enim videtur fraudẽ facere qui fraudem excludit l. cum pater §. Titio de legat. 2.

Non tamen dicto casu licitum est aduocato mentiri vel falsitate vti aut 4
periurijs, falsis ve allegationibus, aut probationibus in iudicio ad decipiendum iudicem vel aduersarium aduersus eiusdem aduersarij cauillationes, cum hoc etiam ad mortem euitandam nequaquam permissum sit can. nequis & can. seq. 22. quæst. 2 peccat igitur aduocatus qui in iudicio etiam contra aduersarij cauillationes iudicem vel aduersarium mendacio aut falsitate decipit ex S. Thoma 2. 2. quæst. 71. artic. 3. & quæst. 40. artic. 3. Abba. in capite sicut notab. 3. de iur. iuran. Couar. in dic. capite 2. numero 1. Gutier. pract. qq. libro 1. quæst. 60. numero 4. Lazari. dic. quæst. 12. num. 17. Thom. Mieres par. 2. ca. 17. de professori. iurisperit. & medic. fol. 38. col. 1. ad fin. latè Pater Ioã. Marquez de Christian. Gubernator. lib. 2. capite 7. vbi etiam an sit peccatum vti hiperbole & exagerationibus, & an 5
vti verbis amphibologicis, quæ in sensu proferentis parum & in sensu audientis multum significant.

Hinc deducitur quemadmodum cau- 6
tè legendum sit quod quidam ex præcitatis Doctoribus dicunt licere aduo-

cato

cato iustam causam tractanti vti in iudicio calumnijs, cauillis, atque malitijs ad repellendas alterius, qui ex aduerso litigat. Hinc quoque perspicitur intellectus 7
eorum iurium, quibus habetur, reorum esse proprium subterfugere & reum fugitiuum vocari ca. nullus 1. in fin. 4. q. 4. l. properandum §. etsi quidem C. de iudic. §. omnem in auth. de litigios. Hinc 8
etiam intelligitur Io. Andreas in c. per tuas qui filij sint legiti. vbi docet quod aduocati quando sciunt ius fouere, possunt allegare omnia, etiam non subsistentia propter iudices ignaros, qui solent ex leuibus & non subsistentibus se mouere. quam doctrinam communiter per DD. in d. c. per tuas receptã esse testatur Frãcisc. à Ponte de potesta. Proreg. ti. 6. n. 56. & intellige absq; mendacio & falsitate.

Aduocatus qui præbet consilium, tenetur ad restitutionẽ damni sequuti ratione ignorantiæ crassæ vel culpæ latæ, Ioan. Medin. c. de resti. q. 7. Leonard. Lessius de iusti. & iur. li. 2. c. 7. dubi. 7. n. 33. tum quia ratione suæ professionis scire tenebatur, ideoque à petente consilium, habitus fuit sufficiens, tum quia etiam quicunque dat consilium alteri, suadens vt hoc vel illud faciat, aut absolutè asserẽs illũ posse facere, tenetur habere euidentiam moralem, illud cum his circũstantijs huic esse licitum, alioquin culpam latã committit iuxta eundẽ Less. li. 1. de prudentia dub. 1. Sic benè notat Vincẽ. Filliuci. morali. qq. tractat. 34. p. 2. c. 7. n. 143. quod aduocati qui consulunt vsuras seu contractus vsurarios, tenentur ipsi ad restitutionem, sicut iudices & Principes condentes statuta, vt soluantur vsuræ vel solutæ non repetantur, excõmunicationẽ incurrunt clem. ex graui de vsur. 10

Idem quod Lessius d. dubio 7. n. 33. supracitatus asserit, sentit Antoninus Diana resolut. morali. p. 2. tractat. 1. miscellã. resolutio. 59. dicens neminẽ teneri in foro conscientiæ ex culpa leui vel leuissima in officio, sed solum ex graui. quia nemo tenetur in officio vel artificio esse prudentior & diligentior quam passim homines eiusdem conditionis esse solẽt, & ideo aduocatus non tenetur esse diligentior aut prudentior quam passim boni aduocati esse solent: refert tamen multos, eosque grauissimos Doctores tenentes aduocatum teneri de culpa leui, inter quos citat Ioannem de la Cruz in directo. conscien. p. 1. præcep. 8. ar. 5. dub. 19. concl. 3. qui profert hæc tremenda verba. *Ex dictis patet peccare mortaliter aduocatum paratum admittere plures causas etiam iustas cum exponat se periculo mortalis committendi culpas leues, ob plura negocia.* ita ille.

Sanè nunquam tenetur is qui consultus respondet secũdũ opinionẽ verè probabilem, neque qui simpliciter aperit suam opinionem, dicens ita sibi videri, non autem suadet vt alter sequatur, & ita obseruat Less. d. c. 7. dubi. 7. num. 31. Sit igitur cautus probus ac diligens aduocatus in dando consilium, quia inquit Spiritus Sanctus Eccles. 27. *Qui laqueũ alij ponit, peribit in illo.* & ibidem. *Facienti ne, quissimum consilium, super eum deuoluatur* & Plutarc. in Mor. 12

Cõsilium malum consultori pessimum. Tenetur aduocatus lege iustitiæ suo clienti pro causæ conditione diligentiam præstare, vt si sit difficilis, & magni momenti, tenetur magis laborare, Less. de iusti. & iur. libro 2. ca. 31. dubi. 8. num. 47. Filliuc. morali. qq. tractat. 40. capite. 10. numero 280. vbi ait satis esse in singulis causis eam diligentiam adhibere, quæ iudicio peritorum in sua arte censetur sufficiens pro ratione causæ. Et ex officio debet esse conuenienti peritia instructus, cum pro idoneo aduocato segerat l. nemini. C. de aduoc. diuersso. iudic. Panor. in rubr. de postulan. Bar. in l. 1. ff. eod. S. Thom. 2. sec. q. 71. ar. 2. Nauar. c. 25. num. 28. Suarez de Paz in praxi annotatio. 5. numero 10. Excusatur tamen qui ob defectum iurisperitorum aduocat ad tribunal in quo patrocinantur, mediocriter instructus ex libris sermone vulgari scriptis argumẽto l. certi C. de 13 14

iudic.

iudic. & glo. capit. ad audientiam de consuetud. Nauar. qui supra numero 28.

15 Quando aduocatus tuetur causam, in cuius progressu agnouit esse iniquam, & eam non dimittit, non solum tenetur parti aduersæ ad omnium damnorum restitutionem, quæ ei ratione illius patrocinij iobuenium: sed etiam clienti suo, si eum non monuit de causæ iniustitia: debet enim eum monere, & si monitus nolit desistere, debet illum patronus deferere, non tamen secreta causæ parti prodere, nisi id foret necessarium ad graue aliquod damnum proximi impediendum: tunc enim deberet iudici
16 aperire, vt occurrat: neque tunc potest aduersam partem inducere ad transactionem vel consulere vt transactio fiat, si ea cum damno illius futura esset; quia solum in causa dubia trãsactio locum habet, S. Thom. 2.2. quæst. 71. art. 3. ad 2. vbi omnes eius commentatores præsertim Michael Salon controu. 2. concl. vlti. Nauar. capite 25. numero 28. Lesi. de iusti. & iur. libro 2. capite 31. dub. 8. numero 48. & 49. Filliuc. qui supra cap. 10. numero 284. Burgos de Paz in proœmio legum Tauri numero 271. Suarez de Paz in prax. annotatio. 5. numero 40. & seq. optimè Lazari. canonic. qq. par. 2. sect. 3. quæst. 12. numero 18. & 19. ex quibus Burgos de Paz numero 256. & Lazari. loco citato explicant & declarãt aduocati officium in quantum extendi possit circa concordiam partium salua conscientia, quando is est patronus iniustam causam habentis. adde his Ioannem Gutier. prac. qq. libro 1. quæst. 28. numero 1. & Emanuelem Rodriguez in Sũma tom. 1. capite 2. numero 4. qui etiam referunt tradita per Burgos de Paz.

17 Aduocatus qui sciens & prudens iniustam causam defendit tum mortaliter peccat, tunc præterea ad restitutionem tenetur, cum illud peccatum contra iustitiam sit, vt omnes fatentur, & præcipuè S. Thom. 2.2. q. 71. artic. 3. Soto de iusti. & iur. li. 5. q. 8. arti. 3. cõcl. 1. Gutier. prac. qq. li. 1. q. 29. n. 1. vbi n. 4. idẽ esse ait si aduocatus bona fide errauit, sed debitam diligentiam non adhibuit circa iustitiam causæ. Syluest. verb. *aduocatus.* quæst. 24. n. 16. vbi docet aduocatum teneri aduersario ad interesse si per cauillationem abstulit ei bonam causam, vel cum grauauit petendo superfluam dilationem, vel allegando falsum. aut faciendo cauillosam positionem, vel instruendo falsum testem, aut pro neganda veritate clientem. Suarez de Paz in prãctic. annota. 5. de aduocato n. 39. vbi notat præfatum aduocatum mortaliter peccare & ad reseruationem damni, quod passus fuerit aduersarius, & ad restitutionẽ expensarum, quas suus clientulus fecerit, teneri, & n. 43. vbi eadem quæ ex Syluestro retulimus, refert. Vincen. Filliuc. moral. qq. tractat. 40. cap. 10. n. 282. vbi 18
tenet aduocatum qui scienter iniustam causam suscipit & defendit, vltra mortale peccatum teneri ad restitutionem dãni sequuti aduersæ parti, si vincat illam clienti suo & hic nolit vel non possit restituere: si vero amittat, asserit teneri eũ ad expensas clienti suo si illum non admonuit de iniustitia causę. Vt autem ad- 19
uocatus iniustam causam defendens, excusetur ab omni peccato prætextu ignorantiæ, requiritur quod adhibita debita diligentia, ignorãtia eius sit inuincibilis, putando causam esse iustam, vt concludit Pater Azor institution. morali. p. 3. li. 13. c. 29. dubi. 4.

At aduocatum ex dolo & lata culpa 20
tantum, non vero ex leui aut leuissima culpa teneri ad restitutionem in foro conscientiæ, vltra Antonin. Diana resol. moral. par. 2. tractat. 1. miscellan. resolutio. 59. superius citatum, tradiderunt Panor. in capite quia plerunque de immunitat. Eccles. Syluest. in verb. *aduocatus* numero 16. vbi theoricam præfati Panormitani quod in foro animæ non tenetur quis ad emendam damni, nisi fuerit in dolo vel lata culpa, dicit communiorem,

& no-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

& notandâ non ſolum pro aduocatis,ſed quia facit etiam ad artifices & aurifices & locatores operarum & huiuſmodi, vt in foro Poli non teneantur niſi de dolo, & lata culpa.Innocen.in ca.ſicut dignum num.5. de homicid.Gutier. prac.qq.lib. 1.q. 29. num.5.& 6. Azor inſtit.moral. par. 3. lib.13.ca.29.dub.5. vbi intelligit etiam ſi aduocatus ex cauſa quam defendit, ſtipendium ac mercedem acci-
21 piat. Sanè Pater Fernandus Rebellus de obligationibus iuſtitiæ par. 2. lib. 1. quæſt. 10. num.7.tenet aduocatum,qui pretium recipit,teneri ad reſtitutionem damni etiam ex leui culpa in foro animę,& generaliter quoties contractus in vtriuſq. vtilitatem fit, cuiuſmodi eſt contractus locationis & alij,obligationē reſtituendi conſurgere in prædicto foro ex culpâ non tantum lata,ſed etiam leui, non tamen leuiſſima,pro vt ex l. contractus & ibi Deci.glo.& DD.ff. de regul. iur.in foro exteriori conſurgit. Imò tenet etiam interdum aduocatum & quēlibet artificem de leuiſſima teneri, vt ſi ſe diligentiſſimum vel peritiſſimum iactaret, cum tamen non eſſet, & ita ea de cauſa alios peritiſſimosvel diligentiſſimos non adires, à quibus res tua tale detrimentū paſſura non foret:ſic etiam ſi excluderet alium qui pro eodem pretio diligentiſſimam operam offerebat, vel ſi ipſa rei conditio maximam diligētiam exigeret,vt ſi pretioſus lapis poliēdus vel cuſtodiendus pro pretio traderetur. Et ſubdit hoc loco pro foro conſcientiæ tutius putare ſub culpa leui comprehendi non ſolum culpam lætalem leuiorem quam ſit culpa lata, ſed etiam venialem,quæ inter veniales tamen grauis cenſeatur.Sylueſt.quoque verb. *aduocatus*. num. 16. ſentit quod ſi aduocatus ſe iactabat ſcientem,& non erat,tenetur clienti de leui culpa,ſecus autem ſi cliēs ſciebat illius ignorantiam, quia tunc ſolum tenebitur illi aduocatus de dolo & lata culpa. quod etiam notauit Suarez de Paz in prac. annotatio. 5. numero 44. ex mente Innocentij, Sylueſtri, & Nauarri.

Aduocatum qui pro patrocinio cauſę 23
iniuſtæ aliquid à cliente recipit,componi non poſſe per Bullam Apoſtolicam cōpoſitionis, ſi clientulus neſciebat iniuſtitiam cauſæ,ſed ipſi clienti illud totum reſtituere teneri certum eſt, & notat Rodriguez ſuper dic. bulla caſu 5.num. 24. Verum textus ipſius bullæ d.caſu 5. concedit compoſitionem, ſi clientulus ſciebat iniuſtitiam cauſæ, admonet tamen ibi Rodriguez confeſſarium vt ſi aduocatus cōfiteatur ſe accepiſſe aliquid pro aduocando in cauſa iniuſta, & adhuc non aduocauit,mandet eidem vt fidem atque pactionem iſtam illicitam reſcindat,pecuniamque acceptam clienti reſtituat.quod probatur ex can.in malis 22. quæſt. 4. De hac materia Ales 3. par.quæſt.43.memb.5.Cayet.2.2.quæſt. 71.art.3.Soto li.5.de iuſt.& iur.quæſt.8. art.3.

Controuerſa nimis eſt illa quæſtio an 24
reus interrogatus in iudicio ſimpliciter, debeat ne actori mille per cum petita & iure quingenta debeat; poſſit totam poſitionem negare, vel teneatur partim negare,partim fateri,& per conſequens quid ei conſulere debeat aduocatus,cum licet partes ipſæ perſonaliter reſpondeant,tamen vt plurimum iuxta conſilium ſuorum aduocatorum, quos prius conſuluerunt.

Quidam aſſerunt poſſe totam poſitio- 25
nem negari,eo præſertim quia licet in toto pars etiam contineatur,& minor in maiori ſumma, tamen illa pars minor de per ſe non cenſetur perita vel denegata,& negando poſitionem de centum, non cenſetur negare de quinquaginta,cum illud totum integrale dicatur l. cum quædam C. de legat. & qui petit centum,videtur petere vnita, non ſeparata l.de pupillo §. qui nunciat ff. de noui oper.nunciat.Contrà vero alij exi- 26
ſtimant conuentum in iudicio ſuper toto,& de eo ſimpliciter interrogatū, debere ſub peccati reatu partem quam ex

eo

eo totò liquide debet, propria assertione fateri, eo maximè quia hoc ad litis diminutionem spectat, & ad faciliorem & æquissimã causæ expeditionem pertinet. Hanc quæstionem latissimè examinant Couar. var. res libro 1. capite 2. numero 5. Hierony. Laurenti. dec. 35. à numero 3. ad 10. ex quibus deducitur tot esse vtriusque censuræ Doctores & fundamenta, vt vtraq. opinio dicatur cõmunis, ipsi tamen ambo cum latè hoc disceptauerint, tenent posteriorem sententiam, nempè debere reum partem fateri, & hæc sententia est magis tuta in foro animæ secundum Gutier. pract. quæst. libro 1. quæst. 61. Sarmie. de reddit. Eccles. capite 6. num. 10. par. 4. Gratian. disceptat. forens. tom. 1. capite 109. numero 20. & 21. contrariam tamen seruari in praxi dicit Abbas in capite 1. de mutuis petitio. numero 15. quem referunt Coua. & Gratia. locis citatis. & pro hac opinione multos citat Flamin. Cartar. dec. 57. numero 5.

27

28 Illud constanter resoluit Couar. dic. capite 2. numero 4. si à me Titius centum petat, quæ verè asserat mihi mutuasse, & tamen eadem ei secretò soluerim & nihil debeam & probare non possim, posse me quidem absq. vllo crimine vel mendacio petitionem negare pro vt in ea continetur, quia in ea actor firmat centum mihi mutuasse & adhuc ipsi deberi: quod etiam approbat Gutier. prac. qq. libro 1. q. 60. numero 6. reprobat tamen numero 2. quod idem Couar. citato loco subnectit, quod etiam etsi distinctè dicto casu per positionem interroger, receperim ne mutuo centum à Titio actore, possum me tutè eam positionem pro vt ponitur, negare: quia cum vere soluerim, iniquè ad iudicium trahor & interrogor, vnde possum interrogantem eludere responsione quadam non falsa, quam ex animo meo illi dederim, dum respondens intelligo me illa centum cum effectu & ad effectum obligationis restituendi de quo agitur, mutuo non recepisse: sicut ille, qui iniquè interrogatur iuris ordine non seruato, vel à iudice non suo, non tenetur respondere, & si coactus responderit, iustè & sine vitio valet ipsum iudicem verbis ex cõmuni significatione ambiguis fallere, licet mentiri nullo pacto sine peccato possit, vt idem Couar. d. capite 2. num. 2. ex SS. Augusti. & Thom. Caieta. Adrian. Soto & Nauarro notat. quam etiam doctrinam ex multis quos citat, doctissimè more suo tradit & explicat P. Ioã. Marquez de Christia. Gubernat. libro 2. capite 7. circa vltimam partem capituli.

29

In præfato casu mutui Maranta de ordin. iudic. 6. par. prin. in 5. actu num. 28. probat Ceepolæ cautelam vt reus interrogatus an mutuo acceperit ab actore, respondeat, *cõfiteor te mihi nihil mutuasse, ob quod sim tibi obligatus.* & Neuizanus in sylua nupti. l. 3. num. 53. & 54. aliter sequitur Cœpolæ cautelam, vt reus respondeat, *Si mutuasti restitui.*

30

Stephanus Gratianus discep. forens. cap. 109. post Iason. in §. omnium autem n. 98. Inst. de actio. & in l. sicut autem §. quod autem n. 10. seq. ad n. 13. de re iudicat. Paris. cons. 100. n. 9. lib. 3. atque Rotã Romanam & alios, cum plures congessisset pœnas mendacij contra negantes positiones in iudicio & præsertim quod conuictus de mendacio quo ad vnam partem positionum, præsumitur & mentitus quo ad alias, & potest in eum iurari in litem, & obijci periurium, quamuis responsio sit per verbum, *credo*: subijcit n. 9. & 14. verius esse quod si negatio fiat cum clausula illa, *narrata pro vt narrantur*, vel cum clausula, *non credo vt ponitur*, pœna mendacij locum non habet, ita vt sufficiat quod aliquarex demonstrationibus in positione adiectis non reperiatur vera, & alios præterea per totum illud caput casus fallentiales tradit, in quibus negantes positionem, euadant pœnam mẽdacij. adde eundem Gratian. decis. 227. per tot. vbi plura adducit & declarat.

31

Quæ-

32 Quæritur an poſſit aduocatus clienti ſuo conſulere, vt rem ſuam apud alium exiſtentem, propria auctoritate occultè capiat. Diſtinguendi ſunt duo caſus. Primus cum ille rem propriam à nō domino tyrannicè occupatam, obtinere apud iudicem non poteſt vel ex defectu probationum vel alias. Hoc caſu reſpondēdum eſt licere ſine peccati reatu aduocato, conſulere, & parti capere, vt dictū eſt, quod gloſa notat in capite ius gentiū 1. diſt. argum. tex. in l. ait Prætor §. ſi debitorem ff. de his quæ in fraud. cred. l. generali C. de Decurion. li. 10. docent Innocen. Ioan. Andræ. Abbas, Imola, Cardinal. Anchar. in capite olim in 1. de reſti. ſpoliat. Anthon. Rube. conſ. 13. nu. 8. Sylueſt. in verb. *furtum* q. 13. Ioan. à Medin. de reſt. quæſt. 11. Couar. var. reſ. lib. 1. capite 2. numero 14. ver. *Quarto.* cui poſt alios num. 15. verſ. *Quarto.* videtur eodem modo licitum eſſe ei qui debitam ſibi pecuniam aut rem quampiam non poteſt à debitore conſequi, æquiualentem rem vel quantitatem ab eo ſurripere. Nam vt docent Bart. in l. hoſtes ff. 33 de captiu. & poſtli. reuer. Innocen. in c. olim de reſti. ſpoliat. Panor. in c. 1. & ca. qualiter de iudic. & eſt communis opinio de qua teſtatur & ſequitur Azor inſtit. moral. par. 2. lib. 2. cap. 34. verſic. *Septimo quæritur.* in fin. cum quis iudicis officium implorare non poteſt, priuata auctoritate poteſt rē ſuam recuperare, cōpenſatione ſcilicet iuſta & legitima vtendo.

34 Secundus caſus eſt, quando adeſt copia iudicis, eſtque facultas rem propriā ab alio occupatam repetendi coram eo, ſeruato iuris ordine. Hic ſecundum Leonardum Leſium de iuſti. & iur. lib. 2. ca. 12. dubi. 10. duo caſus ſub diſtinguendi ſunt. Primus quando res tua iuſto titulo v. g. pignoris, locationis, commodati, &c. apud alium extat. Nam tunc ex communi ſententia, capere non potes, quod ſi cœperis, furti peccatum commitis & ad reſtitutionem teneris, quia iniquè ſpolias alterum ſuo iure nondum finito, quod in eam rem habebat. Secundus caſus eſt, quando iniuſtè res tua apud alium fuerit. Et tunc non teneris ad reſtitutionem ſi eam occultè receperis, quia nulla fit inæqualitas, neq. alter iuſta ratione eſt inuitus: peccas tamen recipiendo, quia fit iniuria publicæ poteſtati, quæ ad hoc conſtituta eſt, vt ſingulis ius ſuum tribuat, vt docet S. Thomas q. 66. art. 5. ad tertium, quod etiam notauit Couar. d. c. 2. n. 15. Sed veritas eſt iuxta 35 eundem Leſium loco citato, quod neque tunc peccatum commitis, ſi infraſcriptę conditiones adſint. Prima quod moraliter certum ſit rem tuam eſſe: ſi enim id dubium eſſet, non poſſes eam accipere, cum in dubio melior ſit conditio poſſidentis. Secunda, vt non poſſis eam rem alia ratione adipiſci, niſi abſq. notabili moleſtia vel expenſis, vel amiſſione beneuolentiæ & fauoris. Eſt etiam notandum cum eodem Leſio & Soto de iuſt. & iur. lib. 5. q. 3. art. 3. quod licet dicto caſu vt dictum eſt, non tenearis ad reſtitutionem, teneris tamen monere ſi cōmodè potes, nihil tibi deberi vel remittere debitum, tum ne qui detinebat rē tuam, maneat in peccato, tum ne ſecundò tibi ſatisfiat. Illud quoq. prætermittendum non eſt, quod Leſius vbi ſupra 36 d. dub. 10. addit, ſi is qui iuſtè accepit rē ſuam ab alio occupatam, interrogetur à iudice, num ſciret quis acceperit, vel an ipſe acceperit, poſſe negare ſe ſcire, etiā cum iuramento, mente intelligendo ſe neſcire quis ita acceperit vt iudex intēdit, nempè iniuſtè. Ex qua iudicis intention etiam ſequitur, quod ſi feratur ex- 37 communicatio in eos qui rem illam occultè ſuſtulerint, non comprehenditur is qui iuſtè accepit, quid quod nec potuit comprehendi cum excōmunicatio maior non infligatur niſi pro mortali crimine c. Epiſcopi & ibi glo. *minimis* c. nemo Epiſcoporum c. nullus 11. q. 3. Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 3. Sayr. de cenſur. libro 1. capite 9. numero 1. cum ſequentib.

Sed an aliquando liceat vim inferre 38 debitori,

UAB Biblioteca de Ciències Socials

debitori,si aliter nequeas rem tuam obtinere,distinguit Pater Lesi.de iust.& iur. li.2.ca.12.dubit.11.& asserit quod si res tua extet apud alterum in sua specie, vt equus,vestis,&c.& non possis eam aliter recuperare ob Reipub. perturbationē, non est improbabile, posse te domum ingredi & eum auferre; & si ille velit impedire,posse te armis etiam tueri;hæc enim non proprie aggressio,sed defensio videtur: Si tamen res non extet, sed ille tantum sit tibi debitor, non potes hoc modo illam recuperare.

39 Ioannes Petr.Ala in tractat.de aduocat. & causidic. christian.q. 81.admonet aduocatos & causidicos ne vllo modo præbeant consilium reo negandi delictū quod patrauit; quando à iudice competente legitimè interrogatur: quia eius peccato cooperantur in grauissimum vtriusq.animarum salutis perniciem.Quare hic opere pretium videbatur disceptare de ea quæstione an & quando reus à iudice interrogatus,teneatur delictum quod cōmisit,confiteri sub pœna peccati mortalis,& quando dicatur legitimè interrogari,& an necesse sit quod reus sciat se legitimè interrogari,& quid si dubitet.Sed de his latè agunt Ludouic. à Peguer.in prac.crim.c.12.§.5.à n.7.vsq. ad n.15.Ioan.Petr.Lazari.canonic.qq.par.1. sectio.2.quæst.16.à n.13. S. Thom.2.2. q.69.arti.1.Ludouic.Miranda in ordin. iudic. q.18.artic.1.conclus.1.Tolet.in sum. libro 5. capite 58. numero 2. & seq. & alij innumeri quos præcitati allegant.

40 Prudenter & modestè procedere debet aduocatus in obijciendis infamijs contra testes ad fidem eorum depellendam & criminibus contra partem alterā, ad defensionem iuris clientis sui, ne labem peccati contrahat, quamuis sibi à parte,quæ ira percita & commota,breui
41 afficitur infania,proponantur.Sciendum tamen est in conscientia licere reo & aduocato occulta crimina testium detegere ad labefactandum eorum testimonium,si illa valeant ad testimonium infirmandum,vt periurium,crimen falsi,& ea ob quæ incurritur excommunicatio, infamia iuris vel facti.est communis Doctorum,Soto lib.5.de iusti.& iur. quæst. 7.art.3.Lesiu.li.2.c.31.dubit.1.Iul.Clar. in prax. crim.quæst.24. Ratio est quia quisque potest se ipsum tueri cum iusto moderamine eodem genere armorum, quo oppugnatur, nec alter potest queri de iniuria cum sit inuasor, & sponte se huic periculo exponat, hoc ipso quod testatur vel accusat. Fallit si testis non se sponte ingessit, sed coactus à iudice, & crimen quod ei obijcitur esset graue, ob quod capite plectendus sit, causa vero rei non sit magni momenti. Fallit itē si alia ratione minus noxia possis eum repellere,vt si sit cōsanguineus vel affinis actoris.

Sed & aduocatus qui infamias & cri- 42
mina contra testes opponit ad defensionem causæ, cum protestatione quod non intendit iniuriare,in foro exteriori non punitur,si non probetur,vt tradunt Stepha.Gratian.discep.forens.cap.81.nu.18. Iul.Clar.in §.fin.quæst.53.num.4.Ceual. quæst.323.in fin.quia officium suum nō debet ei esse damnosum l. fin. de inoffici testam. cum aduocato liceat conuitia dicere quantum poscit vtilitas causæ l. quisquis C. de postulan.& speciale est 43
in iudicio vt obijciens verum crimen ad proprij iuris comprobationem aut defensionem,non teneatur actione iniuriarum,Couar. lib.1.var.cap 11.num.6. & 7.Gomes.3.to.c.3.cum distinctionib⁹ de quibus ibi per eum & per Clar. in §. iniuria n.15.licet pars teneatur & puniatur si vt dictum est,obiecta crimina non probentur, exceptis quibusdam casibus quibus excusatur etsi non probet, Gratia.d.cap.81.num.10.& seqq. Surd.decis. 89.

In controuersiam verterunt Doctores 44
an liceat aduocato die festo consilium dare,si principaliter dederit propter quæstum, Et negatiuam tenuit Sylvest.verb. *Dominica*.quæst.5.conclus.3.& alij:tamē verior sententia est affirmatiua adeo vt,

liceat

UAB Biblioteca de Ciències Socials

liceat aduocato die iam dicto propter pecuniæ lucrum, non solum verbo sed etiam scripto consilium dare & iuris ac facti allegationes, responsaq. scribere & iudicem informare, vt latè probant Caietan. 2. sec. quæst. 122. art. 4. & in summa verb. *Festos dies*. Nauar. ca. 13. num. 12. & 14. quia consilium non est opus seruile, & quod licitum est facere diebus festis, perinde fieri potest ob lucrum ac in alio
45 quocumq. tempore. Nam propositum & intentio lucrandi non facit vt opus quod aliàs ex suo genere non est seruile, ob hoc fiat tale formaliter vel materialiter, vt probant vbi supra Caieta. dic. quęst. 122. art. 4. & Nauar. d. capite 13.
46 num. 5. & in can. ieiunia de consecratio. dist. 3. Sic licet diebus festis litteras scribere, vt notat idem Nauar. d. cap 13. num. 14. quia secundum communem DD sententiam scribere non est opus seruile, sed transcribere vt latè cõprobat nouissimè Pater Antoninus Diana resolut. moralium p:r. 1. tractat. 1. miscellaneo resol. 35. qui ex hoc fundamento tradit cõmunem DD. opinionem notarios, commissarios & alios officiales curiæ non posse in diebus festiuis acta transcribere, quamquam ipse cũ alijs quos citat, peccati mortalis illos non condemnat & maximè ex Suarez de religione tom. 1. li. 2.
47 cap. 25. num. 4. vbi probat etiam transcribere non esse opus seruile. Aduocatum autem die festo consulendo, & cũ procuratore de lite priuatim agendo apud iudicem, ipsiq. totam causam referendo vt ea probè cognita sententiam postea commodius ferat, non peccare tenuit etiam Azor. instit. moral. par. 2. lib. 1. cap. 27. versic. *Vndecimo quæritur.* vbi rationem
48 reddit quia ius solum prohibet ne in iudicio causæ forenses agantur. Sic quoque Filliuci. moral. qq. tom. 2. tractat. 27. cap. 10. num. 200. asserit aduocato licere informare iudicem in die festo, quia est actus extraiudicialis, & non est seruilis, ideoq. nullo iure prohibitus: vnde infert quod si arbitrium procedat iudiciali modo, die festo non est licitum; sed si amicabili modo ita vt dicatur potius arbitrator & conciliator pacis, licitum dicto die est. Aduocatum deniq. consulentem, informantem, scribentem, & reliqua facientem quæ ad suam professionem pertinent, in die festo, etiam ob pecuniã & quæstum, licitè operari, quod non sint actus seruiles, tradidit item & probauit Petr. Fõtanella de pact. nupti. to. 1. claus. 1. n. 28.

An liceat aduocato consulere clienti suo vt appellet vel ipse cliens possit appellare à sententia, quæ contra ipsum litigatorem secundum opinionem probabilẽ vel probabiliorem prolata à iudice fuit, variæ sunt Doctorum sententiæ. Quidã tenuerunt non esse licitum condemnato appellare quando sententiã iuxta opinionem probabilem lata fuit, etiam si detur altera probabilior; quidam quando pronunciatum fuit iuxta æquè probabilem, vel probabiliorem opinionem; quidam licere taãtũ affirmant in causa sanguinis; alij licitã volunt appellationẽ & in ciuilibus & in criminalibus, etiam si sententiatum sit secundum opinionem probabilẽ; & demum extendunt alij, etiam si iuxta probabiliorem ius dictum sit, dummodo contraria opinio, pro qua appellatur, probabilis sit. tradit hanc Doctorum, quos citat, varietatem P. Anthoninus Diana resol. moral. par. 3. tractat. 5. miscellaneo resol. 104. Sed quod ait ibi circa fin. posse iudicem iudicare secundum opinionẽ probabilem, relicta probabiliori, vnde sumit argumentum ad vltimam ex supra dictis opinionibus tuendam, alibi suo loco ex multis improbaui & contrarium defendi. Illud benè notat Nauar. cap. 25. n. 25. ad fin. partem appellando non peccare, non solum si sententia sit iniusta secũdum acta: sed etiam si secundum ea iusta sit, credatur tamen esse re ipsa iniusta & per agenda de nouo possit monstrari esse talis, argumento capitis per tuas de sen. excom. & capitis solet eod. titulo li. 6.

Notissimi iuris est pactum nudum iure Ciuili non parere actionem, sed dumtaxat exceptionem, quia eo iure non fuit

appro-

approbatũ,nec omnino reprobatũ,Aretin.&alij in§.in personã Institut.de actiõ. Fachin.li.2.cõtrouers.iur. c. 10. Anton. Gomes.var.resol.to.2.c.9.n.2. vbi explicat quid sit pactũ nudũ:iure tamẽ Canonico producit actionẽ vt notant fere omnes in c.1.de pact.Couar.in c. quãuis pactũ 2.p.§.4.n.12.&seqq.de pact.Sed&inducit obligationẽ naturalẽ & in cõsciẽtię foro d.c.1.& c.qualiter de pact. Thesaur.for.Eccles.p.2.c.30.n.39.Gomesvbi
54 supra n.2. Nũquid ergo aduocatus aut causidicus huiusmodi pactũ nudũ impugnare,vbi ius Ciuile seruatur,absq. culpa mortali poterit? Negatiue respõdẽt glo. in d. c.1.de pact.vbi Bald.col.1.Io.Petr. Ala in tra.de aduoc.&causid.christ.p.1.q. 88.vbi allegat Ias. in §.sed iste n. 109.de action. Butri.in c.1.de probat. in pri. ita quoq.tenet Petr.Antõ.Lazarius canonic. qq.p.1.sect.1.q.16.n.12.vbi intelligit quãdo præfatũ pactũ fuit factũ præcedente aliqua legitima causa,vt etiã notarũt Felin.in c. ii cautio de fid.instr.n.1.Ala.loco citato in fin.Hæc quæstio parũ proderit in Cathalonia vbi debet seruari ius Canonicũ prius quã Ciuile cõstitut.40.curiarũ anni 1599.Quod dixi de pacto nu-
55 do,circa aduocatũ seu causidicũ,aliud existimo in pollicitatione,de qua Gomes.d.c.9.n.1.cũ hæc iuxta per eũdẽ citato loco tradita nullam producat obligationem ciuilem, canonicam, vel naturalem.

56 Hæredẽ non conficientẽ inuentariũ teneri vltra vires hæreditarias creditoribus & legatarijs cõstat ex l.fin.§.cũ igitur C. de iur.deliber.§.si vero nõ fecerit in authentico de hæred.& falcid. Ias. in d. l.fi.§. & si præfatã. vbi quinq. fallentias huius regulæ affert,Iacob.Cancer.var.p.1. c.2.n.6.vbi rationẽ reddit,& p.3.c.2.à n.71.& de iure Canonico etiã procedere tradit multis relatis Spino in specul.testã. glo.fi.n.55.vers.*prædicta tamẽ sententia*.& Regij Cathaloniæ Senatus decisione, vbi vt dixi,seruatur ius Canonicũ,confirmat
57 Cancer d.p.3.c.2.n.72. Nihilominus tamen si reuera hæres nihil occultauerit,& creditores hoc verisimiliter scire possint, veluti quia hæreditas & patrimoniũ cõsistat in immobilibus,non poterit aduocatus in iudicio animæ defendere creditorẽ qui vellet sibi satisfieri vltra vires hæreditarias. ita docent Io. Pet.Ala. in tract.de aduoc. christ.p.1.q.60. Petr.Anton. Lazari. canonic. qq.p.1.secti.3.q.6. n.26.Faciunt tradita per Cancer.d.c.2.n. 80.vbi asserit hæredẽ ob defectũ inuen- 58
tarij non teneri vltra vires hæreditarias, quando cõstat testatorem nulla reliquisse bona.& notata per Petrũ Fontanella de pac. nup.to.1. claus.4.glo.5.n.47. vbi defendit neq.teneri quando patrimoniũ defuncti erat certum & fraudari nõ poterat vt quia consistebat in dote certæ quantitatis,& ibi Regij Concilij decisione firmat.& clarius hoc dicit eadem glo. 5.n.42.vbi ait Doctores vulgato loquẽdi modo dicere solere hæredẽ,qui inuẽtarium non fecit, teneri vltra vires hæreditarias,cũ potuis dicere debuissent,quod non potest hæres opponere defectũ bonorũ eo quod inuentario non confecto, semper hæreditas præsumitur sufficiens: si enim(inquit)cõstaret alias quanta fuisset hæreditas, certũ est quod vltra contenta in ea non teneretur. Quãuis Fontanella citatis locis pro sua sententia præter nostrum Mier.neminem allegat, poterat vti auctoritate Michael. Crassi qui alios citat in §. inuentarium qu. 21. ad fin.& Stepha. Gratiani discep.forens.to. 4 capite 656. numero 4. Hæredem non 59
conficientem inuentarium non teneri in foro conscientiæ vltra vires hæridatarias creditoribus hæreditarijs vel legatarijs tenent & docent Antonin. Diana resol. moral. par.3.tractat.5. miscellan. resol.36. Ioann. Valerius in differentijs vtriusque fori ver. *hæreditas* differ. 2. numero 3. Ægidius in leg. 1. C. de sacr. Eccles. par. 5. §. 1. numero 6.

Lõge faciliora esse remedia possessoria 60
quam petitoria seu iudicia proprietatis, nemo ambigit,vel is qui à primo tantũ limine Iurisprudentiam salutauit: cum

in iudicio verbi gratia receperandæ ſatisfit,ſi agam,probare duo extrema, me olim ſcilicet poſſediſſe,&hodie poſſidere,abſq.allegatione vel probatione tituli,aut quod ex iniuſta cauſa à poſſeſſione ceciderim,Bald.in l.pen.n.20.C.à nō cōpeten.iud.Panci.conſ.130.n.1. vbi communem dicit, Cancer. var.p.2.c.7.n.32. quin.91.extēditvt etiā in iuribus incorporibus ſi agam iudicio poſſeſſorio recuperandæ aduerſus eum qui denegat ſolutionem annuæ præſtationis,neq. debeā allegare & probare præſtationis cauſām.

61 Tamen hæc remedia poſſeſſoria in conſciētia periculoſa dici ſolent,quia ſi actor ſciat ſe habere defectum proprietatis,nō poteſt aduocatus abſq.lætalis peccati reatu huiuſmodi iudicia intentare pro eo, ſicut nec ipſe agere,vt probant Sarmiēt. ſelect.interpret. li.2.c.13.n.5. & 6.Ioan. Gutier.conſ.6.n.12.Gonſalez.in reg.Cācellar.8.de menſib.&alterna.glo.15.§.1. n.9. Petr.Fontanella de pact. nup. to.1. clauſ.4.glo.13.p.4.n.51.facit quod dicit Oſaſc.conſ.67.n.42.nō reſtitui ſpoliatū, de cuius r.ō iure notariè conſtat,de quo latè videndus eſt Cancer.var p.1.c.18.à n.

62 31.Animaduerte nō teneri in conſciētiæ foro aduocatum à patrocinio ſpoliati petētis reſtitui,abſtinere ex eo ſolū quod rē nō probat ſuā,quia poteſt eſſe quod ſua ſit,licet eā nō probet ſuā.ita cēſēt Innocē.inc.paſtoralis n.6.de cauſ.poſſeſ.& propri.& ibidem Ioan.Andre.& Bald.in margarita, verb. *Aduocatus.* Ioa. Parlador.li.1.rer.quotidi.c.2.n.15.

63 Filiusfam.licet poſſit ſe efficaciter obligare ex contractu vel quaſi l. filiusfam. 2.nom.vbi gloſa ff.de actio.& oblig.DD. in l.qui Romæ §.Augeriusff.de var.oblig.in mutuo tamen nō obligatur ſed poteſt opponere exceptionē Macedoniani l.1.& per tot.ff.& C.ad Macedon.Abbas ergo in c.pleriq.de immun.Eccleſ.tenet hanc exceptionē non habere locū inter chriſtianos,ſed filiūfam. efficaciter teneri ſoluere mutuū,quia nō præſumitur inſidiarivitæ patris inter chriſtianos&ſic videbatur ceſſāre fundamētū iuris Cōmunis:ſed Abbatis opinionē referunt& exceptionem Macedoniani habere locum & opponi poſſe inter chriſtianos aſſerūt Gomez var. reſol.li.1.c. 15. de ſeruitut. n.11.Gratian.deciſ.76.n.36.& 37.

Per ſubſtitutionē pupillarē excludi 64
matrē à legitima filij decedentis in ętate pupillari,multi affirmarunt, de quo per glo.in l.precibus in verbo,*omni modo* C. de impub.&alijs ſubſtit.Couar.in c.Rainuntius §.4.n.6.& 7.de teſtā. Ceuall. q. 70.n.4.docet tamen idem Ceuallos n.6. quod ſubſtitutus pupillaris in foro conſcientiæ tenetur reſtituere legitimā,quę matri cōpetebat, & dicit cōmuniter approbari Decius conſ. 210. ſed cōtrariū ſequitur Ripa in l. moribus nu. 45. de vulgar. Vaſq.de ſucceſ.creati libro1.n.25. verſ.*quid dicēdū* cū alijs per Spin. de teſtā. glo. 10. n.49. Grati.dec. 61. in additio n.1.

Singuli hæredes pro portionibus ſuis 65
hæreditarijs cōueniēdi ſūt á creditore defuncti teſtatoris,quia ipſo iure eſt inter eos diuiſa actio & obligatio l.2.C.de hæred.actio. Gomez to.2.c.12.de indiuid.n. 3.cū quilibet hæres repreſentet perſonā defuncti pro parte pro qua eſt hæres, & in alia dicatur extraneus. Adeo tenetur pro ſua parte ſolū,vt procedat etiā ſi aliquis eorū efficiatur nō ſoluēdo quia nec alij cohæredes tenentur pro eo,ſed ſecus eſt in foro conſcientiæ & de iure Canonico,vt idem Gomez ſubdit & poſt eū Gratian.dec. 146.à n.2.

Conſulunt DD.aduocatis ne ſi poſſeſ- 66
ſione ſeu præſcriptione immemoriali ſe tueri poſſint, exhibeāt titulū, quia cū illius iuſtitia diſcutietur,fortè lite cadēt,& tamē ſi nullū producāt,ex tā longa poſſeſſione præſumitur , isque optimus vulgata l. 3. §. ductus atque ff. de aqua quoti.&æſtiu.cōplures ex his cōſulētib' cōgerit Molin.de hiſp.prim.li.2.c.6.n. 75. &his non citatis conſulit Cancer p. 3.c. 3.n.239. At Molin. ibidē n.76.docet hoc conſilium non indiſtinctè ſequendum fore,ſed in ea ſola ſpecie vbi titulus ipſe cauſā producentis non omnino iniuſtā ac improbam,ſed ſolū ex certa ac iuſta

dubiam

dubiam efficiat, alioquin vel liti cedēdū, vel instrumentum in iudicio exhibēdū, vel aliás propriam conscientiam exonerandam esse. Nec potest aliud absq. discrimine conscientiæ consuli.

67 Frequentissimè vxores amici, & cognati debitoris, qui propter æs alienū timet ne à creditoribus bona eius sequestrentur, vel delinquentis qui ob delictū perpetratū formidat ne à iudice bona sua confiscentur vel describātur, adeunt causidos seu aduocatos consulendo eos quid agendum sit. Admonent Petr. Ala. in tract. de aduoc. christia. p. 1. q. 58. & Petr. Anton. Lazari. canonic. qq. p. 1. sect. 3. q. 10. n. 2. & 3 huiusmodi aduocatos ne consilium præbeant celandi cuncta quæ celari possint, vel corrumpendi notarium si fortè venalis sit, qui nomine fisci describturus est bona publicanda, ne vna & eadem naui in æternam damnati inem nauigādo pereant, nam imò isti cognati, vxores, & amici vi monitorij iudicis Ecclesiastici propalare tenentur talia, quæ occultauerint bona, vt multis relatis probat vbi supra Lazari. n. 1. vbi tamē ex. n. 4. non nullos casus declarat in fauorem vxorum.

68 Aduocatus actoris in causa sanguinis irregularis fit, si mors rei sequatur vel mutilatio membri, sicut & iudex, assessor, procurator, & tabellio, atque testis c. sē-tētiā sanguinis & ibi DD. ne cleric. vel monac. tex. etiam optimo, qui sic intelligitur in c. al. quātos 51. dist. Nauar. c. 27. n. 206. §. 3. Soto de iust. & iur. li. 5. q. 2. artic. 1. P. Henriq. c. 8. n. 4. Albert. Trotius de perfecto clerico li. 2. c. 23. n. 3. P. Auila de censur. part. 7. disput. 5. sectio. 2. dubio 1. vers. *Secūdo.* vbi post Nauar. n. 214. docet non tamē fieri i regularē eū qui defert ad iudicē crimē quod nō meretur deformationem, licet delinquentē ob illud iniustè, vel ob alia deformet, dūmodo attentis circunstantijs non teneretur credere id euenturum. Censuit Sylues. verb. *homicidium* 1. q. 8. fieri etiā irregularem eum qui post latā sententiam suadet iudici vt non concedat appellationem.

69 Aduocatus rei in dicta causa, etiam si eiusdem rei mors vel mutilatio membri subsequatur, irregularis nō est, nisi propter aduocati ipsius imperitiā vel in curiā subcumbat reus, quod procedit etiā si aduocatus esset clericus, imò etiam obtinet quāuis accusator deficiens in probatione, pœna talionis cōdēnaretur ad mortē vel morte afficeretur, nisi petijsset aduocatus accusatorē calūniantē puniri, sed tantū reū defendisset, iustæ defensioni operam dās, etiā absq. protestatione. ita (quidquid non nulli alij dicant) ex Salzed. in prac. crim. canon. capite 98. numero 20. Albert. Troti. vbi supra n. 5. Couar. in cle mēti. fi furiosus p. 2. §. 5 n. 5. Maiol. de irregular. li. 2. c. 9. n. 1. Auila d. sectio. 2. dubi. 8. Hortatur tamen Hostiensis in c. 1. de postulat. prælat. clericos vt ab huiusmodi reorū patrocinio abstineant propter periculum incurrendi irregularitatē. & Salzedo loco citato aduertit clericū aduocatū causæ criminalis, licet nō cōtrahat irregularitatem, quod mors vel mutilatio membri sequuta non sit, esse ab ordinario puniendū grauiter pro facti qualitate, cū talia munera sint clericis interdicta. 71

Illud cōmuni DD. sententia receptū est, quod clericus minimè ab irregularitate liberatur, si causam accusatoris tanquā eius aduocatus susceperit, etiā si vteretur protestatione quod ad pœnā sanguinis non intendit, quemadmodum & testē non excusat similis protestatio, Iul. Clar. in prac. crim. q. 24. n. 9. Salzedo d. c. 98. n. 19. Couar. d. §. 5. vbi cōmunē dicit, Auila d. sectio. 2. dubi. 12. vbi extendit licet is aduocati vel testis personā gerat, metu qui cadat in constantem virum, coactus, & disputat an excipi possint casus in quibus iure Naturali testis teneatur se offerre ad testificandum, quos adducit. P. Hēr. c. 11. n. 4 & c. 12. n. 9. & n. 8. vbi idē docet de promotore fiscali. Simon Maiol. de irregular. li. 2. c. 8. & 9. Nauar. c. 15. n. 4. in fin. Alphons. Vilaut. in prax. crim. li. 9. tit. de aduocat. c. 1. conclus. 11. quod intelligo salua dispositione tex. in c. prælatis 2. de homicid. in 6. 72 73

EX QVÆST. IX.

SVMMARIVM.

1 APud Romanos olim prohibitum erat ex patrocinio quæstum facere; & de lege Cincia, siue Cinthia, & alijs legibus & senatusconsultis. & n. 2.

Litigãtes iurare iubebantur nihil se ob aduocationem dedisse.

2 Cicero ex causa patrocinij à nemine mercedem accepit.

3 Apud Athenienses & Græcos inhonestũ fuit, aduocationes vendi.

4 Quis primũ instituerit vt pro patrocinio merces reciperetur, quisque primus illam accepisse feratur.

5 Iure Ciuili & Canonico probatum postea fuit, vt aduocati mercedẽ non inhonestè acciperent.

Licet aduocato vendere iustum patrocinium, & iureconsulto rectum consilium: nõ autem iudici iustum iudicium.

6 Clerico aduocato licet salarium recipere.

7 Salariũ debetur aduocato ex pacto nudo.

Et etiam si promissum non fuerit, & tunc iudex illud taxabit: & procedit licet per statutum determinatum sit.

Aduocatus pro modico aduocans contẽptibilis habetur.

8 Non minus salariũ debetur aduocato propter amissam litem.

9 Aduocati cogi possunt per iudicem sub pœna priuationis officij, patrocinium impendere alicui: si tamen eis congruum salarium soluatur.

Extende in causa Fisci & pro Rege.

10 Aduocato debetur merces licet sine labore & reuolutione librorum consilium dederit.

Glosæ opinio improbatur.

11 Salarium aduocato an sit præstandum in initio, vel in medio, vel in fine litis, referuntur contrariæ DD opiniones.

12 Quomodo debeat pretium patrocinij aduocatorum æstimari; & quæ sint per iudicem consideranda in taxatione salariorũ aduocatorum. & n. 15.

13 Si lege vel statuto taxatũ sit aduocatorũ pretium; peccatum est iniustitiæ quicquã ex pacto vltra suscipere, & qui suscipit ad restitutionem tenetur.

Leges humanæ conscientiam obligant.

14 Locus Prouerbiorum, Quod sapientia est pretiosior auro, intelligitur.

Neque aduocatus, neq. scriba exigere potest, imò neque recipere quantum libuerit: quia auctiora pretia non dantur gratis sed coacta voluntate, licet gratis cõferri videantur.

15 Quantum debeat esse aduocatorum salarium: & an maius debeatur in causis Criminalibus.

16 An liceat aduocato plus iusto recipere, si sponte detur: & an tunc ad restitutionẽ teneatur. Variæ super hoc afferuntur diuersorum DD. traditiones & doctrinæ. & n. seqq.

Quid si fuerat promissum, an possit exigi.

An iudex dicto casu cogat aduocatum ad restitutionem.

An pari pœna plectendus sit, qui à sponte offerente accipit, atque is qui exigit.

17 An prohibitus petere, exigere, vel accipere; prohibeatur etiam à sponte volente dare, recipere. & n. seqq.

Traditio Franciſci Auiles pro affirmatiua.

18 Traditio Suarez de Paz pro negatiua, & declaratio ac limitatio eiusdem propositionis.

Ex quibus circunstantijs appareat gratuita donatio.

19 Finito ministerio licitum est aduocato aliquid vltra taxatum salarium, sponte oblatum recipere.

20 Tabelliones mortaliter peccant si stipendium notabiliter maius debito accipiant, etiam sponte datũ, quando publicum stipendium constitutum ipsis erat.

Secus si post impletũ ministerium siue scripturam confectam, & parti traditã, liberaliter aliquid vltra taxam tabellioni vel aduocato præbeatur.

21 Medicus, cui Respublica publicum consti-

tuit

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tuit salarium, vt sine alia mercede curaret infirmos, non potest ab eis etiã spõte datum recipere; nisi postquam sani effecti fuerint, illud dederint.

22 An aduocatus teneatur pro paupere gratis aduocare. & n. seqq.

Quid quando in Loco sunt aduocati publico stipẽdio conducti ad patrocinium pauperum.

Qui dicantur ad hunc effectum pauperes.

An pauper habeat ad hoc actionem vel officium iudicis.

23 Omnis Ciuitas habere debet aduocatum & procuratorem miserabilium personarũ, quibus præstandũ est salariũ ex publico.

24 Aduocatus, tabellio, procurator, & medicus peccant, si quicquam capiant à paupere: sed tenentur eis gratis inseruire.

25 Plenissima distinctio & declaratio huius articuli pro foro conscientiæ ex Patre Vincentio Filliucio.

26 Pactũ de quota litis prohibitũ est aduocato & procuratori: & quare. & n. seq.

27 Exceptio pacti de quota litis impedit litis contestationem.

Iudex ex officio repellit aduocatum de lite pacisscentem licet pars non opponat.

28 Pœnæ aduocatorum & procuratorum de quota litis pacisscentium.

Pactum de quota litis etiam si fuerit iuratũ nullam actionem producit.

29 Pactum de dando non quotam litis, sed certam quantitatem in casu victoriæ aduocato vel procuratori, an sit reprobatum sicut pactum de quota litis, referuntur diuersæ Farinacij, & Dominici Soto traditiones & distinctiones, & n. 33.

30 Quid si modicũ promittatur loco palmarij in casu victoriæ aduocato seu procuratori.

31 Victorelli opinio de pacto de quota litis in conscientia.

Leges prohibentes pactũ de quota litis an obligent conscientiam, quando deficit præsumptio fraudis & iniustitiæ.

32 Pactum de quota litis an debitum sit de consuetudine.

33 Pactũ de dãdo certã summã aduocato in casu victoriæ an patiatur pœnas pacti de quota litis, vel sit dumtaxat inualidum.

34 An pactum de quota litis prohibitum sit in solicitatore, & procuratore in rẽ suam, atque in procuratore ad negocia.

35 Pactum de quota litis valet finita lite.

Item valet pactum aduocati de prosequendo causam suis expensis.

An pactum de quota litis non solũ sit punibile in aduocato, sed etiam in clientulo.

36 An & quando debeatur salarium aduocato, etiam si non aduocauerit.

An debeatur salariũ aduocato promissũ, si partes concordauerint seu transegerint.

37 Si aduocati opera conducta erat, & pẽdente locationis anno moriatur, integrum stipendium ad ipsius hæredes transmittit.

Extende ad Doctores ad profitendum conductos, & Medicos stipendiatos ac ad procuratores.

Idem est si viuo aduocato, per eum non stet, quominus operas suas præstet. & an si receperit, repeti possit. & n. 38.

38 Quid si per casum fortuitum impediatur aduocatus operas suas impendere.

39 Si aduocatus propter infirmitatem superuenientem nõ potuit postulare, habuitque salariũ, & oportuit clientẽ aliũ aduocatũ sumere; non tenetur restituere receptum, sed exigere potest non solutum salarium.

Secus si aduocatus sua culpa priuatus fuerit officio aduocãdi, vel sumpsit aliud officium incompetibile, vel pars eum deseruit ex iusta causa.

40 Sententia Patris Ioannis Azor aliter de istis quæstionibus sentientis.

41 Sententia Patris Ferdinandi Rebelli aliter de istis quæstionibus respondentis.

42 Arguitur contra prædictos Theologos Azorium & Rebellum.

43 Sententia Patris Roderici super eisdẽ quæstionibus cõformis Iureconsulto ũ respõsis.

44 Aduocatus si causam tanquam desperatã deserat, an consequatur totum salarium.

45 Aduocatus cõductus ad annũ seu annos sub certa annua mercede ad omnes causas, quas clientulus habet vel habiturus est, an licitè petat salarium, si nullas causas in illo anno clies habuerit. referũtur contrariæ DD. sententiæ, & Antonini D. Ana traditio reprobatur.

46 Aduocatus victor in causa propria an petere possit sibi salariũ ab aduersario in expensis condemnato. & n. 47.

Quid si aduocauit in causa communi sibi & alij.

47 Quid de eo, cui gratis patrocinium præstitum fuit, an possit petere salarium aduocati à parte aduersa in expensis condẽnata.

48 Aduocans in causa sibi communi & alij ignaro litterarum, stipendiũ laboris pro parte socij habere debet.

49 Salaria aduocatorum, iudicũ, Doctorũ & scholasticorum habent priuilegia inter omnes creditores, & æquiparantur doti & fisco, & habent tacitam hypothecam cum priuilegio prælationis, quemadmodũ fiscus & dos.

In quo fundetur ista sententia, & an ab ea recedi possit in iudicando.

50 Sicut instrumentum dotis præsumitur prius factum, quam aliud eadem die confectum: sic instrumentum salarij Doctoris vel debiti ex causa studij.

51 Aduocatus seu procurator, qui rem à litibus recuperauit, debet præferri in eadem re pro suo salario cæteris creditoribus, exemplo eius qui rem meliorauit. & quare.

Præfertur personalibus creditoribus, & in rebus defensis habet tacitam hypothecã, etiam cum prælatione habentium expressam anteriorem.

Quid si in aliquibus subcubuit.

52 Aduocati in Regia Audientia Cathaloniæ quomodo procedere possint contra clientes pro petendis salarijs patrocinij causarum.

53 Pro salarijs aduocatorum proceditur exequutiuè.

Ratione salarij in aliqua causa debiti, vel expensarum in causa factarum, dicuntur clientuli esse iurisdictionis illius Curiæ.

54 An & quando aduocatus seu procurator possit agere pro salario contra victum in expensis condemnatum.

55 In Cathalonia aduocati seu procuratores non possunt petere salarium nisi pro tribus elapsis annis ex constitutione huius Prouinciæ, ad quam variæ signantur declarationes remissiuè, & traditio Sigismundi Despuiol taxatur.

56 Aduocato, procuratori, seu notario vel iudici an concedatur retentio scripturarum & instrumentorum aut processus, donec illi satisfactum sit de salario & mercede. & n. 57.

57 Procurator reuocari non potest, nisi fuerit ei solutum omne debitum salarij & expensarum.

58 In probatione expensarum litis an deferatur iuramentum; & quanta fides adhibeatur circa illas notario.

59 Aduocatus alicui causæ sub certo salario sumptus, an teneatur pro eodem salario aduocare in causa appellationis.

Causa principalis, & causa appellationis dicitur eadem causa respectu rei, de qua agitur: secus quoad alia.

60 Aduocatus causæ principalis an cogatur patrocinari in causa appellationis cum nouo salario.

DE SALARIIS ET SVMPTIBVS ADVOCATORVM,

QVÆST. IX.

1 ANtiquitus apud Romanos prohibitum erat ex patrocinio quæstũ facere: ideoq. lege Circia sine Cinthia, quam alij Titiam appellant, cauebatur, vt auctor est Tacitus lib. 11. ne quis ob causam orandam pecuniam, donumue acciperet. Aliæ quoq; leges erant & Senatusconsulta, quæ aduocatorum mercedem vetabant. Vnde Plinius lib. 5. epistolarum ad Valerianum gloriatur, quod leges antiquas sequutus nunquam aduocationes suas voluit esse venales: & in eodem libro ad Rufum refert quod olim qui negocia habebant, iurare prius quam agerent, iubebantur, nihil se ob aduocationẽ cuiquam dedisse, promisisse, cauisse. quod etiam tradit Petr. Gregor. in syntagma. iur. vni. 3. p li. 49. c. 8. n. 6. Cicero legum
2 obseruantissimus ex causa patrocinij à nemine mercedẽ recepit, vt scribit Plutarchus. Huc spectat Ouidij carmen li. 1. Eligiarum.

Turpe reos empta miseros defendere lingua.

3 De his Quintil. an. lib. 12. orator. institut. cap. 7. late Tiraquel. de nobilitat. c. 29. à n. 19. Bouadil. in politico. 2. li. 3. c. 14. n. 68. & 69. Quin imò iam apud Athenienses, cæteroſq; Græcos inhonestum fuit & veluti sordidum aduocationes vendi, vti ex Aristotele probat idẽ Tiraquel. n. 23.

Nero Romanus Imperator antiquas 4
leges abrogans, id primum apud Romanos instituit, vt litigatores pro patrociniis certam, iustamq. mercedem darent, teste Suetonio in eius vita cap. 17. quãquam Alex. ab Alex. li. 3. dierum Genial. c. 5. scriptum reliquit cauisse Neronem, vt causarum patroni sine mercede aut muneribus causis adessent, & Cornelius Tacitus lib. 11. annalium narrat Claudiũ Cæsarem, qui ante Neronem Romanũ imperium tenuit, iam capiendis pecuniis modum imposuisse aduocatis vsq. ad dena sestertia, quæ egressi repetundarum tenerentur. Bouadilla etiam qui supra n. 69. perhibet primum, qui pro patrocinio & aduocatione pecuniam accepit, fuisse Antusum Rannusium.

Tamen postea cum iure Ciuili tum 5
Canonico receptum, probatumq; fuit vt aduocati mercedem non inhonestè accipiant l. si creditor C. de pact. l. 1. §. in honorarijs ff. de var. & extraord. cognitio. can. non licet 11. q. 3. vbi S. Augustinus ait licere aduocato vendere iustum patrocinium & iurisconsulto rectum consilium, non autem iudici iustum iudicium, cnon sane 14. q. 5. c. Romana §. nec etiã de for. compet. lib. 6. latè Dominic. Soto de iust. & iu. lib. 5. quæst. 8. artic. 4. per tot. vbi articulum an & quemadmodum licitum sit aduocato pretio patrocinari doctissimè examinat. Ideo etiam clerico 6
aduocato licet salarium accipere, glo. in capite 1. 15. quæst. 2. & Panor. in capite 1. in fin. de postula. Immò ex sententia 7
glosę & omniũ antiquorũ in l. 1. C. de suffrag. ex nudo pacto potest aduocatus sa-

larium petere. Sed & salarium debetur aduocatis, etiam si eis promissum nõ fuerit, Nata cons. 376. n. 2. Iacob. Benni. de priuil. iurisconsult. 3 p priuil. 73. in pri. Stepha. Gratia. dis. forens. to. 2. ca. 257. num. 6. & 7. & tunc iudex arbitrio suo illud taxat & constituit, Gutier. de iur. confir. ca. 64. Ceual. q. 288 num. 9. Gratian. dis. forens. to. 1. ca. 56. num. 5. & 6. qui tantum tribuit arbitrio iudicis circa salarium aduocati num. 4. vt probet adhuc posse arbitrio iudicis moderari, etiã si per statutum certum salarium determinatum sit. Imò aduocatus pro medico aduocans contemptibilis habetur, vt asserunt Viui. decis. 123. num. 1. Monter. dec. 54 num. 61. Barbosa de offic. Episc. par. 3. allegat. 79 num. 30. vbi num. 29. ex Surdo de alimen. tit. 4. q. 17. n. 32. notat quod aduocato pro causa clientis extra vrbem vel locum profiscenti, vltra salarium deberi solus expensæ alimentorũ & vecturæ antequã è domo pedẽ moueat.

8 Neque minus salarium aduocato soluendum est, quod litigator causa ceciderit argumento l. sed an vltro ff. de neg. gest. & quod dicit glo. in ca. 1. 83. dist. medico esse mercedem soluendam, licet ægrotus moriatur, Tiraquel. de nobilitat. ca. 29. num. 53. & Martialis posita in epigrammate ad Sextum ioculatur dicens amissa causa plus deberi aduocato, quam si vicissetnam laus fuisset loco præmij, cũ ferat pudorem, cũ victus est. Quamquã autem

9 aduocati qui aduocationis officiũ publicè susceperunt, cogi possunt per iudicem litigantibus patrocinium præstare, & nõ parentes possunt ad certum tempus ab aduocationis officio suspendi., Fulgos. Bald Salicet. & Pau. Castrens. in l. inuitus C. de procurat. Couar. var. resol. lib. 3. c. 14. n. 1. hoc tamen est modò eis congrua salaria & stipendia ministrentur vt ijdẽ DD. notant, adeo vt neq. possint aduocati & iurisperiti compelli consulere pro fisco vel aduocare pro Rege sine aliquo salario, vt cõcludit Paris de Puc. de syndicat. in verb. *potestas*. Cassan. in catal. glor. mun. p. 7. consid. 24. versic. *Index etiam*. ad fin. Illud etiam receptissimum est deberi aduocato mercedem quamuis sine labore & absq. reuolutione librorũ consilium dederit, propter labores præteritos in adipiscenda legũ scientia & sumptus ea ex causa factos, latè probant & defendunt Tiraquel. d. c. 29. à num. 29. Bouadil. in politic. to. 2. lib. 3. cap. 14. n. 68. Barbosa de offic. episco. par. 3. allegat. 79. num. 31. Suarez de Paz in pract. annotatio. 5. n. 49. Stephan. Gratia. discepta. forens. to. 1. ca. 39. à num. 16. contra glosam in d. c. non licet 11. q. 3. quæ ait aduocatũ teneri gratis consulere, si sine labore & librorum reuolutione consilium dare possit, quam sequuntur Speculator ti. de salario §. sequitur. post prin. & Barbatia cons. 34. lib. 2. sed est communiter reprobata, vt post alios plures testatur Bouadilla vbi supra. De hoc etiam Iacob. Benius de priuileg. Iurisconsulto. 3. par. priuil. 74. Rebuff. de priuil. schol. priuil. 46.

Secundum ius Commune est præstandum aduocato salarium in fine litis ex communi DD. sententia, de qua testatur Ias. in l. diem functo numero 1. de offic. assessõ. quicquid sit stante statuto vel consuetudine in contrarium quod soluatur in principio vel in medio litis, vt notauit Gratia. dis. forens. capite 56. numero 1. At Albericus in l. 1. numero 2. C. de suffragi. cõmunem dixit opinionem quod sit præstandam in initio litis, vnde Ceuallos pract. qq. quæst. 598. constituit de hoc communem contra communem. Sed Barbosa de offic. episc. par. 3. allegat. 79. numero 39. tertiam retulit opinionem quod præfatum salarium sit soluendum in medio litis. Ideo longè proderit in his statutum vel consuetudo.

Quæritur quo modo debeat pretium patrocinij aduocatorum æstimari. Et videbatur quod tantum cuiq. petere liceat, quantum exprimere voluerit, quoniam scientia hominis est sicut margaritum, quod nullo certo æstimatur pretio, sed pro voluntate contrahentiũ: imò

omni

omni est margarito pretiosior secundũ illud Prouerb. *16. Posside sapientiam, quia auro melior est.* Sed veritas est salaria aduocatorum æstimari ac præstari debere pro modo litis, proque aduocati facundia & fori consuetudine atq. iudicij in quo est acturus. textus est in l. 1. §. in honorariis ff. de var. & extraor. cognit. Quantum addit Tiraquel. d. c. 29 num. 26. scilicet pro modo laboris. Complures refert Portoles ad Molin. §. aduocatus num. 111. qui tradunt quæ sint consideranda per iudicem in taxatione salariorum aduocatorum. Dominicus Soto, quem Hyeronimus Portoles non allegat, de iust. & iur. lib. 5. q. 8. artic. 4. censet pensandos esse labores quos in studijs Iurisprudentiæ sustinent, & quos faciunt sumptus, & præ omnibus ingenia & scientiam eorum, sed tamen cum moderamine, habita qualitate & quantitate causæ, & litigantium possibilitate: neq. vero præfatos aduocatos passim audiendos esse, quum ajunt se non posse aliter suum conseruare statum, si enim scribæ & victu & vestitu nobilitatem præ se ferre contendant, & aduocati illustrium conditionem; nõ debẽt illos splendores miserorum sumptibus sustentare; neq. ipsorum aduocatorum iudicio est eorum statutus æstimandus.

13 Præterea docet ibidem Soto, si lege seu statuto taxatum sit aduocatorum pretiũ merces ve, dubitari non posse quin sit peccatum iniustitiæ quicquam vltra ex pacto suscipere, & qui plus percipit, ad restitutionem teneri, si lex modò sit vsu recepta, neq. annuente Principe abrogata; quoniam leges humanæ conscientiam obligant, atque illæ potissimum, quæ de rerum æstimatione iusta causa feruntur.

14 Neq. obstat prælibatum argumentum quod sapientia sit pretiosior auro: respõdet enim supracitatus Soto quod res quæ sunt humano vsui omnino necessariæ, citra iniuriam distahi nequeunt, nisi iusto pretio pro ratione temporum & locorũ, quia vergeret in Reipublicæ perniciem, & huius generis dicit esse forensia munera. Quocirca subiungit neque scribã neq. aduocatum exigere posse quantum libuerit imò vero neq. recipere; nam etsi gratis auctiora illa pretia conferri videãtur, nunquam tamen ita vera conferuntur, nisi coacta voluntate. quod etiam sensisse visus est Bonad. in polit. to. 2. li. 3. ca. 14. n. 63.

Quantum debeat esse aduocatorum 15
salarium, tradit quoq; Paul. Granut. theorem. 12. num. 4. & Iacob. Penni. de priuil. Iurisconsul. priui. 73. ex num. 6. & an maius salarium debeat eis assignari in causis criminalibus, Soarez in thesau. recep. sentẽ. verbo, *Aduocatus licet in ciuilibus*. Pinel. in l. 1. 3. p. C. de bonis mater. n. 62. vers. *Infertur* 28.

Ex locis citatis doctissimi Soto & Bo- 16
uadilla resoluta videtur ea quæstio, an liceat aduocato plus iusto recipere, si sponte detur. Sed Tiraquel. d. c. 29. n. 36. concludit si aduocatus à sponte offerente sine fraude recipiat vltra salarium à iure Cõmuni vel statuto taxatum, non teneri in foro conscientiæ restituere, post Innocẽ. Anton. & Panormita. vbi hoc tamen declarant, docet quoque si fuerit vltra eam quantitatem promissum, licitè exigi posse secundum Bald. licet contrarium Cardi. Flor. & Philip. Deci. teneant. Ipse quoq. Tiraq. eodem cap. 29. num. 52. post alios DD. ait aduocatos qui salaria immodica exigunt, in foro conscientiæ non peccare, neq. ad restitutionem teneri, quando interuenit vltroneus consensus clientis soluentis: posse tamen adeo immoderatũ esse salarium vt iudex ex officio debeat eos cogere ad restitutionem. Couarruuias in reg. peccatum 2. par. §. 3. num. 2. post Adria & Medi. tenet aduocatos & tabelliones, alios que munera & officia publica habentes, quidquid vltra quantitatem legibus prætaxatam acceperint, restituere danti teneri. Alphonsus Narbona ad leges regias lib. 4. tit. 25. lege 35. glo. vnic. num. 15. & seqq. censet prædictos aliquid vltra emolumenta taxata, etiam à sponte offerente non posse percipere, quia vbi lex prohibet aliquid exigere, prohibet etiam à sponte soluente recipere

l. per

l. per omnes C. de ſtractoribus lib. 12. cap. exigit de cenſib. in 6. l. vnic. C. de publ. lætitia. vel conſ. li. 12. vbi glo. verb. *accipientem*. exiſtimat pari pœna plectendum eum, qui à ſponte offerente accepit, ac illum qui exegit: quam notant Ioan. de Platea & alij ibidem. glo. verbo, *quodcũque*, in l. inuitus 198. §. 1. ff. de reg. iur. quã ad hoc ibidem expendit Bart. & Felin. in
37 procem. Decretalium. Auiles in cap. 8. prætor. glo. *Se lo quieran dar*. hanc quoq. regulam quod prohibitus petere, exigere, vel accipere, prohibetur etiam ab ipõ te volente dare, recipere, ponit poſt glo. & Io. de Platea in l. vnic. C. de ſalgamo hoſpit. lib. 12. Guid. Papam in ſingulari 487. §. notarius glo. in cap. ſicut Epiſcopum 1. q. 2. glo. in ca. quoniam de vit. & honeſt. cler. Bald. Bar. & Iaſ. quos citat, & rationem cum glo. & Platea allegatis reddit idem Auiles, quia in dubio ſemper præſumitur quædam occaſio & concuſſio donandi. & ibi dicit iudicem etiam à ſpõte volentibus non poſſe recipere vltra ſibi debitum, vt tenuit Puteus de ſyndic. in verb. *conſiliarij officiales*. in pri.

38 Suarez de Paz in pract. annota. 5. à n. 55. conſtituit ac defendit regulam contrariam, ſcilicet quod prohibitus dare ſeu accipere aliquid pro aliqua re, non cẽſetur prohibitus gratis dare, vel gratis oblatum ſuſcipere: quia eo caſu ceſſant verba & mens prohibitionis; nam qui gratis dat, ex mæra liberalitate abſq. vllo reſpectu commutationis dat, ſiue oblatũ recipit argum. l. 1. ff. de donatio. & in c. 1. eod. tit. ſed limitat ſtatim niſi ex circunſtantijs temporis ſeu dati muneris verò ſimiliter appareret gratuitam donationem ſimulatè conceptam fuiſſe in fraudem prohibitionis, vnde infert & tenet quod ſi vltra taxatum ſalarium aliquid ſponte aduocato offeratur ita quod leuitas muneris ſuadeat quod ex amicitia vel beneuolentia datum ſit, tuta conſcientia
39 recipere poterit. Item infert & tenet finito miniſterio licitum eſſe aduocato aliquid vltra taxatum ſalarium ſponte oblatum accipere quia finito miniſterio ceſſat præſumptio fraudis. Nauarrus autem in manuali ca. 25. num. 54. loquens de tabellionibus tradit peccare eos mortaliter, ſi ſtipendium notabiliter maius debito accipiant, etiam ſponte datum, quando publicum ſtipendium conſtitutum ipſis erat. Subſcribunt huic opinioni Baltazar Altamiranus in tractat. de viſitatione in verbis *etiam qualitercunq.* nu. 3. & 4. latiſſimè Auiles quem refert Paz in praxi annotatione vltima de tabellione nu. 24. Aduertunt tamen Paz in pract. annotatione 5. num. 62. & poſt eum Narbona loco citato num. 18. ſi poſt impletũ miniſterium ſiue ſcripturam confectam & parti traditam liberaliter aliquid vltra taxam tabellioni vel aduocato præbeatur, licitè eum poſſe recipere, quia hæc ſponte poſt finitum miniſterium data, non procedunt ex aliqua ambientis petitione nec miniſterij occaſione, poſtquam iam finitum proponitur can. ſicut Epiſcopum 1. q. 2. Altamiran. vbi ſupra n. 26. Ripa in tractat. de peſte ca. 7. de remed. ad curan. peſt. n. 116. & idem tenet in aduocato Paz vbi ſupra annotatio. 5. numero 53. Non diſſimile eſt quod no- 21
tat Bouadilla in polit. tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 26. medicum, cui Reſpublica publicum conſtituit ſalarium vt ſine alia mercede curaret infirmos, non poſſe ab eis etiam ſponte datum recipere, poſt Auiles in cap. 1. Prætor. glo. *ni lleuaran*. numero 8. & Azeued. in l. 8. num. 2. tit. 9. lib. 3. recop. niſi poſtea quam ſani effecti fuerint illud dederint, poſt Matien. in dialog. relat. cap. 25. num. 3. & Altamiran. qui ſupra num. 24. De his omnibus quæſtionibus circa aduocatos iuxta leges Regni Caſtellæ diſſerit quoque Gutier. prac. qq. li. 1. quæſt. 31. vbi etiam in terminis iuris Communis nonnulla mouet.

Sequitur alia quæſtio, an Aduocatus 22
teneatur pro paupere gratis aduocare. Et communis eſt concluſio affirmatiua, Menochi. de arbitrar. iud. lib. 2. caſu 369. nu. 3. Couar. practic. qq. cap. 6. num. 4. qui dicunt probari per tex. in l. prouidendũ §. 1. C. de poſtulan. idem Couar. lib. 3. var.

cap.

ca. 14.num.1. Tiraquel. de nobilita. ca. 29.numero 37. Andre. Gail prac. obser. lib. 1.obser.43.ex numero 15.vbi nu. 18. qui dicantur ad hunc effectum pauperes. Suarez de Paz in pract.annot.5.num.65. vbi limitat in locis vbi sunt aduocati publico stipendio conducti ad patrocinium pauperum.& licet pauper non habeat ad hoc actionem, implorabit tamen officiū iudicis, qui aduocatum compellet,& recusantem suspendet arbitrio suo ab aduocationis officio iuxta notata per Menoc.supracitatum num.4.iunctis traditis per Tiraquel.d.c.29. numero 44.& probat etiam pluribus relatis Hieronymus Portol.ad Molin.in §. Aduocatus. num.
23 108.Et omnis Ciuitas habere debet aduocatum & procuratorem miserabilium personarum,quibus præstandum est salarium ex publico, vt scribit Thom. Cerdan in lib. *Visita de la carcel* cap. 6. num. 21.& ibi addit.margin.lit.I.& lit.k. quod in hoc Principatu Cathaloniæ,vt alibi di-
24 xi,obseruamus. In foro conscientiæ peccat aduocatus si quicquam capiat à paupere,vt docent Alberic.& Ias.citati à dicto Tiraquello nu.37.Alphons.Narbona ad leg.regi.lib.4.tit.25.leg.35.glo. vnic. num.13.vbi post complures DD. asserit Aduocatos tabelliones &medicos peccare,si mercedem à pauperibus petant. Et vltra prædictos quod in conscientia teneatur aduocatus gratis patrocinium pro pauperibus præstare,affirmarunt quoque S.Thom.2.2.q.71.artic. 1. & etiam art. 4.S.Anto.Floren.in §.de salarijs aduocatorum in fin.Soto lib.5.de iust.& iur. q. 8.artic.1. Portoles vbi supra num. 109. Cornel.Benincas.de privileg.paupert.in 1.specie in iudic.ex numero 9.vbi refert illud D.Gregorij super homil.Matth.15. quod aduocatus qui renuit pauperi gratis patrocinari,saluus fieri non potest, & à numero 13.idem Benincas. concludit quod similiter procuratores & notarij
25 tenentur pauperibus gratis inseruire, & gratis suas scripturas exhibere.Hunc articulum declarat & resolut P. Vincentius Filliucius è Societate Iesu moraliū quæsti.tom.2.tractatio.40 cap. 10. num. 286.& 287. vbi docet communem esse sententiam,aduocatum teneri sub peccato gratis patrocinari pauperibus,quando hi sunt in necessitate constituti, & non apparet aduocato alia via, qua facile aliter subleuari possint.Peccatum autem intelligit contra charitatem, quia patrocinium est quædam eleemosina & opus misericordiæ.Circa necessitatem vero distinguit:nam in casu extremæ vel grauissimè necessitatis pauperis,probat teneri aduocatum etiam cum suo graui incommodo gratis patrocinari. Seri si necessitas communis sit,tunc non teneri cum graui suo incommodo, teneri tamen si leue tantum detrimentum sequatur aduocato. Demum concludit cum grauissimo suo incommodo,in nulla necessitate, teneri aduocatū patrocinari,quia neq.charitas cū tanto incōmodo proprio obligare solet.

Notissimi iuris est reprobatum & in- 26
ualidum esse pactum de quota parte litis veluti tertia vel quinta aut decima danda in casu victoriæ aduocato vel procuratori l.si qui C.de postulan.l.sumptus ff. de pact.l. litem C. de procurato.§. arcentur 2.q.7.quib°id vetatur ne præbeatur occasio volendi per fas & nefas vincere, sed via præcludatur fraudibus & technis,quas aduocatus & procurator vt vincerent,excogitarent,Petr. Gregor. *in sintag. iur.* 27
*vniuer.*3.par.lib.49.cap.6.num.33.Guid. Pap.q. 102. Paris de Pute. de syndica. verb. *Assessor.* numero 21.vbi quod exceptio pacti de quota litis impedit litis contestationem, & quod iudex etiam si pars non opponat,repellit aduocatum de lite paciscentem. Soto de iust.& iur.lib. 5.quæst.8.artic.4.versic. *Vnum autem.* Bouadil.in polit.tomo 2.lib 3.cap.14.num. 68.ad fin. Nauar.in manua.cap. 25. num. 30.versic.7.Iacob.Cancer.vari.par.2.cap. 14.numero 170.& seqq. Probant Pere- 28
gri.de iur.fis.lib.4.tit.7. numero 16. Berar.in specu. cap. 18. num. 40. Augusti. Morla in empor.iur.par.1.tit.3.à nu. 60. Guid.Pap.d.q.102.& Rolan.à Vall.cons.

36.num.20.vol.3. aduocatum & procuratorem incidere in pœnam falsi, & aduocatum debere priuari aduocationis officio,&illud pactū parte petente rescindi secundum Rebuffum 2.tom. consti. Franc.tit.de recis contract. in præfatio. num.29.latissime omnium Farinacius in praxi criminali de varijs & diuersis criminalibus q.106.lib.3.tit. 12. vbi num. 22.docet pactum de quota litis etiam si fuerit iuratum,nullam producere actionem.Gratian.decis.218.vbi tamen illud de pœna falsi procuratoris tutum non es-
29 se probat n. 5. in additio. Sed & si non fiat pactum de quota litis, sed de dando certam quantitatem in casu victoriæ aduocato seu procuratori,similiter improbatur & non valet, quia eadem militat prohibitionis ratio,glo. communiter recepta in d.l.sumptus.& notant Soto,Nauar.& Cancer.num. 171. supra allegati. Quod tamen intelligit Farinacius qui supra num.46. si fiat pactum de dando dū taxat in casu victoriæ: nam si simpliciter in casu victoriæ,nihil dicendo de casu nō victoriæ,tenet non esse illicitum, dummodo quantitas sit moderata,quia adhuc in casu subcumbentiæ potest aduocatus salarium sibi debitum petere. Soto loco prædicto affirmat licere dumtaxat pacisci absolutè de tanta quantitate in vtramuis partem euaserit causa,& in omni ca-
30 su subcumbentiæ vel victoriæ.Sed nihilominus si aduocato in omni casu siue vincat siue vincatur, salarij promissum fuerit,receptissimum est licere quoque pacisci de aliquo sibi præter stipendium dando si vicerit,loco palmarij,dummodo moderatum sit pro personarum & rerum de quibus agitur,qualitate.ita Alex. Sali.Ias.& alij in d.l.item.idem Alex.in l.1 ff.de vari.& extraord. Nauar.d.c. 25. numero 30.& in cons.4.de pact.libro 1. vol.1.Borgnin.decis.41.&seq.par.1.Cancer. d.capite 14. numero 172.Bouadill. dic.capite 14.numero 68.Petr.Grego.in syntag.iur.vn.ca.8.nu.9.& 10.3.par.libro 49.

31 Quamquam hæc in vtroq.foro & exteriori& interiori procedunt vt ex DD. supra citatis constat, tamen notanda est quorundam Theologorum opinio tenētiū quod Victorellus in Manuale Nauarri dic. capite 25. numero 30.vbi Victorellus sic asserit. *Qui iustam causam aduocato probo defendendam committeret, sine vllo periculo iniustitiæ alicuius actionis in eo promissa tertia aut quarta lucri parte, vt is ardentior studio in iustam iustæ causæ defentionem incumberet,& se ipsum molestia sæptus illum adeundi liberaret, lætale facinus,mea sententia non patraret: nullā enim Naturalem aut Diuinam,aut Ecclesiasticam legem violaret, sed solis Ciuilis legis verbis (non fortasse legislatoris menti) aduersaretur.* hactenus Victorellus.cuius opinionē post alios quos citat,sequitur Pater Antoninus Diana resolutionum moralium par.2.tractatu.2.miscellaneo resolutione 49.dicens leges prohibentes pactum de quota litis, non obligare conscientiam, quoties deficit præsumptio fraudis & iniustitiæ. Pactum de quota litis an debitū sit de consuetudine, differit post alios Gratian.decis.218.num.6. in additio. & concludit negatiuè secundum tutiorem opinionem.Et idem auctor eadem decis. numero 3. & seqq. probat licet non sit permissum pacisci in casu victoriæ de certa re aut pecunia,etiam non deducta in iudicium & super qua non erat controuersia, cum sit eadem ratio prohibitionis,qua quis inducitur ad calumniandum, ista tamen vera esse quo ad inualiditatem pacti,non autem quo ad incursum pœnæ pacti de quota litis, quia cum simus in extentione exidentiate rationis, nunquam lex pœnalis loquens in vno casu extenditur ad casum similem ob eandem rationem,quo ad pœnam, sed solū quo ad prohibitionem. An pactum de quota litis prohibitum sit in solicitatore, in cessionario,&procuratore in rem suā, atq.in procuratore ad negocia nouissimè differuit Cancer in noua editio.parte 2. var.cap.14.ex numero 185.Illud certum est quod notat Ranchin. ad Guid. Pap. q.102.lite finita valere pactum inter procuratorem

UAB Biblioteca de Ciències Socials

curatorem seu aduocatum & clientem de danda illis certa parte litis in cõpensationem salarij debiti, quod etiam attigit ibi Guid.Pap.num.2. & subdit posse aduocatum pacisci de persequendo causam clientis, sumptibus ipsius aduocati per tex.in d.l. sumptus in pri. & vtrũque dictum probat Farinac. d.q. 106. n. 59.& 61.qui numero 67. disputat an pactum de quot à litis non solum sit punibile in aduocato sed etiam in clientulo.

36 Quæro quando debeatur salarium aduocato, etiam si non aduocauerit. Dico primo quod si clientulus pro lite vsq. ad ipsius finem persequenda, aliquid dederit aut promiserit aduocato, illud totum debet patronus habere, etiam si causa per amicam concordiam seu transactionem finiatur, cum per eum non steterit quo minus per sententiam finem accipiat, glo.in l.fi verbo, *ad eũ ex euentu litis* ff.mãdat.Guid.Pap.q.102.num.2. vbi intelligit etiam si concordia medio alterius quam aduocati fiat, Emanuel Suarez in Thesau.recep.senten.in verb. *Aduocatus* vbi communẽ profert, Stephan. Gratian. dis.forens.tomo 1.cap.55 num. 16. Iacob. Cancer.var.resol.par.2.cap.14.de procurator.numero 176.Thom.Mieres ad cõstitutiones Cathaloniæ par.2.collatio. 6. cap.5.de salarijs iudicum.numero 8. vbi tamen limitat, dummodo sit lis iam contestata, aliàs enim solem deberi salarium iuxta laborem dicit, Bouad.in pol.tom. 2.lib.3.c.14 numero 63.Augustin. Barbos.de offic.episc.par.3. alleg. 79. num. 40.

37 Dico secundo quod si aduocati opera conducta erat,& pendente locationis anno moriatur, integrum nihilominus stipendium ad ipsius hæredes transmitter, Curtius Iun. in l. diem functo numero 53.ff.de offic.assesso.vbi commonem ait, Eman.Suar.in Thesaur.recep. senten. lit. M.in verbo, *Mortui aduocati*. vbi idem quoque resoluit de Doctoribus ad profitendum conductis & de Medicis stipendio alicubi honestatis,& anticipata morte præreptis, Barbosa d.allegatio.79. nu. 40. Idem Suarez lit. A in verbo, *Aduocatus*. vbi concludit quod aduocatus lite nõ dum expedita è vita abiens, ad hæredes salarium totius causæ transmittit, seu publicum seu priuatum stipendium habeat, Andre.Gail.pract.obser.li.1.obser.44.n. 12.vbi docet quod ad salaria aduocatorum & procuratorum attinet, totius anni salarium deberi, si aduocatus vel procurator in iti › vel medio anni moriatur, aut aliàs se viuo, per eum non stat, quo minus operas suas præstet, Nata cons. 452. Thom.Mier.ad constitutiones Cathal.p. 38 1.collatio.3.cap.18.numero 5. vbi notat, licet aduocatus non possit implere aduocationem ob casum fortuitum in se contingentem, tamen tum salarium debere habere. Et quod aduocati, si per eos non stetit quo minus causam agant, honoraria reddere non debeant, probant tex. in l.1.§.1 uus Seuerus,& ibi glo in verb. *repeti* ff de var & extraordi. cognitio. in l. qui operas ff locati, in l. sed addes §.fi. ff eod. & in d. l. diem functo late Nata, Gail,& Mier. locis citatis. Sic Gutier. 39 pract.qq.l.b.1.q.32 num.3.tradit quod si aduocatus propter infirmitatem superuenientem non potuit postulare, habuitque salarium, ita quod oportuit clientulum alium aduocatum assumere, non tenetur prior aduocatus prædictum restituere salarium, quia per eum non stetit, sed immo non solutum exigere poterit. Secus si aduocatus sua culpa priuatus fuerit officio aduocandi, vel sumpsit aliud officium incompetibile, vel pars eũ deseruerit ex iusta causa, ad tradita per Flor. Diez de Mena varia.qq.li.1.q. 8.numero 59.

Inuenio Patrem Azor instit. moral.p. 40 3. li. 13. cap.29.dubi.9.& 10. & Patrem Rebellum de obligationib. iustit. par.2. lib.14. quæst.14.n. 6.qui aliter de huiusmodi quæstionibus sentire videntur. Nã imprimis Azor d.dub.9.querit an litigatore transigente cum aduersario, aduocatus debeat habere salarium integrum, an vero tantum partem pro rata li oris

in

in causalitis. & resoluit quod si nõ dolo & in fraudẽ aduocati, sed bona fide trãse gerit clientulus, debet aduocatus habere partem salarij pro rata laboris. & dub. 10. tractat an si aduocatus casu fortuito officio suo fungi non possit, debeat habere integrum salarium, de quo præcesserit pactum, an vero tantum partẽ pro rata temporis, quo in lite laborauerit, & concludit verius esse salarium tantùm deberi pro rata temporis, quo laboratum est in lite: quia labor recipit diuisionem sicut & tempus & consequenter merces pro-
41 missa pro labore recipit diuisionem. Rebellus d. quæst. 14. n. 6 cum exaliorũ DD. locis notasset, quod licet aduocatus fortuito casu, hoc est ipsius morte impediatur à patrocinio clientuli, non est repetẽda locationis merces, si iam tradita sit, ab illius hæredibus: id tribuit locorum con-
42 suetudini. Ego quidem ab istis theologis, qui prætermissis tot Iurisperitorum superius à me citatorum traditionibus, de iure nostro respondẽt, libenter percontarer quid ipsi respondent ad textus expressos in l. qui operas ff. locat. cuius verba sunt, *Qui operas suas locauit, totius temporis mercedem accipere debet, si per eum nõ stetit quo minus operas suas præstaret. aduocati quoq. si per eos non steterit quo minus causam agant, honoraria reddere non debent.* & in l. 1. Diuus Seuerus ff. de var. & extraord. cogni. cuius verba sũt, *Diuus Seuerus ab hæredib. aduocati eo mortuo prohibuit mer-*
43 *cedẽ repeti quia per ipsum non steterat quo minus causam ageret.* Sane P. Rodriguez in summa to. 1. c. 4. n. 3. docet si aduocatus lite nondum finita moriatur, posse hæredes illius integrum salarium conuẽtum petere: sic quoq. aduocatum si litem non prosequitur quia pars eum sine culpa eius dimisit, posse totũ salariũ de quo pactũ fuit, exigere, quia per eũ nõ stetit.

44 Quærit Syluester in summa verbo, *aduocatus*. vtrum si aduocatus causam tanquam desparatam deseruerit, habiturus sit totum salarium. & secundum Specul. respondet quod aut discruit ex causa quam prius potuit præuidere, & tunc sibi imputatur: aut ex causa noua & repentina vt quia clientulus aliquid contra se confessus, est, & tunc nihilominus salarium habebit vt l. pen. §. fin. ff. de vaca. mun. de hoc etiam Cyn. in l. rem non nouam C. de iudic. quem refert Thomas Mier. par. 3. collatio. 10. cap. vt iurisperiti antequam habeant. num. 7. vbi eandem suscitat quæstionem.

Ex citatis DD. locis atq. ex rationibus, quas in specie ad id expendunt Gutier. d. quæst. 32. num. 1. & 2. Bouadill. in polit. tom. 2. lib. 3. c. 14. num. 63. Pater Anton. n. Diana resol. moral. p. 2. tractat. 1. miscella. resol. 42. existimo veriorem esse affirmatiuam eorum opinionem, qui asserunt, quod si litigantes cõduxerint aduocatos ad annum vel annos sub certa annua mercede ad omnes causas quas habẽt vel habituri sunt licitè petent bi salariũ, licet nullas causas in illo anno partes habuerint, quã sententiam tenen & defendunt Gutier. d. q. 32. n. 1. & 2. Afflic. in cõstit. Regni Siciliæ rubr. 82. de salario aduocatorum n. 4. tenet etiam Bouad. d. ca. 14. n. 63. & licet Diana d. resol. 42. pronegatiua opinione alleget Florem de Mena var. qq. lib. 1. quæst. 8. num. 54. tamen is auctor in hoc puncto nihil dicto loco dicit, & quamuis idem Diana dicat Bouadillam d. n. 63. tenuisse salarium eo casu diminuendum esse arbitrio boni viri, tamen Bouadilla clarissimè tenet priorem sententiam affirmatiuam, & postea subdit bonum esse si aduocatus tunc non capiat totũ salariũ, distinctio autẽ Antonini Diana non placet.

Quærro insuper an aduocatus victor in causa, in qua sibi ipsi patrocinatus est, petere possit ab aduersario in expensis condemnato salarium, quod alteri soluisset, si ipse non fuisset aduocatus. Communis est Doctorum conclusio aduocatum in causa propria salarium petere non posse, nisi per modum interesse & damni, vt puta quia occupatus in eam causam non potuit pro suis clientulis postulare. ita Boer. decis. 210. num. 4. Suarez receptar. sententia. lit. A. in verbo, *Aduocatus*. in

suam

suum & causa. Menochi. de arbitrar. in.casu 154.numero 5.Gail.prac. obser. li.1.obser.151.à numero 16.vbi nu. 20. docet quid si aduocauerit in causa communi sibi & alij,Barbosa de offic. Episc.
47 par. 3.alleg.79. n.37. Et ijdem præter Barbosa resoluunt eum qui obtinuit in causa,non posse petere expensas patrocinij sibi gratis ab aduocato præstiti,nisi præstitum fuerit in remunerationem beneficiorum acceptorum vel futurorum. ita dictis locis Boeri. num. 5. Suarez in verbo *Aduocati gratis.*Menochi.num.6. Barbosa autem dicto loco num.38. simpliciter docet quod quis potest petere salarium aduocati,quamuis eum gratis habeat. Iosephus autem Ludouicus decis. Perusin. 111. concludit quod aduocati siue procuratores qui patrocinantur in ipsorum causis, non repetunt expensas: quando autem aduocatum habent siue procuratorem gratuitum,repetunt expensas taxandas per iudicem in medietate vel in tertia parte arbitrio iudicis, quia etsi nihil persoluerit litigans,remanet tamen obligatus ad antidora aduocato seu procuratori,qui pro eo patrocinatus fuit. De his etiam diserunt Tiraquel. de retrac.linagier§.29.glo.4.à num.5.Rebuf. tom.3.constit.reg titul.de expens.damn. inter.artic. 5.glo.vnic.nu. 27. Parlador. lib.2.rer.quotidi.par.5.§.18.numero 14. Monter.decis.14.in prin.Escobar de ratiocin.c.27.n.52.vers. *Secundo.*vbi etiam alij citantur.

48 Quando aduocatus patrocinatur in causa sibi cum altero communi,pro parte consocij ignari litterarum sibi stipendium laboris solui debet vt tenent Boeri.decis 210. vbi ita pluries indicatum vidisse refert ex tex.in l.1.§. in propria causa ff.quando appellan. sit, Minsinger. obseruatione 1.centuria 2.in fin.Escobar de ratioc.d.c.27.numero 52.vers.*Secundo.* Vincen.Caroci.de locato quæstio.2.facit tex.in l.ex parte hæres.iuncta glo.ff fam.l. hercisc. & in l.si in rē communem C. si cert.petat.

49 Salaria aduocatorum & iudicum vt & Doctorum & scholasticorum ex communi resolutione DD.habent priuilegia inter omnes creditores,& æquiparantur doti & fisco & habent tacitam hypothecam cum priuilegio prælationis, quemadmodum fiscus & dos in plurimis casibus,Bart.in l.1.in fin.num.31.ff.solu.matri.Marian.Socin.in eadem l.1.in fin.vbi communem dicit, latè Flores de Mena var.qq.lib.1.q.8.nu.70. Stepha. Gratia. discep.forens.tom.1.c.57.num.41. & to. 2.cap.257.num.17.& seqq.qui duo posteriores licet affirment non dari legem quæ hoc exprimat,ideoq.in puncto iuris videri opinionem dubitabilem,tamen eā communē testantur& defendunt ac concludunt non esse ab ea recedendum in iudicando & consulendo. idem tradit Barbos.in l.1.p.7.num.5 ff.sol.matri.Rebuff.de priuileg.scholar.priuil. 82. num. 3.& priuil.118.Addit idem Gratian. ca. 257.à num.24. quod sicut instrumentū 50
dotis præsumitur prius factum quam aliud eadem die confectum l.ambiguis ff. de iur.dot.Mantic.de tacit.& ambigu.li. 11.ti.25.num.20.ita etiam instrumentū salarij Doctoris vel debiti ex causa studij præsumitur anterius.

Illud quoque notādum est quod Gratian.qui supra c.257.à nu. 26.probat ad- 51
uocatum seu procuratorem qui rem recuperauit à litibus,debere præferri in eadem re pro suo salario cæteris creditoribus exemplo eius qui rem meliorauit, quia creditores de dictis bonis satisfieri volentes necesse est vt illa accipiant cum suo onere l. si debitor C.de distrac. pig. l.debitorem C.de pignor.est enim eorū conditio melior effecta,cum bona liberata sint à calumniosis molestijs litigantium,ideoq.concludit eum qui ista liberauit,debere præferri personalibus creditoribus, & in rebus defensis habere tacitam hypothecam etiam cum prælatione habentium expressam anteriorem hypothecam,& extendit licet aduocatus seu procurator in aliquibus succubuerit,licet enim in eis non fuerit vtilis defensio,tamen iura illa non debebant per eum relinqui indefensa l.non est ignotum C.de admin.tut.

Ad-

52 Aduocatum in nostra Regia Audientia petere posse salariū in eodē processu causæ in qua aduocauit, citariq. cliētē etiā extra vicariā in qua regia reſidet Audiētia, procediq; per præceptū de soluēdo infra decē cū clausula iustificatiua, testatur Micha. Ferrer. 1. p. obſer. c. 41. & 3. p. c. 6. & an cumulare possit salaria aliarū causarū, quas in alijs curijs inferioribꝰ defendit c. 485, facit q̄ tradūt Flores var. qq. li. 1. q. 12. n. 50. & q. 8. & Gratian. dis. forens. to. 1. c. 56. n. 7. pro salarijs aduocatorū in tribunalibꝰ cōsueuisse procedi executiuè & ratione salarij in aliqua causa debiti, vel expēsarū in causa factarū per procuratorē, cliētulos dici iurisdictionis illius curiæ, etiā quod tales personæ quibus inseruitū est, nō sint aliàs subiectæ, maximè si de stilo ita seruaretur, quia stilus tribuit iurisdictionem.

53

54 Nō posse aduocatū seu procuratorē agere pro salario cōtra victū, qui fuit in expēsis cōdēnatus, sed cōtra victorē, quā nis huiusmodi cōdēnatio cōtēplatione ipsius aduocati facta fuerit, nisi in casibus veluti si victor nō sit soluēdo, vel sit rixosus & potēs ita vt ab eo difficile illud obtineri possit, latè tradit Monter decis. 36. Gratia. dis. forēs. to. 1. c. 49. n. 29. Pet. Fontanel. de pact. to. 1. clau. 6. glo. 1. p. 1. n. 16.

55 In hoc Principatu Cathaloniæ Aduocati seu procuratores salariū petere nō possunt nisi pro tribus elapsis annis cōstitutione fi. ti. *de præscriptions*. & illud declarat Sigismūdus De spuiol ad Tho. Mier. lit. S. in verb. *De salarijs iudicū*. Eius tamē declarationē impugnat nouissimè Iacobus Cācer in noua editione var. resol. p. 1. c. 15. de præscriptio. n. 13. qui quidē Cancerius ad declarationē præfatæ & similiū cōstitutionū omnino vidēdus est in d. c. 15. vbi plures declarationes affert. adde Petr. Fōtanel. de pac. nup. to. 1. cla. 4. glo. 18. p. 5. n. 33. & seqq. & eundem Cancer. par. 2. cap. 14. in noua editio. n. 118.

56 An aduocato procuratori seu notario cōcedatur retentio scripturarū & instrumētorū cliētis, donec illis satisfactū sit de salario & mercede, disputat Gail. li. 2. obſer. 12. n. 5. Farinac. q. 106. nu. 61. Surd. dec. 51. Aloysi. de Leo in l. 5. C. de postulā. do n. 22. qui vno verbo respōdet in aduocato vel procuratore, negatiue; in scriptore autē librorum vel aliarum scripturarū affirmatiuè. Gratian. dis. forēs. c. 56. ex n. 14. vbi n. 17. subdit nō dari reuocationē procuratoris, nisi fuerit solutū omne illud quod est ei debitū pro expēsis & salario ex Baldo in l. quæ omnia 25. ſ. itē si retētione de procurat. idē Gratian. dis. forēs. to. 4. c. 618. per tot. vbi vtramq. quæstionē reassumit & latè examinat & multis relatis cōcludit veriorē esse sētētiā procuratori nō cōcedi retētionē scripturarū vel instrumētorū cliētis pro salario sibi debito, bene tamen pro sūptibus quos fecit in lite. atq. eūdē nō posse reuocari nisi prius ei salario & sūptibus persolutis, quod tamē intelligit nisi adsit iusta causa reuocādi. Similiter pro salario nec iudicē nec aduocatū neq. procuratorem posse retinere processū, scripturas, & instrumēta litigātis tradūt Bart. in l. si non sortē ſ. si certū ff. de cōdic. inde. Boeri. de cis. 15. n. 3. & seq. Capy. decis. 2. n. 1. Zerol. in prax. epiſc. p. 1. ver. *aduocatus* vers. *Quinto*. Berar. in specul. visit. ca. 17. num. 121.

In probatione expēsarū litis an deferatur iuramentū in supplementū Corn. cōs. 81. n. 8. li. 4. quod sæpius per Rotam Roman. approbatū dicit Gratia. d. c. 56. n. 11. vbi etiā quod creditur notario quo ad istas expēsas circa actū de præterito, de quo non fuit rogatus, de quo etiā Curt. conſ. 446. lib. 1.

Aduocatū alicui causæ sub certo salario sūptū nō teneri pro eodē salario in causa appellationis aduocare, docuerūt Alex. in l. ita demū n. 19. C. de procura. vbi communiter esse receptū asserit, Cācer. va. p. 2. c. 14. n. 49. Tho. Zerol. in prax. epiſc. p. 2. verb. *aduocatus*. vers. 2. Sebasti. Medicis de legib. p. 3. q. 20. num. 8. quia licet causa principalis & causa appellationis dicatur eadē causa, hoc tamē intelligitur respectu rei de qua agitur, secus quo ad alia. Sed an præfatus aduocatus cum alio salario cogatur patrocinari in causa appellationis, vide Stepha. Gratian. dis. forens. to. 1. c. 155. n. 46. & 47.

TER-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

TERTIA HV-
IVS LIBRI PARS
DE QVÆSTIONIBVS COMMV-
nibus officio Iudicis & Aduocati.

EX QVÆSTIONE PRIMA.

SVMMARIVM.

1 OFficium quod sui natura peccatum non implicat, licite potest exerceri.

2 Iudicandi munus tendit ad reddendum vnicuique quod suum est.

Aduocandi munus dirigitur ad consulendum cuique, quod iustum, æquum, & honestum est.

3 Iudicis & aduocati officium generaliter omnibus concessum est, & quibusdam specialiter certis ex causis prohibitum.

4 Sancti complures referuntur qui iudicandi, ac aduocandi munera exercuerunt.

5 Iudicis & aduocati officium si rectè & piè exerceatur, valde meritorium est apud Deum. & probatur diuersis auctoritatibus.

Litterati viri dicuntur esse veluti stellæ in perpetuas æternitates mansuræ, dum plurimos ad iustitiam instruunt.

Aduocati non minus Humano generi prouident, quam si prælijs ac vulneribus patriam saluarent.

6 Iudicandi auctoritas est quædam potestas delegata seu collata à Deo hominibus, qui in hoc sustinent locum & vices Dei in iudicando & eum pro suis viribus imitari debent.

7 Iudices & aduocati exercent opera misericordiæ spiritualia, quæ multò sunt potiora corporalibus.

8 Aduocatis consulitur, vt patrocinium pauperibus gratis præstent; quia sic apud Deũ valde merentur.

9 Iudices boni & integri propter iustitiam graues persequutiones patiuntur. & multis illustratur & exornatur.

Veritas odium generat.

10 Condemnati per iudicem quantumcunque iust ssimè sint, sibi videntur dolo, ac fraude, seu per iniquitatem damnati, & solent conuitiari iudici.

Odium præsumitur in eum, qui aliquem condemnauit.

11 Auctoritas Sancti Thomæ, quod contra iudices non est testibus credendum, nisi magna multitudo concurrat: quia propter iustitiam multos aduersarios habent. & concordat cum lege Partitarum.

Honorantes iudicis faciem, in corde prosequuntur graui odio.

12 *Historia cuiusdam Ethnici iudicis præseruati à condemnatione infernali propter rectitudinem iudicij, & vim per longissima tempora permanentis, donec baptismum susciperet.*

13 *Iudicis & aduocati officium est in animæ iudicio periculosum. & n. 19.*

14 *Arma hostis Humani generis contra iudicem sunt timor, cupiditas, odium, amor, nimia seueritas, & nimia remissio, impietas erga pauperem, atque imprudentia.*

15 *Ægiptij quomodo depingebant Iustitiam: Thebani quomodo Iudicem.*

16 *Iudex omnibus se irreprehensibilem exhibere debet, cum alios corrigere & punire teneatur: & quia Iustitia sancta res est: & quia ille est Dei minister.*

17 *Iudicem timidum reddit reprehensibilis vitæ conscientia.*

18 *Parua peccata iudicis, magna videntur populo, cui diu latere non possunt.*

20 *Pro vt quisque affectus est, ita res ei alias atque alias videri, ostenditur & comprobatur.*

21 *Si sensus de rebus sibi obiectis vere iudicaturus sit, oportet ipsum sentiendi instrumentum omni qualitate, earum saltem de quibus iudicandum est, vacuum esse. Visus, qui de coloribus iudicat, ab omni colore alienus est: quia aliàs colorē, quo inficeretur, in nullo posset obiecto percipere.*

22 *Iudicis statua sine oculis Thebis posita: & quare.*

Historia de Hyperide oratore, & Phryne meretrice: & quare Ariopagitæ noctu iudicarent.

23 *Anastasij & successorum eius constitutio, ne cuiquam administratio patriæ suæ sine speciali iussu Principis permitteretur. & quare.*

24 *Hæresis Vuitcleff hæretici & assecla-rũ eius, quod per quodcunque mortale peccatum amittitur rerum dominium, & iudicandi potestas.*

Opinio aliquorum DD. asserentium iudicem existentem in peccato mortali, etiã occulto, mortaliter peccare alium condemnando peccatorem.

Quæ fuerit prius, quæque postea opinio Sãcti Thomæ super hoc, & quinam DD. hanc quæstionem tractent.

25 *Iudex in peccato existens, condemnando alium est quodammodo hypocrita.*

26 *Ciceronis sententia, quod homines multò plura iudicant alia promotione mentis, quam veritate.*

27 *Aduocationis officium periculosum est animæ magis, quam cætera officia.*

Difficile est sine peccato de iudicio exire.

28 *Aduocati quandoque amittunt auditum, & loquelam propter peccata sua, vt in eo puniantur, in quo deliquerunt.*

29 *Aduocati cuiusdam damnatio in Gehẽnam propter cauillosum consilium.*

30 *Aduocatorum complura pericula considerantur.*

31 *An aduocati officium sit magis periculosum animæ, quam officium iudicis.*

Opinio Burgi de Paz & eius argumenta pro aduocato.

32 *Sententia auctoris pro iudice, & argumenta.*

IVDICIS AVT ADVOCATI MVNVS AN SIT ANIMÆ periculosum,

QVÆST. I.

1 IN hac quæstione tres propositiones cōstituam, quarum prima sit quod iudicis vel aduocati officium licitum est in conscientiæ foro. Nam officium quod sui natura peccatum non implicat, licitè potest salua conscientia exerceri, vt tradunt sacri Doctores super illo Ioan. 21. *Vado piscari.* vbi S. Gregorius super istis verbis quærit, cur Petrus qui ante conuersionem erat piscator, post conuersionem redeat ad piscandum; & respondet, *quod ante conuersionem sine peccato potuit exerceri, etiam post conuersionem repetere culpa non fuit.* & ponit eam doctrinam quod officium quod sui natura peccatum non implicat, 2 licitè potest exerceri. Tale autē esse iudicandi & aduocandi munus facilè probatur: quia illud iudicandi tendit ad reddendum vnicuique quod suum est; hoc aduocandi ad consulendū cuiq. quod iustum, quod æquum, quod honestum est ad tex. in pri. & in §. iuris præcepta Inst. de iust. & iur. & si quid inde mali est, ex circunstantijs male exercentis procedit, vt considerant Ioann. Baptista Caccialup. in tract. de Aduocatis quæstione 1. numero 3. Cassan. in catal. gloriæ mundi parte 7. consid. 29. Præterea si iudicis vel aduocati officium illicitum esset, vtique esset omnibus generaliter interdictum, sicut ars Necromantiæ C. de Mathema. & tamen est generaliter concessum & quibusdam specialiter certis ex causis prohibitum l. 1. ff. de postulan. & C. & in Decretalibus eodem titul. l. cum Prætor ff. de iudicijs & in cap. disciplina 45. dist. Vnde S. Augustin. in epistola ad Macedonium relatus in cap. non licet 11. quæstio. 3. dicit quod licet aduocato vendere iustum patrocinium & Iureconsulto iustum consilium. probant Turrecremata in cap. final. 4. quæstio. 5. S. Antonin. Archiepisc. Florentin. in summa 3. parte titulo 6. §. 4. Denique multi Sancti leguntur 4 aduocationis officium exercuisse, iudicandi autem innumeri. Enumerant nostri passim S. Ambrosium, qui vndecim annis causas Romæ in Palatio peroravit, S. Germanum, S. Lipardum, S. Iuonem. gloriamur & nos in hac Prouintia nomine S. Raymundi de Penafort Cathalani glorioſissimi; qui omnes aduocationis officium gesserunt, & eos & alios recensent Benni. de priuil. Iureconsult. priuil. 71. Cassan. in cat. glo. mū. p. 7. cōsider. 29. ad fi. Petr.

Fontan.to. 1.de pac.nup. cla.3.glo.1.n.20.

5 Secunda propositio sit, quod iudicis vel aduocati officium si rectè & piè exerceatur,valde meritoriũ est apud Deum. Hæc probatur auctoritate & ratione. Auctoritate imprimis capit. 12. Daniel.ibi. *Qui ad iustitiam instruunt multos, fulgebũt veluti stellæ in regno Dei.* & psalm. 105. *Beati qui custodiũ iudicium & faciunt iustitiam omni tempore.*& Rom. Pont. in c. super specula de magistr.vbi viri isti litterati dicuntur esse veluti stellæ in perpetuas æternitates mansuræ dũ plurimos ad iustitiam erudiunt.Imperat.in l.laudabile C. de aduocat. di. iud. vbi aduocationis officium appellat laudibile & vitæ hominum necessarium. & in l.aduocati C.eod.tit. vbi aduocati non minus humano generi prouidere feruntur quam si præliis atq.vulneribus patriã parentesq.saluarent. Aduocatos & iudices recto iure vtentes pro vt debent, summoperè apud Deum mereri , præter Caccialupum & Cassaneum infra citandos, asserunt Petrus Antonius Lazarius Canonicarum & practicarum qq. sectio.3.quæstio.12.numero 20. Augustinus Barbosa de officio episc.par. 3.allegatio.79.num. 16.qui innumeros allegat.

6 Ratione confirmatur quia actus iudicij & auctoritas iudicandi est quædam potestas delegata seu collata hominibus à Deo,qui in hoc tenent locum & vices Dei in iudicando,& eum pro suis viribus imitari debent ca.qui malos 23.q.5. vnde dicitur Deuter. 1.*Quod iustum est,*

7 *iudicate: Dei enim est iudicium.* Deinde quia iudices & aduocati exercent opera misericordiæ spiritualia,quæ multò sunt potiora corporalibus. docent ex S. Antonin.Floren.in sua summa 4.par. tit. 5. c.18.§.7.& alijs theologis Caccialup.vbi supra quæstio.2.numero 3.Cassan.qui supra consid.32.& parte 12.consid.29. nã inter alia opera misericordiæ spiritualia est impendere consilium dubitanti consolari & iuuare tristes & miseros, qui adiutorio carent,& redimere & adiuuare captiuos,qui cõtra iustitiam detinentur, & liberare pauperem à potente & inopem,cui non erat adiutor; quæ omnia faciunt iudices & aduocati iustè &debitè officium suum gerentes. Et ideo Alberic.in l.vnic. C. de suffrag. aduocatis 8 consulit vt patrociniũ pauperibus gratis præstent quia sic apud Deũ valde merentur.Præterea iudices qui vultum potentis nõ considerant neq.induũt personã a- 9 mici, graues propter iustitiã persequutiones sustinent iuxta verbum Domini. *Beati qui propter iustitiam persequutionem patiuntur.*de illis enim dici potest quod Roman.Pontifex ait in cap. qualiter & quando 2.nom.de accusat. *Quasi signum & scopus positi sunt ad sagittam, quia non possunt omnibus complacere cum ex officio suo teneantur non solum arguere sed etiam increpare,quin etiam interdum suspendere , nonnunquam vero ligare , frequenter odium multorum incurrunt & insidias patiuntur.*optimus tex. in concil. Trid. sess. 13.decreto de reformat.cap 6.Vndè Apost.relatus in cap.fin.47.dist. *Si hominibus placerem,seruus Christi non essem.* nam vt dicit Terenti. in Andria, *Obsequium amicos & veritas odium parit* & S Hieron. in epist. 4. ad Gala. *Amara est veritas, quæ odium generat.* & Eccleſiast 33.*Contra virum iustum peccator.* & infra. *Circumueniamus iustum quoniam contrarius est operibus nostris.* Per iudicem quantumcunque iustissimè con- 10 demnati , sibi dolo ac fraude & iniquissimè condemnati videntur , ac propterea cum eo grauem inimicitiam contraunt , vnde S. Hierony. sup. Esaiam relatus in capit. non est crudelis 23. quæstione 5. *latro* (inquit) *suspensus patibulo crudelem iudicem putat.* Sic dicit Andreas de Isernia in constitutio. 1. de rap. virg.quod odiũ præsumitur in eum , qui aliquem condemnauit. & textus in l. illud. 1. C. de appellat. quod partes solent conuintiari iudicibus contra ipsos pronun- 11 ciantibus.Inde S.Thom.2. 2. q. 7. artic. 2.scri-

2. scribit quod homines qui habent de alijs iudicare, sæpè propter iustitiã multos aduersarios habẽt, vnde ait nõesse passim testib⁹ cõtra eos credẽdũ nisi magna multitudo cõueniat, de quo Alfons. Narbona ad leges regias li. 1. ti. 7. lege 31. glo. 16. numero 11. vbi recitat verba illa legis partitarum. *Que los homes que of cio tienen, mager fagan derecho, non puede ser que no ganen mal querientes.* & (quod peius est) multi honorant faciem iudicis, qui infensissimo odio illiũ prosequũtur, de quib⁹ dici potest quod dicitur Eccl. 19. *est qui nequiter humiliat* 2 *se, & interiora eius plena sunt dolo.* Quãti faciat Deus rectum iudicem ostendũt quæ ex Sãcto Antonino refert Auiles in capit. Prætor. capite 2. in glo. *en iustitia* numero 4. de quodam pagano iudice in iudicando iustissimo, qui quamuis in infidelitate mortuus, præseruatus tamẽ per longissima tempora fuit à condemnatione infernali: demum quodam in agro suo fodiente, audita vox est. *leuiter percute ne me lædas.* quo interrogante quis esset, respondit se fuisse Gentilem & iudicem & propter iustitiam suam à Deo præseruatum quo vsq. baptismum reciperet, rogans eum vt ad Episcopum iret vel mitteret qui sibi baptismum conferret. caluaria eius integra erat, & lingua in ea viuens & recens ac loquẽs, & baptismo suscepto in cinerem resolutus fuit.

3 Tertia propositio sit quod iudicis & aduocati officium est in animæ iudicio periculosum. Quo ad officium iudicis probatur iusta sententia, cum enim vita hominis sit militia sũper terram, Iob. 14. fortia admodũ & terribilia sunt arma hostis humani generis contra iudicem, quæ 4 ex S. Gregorio recensentur in c. quatuor 11. q. 3. cuius verba sunt. *Quatuor modis humanum iudicium peruertitur; timore, dum metu potestatis alicuius veritatẽ loqui pertimescimus. cupiditate, dum præmio alicuius animum corrumpimus. odio, dum contra quẽlibet aduersarium molimur. amore, dum amico vel propinquo contendimus p̃ esse auxilium.* vbi glo. addit & alia, nempe nimiam seueritatem vel nimiam remissionem, impietatem erga pauperes, atque imprudentiam. Propterea Ægiptij 15 cum Iustitiam depingebant, caput eius abscondebant in cælo, quod nulli omnino humano affectui mentem aperire debeat: & Tebani referebant iudices oculis in cælum eleuatos, vt auctor est Plutarc. moral. lib. 1. Præterea cum 16 iudex alios corrigere & punire debeat, ipse se omnibus irreprehensibilem exhibere debet c. qui sine peccato c. iudicet 3. quæstio. 7. ne incidat in sententiã Apostoli ad Roma. 2. dum ait. *inexcusabilis es ò homo, omnis qui iudicas, in quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas.* & idem inquit S. Ambrosius relatus in capit. iudicet, ibi. *ne cũ de alio iudicet, in se ferat sententiam.* nam vt ait Salust. in Iugurt. *omni vitio carere debet, qui in alterum dicere paratus est.* Iuuat illud psal. 49. *peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitiam meam?* Iustitia enim sancta res est, & qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt ca. Maximinianus 81. dis. ca. oportet 82. dis. Insuper cum iudex sit Dei minister, debet ei dum alium iudicat, assimilari, secũdum illud Leuit. 19. *Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum.*

Nihil magis timidum reddit iudicis 17 animum, quam reprehensibilis vitæ cõscientia; correctio enim eius qui malè audit, spernitur, iuxta illud Gregorij in quadam homilia. *Cuius vita despicitur, restat vt eius quoque prædicatio contemnatur.* vnde Sapiens Eccles. 1. *Melius est bonum nomen quam diuitiæ multæ.* Imò parua pec- 18 cata iudicis magna videntur. populo cui diu occulta esse non possunt, secundum verbũ Domini Matthæi c. 5. *non potest Ciuitas abscondi supra montem posita.* Quare 19 Ferus in Acta. c. 24. periculosum censet iudicis officium his verbis. *In periculosissimo statu sunt iudices, tot enim aduersibus impetũtur, vt nisi gratia & timore Dei suffulti sint, impossibile nõ aliquãdo à iustitia defle ctãt; aliquãdo enim amore, aliquãdo timore,*

aliquando cupiditate, aliquãdo ira cõuincũtur, vt à iustitiæ recta via deuiẽt. gratia igitur & Dei timor illis sũt maximè necessaria.

20 Difficile est vt iudex aliquo ex præ-
libatis animi motibus affectus non abducatur à vero. nam quod de amore ait Theocritus, pulcra ei videri quæ pulcra non sunt; idem absolutè de toto aliarum cõmotionum genere dici potest, pro vt quisque affectus est, ita res ei alias atque alias videri. Arquatis, ait Varro, & veternosis omnia lutea videntur: febricitantibus amara, quæ dulcia: aliter omnibus de rebus ebrij, aliter sobrij iudicant. Idem putandum est euenire ijs, quorum animus aut amore aut odio aut ira aut inuidentia aut denique aliquo
21 affectu occupatus est. Docent Philosophi si sensus de rebus sibi obiectis verè iudicaturus sit, oportere ipsum sentiendi instrumentum omni qualitate earum saltem de quibus iudicandum est, vacuum esse. Hinc Aristoteles 2. de anima, notat visum qui de coloribus iudicat, ab omni esse colore alienum: quia aliàs colorem quo inficeretur, in nullo posset obiecto percipere. Sic & iudicis animum in sola veritate defixum, ab omni perturbatione purum ac liberum esse oportet.
22 Refert Plutarcus Thebis olim positam in publico fuisse sine oculis statuam eius qui iudicio præsideret: quod ipso personarum adspectu iudices interdum à recto abduci arbitrarentur. cuius rei insigne est exemplum apud Athenæum de Hyperide oratore, qui cum Phryne meretrix pulcherrima rei capitalis arguerẽtur, atq. ita teneretur vt argumentis purgari non posset: cum multa pro ea dixisset, ad postremum statuit eam in conspectu iudicum & pectus eius, papillasque nudauit, qui adspectus tantum potuit, vt quam omnium sententijs damnatã fore opinio erat, omnium suffragijs absoluta discesserit. ex quo institutum fuit, vt Ariopagitæ noctu iudicarent; quemadmo-
23 dum auctor est Lucianus. Illud sapienter Anastasius & alij posteriores Imperatores constituerunt, ne cuiquam administratio patriæ suæ sine speciali iussu Principis permitteretur. arbitrati enim sunt vnũquẽq. necessariò in patria sua multis cognationibus, adfinitatibus, necessitudinibus implicatum teneri, ijsque omnibus iudiciorum religionem ac seueritatem impediri.

Quam periculosum sit iudicandi mu 24
nus, non malè deducitur ex traditis per Dominicum Soto de iust. & iur. lib. 3. q. 4. artic. 2. ad 2. vbi postquam retulit hæresim, quam tenuit Vuitcleff & eius assectæ, qui asseuerarunt per quodcunque mortale peccatũ vna cũ Dei gratia amitti & rerũ dominium & omnem iudicãdi potestatem, quæ Dei largitate recipiũtur; prætermissa ista hæresi, adnotat esse catholicos qui aiunt ei iudici qui delictis sordescit, crimen esse sententiã in alium ferre peccatorẽ, non solum si in peccato sit publico propter scandalum, verũ etiã si sit in occulto: quia officiũ iustitiæ ex affectu eiusdem virtutis non præstat, & subijcit fuisse adeo celebrem hanc opinionem vt etiam S. Tho. ei aliquando subscripserit nẽpè in 4. distinct. 19. q. 1. art. 2. vbi indiscriminatim siue peccatũ iudicis publicum sit siue occultum, asserit peccatum esse mortale aliũ peccatorẽ solenniter condemnare, quamquam postea S. Tho. sententiam suam emendauit 3. p. q. 64. vt occultum peccatorẽ qui iudex est, non censeat mortaliter delinquere iudicando. De qua quidem quæstione vidẽduse est Soto vbi supra artic. 2. Augustin. Morla in empor. iur. p. 1. tit. 2. q. 30. & nos supra p. 1. quæst. 8. hæc declarauimus.

Sanè vt dictus Soto scribit, cum qui 2
alium iudicat, profitetur se mundũ esse à crimine, & ideo si non est talis, est quodammodo hypocrita, quem taxat Christus. *Quid vides festucam in oculo fratris tui & trabẽ in oculo tuo non vides? Hypocrita ejce prius trabem de oculo tuo.* Omitti non potest Ciceronis sententia 2
lib. de oratore, vbi ait plura multò homines iudicare odio, aut amore, aut cupiditate, aut iracundia, aut dolore, aut lætitia, aut spe, aut timore,

re,aut errore,aut aliqua promotione mẽ tis:quam veritate,aut præscripto, aut in eis norma aliqua aut iudicij formula aut legibus.

27 Aduocationis officium periculosũ esse animæ scripsit Hostien.in sum.de pœniten.& remissio.& post eum Tho.Mier. par.2.collatio.6.ca. 17.de professoribus iurisperitis & medicis num.9. & 14. vbi ait quod aduocationis officium est periculosius quam cætera officia,& allegat S. Io.Chrisost. dicentem. *Difficile est rem dimittere sed difficilius est sine peccato de iudicio exire.* Augustin. Barbosa d.allegat. 79.nu.16.quod iniustas lites sustinent,& ad longum protrahunt maximis expensis partũ,notãt cõmuniter Doctores in §.nã & mutus Instit.quib.non est permiss. face. 28 testam.super glo.in verbo *amittunt*. quæ ait quod aduocati quandoq. amittunt auditum & loquelam propter peccata sua vt in eo puniantur in quo delinquerunt c. litteras de tempo.ord.c.fi. de immun. eccles.Conducit illud Chrisost.in psal. 5. *Quo plus doctrina acceperunt, eo maius subeunt supplicium.* maximè cum tam iudex quam aduocatus ad damni dati restitutionem teneantur,quo nõ restituto,peccatum non dimittitur c.peccatũ vbi latè 29 Couar.de reg.iur. li.6. Angel. in l.1. C. falsi.cauf adiec.alierit quendam virum sãctum retulisse Dino,sibi reuelatum fuisse cuiusdam aduocati damnationem propterea quod cauillosum consilium præstiterat,& idem tradit Barbat.cons.65.li.2. vt refert Cæsar Contard. in l. diffamari C.de ingen.& manumiss.in ampliationib. 30 numero 165.Plura considerat aduocatorum pericula Caccialup.in tractat.de trãsactio.q.20.& post eum Io.Nauiam. in sylua nup.lib.6.nu.14.& inter alia illud primum,quando aduocatus scit partem suam fouere iniustitiam & illam inducit ad transactionem & sic consulit quod alienum capiat;vbi allegat beatum Thomam dicere quod si in progressu litis videt causam clientuli sui iniustam,debet eum inducere ad cedendum vel ad 31 componendum sine damno cuiusquam. Burgos de Pace in prœmio ad ll. Tauri num.217. suscitat controuersiam nunquid aduocatorum officiũ sit animę periculosum magis quam iudicum, & licet statim manũ à tabula moueat,dicens nolle se hanc quæstionẽ dirimere, ne causã propriam dijudicet; tamen eam iudicio suo definit pro aduocato, tũ quod dato damno difficilioręquibusdam excogitatis argumentis putat mali iudicis quã mali aduocati restitutionem,tum quod aduocati causas quas velint,exorare possũt: at iudices omnes declarare necesse est. 32 Ego vero dubiã huius auctoris sententiam existimarẽ vel ea ratione q; durũ est aduocatis oblata pecunia, iniustæ causæ patrocinium recusare,& durius post cæptũ iudicium,detecta negocij iniquitate abstinere;cum tamen iudices stipendiũ fũ ac salarium suæ sententiæ in omnem euẽtum lucrentur siue pro actore siue pro reo pronuncient: est enim radix omniũ malorum,cupiditas.

EX QVÆST. II.

SVMMARIVM.

1 *Iudices aduocatis multum honoris impendere debent.*

2 *In iudicijs aduocati sicut litigantes stare debent,Iudices autem sedere, secundum ius.*

Moribus receptum est, vt aduocati in audientijs, & curijs iuxta iudices sedeant allegantes seu informantes, & numero 5.

3 *Iudices aduocatis iuxta se sedes honorifice assignare debent.*

Honor deferatur in sedendo.

4 *Iudex debet aduocatos patienter audire.*

Non debet fulminare,sed audire & examinare.

5 *Iudex habet auctoritatẽ reprehẽdẽdi aduocatos imperitos & falsarũ causarũ defensores. Et an etiam peritissimos.n.6.*

6 Repellit aduocatum inhabilem, sicut & procuratorem: & reiecit libellum deuiantem à consueta practica seu stilo.

7 Iudex curare debet ne ab aduocatis contemnatur propter cultum Iustitiæ.

8 Iudex si nesciat, prudentius agit tacendo.

Stultus si taceat, reputabitur sapiens.

9 Tacere proprium est iudicum.

Iudex vocatus est digitus pollici proximus, per quem silentium significatur.

Tacere est sæpe sapientissimum in homine.

10 Stultis iudex quomodo debeat respondere iuxta stultitiam suam.

11 Iudex sine imponere potest aduocato multum oranti.

Verborum prolixitas est inimica legibus.

Iudex potest ex officio interdicere aduocato verboso, qui verba vendit.

12 Potest iudex ex hac causa etiam sine processu mulctare & suspendere ab officio aduocatum, & ab audientia explodere.

Iudicis maiestas consistit in faciendo loqui, vel silere aduocatum.

13 Debet prius loqui & orare facere aduocatum actoris, quam rei.

14 Tenetur iudex litigantis aduocatum dare, si ambitione aduersarij vel metu non inueniat.

15 Tenetur inopi aduocatum quærere, & assignare, quem compellit vt gratis patrocinium præstet, alias illi ad tempus priuat officio aduocationis.

Fallit in Locis vbi expensis publicis constituti sunt pauperum aduocati.

16 In Cathalonia creata sunt officia duo aduocatorum pauperum, & alia duo procuratorum, congruis assignatis ex publice salarijs: & quæ sint illis interdicta.

17 Similia officia constituta sunt expensis publicis in Ciuitate Toleti, & apud Germanos, & in Regno Neapolitano, & in Camera Imperiali, & apud Gallos.

18 Si vna pars omnes meliores aduocatos pro se assumpsit, potest iudex altera instante parte compellere aliquos dimittere eam partem & suscipere patrocinium pro altera.

Fallit si aduocati iurent se tuta conscientia non posse secundam partem tueri.

19 An iudex antequam causam definiat, vocare debeat patronos causarum ad allegandum in iure & in facto. & numero seqq.

Veritas hinc inde agitata magis splendescit in lucem.

Disputando facilius veritas inuenitur.

20 Iudices suo sensui & auctoritati nimium credere non debent: sed aduocatorum rationes diligenter examinare.

Neq. debent aduocatorum allegationibus acquiescere, seque ab onere studij excusare.

Iudex debet per se causam discutere.

Aduocatorum in iure allegationes probabiles dicuntur, non necessarię: & quare.

21 Iudex non tenetur, si sententiam dixerit, non vocatis patronis partium ad informandum.

Fallit in aduocato Fisci.

Intellige de allegationibus iuris.

22 Iudex tenetur in syndicatu, si facti allegationes & probationes audire recusauerit.

23 Locus Amadei de Castello in tractat. de syndicatu examinatur, cum relatione Doctoris Berardi.

An possit iudex aliquando aduocatis audientiam denegare.

Aduocatum denegare est magnam partem defensionis tollere.

Citatio ad informandum, non debet reproduci in actis causæ.

24 An iudices in causis grauibus & difficilibus debeant tradere dubia aduocatis, vt eis in iure respondeant.

Melius est pie dubitare, quam temere definire.

Melius est iudicem aliquantulum contemni & suspectum reddi propter dubiorum animi sui declarationem, quam tacere, ex quo magna oriuntur damna iniustitiæ.

25 Quod

25 *Quod iudex possit dubia causæ aduocatis assignare, in iure fundatur.*

Maxime in Iudicibus Regiæ Audientiæ Cathaloniæ, qui non possunt vti suspecti recusari, prætextu quod animum suũ declarauerint.

26 *In Cathalonia Iudices Regiæ Audientiæ, postquam traditæ ipsis fuerint allegationes iuris, seu memorialia, si partes porrigere voluerint: cum aduocati informant, tenentur facto verbo in Regia Audientia dare partibus dubia ex processu causæ emergentia, quæ in processu causa consumuntur.*

Si dubia prædicta non sint recte formata, supplicari potest.

27 *In Cathalonia possunt partes petere quod ipsis præsentibus aduocatis earum audiantur in Regia Audientia, assignando dicẽ aduocatis ambarum partium.*

28 *An iudex debeat cum aduocatis disputare & quomodo.*

Veritatem inquirentes sine dubitatione, similes sunt nescientibus, quo ire debeant.

Quod per se discerni nequit, comparatum cõ altero discerni potest.

29 *De vtilitate argumentationis seu disputationis DD. qui tractent.*

Facilitas dissentiendi inter homines.

30 *An veritas facilius inueniatur studio scripta æ, quam verbali disputatione: & melius allegatione in scriptis quã in voce.*

31 *An iudices possint vel debeant iuris allegationes ab altera ex partibus sibi traditas, aduocato alterius edere. referuntur contrariæ DD. opiniones, quæque magis recepta sit.*

Facti allegationes edendæ sunt, vt cæteris iudicij actis.

32 *Menochij super hoc opinio an vera sit.*

Iuris allegationes non sunt de genere illorũ quæ in iudicio vtrique parti intimari, vel communicari debent.

33 *Si quid per aduocati inscitiam vel incuriam iudex omissum videat, ex se supplere debet, & pro dicto habere. & traduntur exempla.*

34 *Non debet iudex supplere in facto, nisi tale sit, quod tam sit ei notum vt iudici.*

35 *Factum supplendum non est, nisi, tale sit, vt ex actis & instrumentis litis non modo coniici, sed etiam probari queat.*

36 *Exceptiones raro suppleri per iudicem possunt, & quare.*

37 *Notorium supplere iudex nõ potest, quod non fuerit allegatum: allegati autẽ notorij non debet exigere probationes.*

38 *In exceptione excommunicationis iudex ex officio supplet, repellendo excõmunicatum actorem à iudicio.*

39 *Iudex non tenetur alteri parti allegãda aut probanda aperire, aut aliquid pertinẽs ad ius, factiue probationẽ: quia hoc aduocati munus est.*

Nec tenetur aperire alteri parti, quæ sunt allegata vel probata ab altera: quia id ad aduocatum pertinet.

40 *Iudex si aliqua partium petierit ab eo terminum ad sibi prouidendum de aduocato, debet illum concedere, alioquin appellari potest.*

41 *Rationes aduocatorum debent esse speciales, non generales.*

Minima circunstantia facti totũ ius mutat.

DE AVDITIONE ADVOCATORVM,

QVÆST. II.

1 VDices aduocatis multum honoris impendere debent l. fin. C. de offic. diuers. iudic. iuxta tex. in l. 1. C. de offic. ciuil. iudic. iunc. glo. in verb. *honorati*. l. quisquis C. ue postulan. iunc. glo. in verb. *honoratis*. in quibus legibus honoratorum nomen pro aduocatorum nomine vsurpatur. Et quamquam de iure aduocati in iudicijs stare debeãt, sicut iudices sedere d. l. quisquis. ibi. *cum ipse necessitatem elegerit standi, & contẽpserit insedendi* C. de postulan. vbi glo. in verbo, *standi*. quia notat *stare*, proprium esse aduocatorum, *sedere* autem iudicum, & in authentico vt ab illustribus §. sancimus, & ibi glo. in verb. *sedere*. quæ tradit iudicem debere sedere, cum iudicat; aduocatum autem sicut & litigantes stare dum dicit glo. fin. in c. fin. de re iudic. in 6. quod pluribus legibus comprobat, & scribit Speculat. tit. de aduocat. §. hic dicendum, versic. *Cum autem*. Matien. de relator. 2. par. c. 2. nu. 1. Menoc. de arbitra. lib. 1. q. 61. addit. 1. ad Bellug. in spec. Princip. rubr. 5. tamen moribus receptum est vt aduocati in audientijs & curijs iuxta iudices sedeant allegantes seu informantes; vnde fortè Cassan. in catal. glor. mun. par. 7. consid. 24. & 28. dixit aduocatos in loco vbi redditur iurisdictio, secundo loco sedere debere. quare iudices aduocatis iuxta se sedes honorifice assignare debent, quia honor defertur in sedendo Bald. in l. quoties C. vbi senator. vel clarissimi. Iacob. Rebuff. in l. 2. C. de proximis sacrorum scriniorum lib. 12. & Fran. Marc. dec. 652. notat quod aduocati debent sedere á dextris iudicis, nisi tempore quo postulant, quia tunc stare debent.

2

3

4 Debet iudex aduocatos patienter audire l. nec quicquam §. 1. versic. *Circa* ff. de offic. Proconsul. ibi. *circa aduocatos patientem esse Proconsulem oportet*. conducit tex. in l. proxime ff. de his quæ in testã. delent. ibi. *rogo te domine Imperator vt audias me patienter*. Et quamuis in omnibus causis præsertim summarijs, aduocatorũ & procuratorum contentiones & iurgia refrenari debeant clem. sæpe de verb. sign. fic. non tamen debet iudex fulminare, sed audire, & examinare, Gregori. 15. decis. 105. num. 1. Ludouic. Posti. de manutenti. obseruatio. 102. num. 12. & 13.

5 Habet tamẽ auctoritatem aduocatos reprehendendi pro vt reprehendere debet aliquando nimis imperitos & ignaros, vel falsarum causarum defensores d. §. 1. ibi. *nec adeo dissimulare si quos causarum concinnatores vel redemptores deprehendat*. Paris de Pute. de syndicat. c. de excessibus aduocatorum num. 14.

6 Et iudex ex officio suo repellit aduocatum inhabilem l. quos prohibet & ibi Angel. & DD. ff. de postulan. Andre. Barbatia in tractat. de testib. part. 1. numero 11. sicut etiam repellit procuratorem l. filiusfam. §. veterani ff. de procurator. & partẽ calumniantem l. vbi pactum C. de trãsactio. l. fin. ff. de petitio. hæred. & notat Barbati. vbi supra. & potest reijcere libellum

lum deuiantem ab antiqua & consueta practica seu stylo, Angel. in l. 1. ff. de offic. Assesso. Felin. in c. 2. de rescrip. Alciat. in tracta. de præsumptio. par. 3. regu. 2. præsump. 30. num. 5. Imò habet auctoritatem reprehendendi aduocatum quamuis pessimum per tex. in l. Clodius ff. de acquir. hæred. vbi Papinianus acutissimi ingenij fuit à Paulo reprehensus & in l. au-
7 fertur vbi glo. ff. de iur. fisc. Maximè autem curare debet ne ab aduocatis contemnatur sed magno honore habeatur propter cultum iustitiæ d. §. 1. ibi. *sed cum ingenio ne contemptibilis videatur.* l. obseruandum ff. de offic. Præsid. ideoq. vitare debet nimiam aduocatorum familiaritatē, & ipsis in iure allegantibus & causarum negocia discutientibus præ se ferre debet
8 sapientē & eruditum; quamuis vbi ipse nesciuerit, prudentius aget tacendo: quia ignarus tacendo ignorantiam suam tegit & occultat vt ait S. Gregori. lib. 11. moralium c. 15. & Prouerb. c. 17. dicitur. *Stultus si taceat, reputabitur sapiens, & si compresserit labia sua, intelligens.* Sic in legibus Castellæ le. 5. tit. 4. Part. 2. loquendo de Rege ibi. *Esi el no fuere home de gran seso, por las sus palabras entenderan los homes*
9 *la mengua que ha del.* Et tacere proprium est iudicum; vnde digitus pollici proximus per quem silentium significatur, à veteribus appellatus est, vt refert Marc. Mantu. in dialogo seu tractatu de Concilio numero 90. nam scire tacere est sæpe sapientissimum inter homines & nemo stultus tacere potest, vt Diogenes Laertius de vitis Philosophorum ait. Vnde Valer. max. lib. 7. c. 2. recitat Xenocratis responsum, qui cum maledico sermoni quorundam summo silentio interesset, interrogatus cur solus linguam suam cohibuisset, respondit, *Quia dixisse me* (inquit) *aliquando pœnituit, tacuisse nunquā.*
10 Stultis autem prudenter respondeat: quia dicit Salomon Prouerb. 26. *Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam ne efficiaris ei similis: responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur.*
11 Quoniam prolixitas & multitudo verborum, qua plures aduocati peccant, qui verba vendunt, est legibus & canonibus inimica cap. quia in tantum de præben. & superfluæ verborum ambages rescindæ sunt l. tanta §. si quis autem C. de veteriur. enuclea. propterea iudex finem imponere potest aduocato multum oranti l. proxime ad fin. ff. de his quæ in testa. delent. & ex officio suo potest interdicere aduocato verboso l. quisquis C. de postulan. l. ampliorem §. in refutatorijs de appellatio. l. nec quicquam §. 1. ff. de offic. Proconsul. Pute. de syndica. c. de excessib. aduocato. numero 3. Mandosi 12
de inhibition. q. 55. numero 4. adeo vt ex prætata causa possit iudex etiam sine processu mulctare & suspendere ab officio & ab audientia explodere aduocatum, glo. in l. ex ea ff. de postula. Bouad. in Polit. tom. 2. lib. 3. c. 13. n. 65. Petr. Gregor. in syntagma. iur. 3. par. lib. 49. c. 6. numero 29. Rol. in. cons. 36. num. 25. & seq. vol. 3. Ioan. Garci. de nobilita. glo. 35. num. 28. Auil. in c. 36. Prętor. glo. *Abogados* num. 5. Et in hoc præsertim cōsistit iudicis maiestas in faciendo loqui vel silere aduocatos & causarum patronos, Mandosi qui supra numero 4. non tamē sine causa potest aduocato loquenti interdicere vel superbius eum appellare, Alberic. & alij in l. eos C. de modo multa. Bart. in l. 1. ff. si quis ius dicent. nō obtempera. Debet autem prius loqui & 13
orare facere aduocatū actoris quam rei, Specula. in tit. de aduocat. §. consequenter & in tit. de disputatione & allegatio. §. nunc breuiter.

Si quis ex litigantibus vel ambitione 14
aduersarij vel metu vel alijs ex causis patronum non inuenit, tenetur iudex ei aduocatum dare l. 1. §. ait Prętor & ibi Angel ff. postulan. c. 1. & ibi glo. in verb. *implorando* & Innocen. Ancarr. Bohic. Zabarel. Butri. Bellam. Panor. & omnes de offic. iudic. l. ne quicquam §. obseruare & ibi Bart. ff. de offic. proconsul. Simanc. de chatol. insti. tit. 5. numero 1. & 2. Portoles ad Molin. §. aduocatus. numero 106. non tamen tenetur iudex dare vel

quærere

quærere, quando ipse qui ab eo petit aduocatum, satis potest reperire, vt declarant Siluest. in verb. *aduocatus* numero.
15 10. Portoles vbi supra numero 107. Tenetur ergo iudex pauperi litiganti qui ob inopiam suam aduocatum non inuenit, aliquem illi patronum quærere & assignare, quem compellet vt gratis pro illo paupere patrocinium præbeat, alias illum ad tempus priuabit officio aduocationis d.l. ne quicquam. §. aduocatos l. prouidendum & ibi Bald. C. de postulan. Guid. Pap. singul. 573. Couar. in prac. c. 6. numero 4. Siluest. vbi supra, Capell. Tholos. decis. 481. Portoles vbi supra n. 107. & 108. fallit in locis vbi expensis publicis constituti sunt pauperum aduocati. Sic Petrus Rebuffus in tractat. de priuilegijs scholarium priuil. 90. numero 5. per tex. in d. §. ait Prætor, probat iudicem pauperi teneri de aduocato prouidere, sed *pauperi* (inquit) *dabit aduocatum expẽsis publicis vel Regis in hoc regno Franciæ.*
16 Hoc fuit benè dispositum in nostro Principatu Cathaloniæ per constit. 4. curiarũ anni 1599. qua creantur duo officia aduocatorum pauperum & alia duo procuratorum in causis Ciuilibus & Criminalibus congruis assignatis ex publico salarijs ne pro alijs aduocare vel procurare teneantur, & cũ prohibitione aliquid siue pecuniæ siue muneris à pauperibus vel eorum cognatis & amicis directè aut
17 indirectè capiendi. Similiter publicis sumptibus creari inopum aduocatos Toleti, vt sunt omnes aduocati congregationis D. Raymundi, testatur Alphõsus Narbona ad ll. regi. lib. 4. tit. 1. lege 20. glo. 2. num. 197. & apud Germanos Guido Pape decis. 561. & in Regno Neapolitano Camillus Borrel. in summ. decis. tit. 65. de aduoc. num. 40. & in Camera Imperiali Andreas Gail lib. 1. obseruatio. 43. n. 15. & 19. & apud Gallos Boerius decis. 324. n. 6.

Sed & si vna pars omnes meliores aduocatos pro se assumpsit, potest iudex altera instãte parte compellere aliquos eorum dimittere illam partem & suscipere patrocinium pro altera d. l. prouidendum in fi. & ibi tenet Castrens. Hoc intelligit verum Gutier. prac. qq. li. 1. q. 30. numero 4. nisi aduocati iurent se tuta conscientia non posse secundam partem tueri defectu iustitiæ.

Huc spectat exquirere an bonus iudex antequam causam definiat, litigantiũ partium aduocatos vocare debeat ad allegandum in iure & in facto. Et quidem præterquam quod auditio aduocatorũ, solatium est postea condemnatorum, ea certe ad veritatem indagandam, certũ q. ius reddendum plurimi interest: quia veritas hinc inde exagitata magis splendescit in lucem, vt ait tex. in can. quam grauem 35. q. 9. & disputando faciliusveritas inuenitur l. munerum §. mista ff. de mun. & hon. l. cum quidam vbi Iaf. 6. not. ff. de lib. & posthu. vnde dicebat Cacialup. quẽ refert Neuisan. in sylua nup. in pri. n. 5. quod nihil est quod ad re subtiles cognoscẽdas atque discipiẽdas plus valere possit quã disputatio. Corasi. de redigen. iur. ciuil. in art. p. 1. c. 6. ad fi. Euerard. in præfatio. topico. Neque enim iudices nimiũ suo sensui iudicio & auctoritati credere debent sed aduocatorũ rationes diligenter examinare & perquirere, vnde elegãter Socrates Platonicus in Phœdro. *At præter Hippocratem* (inquit) *ratio inspiciẽda, examinandaque est, humana namq. auctoritas tantum potest quantum ratione pollet.* neq. econuerso debent aduocatorum allegationibus acquiescere, seque ab onere studij sui excusare propter aduocatorum laborem, quod multi faciunt & propterea aduocatos vocant ad informãdum, & est summopere dolendum. Non enim debent esse nimis creduli l. fi. & ibi DD. ff. & C. de accusatio. & iudex per se causam discutere debet l. iudices. C. de iudic. optim. tex. in authentico de iudi. & vt nulla. post princip. Menoc. de arbitra. casu 175. num. 7. Vnde aduocatorum in iure allegationes probabiles dicuntur, nõ necessariæ, quod eas necessario iudex sequi nõ habeat, iuxta ea quæ scribunt omnes in l. 1. ff. si cert. pet. Menoc.

21 noc. vbi ſupra. Attamẽ reuera iudex nõ tenetur, ſi ſententiam dixerit, non vocatis patronis partium ad informandum ſeu allegandũ Bald. in ca. paſtoralis de cauſ. poſſeſ. & propri. vbi dicit iudicem qui non vult audire aduocatum, non grauare. noſter Calici. in ſua margarit. fiſc. dubio 3. numero 36. verſiculo 82. vbi in hoc differentiam conſtituit inter fiſc. aduocatum & aduocatum priuatorum, nam in cauſis fiſcalibus examinandis patronus fiſci debet intereſſe, vt ibi tradit & latius ſecundum ius & obſeruantiã curiæ Regiæ Aragonum dubi. 1. numero 3. verſiculo *Tertio*. ſic Amade. de Caſtello in tractat. de ſyndica. num. 248. ſcribit quod iudex non tenetur ſi non audierit allegationes, quando eſt ipſe peritus, quia non dicitur grauare partẽ ſecundum Innocen. in d. c. paſtoralis de cau. poſſeſ. & propri. quod intelligo de
22 allegationibus iuris: Nam certum eſt iudicem teneri in ſyndicatu ſi facti allegationes & probationes audire recuſauerit l. argentarius §. cum ita ff. de edend. & notat in ſpecie Bald. de Peruſio in tracta. de ſyndicat. numero 47. Supra citatũ
23 Amedeum de Caſtello in tractat. de ſynd. numero 248. male allegauit Doctor Berar. Regius Senator dignißimus in ſpecul. viſitat. capite 25. numero 106. vbi ex eo ait iudicem maximæ doctrinæ excuſari ſi aduocatos reorum non audierit: nam Amadeus ibi non dicit iudicem maximæ doctrinæ in medio codice, ſed iudicem peritum. Et hanc ſententiam exiſtimo veram licet Thomas Mieres parte 3. collatione 10. in capite de ordine audiẽtiæ circa relationes & concluſiones, column. 4. videatur ſentire contrarium. De hac etiam quæſtione Paris de Pute. de ſyndicat. in verb. *Allegationes*. numero 3. vbi quamuis hinc & inde auctores voluat, magis videtur cum ſupraſcripta noſtra interpretatione tranſire. Maximè autem in iudicio manutentionis & alijs valde sũmarijs poteſt omitti vocatio ſeu citatio aduocatorum ad allegandum, vt docent Barzi. dec. 71. ſub numero 40. & Ludouic. Poſtius de manutentione obſeruati. 102. ex numero 8. qui etiam aſſerunt, quod in iudicio manutentionis poteſt aduocatis audientia denegari, ſubdit tamen ibi Poſtius quod nõ eſſet laudabile non audire aduocatum, qui nulla interpoſita mora breuiter & ſummatim iura ſui principalis afferret ad manutentionem, ſeu illius impugnationem faciẽtia, pro vt videre eſt in Romana Curia, & in Rota ſemper aduocatos admitti & diſputari formiter ſuper ipſa manutentione: quia aduocatum denegare eſt magnam partem defenſionis tollere l. aduocati C. de aduoc. diuerſ. iudic. Oſaſc. deciſ. 1. numero. 13. Non debet autem reproduci in actis cauſę, citatio ad informãdum, vt notat vbi ſupra Poſti. d. obſeruatio. 102. n. 37.

Non ſolum cõmẽdant Doctores quod 24
iudices audiant aduocatorum allegationes ſeu informationes, verum & quod aduocatis partium in cauſis grauibus ſeu difficilibus tradant dubia vt eis in iure reſpondeant, Gregor Lopez in l. 13. tit. 4. p. 3. verb. *por palabra*. Burg. de Paz in proœm. legum Taur. numero 286. Bauad. in Polit. tom. 1. li. 2. c. 5. n. 50. Ruginel. de appellation. §. 6. glo. 2. c. 3. n. 7. quia melius eſt piè dubitare quam temere definire, vt ait glo. in c. tantum 32. q. 7. & eò quod iudices ne animum ſuum detegant, dubia ſua aduocatis partium non inſinuant, multa oriuntur damna iuſtitię, multi inutiles litium ſumptus fiunt, & (quod peius eſt) neceſſarij prætermittuntur, multum iudicis conſcientia ſœpe patitur. vnde Aul. Gelli. nocti. Attica. li. 14. c. 2. ait vtilius eſſe iudicem aliquantulũ corrẽni vel ſuſpectum reddi propter dubiorum animi ſui declarationem quam tacere. Quod autem poſſit iudex huiuſ- 25
modi dubia aſſignare probat Accurti. in l. Offidius ver. ſuum ff. delega. 3. vbi dicit poſſe iudicẽ partibus opponere fundamenta contraria, & probatur in l. proxime §. Antoninus ibi *Cæſar dixit* ff. de his quæ in teſtam. delent. quod maximè procedet in iudicibus Regiæ Audientiæ Princi-

Principatus Cathaloniæ, in quo constit. *Com sie cosa conuenient.* 11.titulo *de recusatio de tots Iutges* cautum & statutum est ne vti suspecti recusari possint prætextu
26 quod animum suum declarauerint. Imò constitutionibus 1.2.& 3. tit. *dels dubtes y punts* constitutum est in Cathalonia quod Iudices Regiæ Audientiæ postquã tradita ipsis fuerint iuris allegationes seu memorialia,si partes porrigere voluerint: cum aduocati informant, teneantur facto verbo in Regia Audientia dare partibus dubia ex processu causæ emergentia, quæ in processu per scribam causæ consuantur.notat noster Peguer.in praxi Ciuili rubr. 23. num 1. & 2.atque si dubia non sint recte formata,supplicationem interponi posse tradit Cancer. var.
27 par. 3. capite 17. numero 407. Petere quoque possunt partes in Cathalonia quod illis præsentibus eorum aduocati audiantur in Regia Audientia & id à iudicibus concedendum est assignando diẽ aduocatis ambarũ partium,vt in d.cõst.3. tit. *dels dubtes y punts* Peguer. vbi supra n.2.

28 Sed & opere pretium erit iudicem cum aduocatis disputare,maturè quidẽ, & bono zelo veritatem perscrutandi, non elato animo causa ostentandi ingeniũ & doctrinam: veritas enim quanto magis conteritur & oppugnatur, tanto clarior expulsis nebulis in lucem progreditur,Neuizan.in prælud.ad syluam nuptiarum.numero 5.Roland. cons. 13. numero 1.vol.3.Mirand.in ordi.iudic. quæst. 28. arti.7.concl.9.Cenedo canonic.qq.q.36. numero 1. vnde eleganter Herodotus lib. 7. ait. *Nisi diuersæ inter se sententiæ dicantur, non potest quis eligere meliorem, sed necesse est ea quæ dicta est, vti: at cum plures dictæ sunt, licet tanquam aurum purum desigere, quod per se discerni cum nequeat, comparatum cum altero discerni potest.* & Philosoph. 3. metaphis.ait quod veritatem inquirentes sine dubitatione similes sunt nescientibus quo ire debeant.Bald. in l. precibus C. de impub. *Viam* (inquit) *ferro aperit, qui per contraria transit.* Iuuat tex in l. munerum §.mixta ff.de muner.&honor. ibi. *Herenius Modestinus notando & disputando, bene & optima ratione decreuit.* De vtilitate argumentationis siue disputationis præter supracitatos, Corras. de redig. iur.ciuil.in artem p.1.c.6.Euerard.in præfatio.topicor.D. Paul.ad Timot. 2. c. 2. & ad Titum c. 3.extrauag. quia nonnunquam versiculo *nos.*vbi glo. Ioan.22.Ludouic. Gom. in procem.reg. cancel. quæst. 2.in pri.vbi add.t.quamuis quot capita, tot sententiæ,glo. in procem. decretal. Placa in epit.delic.ca. 46.numero 6.Mantic.de coniect. vlt. li. 6.titulo 14.numero 1. Fontanel. de pac. nup. tomo 1. cla.5.glo.4.num.3.& naturalis hominum est ad dissentiendum facilitas,glo.1.in c.fin.63.dist. Mantic. decis.235.num.3.Antonin.Thesau. in præfati.decisionum num.33. vbi addit.Et an 30
veritas facilius inueniatur studio scripturæ quam verbali disputatione, & melius allegatione in scriptis quam in voce, Solzona in stilo cap.breuiandi pagin. 1.Ludouic. Gomes.in procem.regul. Cãcellar.q.1.titulo Rotæ immutatio.& dixi in alio capite.

Veritatem in disputando amare debẽt iudices, non propriam opinionem,quia pertinax (vt ait Aristoteles 7.Ethic.c.9.) non ratione sed irrationabili affectu vincendi sua sententia ducitur, & sapientis est mutare cõsilium.Propterea dicit Spiritus Sanctus Sapien. 7. *Omnibus mobilibus mobilior est sapientia.* Et oportet eum qui iustitiam administrat, docilem esse.

Quæri etiam solet an iudices possint 31
vel debeant iuris allegationes ab altera ex partibus sibi traditas,aduocato alterius edere. Et quamquam facti allegationes vt fatẽtur omnes in l.2.C.de eden. edendæ sunt vt cętera iudicij acta,tamen iuris allegationes non esse aduersario edendas, est magis recepta opinio,vt fatetur Menoch. de arbitra. casu 175. num. 1. qui quatuor super hoc Doctorum opiniones recẽset,&hæc sententia in nostro Principatu

patu Cathaloniæ obſeruatur, eamque ſequitur D. Gabriel Berar. Regius Senator in ſpeculo viſitatio. c. 17. numero 122. dicens aliàs iudicem in ſyndicatu teneri, tradit Ruginel. de appellatio. §. 11. glo. 1. capite 1. numero 24. & 25. Tenet eã Paris de Puteo de ſyndicat. verb. *allegationes* numero 7. non tamen deſunt qui contrariam tenent opinionem, quos præter ſupracitatum Menochium refert Cattellianus Cotta in memoral. verbo, *teſti non iurato*. verſiculo *Et ideo*. quæ in aliquibus Prouincijs ſeruatur nolendo diſcrimen conſtituere inter allegationes
32 facti & iuris. Quod autem defendit Menoch. in d. caſu 175. numero 14. & 15. relinquendum hoc eſſe arbitrio iudicis, nõ omnino negauerim, dummodo conſtituamus regulariter iuris allegationes edi non debere, nam aliquando pro bono iuſtitiæ expedire multum poteſt vt edantur. Et certè iſtæ allegationes ad mœram iudicis inſtructionem dantur ſecundum Innocen. in c. per tuas de teſtib. Paz in prac. 1. par. tom. 1. 10. tempore nu. 8. ideoque non ſunt de genere eorum, quæ in iudicio vtrique parti intimari vel communicari debent ad l. de vno quoque ff. de re iudic. imò iudex qui eas aduerſæ parti ſeu eius aduocato communicat, videtur proditor, & contentionem quandam inceſſabilem inter partium aduocatos ſuſcitat, qui finem allegandi & reſpondendi nunquam inuenient.

3 Denique ſi quid per aduocati inſcitiã aut incuriam iudex omiſſum videat, quod malè alioquin affectam, miſeri clientis cauſam adiuuare poſſit, quicquid totum illud eſt, ex ſe ſupplere debet & pro dicto habere id quod dici potuit & debuit l. vn. C. vt quæ deſunt aduo. par. iud. ſupple. glo. in verb. *curauimus* in c. bonæ memoriæ 1. nom. de poſtula. prælato. Roma. conſ. 227. Socin. reg. 197. Ioan. à Graſſis in tractat. de ſubſtantialibus procuratorij inverbo, *allegationes iuris producendum* n. 3. Codex Fabrian. lib. 2. tit. 7. defin. 1. exẽ. pla ſunt in l. fin. ff. de petit. hæred. in d. c. bonæ memoriæ in c. cum nobis olim de electio. in c. exceptionem de exceptio. Debet autem ſupplere in iure, non 34
in facto, niſi tale ſit factum quod iam ſit ei notum vt iudici, vt quod ſcriptum eſt in atteſtationibus vel alijs actis iudicij, non de eo quod eſt ſibi notum vt homini priuato, glo. in d. l. vn. & in d. c. bonæ memoriæ in verb. *curauimus* Innocen. in c. 1. illo tit. Ioan. Andre. in c. ſi ſacerdos de offic. ordin. Stephan. Gratian. diſcep. forenſ. tom. 1. c. 2 numero 13. Surd. dec. 143. num. 4. Oſaſc. dec. 1. num. 42. Viui. deciſ. 340. num. 6. ſic Ant. Faber d. defin. 1. ait regulam vt quæ aduocatis partium deſunt, iudex ſuppleat, ita accipiendam eſſe, ſi in eo quod ſuppleri oportet, iuris quæſtio vertatur, non facti. Nam fa- 35
ctum nunquam ſupplendum eſt, niſi tale ſit vt ex actis & inſtrumentis litis non modo conijci, ſed etiam probari queat: non enim verè ſuppletur, quod ex actis ipſis probatur, vt neque exceptio quę n. ſcitur ex inſtrumẽto, ex quo agit actor, Ranchin. ad Guid. Pap. q. 221. ex Bart. & Iaſ. ibidem citatis. Hinc ſubijcit Faber 36
d. loco conſequens eſſe vt non niſi perraro ſuppleri exceptiones poſſint, propterea quod licet pleræque iuris magis quam facti eſſe videantur, vix tamen cõtingere poteſt, vt non aliquam habeãt implicitam facti quæſtionem, cum ex facto pendeant, cuius non ſemper expedita eſt ex actis probatio. nam neque (inquit) 37
notorium ſupplere iudex poteſt quod non fuerit allegatum, quamuis allegati probationes exigere nullas iure poſſit, Guid. Pap. q. 221. numero 4. glo. notab. in cap. appellanti de appellatio. viden. Iul. Clar. §. fin. q. 9. Supplet tamen iudex in 38
exceptione excommunicationis: quia ex officio ſuo, ſi ſcit aliquem publicè excõmunicatum, ipſum debet ab agendo repellere, etiam ſi ab aduerſario non excipiatur dic. cap. exceptionem de exception.

Quamuis quæ deſunt aduocatis partiũ 39
iudex quandoq. ſupplere debeat, animaduertit P. Thomas Sanchez tom. 1. operis moralis lib. 1. capite 9. numero 48. non

teneri

teneri iudicem alteri parti alleganda aut probanda aperire, aut aliquid pertinens ad ius, factiue probationem, quia hoc aduocati munus est: iudicis autem tantum iuxta allegata & probata iudicare. Similiter P. Vincentius Filliucius to. 2. moralium quæstionum tracta. 21. c. 4. numero 147. non teneri iudicem ait aperire alteri parti quæ sunt allegata vel probata ab altera, quia id ad aduocatum pertinet.

40 Debet autem iudex si aliqua partiũ petierit ab eo terminum ad sibi prouidẽdum de aduocato, illum ei concedere: alioquin si denegauerit, pars iuste ab huiusmodi grauamine appellare poterit l. ait prætor ad fin. ff. ex quib. caus. maior. Bart. in l. 1. C. de senten. aduers. fisc. Iat. lib. 10. Ias. & Deci. in l. 1. C. de repudi. bonor. posiet. Peregri. de iur. fisc. lib. 7. tit. 2. numero 4. vbi loquitur etiam in causis priuatorum.

41 Quemadmodum rationes aduocatorum debeant esse speciales, non generales, fuse post alios Stepha. Gratian. discep. forensi. tom. 2. c. 335. à n. 19. Augusti. Morla in empor. iur. p. 1. ti. 1. q. 13. alias 12. quia minima mutatio facti mutat totum ius, vt inquit Quintilian. relatus à Thesaur. in præfatio. decisio. Pedemont. n. 33. & iuribus in specie potius standum est, quã in genere loquentibus, vt per Alex. in l. vt & si quis §. quæsitum n. 15. in fin. ff. si quis caution. cum alijs, quæ congerit Valenzue. Velasq. cons. 8. n. 9.

EX QVÆST. III.

SVMMARIVM.

1 *Ciceronis sententia, non posse iudicem aliud iudicare de iure, & aliud aduocatum respondere.*

Speculatoris sententia, malè consulentem non minus facere litem suam, quam malè iudicantem.

2 *Distinctio Cantiunculæ inter ius certum, & ius varium seu controuersum.*

Iudicis est semper in causis verum sequi: patroni non nunquam verisimile.

3 *Differentia inter iudicem & aduocatũ super iure vario & cõtroverso, tum in foro exteriori tum in interiori animæ. & n. seqq.*

4 *In his quæ controuersi iuris partiũ sunt, si vtraque opinio æque probabilis est, quid debeat facere iudex. & n. seqq.*

Opinio DD. tenentium iudicem debere tũc componere litigantes, vel dividere rem inter ipsos, vel si fuerit indivisibilis, dividere partem fructuum.

5 *Opinio DD. asserentium dicto casu licere iudici quam maluerit opinionem eligere, & secundum eam iudicare: imò cessante scandalo, nunc secundum vnam, nunc secundum aliam.*

6 *Quando iudex dicto casu cum scandalo nũc iuxta vnã opinionem iudicat, nunc iuxta alteram, peccat; sed ad restitutionem non tenetur.*

7 *Quando duæ opiniones in iure communes sunt; vna pro actore, & altera pro reo: potest iudex ferre sententiam pro amico. & quemadmodum hoc intelligatur.*

8 *Quemadmodum intelligatur Menochij traditio, quod iudex potest ad libitũ quam velit opinionem sequi, etiam propriam, quando magnus est opinionum conflictus.*

Index apud Deum non est tutus, qui opinionum varietate confisus, pro amico (volens ei gratificari) sententiam fert. & quare. & quemadmodum hoc intelligatur.

9 *Quando in iure vtraque opinio æque probabilis est, expedit Reipublicæ vt seruetur opinio tenentium quod res dividatur, vel partes ad concordiam compellantur.*

Rota Romana, Neapolitana, & Pedamontana hanc sententiam obseruarunt.

10 *Quando altera opinionum est probabilior, quid possit vel debeat iudex.*

Opinio DD. tenentium posse iudicem tunc ferre sententiam secundum opinionẽ, quã minus probabilem putat; quia imprudenter non agit cum probabili ratione ducatur.

11 Opi-

11 Opinio DD. asserentiũ dicto casu iudicẽ teneri sententiam dicere iuxta opinionem probabiliorem: & quare. & quæ sit verior etiã.

Index à Republica constitutus censetur, vt causas dirimat, pro vt sibi melius & magis congruum rationi videbitur.

12 Confessarius debet absoluere pœnitentem dummodo pœnitens sequatur opinionem probabilem, licet illa confessario videatur minus probabilis.

Confessarius potest amplecti opinionem minus probabilem, & eam pœnitenti consulere.

13 Differentia quæ sit inter iudicẽ fori externi & interni.

Iudicium confessarij in foro pœnitentiæ est iudicium medicinale, nec inter partes, sed inter hominem & Deum.

14 Quando est controuersia an liceat iudici hoc vel illud agere, vt interrogare in tali casu reum, aut testes: tunc potest iudex ex opinionibus probabilibus, minus probabilẽ sequi.

15 Inferior iudex, si opinio, quæ ei minus probabilis videtur, sit in praxi magis recepta, & ideo apud superiores iudices tanquã probabilior censeatur, potest illam sequi, & quare.

16 Augustini Morla opinio improbatur, & eius argumentis respondetur.

17 Traditio Antonini Diana asserentis probabilem esse opinionem DD. tenentium posse iudicem in quæstione iuris iudicare secundum opinionem probabilem, cõmuni & probabiliori relicta; & posse iudicem sine labe peccati hanc sententiã amplecti: & à fortiori posse iudicem ex duabus opinionibus probabilibus, quam maluerit, eligere, & secundum eam iudicare pro amico.

18 In foro exteriori ad vitandã pœnã in syndicatu, debet iudex sequi cõmunẽ opinionẽ, nisi cõmunis opinio possit bonis rationibus & probabilibus argumentis impugnari.

19 Iudicis arbitrio relinquitur, an communis opinio possit probabilib⁹ argumẽtis cõuinci.

20 Leuis & colorata opinio non excusat, sed grauis & probabilis.

21 Iudex qui sequitur opinionem probabilem, etiam si erret, excusatur in syndicatu.

22 Stante conflictu opinionum, iudex etiam potest contra communem iudicare, nec tenetur in syndicatu.

23 Iudex qui contra communẽ iudicat, nõ facit litem suam, si pro se habuerit alicuius insignis Doctoris opinionem.

24 Iudex non subijcitur syndicatui, quod iuxta opinionem probabilem ferat sentẽtiam, probabiliori & cõmuniori relicta.

25 Opinio Doctoris excusat ab expensis.

26 Aduocatus non potest tueri causam aperte iniustam; sed solum quando post sufficientem diligentiã dubia est iustitia.

Dubia tunc est iustitia, quando sunt variæ & contrariæ opiniones.

27 Si varietas opinionum in eo sita est, an liceat aduocato hoc vel illud agere: tunc licet aduocato opinionem etiã minus probabilem sequi.

28 Si circa clientuli ius varietas opinionũ est, & æquè pendet dubitatio in vtramq. partem, integrum est aduocato vtrãlibet partem tueri.

Debet aduocatus clienti varietatem iuris suæ causæ aperire, nec certius illi promittere sententiam, quam debeat.

29 Quando aduocatus causam clientis minus probabilẽ iudicat, an tunc liberum sit aduocato illam defendere, & ita sequi opinionem minus probabilem, sequendo tamen probabilem, & referuntur contrariæ sententiæ DD. & quæ sit verior.

30 Intellectus regulæ c. cum sunt. de reg. iur. in 6. §. cõmodum Inst. de interdic. & ca. inuenis de sponsalib.

31 Opinio affirmatiua in supra proxima quæstione nõ nullis argumẽtis defenditur.

Aduocati officiũ non est definire, sed proponere tantum argumenta iuris & facti pro causa clientis, vt iudex illis expensis sententiam ferat.

32 An in d. quæstione sit admittenda distinctio inter causas grauissimi ponderis & alias minoris momenti.

33 Aduocatus si minus probabilem causam tueatur, tenetur clientem suum

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

admonere de illa minori causæ probabilitate.

34 *Nõ potest aduocatus minus probabilẽ causã clientis sui tueri, quãdo pars illa est parũ probabilis, & in quã raro aut nũquã iudices inclinãt; aliàs tenetur ad restitutionẽ.*

35 *Aduocatus ne de malo consilio teneatur, sufficit si consulat secundum opinionem probabilem.*

36 *Opinio probabilis dicitur non solum ea, quæ multorum auctorum testimonio comprobatur, sed ea quoque, quæ vel vnius vel alterius docti & grauis viri auctoritate munitur, vt in vtroq; foro excuset, vt probari, atq; recipi valeat, quamuis aliorum opinio extet in contrarium.*

37 *Cantiunculæ contra Ciceronem sententia an vera sit.*

SIT NE VERA CICERONIS SENTENTIA, QVI SENTIT NON posse aliud iudicem iudicare de iure, & aliud aduocatum respondere.

QVÆST. III.

1 Laudius Cãtiũcula in tractatu de officio iudicis ca. 3. n. 6. 25. & 26. examinat Ciceronis locũ vbi parait esse periculum aduocati de iure respondentis, & iudicis ex iuris præscripto iudicantis; *neq. enim* (inquit Cicero) *fieri potest vt aliud iudicari de iure, aliud responderi oporteat, nec vt quisquam iuris numeretur peritus, qui id statuat esse ius, quod non oporteat, iudicari.* & cum Cicerone concordare videtur Speculator dum asserit male consulentem non minus facere litem suam, quam male iudi-
2 cantẽ. Distinguit ergo Cantiuncula, nam vel ius est certũ, vel est variũ & controuersum. Primo casu de iure certo respondens aduocatus, per inde litem suam facit atque iudex contra ius apertum pronuncians: secundo autẽ casu non sic: quia iudicis est semper in causis verũ sequi; patroni nõnũquã verisimile, ex Cicerone li. 3. officiorum ca. 16.

Ego vero vt articulus iste nõ vtilis so- 3
lũ, sed sũmopere necessarius, clarior pateat, sequentẽ constituo super iure vario & controuerso differentiam inter iudicẽ & aduocatum & in foro exteriori & in interiori animæ.

Quo ad iudicem in ijs quæ sunt con- 4
uersi iuris partium, inter quas lis agitatur (non loquor in ijs quæ sunt facti quia scilicet vtraq. pars factum seu intentum suum testimonijs & instrumentis æque probabilibus probet, aut altera minus, nã hoc supra par. 1. quæst. 4. discussimus) vel vtraq. opinio æque probabilis est, vel altera probabilior. Primo casu, quando vtraq. opinio æque probabilis est, aliqui quorum meminit licet eos non nominet Pater Filliuci. tomo 2. quæstion. moral. tractatio. 21. cap. 4. num. 145. asserunt tunc iudicem debere componere litigantes. quod probabile esse dicit ibi Filliucius. Et Bañes 2. 2. quæst. 63. artic.

tic. 4. dubio 1. circa solutionem ad 2. censet non dari tunc iudici electionem sed teneri vel litigantes componere vel diuidere rem inter ipsos, vel si fuerit indiuisibus, diuidere partem fructuum, & ita quoque tenet ac defendit ex nostris Antonin. Thesaur. dec. 89. à num. 1. ad 4. tunc iudicem debere rem diuidere inter litigantes vel eos ad concordiam cõpellere & ita fecisse ait Senatum Pedemontanum. Alij tamen Doctores tenent 5 verius & probabilius esse licere dicto casu iudici quam maluerit opinionem eligere & secundum eam iudicare; imò cessante scandalo, nunc secundum vnam, nunc secundum aliam: quia ex vi officij sui & iustitiæ distributiuæ non magis vni quam alteri id iudicij fauorabilis bonum debet: sicut inter duos æque dignos beneficio, datur optio. Nec obstat rem esse diuidendam, quando æquales sunt ex parte facti probationes; quia hæ se tenent ex parte causæ & sunt propria media, quibus ea decidenda est: at opinionum diuersitas se ex parte iudicis tenet, qui cõmuni bono prospicere & eligere opinionem secundum quam iudicet, debet. ita expresse tuetur & tenet ac veriorem dicit Thom. Sanchez tom. 1. oper. moral. lib. 1. cap. 9. n. 45. & ante eum tenent Metina 1. 2. q. 19. art. 6. concl. 2. Salon 2. 2. q. 63. art. 4. contro. 2. concl. 1. Valentia 2. 2. disput. 5. q. 7. punc. 4. dub. 3. Manuel 1. to. Sum. in 2. edit. c. 6. num. 1. concl. 1. Say. in claui reg. li. 1. c. 11. à nu. 4. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. vnic. sect. 12. n. 115. Petr. de Ledes. 2. to. Sum. tractat. 8. c. 22. post 11. concl. diffic. 1. & licet non ita clare Soto li. 3. de iust. q. 6. art. 5. ad 4. & post omnes prædictos defendit & probabiliorẽ ac communem DD. vocat Filliuc. qui supra in d. ca. 4. n. 144. & 145. vbi subdit permitti iudici dicto casu, vt dictũ est, variare, dummodo non solum absit scãdalum, sed etiam priuata simultas siue odium & inimicitia in alteram partium. Animaduertit Sanchez vbi supra quod 6 quando iudex cum scandalo nunc iuxta vnam opinionem, nunc iuxta alteram iudicaret, peccaret vtique: at restituere non teneretur, quia nihil contra ius partium agit.

Hieronym. Ceuallos prac. qq. cõmun. 7 cons. commun. in præfatio. n. 104. tenet & defendit, quod quando duæ opiniones communes in iure sunt, vna pro actore & altera pro reo; potest iudex ferre sententiã pro amico, & gratificationi locus erit tam in foro exteriori quam in interiori animæ. intelligo hunc Doctorem loqui quando vtraq. opinio æque probabilis est. Eodem modo intelligo Meno- 8 chium de arbitra. iudic. lib. 2. casu 177. n. 7. vbi allegat Innocent. Anchar. Deci. Curti. Iun. Boeri. Neuizan. & Crauet. tenentes iudicem posse ad libitum, quam velit opinionem sequi, etiam propriam, quando magnus est opinionum conflictus. Non dissentio à Menochio de retin. possess. remed. 3. nu. 767. vbi post Nauarrum opinatur apud Deum non esse tutũ iudicem illum, qui opinionum varietate confisus pro amico (volens ei gratificari) sententiam fert: debet enim veritatem indagare & in eam partem inclinare, in quam ratio illum trahit. plures ad opinionẽ Menochij allegantur DD. in præfatio. ad decisiones don Ludouici à Peguer. to. 2. n. 7. & per Cened. qui eam sequitur in collec. 134. n. 2. p. 2.

In dicto primo casu quando scilicet v- 9 traq. opinio æque probabilis est, valde expedit Reipub. & eius pacato & tranquillo regimini & ad inuidias & simultates vitandas quod seruetur prior opinio, id est quod res diuidatur vel partes ad cõcordiam cõpellantur, & ita existimo nostrũ Regium Senatum seruaturũ, sicut & ita seruauit Senatus Neapolitanus teste Afflic. dec. 149. in fi. & Pedemontanus teste Antonin. Thesaur. dec. 89. n. 1. & dec. 101. n. vlt. & Rota Romana teste Stepha. Gratiano discep. forens. tomo 1. capite 72. numero 46. & ego seruarem. conducit elegans textus in capite iudicet 3. quæstione 8. ibi. *bonus index nihil ex arbitrio suo facit, & ex proposito domesticæ voluntatis, sed*

iuxta leges & iura pronunciat, statutis iuris obtemperat, non indulget propriæ voluntati.

10 Secundo casu quando altera opinionum est probabilior, licet quidam affirment posse iudicem ferre sententiam secundum opinionem, quam minus probabilem putat, quia nec temere nec imprudenter agit, vtpote qui ratione probabili ducitur, sicq; teneant Metina, Aragon, Salon, Petr. de Ledesma, Sayr. & Salas quos citat Thom. Sanches in dicto capit. 9. num. 46. & aliquibus allegatis Doctoribus censeat ex nostris acerrimus huius opinionis per plures rationes defensor Augustin. Morla in empor. iur. parte 1. titu. 2. q. 5. n. 7. & seqq. & hanc opinionem Sanchez vbi supra num. 47. & Filliu. in dicto cap. 4. n. 146. probabilem
11 esse fateantur: Attamen verius & probabilius est iudicem dicto casu teneri sententiam dicere iuxta opinionem probabiliorem; quia cum ipse à Republica iudex constitutus sit, hoc ipso, iudicio ipsius committitur, vt causam illam dirimat, pro vt ei melius & magis congruum rationi videbitur: & hoc ipso quod à Superiore pro iudice positus est, committitur illi definitio causæ pro vt melius ei videbitur secundum rationem: quare si iuxta aliorum opinionem minus ei probabilem, sententiam ferret, non tam ipse, quam alij iudicarent. & ita tenent Vazquez 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 64. cap. 2. num. 5. Sotus lib. 3. de iust. & iur. q. 6. artic. 5. ad. 4. Valentia 2. 2. disput. 5. quæst. 7. punc. 4. dub. 3. Bañes 2. 2. quæst. 63. art. 4. dubio 1. Manuel 1. tom. Sum. in 2. editio. c. 6. n. 1. concluſ. 1. Ledesma 2. p. 4. q. 54. art. 6. latè Sanchez in dicto c. 9. nu. 47. vbi hanc se probabiliorem iudicare ait, Filliuc. in dicto cap. 4. n. 144. vbi hanc asserit esse communem DD. & eam videtur supponere Azor. tom. 1. lib. 2. instit. moral. cap. 17. quæst. vltima, alios ad hanc sententiam citat Morla in d. quæst. 5. à n. 2. & rursus n. 14. & 16. vbi ex nostris allegat Sylvestrum & Burgũ de Paz. tenet hanc pluribus citatis Menochi. de præsumpti. libro 2. præsump. 71. nu. 38.

Non obstat argumentum de confes- 12
sario qui debet absoluere pœnitentem, dummodo pœnitens sequatur opinionẽ probabilem, licet illa confessario videatur minus probabilis, ex Soto in 4. distin. 18. q. 2. artic. 5. ad 5. & alijs communiter, & potest amplecti opinionem minus probabilem, & eam pœnitenti consulere ex Sanchez in d. cap. 9. numero 22. Vazquez 1. 2. quæst. 19. art. 6. disp. 63. c. 1. in initio, & tamen confessarius est iudex in foro conscientiæ, in quo argumento valde fundatur Morla d. q. 5. num. 13. Nam respondet Sanchez in d. c. 9. n. 22. 13
latum esse discrimen inter iudicem fori externi & interni, quod ille sit iudex inter partes, & ita constituitur à Republica vt secundum id quod magis æquum reputat, sententiam ferat; at hic est in pœnitẽtiæ iudex, quod iudicium est medicinale, nec inter partes, sed inter hominem & Deum: quare sat est confessario sicut Doctori consulto efficere vt in ordine ad Deum consulens rectè componatur, quod præstant dum opinionẽ probabilem in consulendo sequuntur.

Quod diximus iudicem debere sequi 14
opinionem probabiliorẽ, non loquimur quando est controuersia an liceat iudici hoc vel illud agere, vt interrogare in tali casu reum aut testes, tunc enim licet iudici ex opinionibus probabilibus opinionem minus probabilem sequi, & bene notant Vazquez 1. 2. q. 19. art. 6. disp. 64. ca. 2. initio, & Sanchez in d. c. 9. num. 43 Sed difficultas fuit in ferendis sentẽtijs, quando opiniones versantur circa ius partium inter quas lis agitatur.

Denique quod firmauimus iudicem 15
debere amplecti probabiliorem opinionem, limitant Vazquez in d. c. 2. n. 6. Sanchez in d. c. 9. n. 47. Filliuci. vbi supra in d. c. 4. n. 146. asserẽtes quod eo tamẽ casu quo esset inferior iudex & opinio quæ ei minus probabilis videtur, esset in praxi magis recepta, & propterea apud superiores iudices, tanquam probabilior censeretur, posset eã sequi, ne si contrarium

trari ſequatur, ea deinde à ſuperiore iudice reuocentur.

16 Ex dictis infertur minus verã eſſe opinionem Auguſtini Morla in empor. iur. par. 1. tit. 2. q. 5. num. 7. & 16. vbi tenet iudicem in iudicando poſſe ſequi opinionem minus probabilem, & num. 30. vbi concludit non ſolum quando opiniones ſunt æque probabiles, ſed etiam quando non ſunt æque probabiles, licere iudici, excluſo ſcandalo, ferre ſententiam, nunc ſecundum vnam, nunc ſecundum aliam partem. Noluit iſte Doctor conſtituere differentiam aliquam inter iudicem & conſultorem, neque in tota prædicta ſua quæſtione 5. vllam diſcriminis rationem inter illos præſenſit, atq. ideo plura huius auctoris argumenta procedunt, & plures DD. auctoritates per ipſum adductæ loquuntur in conſultore, quem ſuo loco latè tradimus poſſe ſequi opinionẽ mi-
17 nus probabilem. Nouiſſimè vidi hanc quæſtionem apud Patrem Antoninum Diana reſolutio. moralium p. 1. tractat. 13. reſol. 3. vbi pro vtraq. parte plures allegat Doctores vltra ſupra à P. Thoma Sanchez citatos, & reſoluit probabilẽ eſſe affirmatiuã ſententiã poſſe iudicẽ in quæſtione iuris iudicare ſecundũ probabilẽ opinionem, communi & probabiliori relicta, & aſſerit ſine labe peccati poſſe iudicem prælibatam ſententiã affirmatiuam amplecti, & à fortiori infert integrũ eſſe iudici ex duabus opinionibus probabilibus, quam maluerit eligere & ſecundum eam iudicare, pro amico; imò ceſſante ſcandalo, nunc ſecundum vnam, nunc ſecundum aliam.

18 In foro exteriori ad vitandũ pœnam in ſyndicatu, quamuis ex frequentiſſima noſtrorũ traditione verũ ſit iudicem ſequi in iudicando debere communem opinionem per l. 1. & ibi Bald. ff. de offic. quæſto. Felin. in c. 1. de cõſtitut. Paul. de Caſtro in l. vlt. C. de inſtit. & ſubſtit. Canoniſtæ in c. ne innitaris de conſtitut. late Cathelian. Cotta in memoralib. verbo *Opinio*, Hieronim. Ceuallos pract. qq. commun. con. commun. in præfatio. numero 16. & ſeqq. & numero 30. & ſeqq. Menoc. de arbitr. lib. 2. caſu 339. n. 21. vbi plures citant: tamen hoc limitatur niſi communis opinio poſſit bonis rationibus vel probabilibus argumentis impugnari ſeu conuinci, laſo. in auth. nouiſſima C. de inofficios. teſtam. & in l. vt vim ff. de iuſt. & iur. Cathelia. Cotta vbi ſupra, Auguſti. Morla in d. quæſtio. 5. num. 6. Ceuallos vbi ſupra numero 40. Menoc. vbi ſupra numero 21. vbi addit 19
iudicis arbitrio relinqui an communis opinio poſſit probabilibus rationibus conuinci, Bouadill. in politic. tomo 2. lib. 5. capite 3. numero 28. Sic Paris de Pute. 20
de ſindicat. in verbo, *Iudex male iudicans* ait quod leuis & colorata opinio non excuſat, ſed grauis & ponderoſa. Et Bur- 21
gos de Paz in proœmio legum Tauri n. 163. aſſerit iudicem qui ſequitur opinionem probabilem, etiam ſi erret, excuſari, & hoc confirmatur in cap. ſacro de ſenten. excom. ibi, *niſi forsitan errauerit ex cauſa probabili*. Inde quoque Gomez 22
in capite 1. de iudicijs in 6. numero 55. & ſeqq. afirmat ſtante conflictu opinionum, iudicem etiam poſſe contra communem iudicare nec teneri in ſindicatu. Et Ceuallos qui ſupra numero 18. do- 23
cet iudicem qui contra communem iudicat, non facere litem ſuam, ſi pro ſe habuerit alicuius inſignis Doctoris opinionem. Denique Pater Dia- 24
na reſ. mor. parte 1. tractat. 13. reſol. 3. tenet ac defendit iudices non ſubijci ſyndicatui, quod iuxta opinionem probabilem ferant ſententiam, probabiliori relicta & communiori. Iuuat quod ſcribit Gratianus diſ. forenſ. tom. 25
3. capite 524. numero 52. opinionem Doctoris excuſare ab expenſis.

Quo ad aduocatum imprimis aſſe- 26
rendum eſt eum tueri non poſſe cauſam apertè iniuſtam, ſed ſolum quando poſt ſufficientem diligentiam dubia eſt iuſtitia, Nauar. capite 25. num. 28. Vazquez diſp. 64. c. 1. & poſt Ang. & Syl. & alios Vincentius Filliu. to. 2. quæ-

stion. moral. tractatio. 21. cap. 4. num. 142. qui tunc ait dubiam esse iustitiam, quando sunt variæ opiniones & contrariæ.

27 Quando autem iustitia dubia est, si quidem varietas opinionum in eo sita sit, an liceat hoc vel illud aduocato agere, vti supra de iudice diximus: tunc licet aduocato opinionem etiam minus probabilem sequi, vt facile concludit Tho. Sanchez tom. 1. oper. moral. lib. 1. cap. 9. num. 49. & antea bene notauit Vazquez 1. 2. quæstio. 19. art. 6. disput. 64. ca. 1 init.

28 Sed si circa sui clientuli ius varietas opinionum est, constituo duos casus. Primus quoties æque pendet dubitatio in vtramq. partem, qua res vel in iure vel in facto æque dubia est & æquali probabilitate fulta, & tunc integrum est aduocato vtramlibet partem tueri, quia ius vtriusq. æquale est. ita docent S. Antonin. 3. par. tit. 6. cap. 2. §. 14. Sotus de iust. & iur. quæst. 8. art. 3. Nauar. cap. 25. num. 28. in fum. Azor tom. 1. lib. 2. instit. moral. capite 17. q. vlt. Leonar. Lesi. de iust. & iur. lib. 2. cap. 31. dubi. 9. num. 51. Burgos de Paz in procem. legũ Tauri. n. 409. & seqq. Gutier. qq. canon. lib. 1. cap. 13. nu. 24. idem Gutier. prac. qq. lib. 1. q. 26. num. 2. Emanuel Rodriguez in sum. c. 2. n. 1. & alij innumeri quos citat & sequitur Sanchez vbi supra in d. ca. 9. nu. 51. dummodo aduocatus clienti veritatem iuris suæ causæ aperiat, nec certius illi promittat sententiam quam debeat.

29 Secũdus casus est quãdo aduocatus causã clientis minus probabilẽ iudicat, & tunc licet aliqui quos refert Sanchez in d. c. 9. num. 52. inter quos est Burgos de Paz in procem. legum Tau. n. 421. distinguant inter causas sanguinis, aut honoris aut ciuiles maximi momenti vt de omnium bonorũ possessione & causas ciuiles minoris momenti; & distinguat et ã Gutier. prac. qq. li. 1. q. 27. inter causas ciuiles & criminales: tamen verius est relicta ista distinctione siue distinctionibus, liberum esse aduocato, causam sui clientis minus probabilem, seu quam minus probabilem iudicat, defendere & ita sequi opinionẽ minus probabilẽ iuris vel facti, dummodo probabilem sententiam sequatur. sic tenent & impugnando dictã distinctionem tuentur Vazquez 1. 2. q. 19. artic. 6. disput. 64. c. 1. n. 3. Salas 1. 2. q. 21. trac. 8. disp. vnic. sectio. 11. n. 103. & 104. Sayr. claui regia lib. 1. c. 11. num. vltimo, Azor to. 1. li 2. instit. moral. c. 17. q. vlti. Sãchez qui supra in d. c. 9. n. 53. docent etiã Leonar. Lesi. de iust. lib. 2. c. 31. dubi. 9. n. 53. Filliuc. qui supra in d. 4. n. 142. qui respondet ad regulam, quod cum sunt partium iura obscura, fauendum sit potius reo quam actori, de qua in c. cum sunt 11. de reg. iur. in 6. & ad regulam quod in dubio melior sit conditio possidentis, de qua in §. commodum Inst. de interdic. ex quibus regulis videbatur constituenda differentia inter partes actoris & rei atque inter partes possessoris & non possidentis. & eisdem regulis atque regulæ quod tutior pars in dubijs sit tenenda, de qua in c. iuuenis de sponsa. respondet Azor vbi supra d. c. 17. quæst. 12. & vltim. 30

Rationes quibus præfata opinio nititur in obscuro non sunt nam aduocati officium non est definire, id enim iudicis est, sed proponere tantũ fundamenta iuris & facti & rationes, quæ facere possunt pro causa clientis, vt iudex ijs expẽsis sentẽtiã ferat. Fieri autẽ potest, vt quæ aduocato videtur minus probabilis, iudici probabilior appareat. Vt ergo quilibet ex collitigantib⁹ hoc casu proponere potest iudici, quæ suæ parti fauere censentur; quia iuste litigare potest, nec imprudenter agit vtpote qui ratione probabili ducitur: ita poterit aduocatus in ea causa minus probabili patrocinari. Nec videtur sustineri posse prædicta distinctio inter causas grauissimi ponderis & alias minoris momenti; quia si in illis non licet aduocato minus probabilẽ partẽ tueri, neq. licebit in his, licet minus graue peccatũ cõmitat. & specialiter has rationes & fundamenta perpendunt Sanchez & Filliucius locis supra citatis. 31 32

Asserit

33 Asserit tamen Sanchez num. 53. teneri aduocatum admonere clientem suum de illa minori suæ causæ probabilitate,
34 & num. 54. istam opinionem quod possit aduocatus minus probabilem causam tueri, limitat nisi pars clientis sit parum probabilis & in quam raro aut nunquam iudices inclinant, quia tunc reus iniustitiæ ac subinde restitutioni obnoxius esset patronus causam illam tuens. quod etiam docent Salas qui supra n. 104. & Salon à Sanchez citatus.

35 Ex nostris Soto mayor de tertijs cap. 9. num. 49. verſic. *Tertio denique.* docet multis citatis DD. quod ne aduocatus de malo consilio sue de excessu in consulendo tenetur, sufficit si consulat secundum opinionem probabilem. & idem
36 Soto mayor de tertijs cap. 12. num 39. in numeris allegatis obseruat opinionem probabilem dici non solum eam, quæ multorum auctorum testimonio comprobatur; sed eam quoque, quæ vel vnius vel alterius docti & grauis viri auctoritate munitur, vt in vtroque foro excuset, vt probari atque recipi valeat, quamuis aliorum opinio extet in contrarium.

37 Tandem ex his (vt finem quæstionis cum ipsius initio coniungamus) constat Cantiunculam contra Ciceronem non malè loquutum esse dum inquit, iudicis esse semper in causis verum sequi, patroni nonnunquam verisimile.

EX QVÆST. IV.

SVMMARIVM.

1 *PRæsentia assessoris pro consilio reputatur.*

Iudices qui vident fieri iniustitiam, debẽt resistere, & quantum possunt protestari contra Prætores: alias in syndicatu ex sola taciturnitate tenentur.

2 *Quid in illis officialibus, qui ad id quod est mœri facti, deputantur, nec ad consilia requiruntur.*

3 *Assessor cum viderit Potestatem contra ius agere, debet apud acta protestari.*

Non solum punitur iudex, qui appellationi non detulit, sed etiam eius assessor, nisi apud acta contradixerit.

4 *Vbi aliquis vocatur vt consentiat, vel contradicat; si est postea in actu præsens & tacet, habetur pro consentiente.*

5 *Si in Vniuersitate, Capitulo, vel Senatu, aut Collegio aliquid tractetur, sciẽtes & præsentes si nihil dicãt, cõsentire præsumuntur: ideoque si aliquid damnosum Reipub. vel turpe deliberetur, pœna delicti tenentur, sicut expresse consentientes.*

6 *Si assessor non vult stare, & recedit, cum non potest Potestati libere consulere, excusatur.*

7 *Fallit item quando assessor suscribere deberet, vel de assessoris consilio constare debere cum instrumento.*

8 *Vbi requiritur expressus consensus, nunquam videtur consentire tacens, nec sufficit præsentia consentire debentis.*

9 *Si Magistratus est Iurisperitus, non tenetur Assessor protestari: sed imputari debet Magistratui, si faciat contra legem.*

Quid si magistratus non esset Iurisperitus, esset tamen res, de qua ageretur, in qua non posset cadere dubium.

10 *Subditus Superiorem corripere, & accusare non tenetur: nec ei sine rubore resistit.*

11 *Quid si Potestas præciperet assessori, vt aliquid contra ius faceret.*

Iudex potest resistere litteris Principis continentibus iniustitiam.

Si iudici præsentetur rescriptum contra ius supersedere debet, & Principi rescribere.

12 *Officiales potestatis debent resistere sibi iniustè facienti.*

Subditi debent resistere Prælato male agẽti.

13 *De conscientia & officio & officialiũ ministrorum contra mandata & præcepta Superioris iniusta seu inhonesta, remissiuè.*

14 *An in dubio assessor præsumatur præsẽs vel absẽs, & an sciens vel ignorãs, quãdo suus Præses iniustitiam ministrauit.*

15 *Aduocati quando plures pro aliquo stã-*

mul negocio consuluntur, quando tacentes cæteris consentire seu assentiri censeantur.

16 Quando Concilium Vniuersitatis aliquid illicitum determinat; illi qui sunt de Concilio, & puniri nolunt, tenentur expresse contradicere.

17 In quouis Capitulo & conuentu quicũque eius pars sit, si quid contra cõmunem Vtilitatem proponatur, libere loqui tenetur, & resistere; aliter peccat. & nu. 18.

18 Consiliarij cum ad hoc assumpti sint, vt rectè consulant: tacentes consentiur approbare id quod agitur.

19 Opponuntur duo in contrariũ argumẽta.
Frustra niti & odium quærere dementia est.
Superbum videtur proprium iudicium iudicio multorum præferre.

20 Respondetur prædictis contrarijs argumentis.

21 In iudicijs aduocati tacentes, & non opponentes habentur pro consentientibus.
Quando quis tacite censeatur approbare sententiam contra ipsum latam, & appellationi renunciare: & alij plures casus huiusmodi referuntur remissiue.

22 Si quis patrem, consanguineum, aut domesticum in testem produxit; pars altera nõ opponẽs censetur remittere omnes exceptiones, quæ per eius cõsẽsũ tolli possũt.

23 Si didiscitis testificatis, recipiantur noui testes, parte non opponente plene probant.
Cautela vt partis præsentia adnotetur in actis per notariũ, vt cõstet de illaũ cõsẽsu.
Notario assertio probat præsentiam partis.
An sufficiat generalis contradictio partis vel requiratur specialis.

24 Assessor tradens apostolos quales de iure tradendi sint, appellationi deferre censetur. & declara vt n. 25.
Secus si respondeat, non admittere appellationem, nisi si & in quantum de iure admitti debeat.

25 Si iudex à quo admittat appellationẽ cum clausula, si & in quantum: tunc si ius nõ defert, non abdicat ille à se iurisdictionẽ.

26 Iudex primitiuus si simpliciter apostolos dederit appellanti, ne q; de quib° senserit, expresserit, censetur appellationi deferre.

27 Iudex primitiuus infra triginta dies apostolos dare debet: & an iste terminus currat à die latæ sẽtẽtiæ vel illati grauaminis, an vero à die appellationis emissæ.
Quid in Curijs Ecclesiasticis in Prouincia Tarraconæ.
Quid in Cathalonia in Curijs secularibus tã circa tradendum apostolos, quã circa respondendum alijs requisitionibus extraiudicialibus constitutum sit.

28 Iudex infra terminum sibi à iure præfixũ ad dandum apostolos, si taceat, & requisitus nullos tradat apostolos, an censeatur deferre appellationi.

29 Iudex in sententia victum victori in expensis non condemnans, nec ab expẽsis absoluens; tacite videtur victum absoluere.

30 Intellige quando expensæ veniunt officio iudicis: secus si veniunt iure actionis vel promissionis, vel condictione ex lege quia tunc poterit postea victor petere, vt victus condemnetur in expensis.

31 Item intellige, si expensæ fuerant petitæ.

32 Si iudex in expensis condemnauit, condẽnatus supplicauit, & in causa supplicationis commutando sententiam primitiuã, dictum sit quod vtraque pars suas soluet expensas; an pars quæ prius fuit in expensis condemnata, censeatur absoluta ab expensis primæ instantiæ.

33 Iudex appellationis cõfirmãdo sentẽtiam, & simpliciter condẽnando victũ in expẽsis, intelligitur tantũ de expensis eius instãtiæ, si à iudice primitiuo fuit expresse absolutus ab expẽsis: secus tamen si primus iudex omisit condemnationẽ expensarũ.

34 Iudex primitiuus aliquando partẽ ab expensis absoluit cum clausula, quatenus acquiescat sententiæ.
Sic absolutus, tacite censetur in expensis condemnatus, si appellet, & appellationis causam prosequatur.

35 Iudex maiorem pœnam cõminando, tacite videtur à minori recedere. & n. seqq.
Vnum delictum ob aliud delictum nõ minuit pœnam.
Si vnum sit delictum, licet plures inobedientiæ, vna tantum pœna exequi potest.

36 Vnum factũ reputatur, quod fit vno contextu.

Si

Si quis pluries vno impetu aliquem vulneranit & occidit, tenetur solum de occiso, non de vulnerato.

Secus si fuerint diuersæ species delinquendi vt si primum rapuit, & postea interfecit.

37 *Si contumax parnit vltimo banno, in nullo punitur & quare.*

38 *Quid quando petitur exequi pro prima banno & secundum imponi. & quid secundum praxim iudiciorum Cathaloniæ.*

Quid seruetur ex æquitate.

QVANDO ASSESSOR AVT ADVOCATVS TACENDO CONsentire censeatur,

QVÆST. IV.

COmmunis est Scriptorum traditio, præsentiã assessoris pro consilio reputari l. quoniã iudices vbi Bald. C. de appellatio. l. omnes 1. nom. de decurio. li. 10. C. Bossi. in tit. de senti. num. 27. vbi ait quod iudices quiuidẽt fieri in iustitiã, debent resistere quantum possunt & protestari contra Prætores; quia etiam ex sola taciturnitate in syndicatu tenentur. & n. 30. vbi notat quod assessor tenetur de iniustitia Prætoris nisi protestetur. Angel. de malefic. in verb. *de consensu* n. 3. & 4. vbi quod officiales qui adhibentur ad cõsulendum, si fuerint præsentes, tenentur de iniustitia facta per Rectorẽ siue Præsidem suum, si non contradicunt. & sentit contrarium in illis officialibus, qui ad id quod est mæri facti deputantur nec ad consilia requiruntur vt sunt notarij & birruarij, istos enim dicit nõ teneri quia Superiori resistere sine dedecore nõ possunt, & ideo resistere non tenentur. Pute. de syndicat. inverb. *Assessor* n. 12. vbi quod assessor cum viderit Potestatem contra ius agere, debet apud acta protestari. & in verb *appellatio*. nu. 7. 8. & 14. vbi quod non solum punitur iudex qui appellationi non detulit l. à proconsulibus C. de appellatio. sed etiam eius assessor, nisi cõtradixerit apud acta. Auiles in capit. Prætor. capite 1. numero 31. & sequentib. vbi quod assessor non solum tenetur de malo consilio expresso, verũ etiam de tacito quia si Potestas facit iniustitiã, assessor puniri debet nisi protestetur & ei cõtradicat apud acta. Portoles. in scholijs ad Molin. §. assessor n. 4. Cat. l. de sindica. n. 23. Deci. in rubr. de officio assessoris. n. 3. Ratio assignari potest, quia vbi aliquis vocatur vt consentiat vel contradicat, si est postea in actu præsens & tacet, habetur pro consentiente. & ita post plures DD. tradit Felin. in capite norne de præsumptio. num. 18. vbi regulam c. qui tacet de reg. iur. libro 6. copiose declarat. Hinc Ioseph. Mascard de probatio. vol. 3. concl. 1219. numero 24. & 25. docet quod si in Vniuersitate, Collegio, Capitulo vel Senatu aliquid tractetur, scientes & præsentes etiam si nihil dicãt, consentire præsumuntur. Vnde infert ac probat quod si in aliquo Collegio vel Capitulo aliquid dãnosum Reipub. aut turpe deliberetur, tacentes,

præ-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

præsentes q. ita tenentur pœna delicti, ac si expræsse consentirent.

9 Limitat Pute. qui supra in verb. *assessor* n. 12. docens quod tamen si assessor nō vult stare, & recedit, cum non potest Potestati libere consulere, excusatur ex Bald. in auth. omnino C. de actio. & obligat. in materia represaliarum vbi hoc dicit de illo qui recessit & noluit consentire quod non tenetur.

7 Limitari quoque posse existimo eo casu quo assessor subscribere deberet vel de assessoris consilio constare deberet cum instrumento ex traditis per Portol. vbi supra numero 4. vbi quia in suo Regno ex for. vnic. de assesso, constare debet de consilio assessoris ex processu vel instrumento; ait ex hoc forsan teneri posse in eo Regno doctrinā, de qua

8 agimus, non procedere. Hæc limitatio confirmari potest ex eo quod vbi requiritur expressus consensus, nunquam videtur consentire tacens; quia si exigitur expressus consensus, non sufficit tacitus, neq. præsentia consentire debentis. ita glo. in capite 1. & ibi Geminia. de reb. Eccl. non alien. lib. 2. & in c. inquisitores de hæretic. eod. lib. & in c. prælatis de homicid. in 6. glo. in c. statutum §. in nullo verb. *expressus*. de rescrip. in 6. Ioan. Gutier. in repet. l. nemo potest n. 317. de legat. 1. iuuat Iacob. Cancer. var. p. 2. c. 1. n. 85.

9 Limitat etiam Auiles vbi supra n. 33. & intelligit assessorem debere præfatam protestationem vel resistentiam facere, quando Potestas non est peritus, secus si est Iurisperitus: quia tunc inquit non teneri sed imputari debere Potestati si faciat contra legem, quia asserit se peritum ex Salicet. in l. fin. C. de pœna iudi. qui malè iudi. & Philip. Decio cons. 8. vbi ita tenet. Qua ratione idem intelligerem si Potestas non esset Iurisperitus, esset tamē res de qua ageretur, in qua non posset cadere dubium, & naturali ratione sine legibus clara & certa; quia tunc eadem

10 ratione assessor excusari posse videtur. Nā subditus Superiorem corripere & accusare non tenetur ca. non est à plebe 2. q. 7. ca. quamuis in fin. c. maiorum c. in sancta 2. q. 7. c. cum inferior de maior. & obed. cum ibi not. Conducit & ea ratio quam superius ex Angel. de malefic. in verb. *de consensu*. nu. 4. tradidimus, quoniam hoc casu sine rubore non posset assessor Potestati resistere. Aliud censeo si Potestas assessori præciperet, vt aliquid faceret quod contra ius esset, quia iudex potest resistere litteris Principis continē tibus iniustitiam l. rescriptis de precib. Imperat. offeren. & in auth. vt deter. sit nume. cle. in prin. Et si iudici præsentetur rescriptū cōtra ius, supersedere debet & Principi rescribere, vt not. in l. si quādo de rescin. & in l. si vendicari de pœnis. Et officiales Potestatis debent resistere sibi iniustè facienti l. omnes & ibi glo. in verb. *liberam*. de decurio. lib. 10. C. & subditi debent resistere Prælato male agenti l. quoniam C. de appellatio. & in auth. quomodo oport. epis. §. fin. I. prohibitum de iur. fisc. Paris de Puteo de syndicat. in verbo, *Resistentia* numero 6. & 7. Pro conscientia & officio officialium & ministrorum contra mandata & præcepta Superioris iniusta seu inhonesta & non præcipienda vel quæ huiusmodi ipsis videntur, latè & accuratè P. Io. Marquez de Christiano gubernatore par. 1. ca. 10. vbi præsertim quatenus teneantur resistere, contradicere vel se opponere istis mandatis & præceptis. & ego fusè scripsi p. 1. q. 7.

Quæro an in dubio assessor præsumatur prçsens vel absens, & an sciens vel ignorans, quando suus Præses iniustitiam administrauit. Cogitandū hoc relinquit Bart. in suo tractat. represal. quçst. 2. sed Angel. qui supra de malefic. in verb. *De consensu*. tenet ex facti qualitate & iniustitiæ ac personæ præsumi quod fuerit præsens vel absens, sciens vel ignorans, nā (vt declarat) si factum fuit valde agitatū in curia & publice sciebatur, præsumitur quod etiam assessores sciuerint, & quod etiam, cum vt plurimum in Palatio reclusi sint, ipsi fuerint præsentes, arg. glo. in

l. tu-

l.tutor C.de peric.tutor,alias autem præsumitur ignorantia vel absentia, cum sit in facto Præsidis & sic in facto alieno vt in l.fin.ff.pro soci.

15 Ex doctrina Felini & Mascardi superius citata infero ad aduocatos quando tacite consentire censeantur;nam si plures aduocati simul pro aliquo negocio cõsulantur vt in domo Ciuitatis Barcinonę & in domo Deputationis huius Regni frequenter contingit, & illi negocium inter se conferant,alij nimis clament, alij taceant nimis;demum res palam in conuentione illorum apud ipsos resoluatur, quibusdam tacentibus nec contradicentibus,& resolutio referatur, perinde cõsentire & resolutioni assentiri dicentur

16 isti tacentes atq. cæteri.Iuuat quod tradit Nicola.Lofæus de iur. Vniuersitat.p. 1.c.3.n.98.quando Concilium Vniuersitatis aliquid illicitum determinat, eos qui sunt de concilio & puniri nolunt, teneri expresse contradicere: & *Albert. Brunus* cons.28. num.11.lib.1.vbi subdit quando Vniuersitas punitur,eos qui cõ-

17 tradixerunt,puniendos nõ fore. Confert & Abbatis atq. Innocentij auctoritas in c.1.de his quæ fiu. à maior. par. c. qui aperte docent in quouis capitulo & conuentu quicunque eius pars sit,ita obligatum esse,vt cũ aliquid proponitur, quod sit contra communem vtilitatem, libere loquatur, totisq. viribus quantum in eo

18 sit,resistat,aliter autem peccare. Eleganter Pater Hieronymus Platus è Societate Iesu in tractatu quem edidit de dignitate & officio Cardinalium c.28.de sententia in consistorio dicenda,loquens de consiliarijs Principis ex quodam Gondissaluo de Car. q. 5. ait quando vident aliquid tendere in perniciem Reipublicæ, vel alias esse iniustum,tacere non debere,sed expresse contradicere,alioquin peccare. nam cum ad hoc assumpti sint (inquit) vt recte consulant, tacentes hoc casu censentur approbare id quod agitur, & error cui non resistitur,approba-

19 tur.Is idem ex quodam Hieronymo Albano de Car. q.10. argumenta in contrarium affert & soluit,dictã confirmans sẽtentiam. Primum quod cum maior pars consiliariorum contra sentit, frustra iam dissentiatur;itaq. valere hic illud dictum videatur.*Frustra nititur & odium quærere dementia magna est.* Secundum,quod possit, fortasse etiam debeat vnusquisque id rectum ac bonum putare,quod placuit maiori parti:superbum enim & arrogans videtur, vt audeat aliquis suum iudicium, aliorũ tam multorum iudicio præferre. Sed respondet, & imprimis ad primum 20
quamuis maior pars consiliariorum aliter sentiat, potius sperandum esse alios etiam veritate audita suam mutaturos sẽtentiam, quoniam ea veritatis vis est, vt denique omnia vincat. Ad secundum dicit verum esse posteaquam quid tu sẽtias & quare sentias exposueris: nam si his auditis nihilominus plures in contraria parte fuerint, tum vero decet ita existimare, potius decipi paucos quam multos.

In iudicijs aduocati tacentes & non 21
opponentes habentur pro cõsentientibus l.i.de ferijs c.2.de accusatio. iuuat tex. in l.cum ostendimus §.fin.de fideius. tutor. rotar. et Bar. in l.1.C. de relatio. Stepha. Gratia.disc.for.c.151.n.6.& c.501.nu. 30. vbi tradit quando quis tacite censeatur approbare sententiam contra ipsum latã & appellationi renunciare. & idẽ Gratian.c.268.num.15.& seqq.& c.524. nu. 38. cum 2. seqq. vbi plures casus huiusmodi resolu ũtur.late Menoc.de præsũpti.li.2.præsump.46. vbi innumera exempla congerit.Iacob.Cancer.var.p.1.c. 20. numero 20.& sequentib. vbi ea ratione 22
tradit quod si quis patrẽ, consanguineũ, aut domesticum in testem produxit, & pars altera nihil contra eos opponat, intelligitur eis remittere omnes exceptiones,quæ per eius cõsensum tolli possunt, adeo vt iudex non possit eos ex officio repellere.& sic quoq. resoluit quod licet testibus publicatis & didicitis testificatis testes recipi non possint super eisdem vel alijs directò contrarijs c. fraternitatis de testib. clem.2.eodem tit. adde.

atqui

atqui semel.C.de probatio. ramen si recipiantur & pars non opponat,plene probant.idem Cancer p.1.c.18.de exceptio. num.35. & sequentib. & c. 19. de instr. edit. num.14.Ludouic. Posti.de manutentio.obseruatio. 102. num.50.cum 3. seqq.vbi quia præsens & tacens in iudicio habetur pro consentiente, admonet iudicem vt in decretis faciat per notariũ adnotari partium præsentiam & consensum, cum præsentia in iudicio probetur per attestationem notarij,ad notar.ad decis.576.Gregorij n.16.An autem sufficiat partis oppositio & contradictio generaliter facta vel requiratur specialis,scribunt Menoch.quisupra num.29.Crauet. de antiquit. temp.p.1.sectione. *Quæritur* num. 32.Cancer qui sup. c.19.num. 14. & par. 2.capite 14.de procuratorib. n. 158. vbi circa hunc articulum mutauit consilium.

24 Assessor etiam tacite consentire censetur,quando Magistratus appellationẽ sibi præsentatam, ei remittit, vt respondeat,& ipse respondendo dicit quod tradit apostolos quales de iure tradẽdi sũt; tunc enim appellationi deferre & eam admittere existimatur:secus si respondet non admittere appellationem nisi si & in quantum de iure admitti debet, quia tũc appellatio censetur reiecta cũ huiusmodi verba importent reiectionem, à qua iterum appellandum est,Cardina.Socin.& alij de quibus Menoch. cons. 176. num.31.& 32.lib.2.Stephan.Gratian.discep.forens.tom.1.c.22.num.19.Benintẽ. decis.1.vbi dat cautelam, vt in respondendo appellationi, iudex vtatur verbis negatiuis cum clausula,*non admisit,nisi si & in quantum.* quę verba non habent
25 vim delationis. Quid autem si iudex à quo, admittat appellationem cũ clausula,*si & in quantum,* Gratian.decis.202. in additio. n. 6. & latè Vincen. Caroci. de remedijs contra præiudiciales sentẽtias excep. 44.num.48.&49. vbi quamplurimis citatis DD.probat & docet hoc casu si ius non defert, non abdicare iudicem primitiuum à se iurisdictionem.& hæc est veritas, quam etiam confirmat Flam.n.Cartari.decis.111.num.11. & secundum hanc his DD.non citatis refert in Rota decisum Ludouic. Postius de manutentione obseruatio 106.num.29. nec aliud videtur dicendum in casu supradictæ responsionis, quod tradit apostolos quales de iure tradendi sunt. Est tamenverum quod nisi iudex primitiuus ante vel post appellationem facto vel verbo declarauerit velle exequi suam sententiam,in dubio per similiaverba videretur velle deferre appellationi,vt intelligit Postius vbi supra numero 30. vbi etiam quid de apostolis reuerentialibus.

Si simpliciter apostolos dederit appel- 2
lanti,neque de quibussentiat,expresserit, videtur appellationi deferre secundum Abbat.& Anton. de Butri.in c. dilectis §.quia vero in 2.oppo.de appella.& notat Thom. Mieres p. 2. collati. 6. capite de appellationibus & apostolis numero 3.

Quid autem in alia quæstione? Iure 2
communi iudex à quo,infra triginta dies apostolos dare debet l. iudicibus C. de appellati. c. ab eo de appellat. lib.6.qui terminus secundum vnamDD.opinionẽ currit à die latæ sententiæ,vel illati grauaminis, & secundum aliam à die appellationis emissæ,sicq.est in optione iudicis vtram maluerit prædictarum opinionum eligere,vt refert in constitutionibus huius Tarraconensis Prouinciæ constitutio 1. sub tit. 7.de appellation. quæ ad tollendam litium materiam statuit vt in præfata Prouincia à die interpositæ appellationis tempus id triginta dierum numeretur, teneaturq. iudex à quo,certum diem dictorum triginta dierum appellanti ad recipiendum apostolos præfigere.In Cathalonia in curijs scilicet secularibus loco eorundem triginta dierum,assignantur decem dies iudici à quo, ad tradendum apostolos, qui labi à die emissæ appellationis incipiant constitutio.4.tit.de appellations,Peguer. in prax.ciuil. rubrica 27. de appellation.

num.

num.3.quamquam regulariter ad respõdendum requisitionibus seu protestationibus extraiudicialibus currunt tantum duo dies constitutione prima tit. *de notariis y scriuans*,& hoc dicitur tempus constitutionis,quod tempore præsentatæ requisitionis saluari per eum solet,cui pro-
28 testatio fit. Quid ergo si iudex siue assessor à quo, tempore sibi iure præfixo taceat,& requisitus nullos tradat apostolos? Thomas Mieres vbi supra num. 4. respondet quod tacitè videtur appellationi detulisse & apostolos reuerentiales dedisse,qui sic interpretantur in odium iudicis contumacis argumento tex.in c.contra eum de reg. iur.lib. 6.Felinus autem in c.non ne de pręsumption.ex Hostiẽsi, glo,& cõmuni opinione docet quod iudex ter admonitus vt appellationẽ admittat, si semper taceat,tanquam admittens appellationem reputatur.

29 Si Assessor siue iudex in sententia victum victori in expensis non condẽnauit, nec ab expensis absoluit, tacite videtur victum absoluere, nihil dicendo de expensis l.terminato C.de fruct. & liti. expens.l.4.C.depositi.& ibi DD.notant, Aloysi.de Leo in l.omnem 10.n. 5.C. quãdo prouo.non est necess. Io.Baptis. Alini. in praxi §.32.c.2.limit.1. sublimit.3. nu. 6.Menochi.lib.2.præsumpti.89.Flamin.
30 Cartari. decis. 1. n. 1.Declara primo vt procedat quandoueniunt expensæ officio iudicis,secus si veniunt iure actionis vel promissionis vel conditione ex lege,tũc enim poterit postea victor petere quod victus condemnetur in expensis, ita firmant Alex. in l. si mulier §. si rem de legat.3.& idem in cons.183.vol.5.& Angel. in l.non solum circa fin.ff.de rei vendic.
31 & notat Aloysius vbi supr.n. 6. Declara secundo vt non procedat si expensæ fuerant petitæ, ex traditis per Couar. prac. qq. c. 25. n. 6.& c.27.num.5.vbi docet quod vbi petitæ sunt expensæ, & iudex earum condemnationem omisit,non cẽsetur ab expensis absoluisse secundum Anton.Imol.& Felin.in c.significauerunt de exception.per.l.1. C.si aduers.rem iudicat.iuxta glosæ intellectum, quem cõmunem esse fatetur illic Albericus. A- 32
liam similem quæstionem affert noster Canceriusvar.resolut.par.3.c.18.numero 96. quam repetit p.1.c. 17. num. 93.in noua editio, Iudex victum in expensis sua prouisione condemnauit,condemnatus supplicauit ab ea, & in causa supplicationis prouisio illa fuit commutata & neutra pars condemnata in expensis, sed dictum quod vnaquæq. pars suas solueret. dubitatur an pars quæ prius fuit in expensis condemnata, tacitè censeatur absoluta ab expensis, ad quas in prima prouisione condemnata fuerat. Respondet Cancerius affirmatiuè, si ex eisdem actis in causa supplicationis obtinuerat, ad tradita per Granuti. theorema. 6. quamquam ad tollendum omne dubiũ poterat iudex causæ supplicationis expressè partem absoluere ab expensis vtriusque instantiæ. Confert Stepha. Gra- 33
tianus decis. 50.vbi probat quod iudex appellationis confirmando sententiam & simpliciter condemnando victum in expensis, intelligitur tantum de expensis eius instantiæ, si à iudice primitiuo fuit expressè absolutus ab expensis: secus tamen si primus iudex omisit condemnare eum in expensis, dum tamen non absoluerit. Non multum dissimilis in ea- 34
dem materia erit illa resolutio, quã scribit Stephan. Gratianus discep.forens.to. 3.c.572.n.1. Aliquando iudices in odium litigantium,qui potius ad defatigandum aduersarium quam pro iustitia consequẽda protrahunt in longum lites, partem ab expensis absoluunt cum clausula, *quatenus acquiescat sententiæ*, prout de huiusmodi praxi testatur Mastril. decis. 166. in prin. quam tamen praxim apud nos nunquam vidi. Probat ergo Gratianus quod absolutus iste, si appellet,& appellationis causam prosequatur, tacite censetur in expẽsis condemnatus;cum enim non pareat præfatæ conditioni, acquiescendo sententiæ, satis constat de mente iudicis volentis eum condemnare ita vt sufficiat etiam tacite de hoc apparere,

cum

tum in sententijs habeat locum argumentum à contrario sensu l. si inter me 15. ad medi. & ibi glo. in verb. *non esse*. ff. de exceptio. rei iudicat. Iaſ. in l. 1. numero 56. ff. de offic. eius Io. Crot. in l. omnes populi n. 200. ff. de iuſtit. & iur. Euerard. loco argumentor. 82. numero 34. & 35. quæſt. 7. & 8. Bald. conſ. 242. numero 2. & 3. libro 2.

35 Iudex maiorem pœnam comminando, tacitè videtur à minori recedere argumẽto tex. in l. Stichus ff. de manumiſſ. teſt. l. ſi ita ſcriptum ff. de hæred. inſtitu. l pen. ff. de prætor. ſtipulat. l. qui bis idem ff. de verb. oblig. Speculat. in titul. de contumacia §. nunc dicamus num 8. Aloyſi. de Leo in l. nemo deinceps 3. C. de epiſcop. audien. n. 25. qui ambo quæſtionem mouent, quod iudex aliquid facere mandauit alicui ſub pœna decem librarum, & cum non obediret, poſtea iuſſit eidem ſub pœna viginti, & demum quia nec tunc obtemperauit, præcepit ipſi ſub pœna triginta, & non parendo, voluit omnes præfatas pœnas exigere; quærunt ergo vtrum poſſit. Videbatur poſſe quia quot fuerunt præcepta, tot etiam inobedientiæ argum. l. ſcire debemus & l. quod dicitur ff. de verb. oblig. nec vnum delictum ob aliud delictum minuit pœnam l. nunquam ff. de priuat. delict. Sed verum eſt quod concludit Speculator ex numero 5. & poſt eum Aloyſius d. numero 25. poſſe tantum vltimam pœnam exequi; quia vnum tantum fuit delictum ſcilicet inobedientia, licet plura præcepta continuè ſequuta fuerint argum. l. 1. & 2. ff. ſi famil. fur. fece. & l. hæredes §. de pluribus
36 ff. famil. erciſc. Vnum enim factum reputatur quod fit vno contextu l. 3. §. cum igitur ff. de vi & vi arm. c. officij de elect. Vnde ſi quis pluries vno impetu aliquem vulnerauerit & occiderit, tenetur ſolum de occiſo, non de vulnerato l. illud §. fin. ff. ad L. Aquil. maximè cum fuerit ſolum vna ſpecies delinquendi: ſecus vbi ſunt diuerſę ſpecies vt ſi primo rapuit & poſtea interfecit l. nunquam ff. priuat. delic. debet ergo dũtaxat vltima pœna exigi, & ratio eſt quia iudex maiorem pœnã comminando, tacitè videtur à minori recedere iuribus ſupracitatis: Ex quo conſequens eſt quod ſi 37
iſte paruit vltimo banno, in nullo punietur, quia cum vltima pœna debeatur, in ea nõ eſt contumax, vt notat idem Speculator n. 8. Hæc ſecundum praxim huius Prouinciæ 83
non procedunt quia hic poſtquam iudex præcepit ſub pœna decem, & pars non paruit, inſtante aduerſario prouidet quod pignoretur pro pœnis incurſis, & mandetur eidem ſub duplicatis pœnis pareat prouiſis: & ſic cõminando maiorem pœnam, non recedit à minori. nihilominus ex æquitate ſeruatur quod ſi captis pignoribus pro priori pœna, ſecundæ obediat, reſtituuntur eidem omnia pignora ſolutis expenſis. De hac quæſtione latè per Lap. ſingular. 491.

EX QVÆST. V.

SVMMARIVM.

1 *INuehitur auctor aduerſus eos, qui nimia cupiditate affecti plura munera gerere moliuntur. & aliquibus auctoritatibus hoc illuſtratur.*

Geryon tricorpor quare appellatus fuerit, & cur in Inferno cruciari dictus ſit.

2 *Singula officia ſingulis danda ſunt, neque duo officia vni committenda.*

3 *Et tres rationes redduntur huius doctrinæ.*

4 *Plura officia obtinere quis poteſt vno, eodẽque tempore, quando non habent annexã adminiſtrationem: vel ſi habeant, ſibi tamen mutuo non repugnant, ſed ſe inuicem compatiuntur.*

Sic in honorarijs Dignitatibus. Sic in munere aduocatorum & procuratorum.

An tunc debeantur plura ſalaria.

5 *Poteſt quis fungi duplici officio, quando ſunt tendentia circa idem.*

6 *Concurrentibus pluribus qualitatibus in perſonam vnius, faciunt eum loco pluriũ cenſeri.*

Quando quis aſſumit duo officia, & non poteſt

poteſt niſi vnum; non poteſt habere ſalariũ, niſi primi.

7 In iuriſdictione contentioſa non licet vni ſuſtinere vices plurium: veluti ſi ſit aduocatus & aſſeſſor: iudex & teſtis: iudex & notarius.

In iuriſdictione voluntaria ſeu extra iudicium, quando exercitium vnius actus nõ præſtat impedimentum exercitio alterius, poteſt qui fungi duplici officio.

Filiusfam. Præſes poteſt ſe ipſum apud ſemet ipſum emancipare.

8 In Cathalonia nemo in eadem Ciuitate vel Oppido poteſt ſimul tenere plura officia iuriſdictionis ex conſtitutione Principatus.

An hæc conſtitutio intelligatur, quando ſunt officia repugnantia.

Thomæ Mieres interpretatio refutatur.

9 Si ſtatutum ſimpliciter prohibet appellationem in caſu, quo de iure denegatur tantũ ſuſpenſiua, cenſetur adempta tam ſuſpenſiua quam deuolutiua, vt aliquid operetur ſtatutum.

10 In Domo Ciuitatis Barcinonæ prohibetur per Regium priuilegium obtinere quis duo officia, & intelligitur tam in officijs mutuò repugnantibus, quam in alijs.

11 Duo officia incompetibilia poſſunt obtineri ab vno, ſi vnum obtineatur in titulum & alterum in commendam.

Fallit ſi commendaretur imperpetuum, vel ſimpliciter in legis fraudem.

12 Exemplum prædictæ doctrinæ in caſu, qui euenit auctori in Ciuitate Barcinonæ.

13 Duo ſimul ab vno officia geri poſſunt, & per plura tempora continuari, quando ſunt parui reditus, & modici emolumẽti.

14 Item propter hominum penuriam, ſi alij non reperiantur idonei.

Propter hominum penuriam, qui iam munere ſuncti ſunt, poſſunt compelli denuo eodem officio fungi.

15 Ob defectum hominum idoneorum, minus habiles muneribus admoneri poſſunt.

16 An iudex poſſit fungi officio notarij eiuſdem cauſæ, & ſcribere acta, quæ fiunt coram ſe.

17 Sententia nulla eſt, neque pro illa præſumitur, niſi acta proceſſus per notarium vel per duos viros idoneos à iudice adhibitos conſcripta ſint.

Extende etiam quando iudex procedit per viam inquiſitionis.

Sententia lata, ſi non conſtat de proceſſu, eſt ipſo iure nulla.

18 Fallit in cauſis modicis, in quibus nulla requiritur ſcriptura: ſed in illis creditur indici.

19 Clauſula, ſine ſcriptis, in compromiſſis & in commiſſionibus Regijs apposita operatur, quod de geſtis ſtabitur aſſertioni iudicis.

Vbi iudices cognoſcunt ſine ſcriptis, non dãtur ſportulæ, ſiue ſalaria.

Arbitrio iudicis relinquitur, quæ dicantur cauſæ modicæ.

20 Exemplar prædictæ doctrinæ, quod in cauſis modicis credatur iudici ſine proceſſu.

21 Vbi ſumus in iuriſdictione voluntaria, ipſemet iudex poteſt ſcribere acta.

Sic in inſinuationibus donationum, & in litteris teſtimonialibus, quæ non fiunt in forma iudicij.

An iudex poſſit inſinuare donationem à ſe factam apud ſe ipſum.

22 Si ſit notarius, & efficiatur iudex an is in eadem cauſa poſſit & iudicis & notarij officium exercere.

23 An in quibus cauſis ſubeſt timor ſcandali, poſſit iudex per ſe ipſum ſcribere teſtiũ dicta, prætermiſſo notario. Quid ſeruetur in praxi, quidque de iure verũ ſit vbi contrariæ referuntur DD. traditiones.

24 Aduocatus non poteſt exercere officiũ tabellionis in eadem cauſa.

Quid in alijs cauſis.

Aduocatus dicitur amicus illius, pro quo poſtulat: & inimicus eius, contra quem aduocat.

Inſtrumentum ab aduocato receptum tenet.

25 In-

25 Iudex nõ potest in testem produci in causa coram eo vertente. & quare.
Neque arbiter.

26 Vbi veritas aliter haberi nõ potest, iudex remouetur ab officio iudicandi, vt possit testificari: & præmittitur super hoc causæ cognitio.

27 Iudex etiam finito per sententiam officio testificari non potest in causa, superqua cognouit.
Iudex primitiuus non potest esse testis in causa appellationis.

28 Testis qui fuit in causa, non potest in eadem iudex fieri.

29 Iudex causæ principalis potest esse procurator, vel aduocatus in causa appellationis.

30 Iudex testificari non potest super his, quæ respiciunt iustitiam vel iniustitiam sententiæ, quam tulit: potest tamen super respicientibus processum.

31 Non creditur notario testificanti testatorẽ tempore conditi testamenti fuisse sanæ mentis.
Iudex qui suum interposuit decretũ in donatione bonorum, quæ dicitur à furioso, facta, non potest testificari de sana donatoris mente.

32 Si sententia dicatur nulla ex defectu alicuius solennitatis, non potest iudex testificari.
Intellige si obseruatio dictæ solennitatis ad iudicem pertinebat.

33 Iudex potest testimonium ferre, cum tãtum agitur de simplici declaratione sententiæ, quia verba sunt obscura: alias censetur noua dispositio.
Testis non potest suũ dictũ declarare, quando in nouam dispositionem potius, quã in declarationem sonaret.

34 Iudicis testimonium admittitur in his, in quibus nec laus nec turpitudo adscribi potest propter gestum vel omissum: & tunc iudicis arbitrio relinquitur quanta fides adhibenda sit.

35 Aduocatus non potest esse testis in causa clientis propter præsumptam affectionem, etiam si gratis patrocinetur.

36 Quid quando desyit iam esse aduocatus, vel causa finita fuit.

37 Aduocatus quando pro parte contra quã postulat, producitur in testem, cogitur testificari. & quare.
Non tamen potest prodere, quæ scit occasione consilij ob eo petiti.

38 Aduocatus pro cliente est idoneus testis, quando alius testis idoneus & habilis & omni exceptione maior est adiunctus cũ ipso.
Inhabilitas vnius testis suppletur ex idoneitate alterius.

39 Vbi veritas aliter haberi non potest, an aduocatus possit esse testis in causa clientis & ad quem effectum.

40 An iudex possit fideiubere pro altera partium. & quid seruetur in Curia Neapolis.
Et an possit stipulari pro parte absente.

41 An iudex possit esse sequester in causa in qua iudicaturus est. & quid in Catholonia.
Consulitur iudicibus vt ab officio sequestri abstineant propter suspicionem.

42 An iudex possit officium nuncij exercere, atque partem ipse citare.
An citatio facta per alium, quam per nũcium valeat, & an per notarium.
Notario non creditur de executione citationis, sed quo ad relationem sibi factam per nuncium: quando tamen fallat.
Auditor Rotæ vnus an possit subscribere sententias in locum alterius.

43 An si iudex sit peritus in aliqua arte, possit vt peritus in causa adhiberi, ita vt ipsi soli credatur.
Vni perito non creditur in causa, nisi duo sint testes in extraiudicialibus.

44 Iudici durante iudicio non creditur de gestis & actis coram eo.
Iudicis intelligentia non attenditur in his quæ sunt facti, si non posset probari ex actis probatorijs.

45 Periti, quia à iudice adhibentur in causa, non sunt proprie testes.

46 Iudicis & aduocati officio in eadẽ causa fungens, quibus pœnis puniatur.

47 Aduocatus qui in aliqua causa fuit, non potest esse iudex, etiã si partes consentiãt.

Ad-

Aduocatus etiam qui gratis patrocinatur repellitur à iudicando.

48 *An consanguinei & affines aduocati possint iudices esse; & quid in Cathalonia.*

49 *In diuersa causa à qua fuit quis aduocatus, potest index esse nisi esset connexa, vel dependens ab illa.*

In Cathalonia Regij Senatores non possunt vouere in causis eius, cuius fuerunt aduocati licet in eis non aduocauerint, dum cœptæ fuissent tempore, quo adhuc erant aduocati illius. Et an hoc sit de iure communi.

50 *Si quis fuit consultus vt aduocatus, nõdũ tamen dedit responsum, à iudicando non arcetur.*

Iudex qui aliàs fuit consultor in eadem causa, potest allegari suspectus.

Iudex & pars quis esse non potest.

51 *Iudex inferior si post latam sententiam fuerit promotus ad officiũ superioris magistratus qui est iudex causarũ appellationum: an iterum de causa cognoscere & sententiare possit.*

Resoluitur pro negatiua: si tamen à parte opponatur: & quibus casibus fallat. & n. 52.

52 *Baldi opinio reprobatur.*

53 *Si causa commissa sit duobus delegatis sub nomine dignitatis, & alter altero mortuo, consequatur vtramq; dignitatem, an possit solus procedere.*

54 *An iurisdictio ordinaria possit concurrere, & exerceri cum delegata.*

55 *An à delegato appellari possit ad Metropolitanum in his, in quibus delegatus ipse iure etiam ordinario procedere poterat.*

56 *Quomodo cognoscatur qua via procedat index, qui & delegata & ordinaria potestate procedere poterat, & in dubio qua via procedere censeatur.*

57 *Actus, qui potest ex duplici potestate fieri; si simpliciter fiat, censetur factus ex ea; per quam sustineri potest.*

Et an vna via electa, possit illa omissa, alia agi.

58 *Subditus à magistratu extraiudicialiter grauatus potest eundem per viam querelæ adire grauaminis causas coram eo proponere, & petere iustitiam ministrari.*

59 *An tunc possit, si malit, Superiorem per viam appellationis adire, omisso magistratu grauante, maxime quando ex lege vel priuilegio ad huius forum pertinerent causæ primæ instantiæ priuatiuè.*

Panormitani & Innocẽtij traditiones n. 62.

Distinctio & resolutio Andreæ Gail nu. 64. & 66.

Intellectus ad Panormitanum & Innocentium n. 67.

Distinctio Andreæ Gail praxi conformis enunciatur. 68.

60 *Prima appellatio quæ ab actu extraiudiciali immediate interponitur, non dicitur appellatio, sed prouocatio ad causam. & n. 61.*

61 *Prouocatio non facit numerũ, quando tractatur an possit iterum appellari, quia sit prætensum iã fuisse secundo appellatum.*

In causa prouocationis possunt fieri probationes, non obstante statuto prohibente eas fieri in causa appellationis.

63 *Inhibitio an decernenda sit in appellatione extraiudiciali seu prouocatione & quare.*

65 *Licitum est præsertim de iure Canonico, à grauamine extraiudiciali appellare ad Superiorem.*

AN IVDEX VEL AD-
VOCATVS OFFICIO DVORVM fungi possit,
QVÆST. V.

1 EXosi merito sũt in Republica homines, qui cũ vix vni muneri sufficere valeant, inexplebili cupiditate omnia anhelãtes, nunquam suâ sorte contenti, plura simul gerere in grauem communis boni perniciem, & proborum virorum damnum moliuntur. Propterea Geryon tricorpor ab antiquis Scriptoribus dictus est, & in inferno cruciari fertur, quod solus vicem trium agere voluit. Sic Plato dialogo 8. de legi. *Duas vero artes* (inquit) *aut duo studia diligenter exercere humana Natura non patitur, neque plures magistratus in vnum hominem cumulandi videntur.* & Aristoteles li. 2. politi. cap. 9. *Vnum opus* (ait) *ab vno perficitur, nec iubendum est vt vnus tibia canat, idemq. calceos conficiat.* 2 Ideo singula officia singulis committenda sunt, nec q. duo officia vni dari possunt l. fin. ibi, *nec sit concessum alicui duobus magistratibus assidere, & vtriusque iudicij curam peragere*, C. de assessorib. & domestic. cap. cum singula de præben. in 6. capite quia non nulli de cleri. non residen. l. hac parte C. de proxim. sacror. scrini. li. 12. l. ille à quo §. tempestiuum ff. ad Senat. Trebel. cum alijs adductis per Andre. Gail. practi. obser. lib. 1. obseruat. 44. numero 11. & Bouadill. in Polit. tomo 2. lib. 3. capite 8. numero 68. littera E. Ratio est ne dum quis ad vtrumque festinat, neutrum bene peragat d. l. final. C. de assessor. & ne promiscuus actibus rerum turbentur officia l. consulta diualia C. de testamen. & ne vnus stipendia sibi vendicet plurimorum cap. quia non nulli de cleric. non residen. & quia difficile est vnum hominem duorum vicem sustinere l. si plures 10. ff. de pact. glo. verb. *diuisus* in cap. diuersis fallacijs de cleric. coniugat. glosa 1. in cap. 2. de offic. vicar. 3

Sed regulariter plura officia obtinere quis potest vno eodemque tẽpore, quãdo non habent annexam administrationem vt in honorarijs dignitatibus, aut si habeant, sibi tamen mutuo non repugnant, sed se inuicem compatiuntur, vt in munere aduocatorum & procuratorum quorum officia sunt separata & diuersis temporibus commodè expediri possunt cap. penul. §. porro de electio. in 6. cap. 1. de offic. delega. l. si consul & ibi glosa & Bar. numero 1. ff. de adoptio. l. 1. ff. de offic. præsid. glo. in capite 3. in verb. *vices* & ibi Felin. numero 10. de probati. secus si istam coniunctionem non admittant ita quod vnius administratio impediat alterius administrationem l. eis quidem C. qui milita. poss. vel non lib. 12. Bald. in 1. constit. Cod. §. ideoque. numero 2. Andre. Gail d. obser. 44. numero 9. & 10. Bouadil. d. capite 8. numero 68. & tomo 1. lib. 2. capite 20. numero 68. vbi probat priori casu deberi quoque plura salaria, Bellug. in specul. princip. rubr. 45. §. quamuis n. 2. Paris de Pute. de syndic. verb. *Officium* n. 3. vbi etiã docet pos- 4 5

se

se vnum fungi duplici officio, quando sunt tendentia circa idem l. comperimus vbi glo. C. de præpos. sacror. scrin. quod sensit quidque Bouadill. d. c. 8. n. 68. nam concurrentibus pluribus qualitatibus in personam eiusdem, faciunt cum loco plurium censeri c. inter Rodericum & cap. scriptum de elect. sed quando quis assumit duo officia & non potest nisi vnum, non potest habere salarium nisi primi officij tantum, Paris de Pute. in d. verb. *officium* n. 3.

6

Aliam distinctionem tradit Felinus in c. 3. n. 10. de probatio. quam etiam adduxit Gratianus discep. forens. to. 1. c. 4. n. 8. & 12. quod in iurisdictione contentiosa non licet vni sustinere vices plurium, vt puta nemo potest esse simul aduocatus & assessor; iudex & testis; vel iudex & notarius: sed extra iudicium vel in iudicio voluntariæ iurisdictionis, quando exercitium vnius actus non præstat impedimentum exercitio alterius, potest quis fungi duplici officio d. l. si consul vbi late Bart. ff. de adoptio. in qua filius fam. Præses potest se ipsum apud semet ipsum emancipare l. 1. C. de colleg. illicit. l. 1. de offic. proconsul.

7

In Cathalonia constitutio. 1. ti. *que ningu pugue tenir mes vn offici de iurisdictio*, cauetur in rubro & nigro ne quis in eadē Ciuitate vel Oppido possit simul tenere pluta officia iurisdictionis. Thomas Mieres p. 1. collatio. 4. c. 14. tit. ne vnus plura simul officia. notat forte hanc constitutionē debere intelligi, quando sunt officia repugnantia argumento tex. in l. licet §. si plures ff. de procurat. Sed imò videtur intelligenda simpliciter & omni casu vt aliquid addat iuri Communi & ne sit sine effectu operandi, ad notata per Bart. in l. 4. §. Prætor n. 15. versic. *quæro quid si statutum* ff. de damn. infect. Abba. in cap. cum venissent numero 3. versic. *nota secundo* de instit. Alexan. cons. 24. *Animaduersis* numero 12. lib. 2. Stephan. Gratia. decis. 188. numero 9. vbi cū statutum simpliciter prohiberet appellationem in casu quo de iure communi denegatur tantum appellatio suspensiua, resoluit censeri adiectam quo ad vtrumque effectum tam suspensiuum quam deuolutiuum, vt statutum aliquid operetur.

8

In domo Ciuitatis Barcinonæ, in qua aliquando officium Assessoris magnificorum Consiliariorum gessi, prohibetur quis obtinere duo officia per priuilegium Regis Ferdinandi datum sub anno 1498. quod vulgo appellatur priuilegiū Regiminis Ciuitatis, & per sētētiā seu declarationē Hieronymi Albanell Regētis Regiam Cancellariam latam sub anno 1503. quæ inter regia priuilegia præfatæ Ciuitatis custoditur, & hæc prohibitio ad vnguem obseruatur, & intelligitur tam in officijs repugnantibus & in quibus administratio vnius impedit administrationem alterius, quam in alijs officijs.

10

Quamuis duo officia incōpetibilia ab vno obtineri nō possint, possūt tamē si vnū obtineatur in titulū & alterū in cōmendā c. qui plures & ibi glo. 21. q. 1. glo. in c. nemo de incep. verb. *commendare* de electio. in 6. Par. orm. in c. extirpande §. qui vero n. 27. de præben. Oldrad. cons. 179. Emil. Veral. decis. 145. Pute. decis. 355. n. 5. Marc. Anton. Cucch. li. 3. institutio. maior. ti. 6. de cōmendā. n. 6. & 9. cū alijs late traditis per Iacob. Cancer. vari. resol. par. 3. cap. 8. à n. 71. quod quidē nō procedit vbi commendaretur in perpetuum vel simpliciter in legis fraude, sed vbi cōmenda fieret durante infirmitate vel alio simili impedimento tēporali, vt docet Cancer. d. loco n. 92. Memini me olim in domo Ciuitatis Barcinonæ, cum Assessoris eius personam sustinerem, vna cū collega meo peritissimo Doctore Iōsepho Gilabert iuxta hāc limitationē durante infirmitate officialis cuiusdā circa prædictum priuilegium Regis Ferdinādi consuluisse, vbi duo erant officia diuersa, quæ comodè ab vno exerceri diuersis temporibus poterant, & sic nō erāt repugnātia, sed incōpetibilia tantū, quia, vt scripsi in ea Ciuitatis domo non possunt

11

12

sint ab vno duo obtineri officia, & nihilominus in iudicio syndicatus quidam philosophi querelam contra nos obtulerunt, sed ostensis prælibatis & alijs allegationibus necnon etiam antiquioribus quas in ipsa Ciuitatis domo inuenimus, aliorum aduocatorum eiusdem Ciuitatis conformibus declarationibus, qui idem antea quod & nos, declarauerant & Ciuitati consuluerant, erubuerunt neq. querelam persequuti fuere.

13 Præterea vbi duplex officium geri nõ potest, permittitur tamẽ quando officia sũt parui redditus & modici emoluméti Luc. de Penn. in l. 1. C. de prim cer. li. 12. Stephan. Gratian. discep. forẽs. to. 1. c. 184. n. 45. sicut licitũ est eo casu per plura tẽpora in eis continuare glo. in l. vni. C. ad l. Iul. de ambit. & in l. 1. C. de muner. & honorib. non continuand. li. 10. Nata cõs. 14 58. n. 3. Similiter licebit duplex officium exercere propter hominũ penuriã, si alij non reperiantur idonei, quemadmodũ ob eã causam qui iã munere functi sũt, quamuis essent ab illis iterũ obeundis immunes, tamen possent cõpelli denuò eodẽ officio fungi l. honor 13. §. fi. vbi glo. in verb. *creentur* de muner & honor. l. vt gradatim 11. §. quoties & ibi glo. in verb. *infringitur* & l. æstimationẽ 16 in fi. ff. eod. ti. glo. in l. liceat 12. in verb. *& sæpius* C. 15 de Assessorib. glo. in l. diuus 18. in verb. *continuet* in pri. ff. ad municip. Cum etiã quod plus est, ob defectum hominũ idoneorum minus habiles quandoq; muneribus admoueantur, quasi vt hius sit illos honoribus præfici, quãomnino nullos l. 3. §. spurios de decurion. Stepha. Gratia. qui supra dis. forẽs. to. 1. c. 184. n. 44. 48. & 49.

16 Quæro primo an iudex possit fungi officio notarij causæ, ita quod iudex vt notarius possit scribere acta quæ fiũt coram se. Respondent negatiue Bart. in l. iubemus C. de sacros. Eccles. l. innocen. in c. cum à nobis de testib. Guid. Pap. q. 564. Stepha. Gratian. discep. forens. to. 1. c. 4. n. 10. Eman. Roderic. qq. regular. to. 2. q. 14. artic. 2. & 3. probatur per tex. in c. quoniam contra de probat. in quo cauetur quod in quolibet iudicio siue ordinario, siue extraordinario id est sũmario (vt Roderic. interpretatur) acta processus per notariũ vel per duos viros idoneos à iudice adhibitos conscribantur, vt contra falsam assertionem iniqui iudicis occurratur. Aliter sententia nullius valoris reputabitur neq. præsumetur pro ea vt tenet glo. in auth. de ijs qui ingrediũtur ad appellatio. collat. 5. glo. in d. c. quoniam contra. Roderic. d. artic. 2. in fine principij & habet locũ etiã quando iudex procedit per viam inquisitionis vt asserit glo. communiter recepta in d. cap. quoniam contra. Hinc est cõmunis DD. resolutio quod sententia lata sine eo quod constet de processu, est ipso iure nulla, Vanti. titu. de nullitat. senten. ex defect. process. num. 14. DD. in d. capite quoniam contra, & in c. cũ in iure de offi. deleg.

Fallit regula in causis modicis, in quibus nulla requiritur scriptura, in istis enim creditur iudici, Bart. in authentica breuiores C. de senten. ex breui. recitan. & in l. nemo C. de Assessori. Matthesil. not. 1. & ibi late additio in verb. *primo nota*. Guid. Pap. d. quæstio. 564. & ibi additio, Gratian. d. capite 4. num. 11. Bouadill. in politic. tomo 1. libro 2. capite 13. numero 48. iuuat noster Thom. Mieres parte 2. collatio. 6. cap. 13. de causis minimis sine iuris ordine terminandis numero 20. vbi docet quod clausula, *sine scriptis*, in compromissis & in commissionibus regijs apposita operatur quod de gestis stabitur assertioni iudicis, & ibidem numero 19. probat quod vbi iudices cognoscunt sine scriptis, non dantur sportulæ siue salaria. Quæ autem dicantur causæ modicæ, arbitrio iudicis relinquitur, Menochi. de arbitrar. iudic. casu 72. numero 3. Auiles in capite prætor. cap. 36. §. summaria num. 6. Gregor. Lopez in l. 41. tit. 2. par. 3. Guid. Pap. d. q. 564. n. 2.

Ex his infero male pronũciasse quendam ex neotericis iureconsultum, qui in causa

causa recursus seu appellationis sententiam quandam, quam in domo Ciuitatis Barcinonæ vti Assessor ordinarius eiusdem protuleram, reuocauit: ibi enim iuxta priuilegium Caroli Imperatoris dat. 16. Nouembris 1537. causæ Confratriarum verbo & sine scriptis tractantur, cunq. in causa mo lica huius generis reū ex confessione coram me facta condemnassem, isque appellasset mutato assessore, & in se reuersus negaret coram illo quod coram me confessus erat, absolutus euasit, debuisset tamen hoc casu iudex appellationis seu recursus mihi de confessione in sententia attestanti, fidē adhibere.

21 Fallit insuper regula vbi sumus in iurisdictione voluntaria, in his enim ipsemet iudex potest scribere acta, Paris de Pute. de syndicat. verb. *Index an si.* num. 15. vbi ponit exemplum in insinuationibus donationum, Guid. Pap. d. q. 564. nu. 2. vbi adhoc allegat l. iubemus C. de sacros. Eccles. & dicit quod iudex potest facere litteras testimoniales, quæ non fiunt in forma iudicij, Antoni. de Canario in tractat. de insinuationib. part. 1. quæstion. 8. qui antea q. 7. disputat an iudex possit insinuare donationem à se factam apud se ipsum, Bouadill. d. c. 13. num. 48. Gratian. d. c. 4. n. 12. vbi citat d. l. si consul de adoptio.

22 Sed quid si sit notarius & efficiatur iudex, an is in eadem causa possit & iudicis & notarij officium exercere. Paris de Pute. de syndic. verb. *Index an si.* nu. 11. & verb. *officium* num. 3. simpliciter asserit quod si iudex qui erat tabellio, scripsit omnia acta coram se facta, fidem facit, & ex illis potest pronunciare & sententia lata valet, & non impeditur fungi duplici officio quia ad idem tēdunt. hoc quoq. sēsisse visus est Bouadil. d. c. 13. num. 48. sed Antoni. de Canario d. quæst. 8. & Gratian. d. c. 4. num. 12. dicunt hoc verum in ijs quæ sunt iurisdictionis voluntariæ.

23 Dubitari quoq. potest an in causis in quibus subest timor scandali veluti in inquisitionibus, quæ ex officio fiunt, vbi agitur de honore fœminarum vel de moribus religiosorum virorum, possit iudex per se ipsum scribere testium dicta, prætermisso notario. & quamquam tam Bouadil. in polit. tom. 1. li. 2. c. 13. num. 48. quam Roderic. qq. regular. to. 2. q. 14. artic. 3. ita consueuisse fieri attestantur; tamen contraria docent: nam Bouadilla hoc de iure licitum esse sentit, Rodericus autem illicitum profitetur.

24 Aduocatum non posse exercere officium tabellionis in eadem causa certissimi iuris est, maximè cum aduocatus dicatur amicus illius pro quo postulat l. 1. §. 1. ff. de postulan. & incurrere inimicitias eius contra quē aduocat ff. glo. in l. si pecuniam ff. de condicti. ob causam. Sed neque aduocatus in alijs potest agere officium tabellionatus secundum glo. singularem in l. vniuersos C. de decurion. lib. 10. & notat Thom. Mieres par. 1. collatio. 3. cap. 20. n. 4. tamen *instrumentum* ab eo receptum tenet, Bart. in d. l. vniuersos & in l. 3. C. de tabula. eodem lib.

25 Quæro 2. an iudex possit in testem produci vel testimonium ferre in causa coram eo vertente. Dic quod non, tū quia non potest fungi duplici officio iudicandi & testificandi tum propter præsumptāaffectionē, tex. est in c. statutū 2. q. 6. c. dilecto & ibi notat Panor. num. 3. de testib. glo. in c. licet Heli in verb. *Iudex* & ibi DD. de simoni. glo. in l. ob carmen & in l. vlt. ff. de testib. Aufrer. ad Capell. Tholos. q. 142. num. 2. vbi omnes in hac conclusione conuenire testatur, Ioseph. Mascar. de probati. vol. 2. conclus. 952. & vol. 1. conclu. 124. vbi idem docet de arbitro, Hieronym. Portolez ad Molin. in verb. *Iudex* num. 15. Farinac. li. 2. quæst. 60. ex nu. 89. Sed si est necesse quod iudex testimonium perhibeat, & petatur antequam lis incohetur, iudex siue sit delegatus siue ordinarius remouendus est à iudicando, & alius subrogandus vt producatur in testem ne veritas occultetur, neue probationis copia de pereat; veruntamen priusquam petens iudicem in

26

teſtem produci, exaudiatur, debet præmitti ſummaria cognitio. ita poſt Innocent.& Io. Andre.notat additio ad Guid. Pap.quæſt.45.lit.C. in verb. *in teſtem.* & quod vbi veritas aliter apparere non poteſt,iudex remouetur ab officio vt poſſit teſtificari,plene habetur in c. dilecto de
27 teſtib.

Neque etiam finito per ſententiam officio poterit iudex teſtimonium ferre in cauſa ſuper qua cognouit, & ſic nec poterit teſtificari in cauſa appellationis, Innocen.Felin. Hoſti.& alij in c. cum à nobis de teſtib.Aufrer.ad Cap. Tholoſa. d.q.142.num.2.Maſcard.d.concluſ. 952. n.3.&d.concluſ. 124.n.1.Farinac.d.quæſt.
28 60. numero 92. vbi plures allegantur.

Similiter is qui in cauſa teſtimonium dixit,in eadem iudicare non poteſt , ſed tanquam ſuſpectus repelli debet.l. fin. ff. de teſtib.Speculat.in ti.de iudic. delega. §.ſupereſt.verſic.*Item ſi fuit teſtis.*Marāt. de ordin.iudic.de appell.n.54.Areti.cōſ. 20.nu. 5.alios refert & tenet Hieronym.
29 Portolez ad Molin.verb.*iudex*.n.15.in fi. & n.58.Poteſt tamen iudex cauſæ principalis eſſe procurator ſeu aduocatus in cauſa appellationis vt decidit Capel.Tholoſ. q. 277.incip.*Item an illle qui fuit iudex.* Specul.tit.de offi.deleg.§. ſupereſt verſ.
30 *qui econuerſo.*

Sed neque poteſt iudex teſtificari ſuper ijs quæ reſpiciunt iuſtitiam vel iniuſtitiam ſententiæ,quam tulit,Farinaci. d. q.60.n.93. vbi tamen probat poſſe teſtimonium ferre ſuper reſpicientibus proceſſum,Roderic.Suarez allegatio. 1. Ioā. Gutier.conſ.24.n.13. vbi quod nec officiali publico pro vt eſt iudex, nec etiam arbitro in forma teſtium productis cre
31 ditur in pertinentijs cauſæ,nec etiam notario producto in teſtem dicenti teſtatorem tempore conditi teſtamenti fuiſſe ſanæ mentis,quia iam agit de ſuo negocio,& fide.idem Gutier.conſ.36.n.8.& 9. late Menochi.de arbitr.q.73.ex n.1.vbi n. 2.quod iudex qui ſuū interpoſuit decretū in donatione bonorū à furioſo facta, non poteſt ferre teſtimoniū,furioſū illū nō fuiſſe tēpore donationis à ſe factæ,&n. 8.vbi quod ſi sētētia dicatur nulla ex defe 32
ctu alicuius ſolēnitatis,nō poteſt iudex teſtificari,quod intelligit Menochius quando obſeruatio huius ſolēnitatis ad iudicē ipsū pertineret & eius negligētiæ ac imperitiæ adſcribēdū eſſet , vbi non fuiſſet obſeruata.idē Menochi.de arbitr.iud.caſu 107.vbi quod iudex ſuper sētētia quā tulit,teſtimonium dicere nō poteſt,ſi de ea naſcatur controuerſia.

Quādo tamē agitur tātum de ſimplici 33
declaratione sētētię quia verba sūt obſcura,cū ſolū circa circūſtātias, nō circa ſubſtātiā actus verſatur, poterit iudex teſtimoniū ferre,aliàs enim noua diſpoſitio potius quā declaratio cēſeretur,ſicut teſtis nō poteſt ſuū dictū declarare,quādo in nouādiſpoſitionē potius quā in declarationē ſonaret,vt explicat Menoc. d. q.73.ex n.21.Maſcard.d.cōcluſ.124.ex.n. 24.quatuor requiſita exigit Farinac.d. q. 90.n.140.cū 3.ſequent.

Sane quādo iudex teſtimoniū perhibe- 34
ret ſuper eo ex quo nec laus nec turpitudo adſcribi poteſt propter geſtū vel omiſsū,iudicis teſtimoniū admitteretur, Felin.in c.cū à nobis n. 12. de teſtib. Socin.in tract.de regul.& fallen.regul.199. fallen.4.Menoc.d.q.73.n.30. Maſcar. d. cōcluſ.124.n.40. & illis caſib' quib' iudicisadmittitur teſtimoniū,iudicis arbitrio relinquitur quāta fides adhibenda ſit,vt ſcripſit Inno.in c.2.de in integr.reſti.&Butri.in c. cum à nobis de teſtib. & notant Menoc.d.caſu 107.n.2. Maſcard.d. concluſ.952.n. 12.

Quæro3.an Aduocatus poſſit teſtis eſſe 3
ſeu teſtificari in cauſa cliētis.dico quod nō poteſt propter præsūptā affectionē & animi voluntatē in causā propensā,neq. eius teſtimoniū probat l.fi.ff.de teſtib.ca. Romana cod.ti.in 6.c.ſi teſtes omnes §. teſtes quos accuſator 4.q.3.Ægid.in tra. de teſtib. nu. 13.Cepha.cōſ.65.n.22.vol. 1.Pari.cōſ.57.n.17.vol.4.late Maſcard.de probati.vol.1. cōcluſ. 66. Farinac. de teſtib.q.60.n.153.Ioſeph.Ramoni.cōſ.33.n. 5.& extenditur etiam ad aduocatum qui nul-

nullum salarium recipit sed gratis patrocinatur Horati. Mandozius ad Roman. cons. 420. liter. A. Farinac. d. q. 60. n. 167. Ramon. d. cons. 33. n. 7.

36 Sed neque finito aduocandi officio posse aduocatū testimoniū ferre in causa in qua patrocinium prębuit, pluribus defendit & tenet Surd. decis. 219. motus ex l. fin. ff. de testib. atque ratione honoris seu vituperij quod in re aduocato sequi potest. & in hanc sententiam inclinauit suus Senatus: sed quia ex progressu poterat articulus in facto magis elucidari, censuit recipiendū esse aduocati testimonium citra prąiudicium iurium partium & ponendum ad partem, donec aliud statueretur per Senatum. Similiter Ioan. Andre. ad Speculat. tit. de teste §. 1. nu. 24. Abbas Felin. Deci. & alij quos refert & sequitur Farinac. d. q. 60. nu. 158. Ramon d. cons. 33. numero 6. docent finito patrocinio aduocatum à testificando repelli, dummodo speret aliquod commodum honorem aut laudem aut agat de vitando aliquod dedecus vel vituperium. Et sane tex. in d. l. fin. dicit non esse admittendum in causa in qua patrocinium præstiterit, & ita loquitur quando vel finita est causa vel desijt esse aduocatus.

37 Quando autem pro parte contra quā postulat, producitur aduocatus in testem tunc cogitur ad deponendum secundum glo. in l. etiam C. de testib. cum cesset ratio prędicta, & quia hoc est introductum in fauorem aduersarij vnde contra eum retorqueri non debet. istam glosam sequitur Bald. Salicet. Fulgos. & Iacob. & ante eos Bart. atq. Lanfranc. quos allegat Vincentius de Franchis decis. 222. numero 2. ita decisum tradit Guid. Pap. decis. 45. & tenet Parisi cons. 70. vol. 4. censet & latè tuetur hanc sententiam Vincen. de Fran. d. decis. 222. vbi respondet contrarijs argumentis Odofredi in d. l. etiam. non tamen potest prodere aduocatus quæ scit occasione consilij ab eo petiti, vt scripsi p. 2. in q. 4. de prævaricationibus aduocat.

38 Nota insuper aduocatum pro cliēte esse idoneum testem, quando alius testis idoneus & habilis & omni exceptione maior est adiunctus cum ipso, quia tunc inhabilitas vnius testis suppletur ex idoneitate alterius secundum Ioan. de Amicis cons. 120. num. 11. qui allegat Bald. in l. 1. C. de testib. & idem tenent Mascard. de probat. d. concluf. 66. nu. 19. Hector Æmil. de testib. in verb. *aduocatus* num. 46 Ramon. cons. 68. num. 15. vbi dicit maximè procedere quando aduocatus est bonæ conditionis & famæ ex Aymo. Crauet. cons. 56. n. 14.

39 Demum vbi veritas aliter haberi nō potest, vt si dicatur aliquid actum fuisse præsente ipso aduocato & partibus, tunc poterit esse testis saltem vt doceatur iudex vel vt præsumptionem capiat, vt tradūt Mascar. d. concluf. 66. n. 14. & ab eo ibi relati.

40 Quæro 4. an iudex possit fungi officio & iudicis & fideiussoris partis, & ita an possit fideiubere pro vna partium. Hanc quæstionem mouet *Paris de Puteo de syndicat. in verb. Fideiussor officialium.* n. 7. & affirmatiue respondet per tex. in l. si quis vxori §. si fugitiuum ff. de furt. & quod notatur in l. romanus appulus ff. de tutor. & curat. dat ab his. quamuis iudex sit persona publica. Ego intelligerem nisi talis sit fideiussio per quam aliqua suspicio contra iudicem oriretur. Et per d. §. si fugitiuum. probat quod iudex potest stipulari pro parte absente & pro ea stipulationem recipere, subdit tamen in magna Curia Vicariæ Neapolis esse obseruantiam quod officiales dictæ Curiæ non recipiuntur in fideiussores.

Assessores Baiulię Generalis Cathaloniæ sunt consiliarij Regiæ Maiestatis & induunt togam telarem, & vbi sedere debeant, p. 1. quæst. 2. num. 55.

Idem sunt Assessores officij Magistri Rationalis, num. 56.

Assessores & reliqui officiales omnes officij Magistri Rationalis nedum Magister ipse Rationalis & Locumtenens, sunt exempti à foro ordinariorum in ciuilibus & criminalibus, num. 61.

Nec possunt exemptioni suæ renunciare aut iurisdictionem prorogare, nu. 62.

Assessorem potest iudex assumere absque voluntate partium, par. 1. quæst. 5. num. 15.

Assessoris votum an in foro conscientiæ sequi teneantur imperiti, qui habita relatione & consilio assessoris causas decidunt, vt contingit in aliquibus vniuersitatibus

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Audientiam denegare est magnam partem defensionis tollere, p. 3. quæst. 2. nu. 25.

Et an possit iudex aliquando illam aduocatis negare, ibid.

Audientiam aduocatorum partibus præsentibus in Regia Audientia Cathaloniæ concedi, & ad id diem aduocatis ambarum assignari, possunt partes petere, p. 3. q. 2. n. 27.

Auditor Rotæ vnus an possit subscribere sententias in locum alterius, p. 3. q. 5. num. 42.

Authentica iuris Ciuilis fidem non faciunt, nisi quatenus concordant cum verbis authenticorum, p. 2. q. 7. n. 59.

Azo capite damnatus fuit & in eum proclamantem de leg. ad best as de pœnis exequuta sententia, p. 1. q. 7. n. 69.

B.

Baiulus Generalis Cathaloniæ præcedit Locumtenenti in officio Magistri Rationalis, & Regenti Regiam Thesaurariam, p. 1 q. 2. n. 54.

Et idem ac Assessores, & officiales dictæ Baiuliæ, sunt exempti à foro ordinariorum in ciuilibus & criminalibus, nu. 59.

Intelligitur hoc de officialibus ordinarijs dictæ Baiuliæ, non de delegatis, nisi ratione officij conuenirentur, numero 60.

Baiuli Generalis Cathaloniæ, eiusque Regij Concilij aduentu in aliquam stationem alicuius Locumtenentiæ ipsius, an cesset exercitium Locumtenentis, p. 1. q. 12. n. 135.

Baiuli Regij in Cathalonia creãt Subbaiulos ex constitutione, par. 1. quæstio. 24. n. 74.

Baiulus Generalis in Cathalonia cognoscit de causis Regij Patrimonij cõtra Clericos, & Ecclesiasticas personas, & illas licet reæ sint, ad suũ forum trahit, p. 2. q. 6. n. 76.

Et non solum procedit in causis feudalibus & emphytheoticarijs: sed etiam alijs, & refertur decisio Cancellarij, ibidem.

Corã Baiulo Generali Cathaloniæ cõueniuntur personæ Ecclesiasticæ in causis aquarum curretium. & referũtur duę decisiones, n. 77.

Baiulus Generalis tempore Regis Petri III. cognoscebat de causis omnibus feudalibus inter dominum Regem, & suos vassallos, vt constat quinque Regijs pragmaticis quæ hic referuntur, p. 2. q. 7. n. 10.

Et ex alijs antiquis scripturis, & exemplaribus quorum hic fit mentio, numero 11.

Et quid cõtineãt dictæ quinque pragmaticæ, n. 16. cum 4 sequ.

Et quid dicta exemplaria & scripturæ, n. 23. & seqq.

Et alia instrumenta pro iurisdictione Baiuli Generalis in dd. causis n. 103. & 104.

Et post constitutionem Reginæ Mariæ perpetua & vniformis ad hodierna vsque tempora fuit obseruantia vt Baiulus Generalis cognosceret de dictis causis feudalibus, n. 40.

Baiulus Generalis in Cathalonia est loco iudicum de paribus curiæ, & à tempore quo extat, nullus factus est processus parium curiæ super feudis Regijs, num. 48.

In Cathalonia est Procurator Cæsaris nu. 52.

In Cathalonia pro causis Regiorũ feudatariorum à multis seculis publicum tribunal habet, & per suos assessores de illis cognoscit, & iudicat: eiusque solius faciem pro quibuscunque controuersijs agnouerunt feudatarij, n. 70.

Baiuli Generalis Cathaloniæ iurisdictionem in iudicando de causis feudalibus inter dominum & Regem & eius vassallos approbauit curia Generalis anni, 1599. nu. 81. & seqq.

Et comprobatur capite 41. & capite 86. & capite 37. curiarum anni 1599. num. 82.

Ban-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Banna potest remittere iudex & diminuere ex causa paupertatis vel alia iusta,p.1.q.6.n.84.

Banno vltimo si contumax paruit, in nullo punitur.& quare,p.3.quæstio.4. n. 37.

Quid quando petitur exequi pro primo banno,& secundum imponi. & quid secundum praxim iudiciorum Cathaloniæ,n.38.

Et quid seruetur ex æquitate,ibid.

Bannitum qui ex forma statuti nõ potest esse in iudicio,potest iudex de facto repellere,p.1.q.9.n.133.

Bannitus iudex aut arbiter esse nõ potest,in territorio tamen bannientis,p.1. q.12.n.41.

Barcino Ciuitas est caput Principatus Cathaloniæ & communis patria Gotolanorum, à qua Princeps totius Cathaloniç nomen accepit Comitis Barcinonæ, p.1.q.15.n.135.

Barcinone statuerunt Proreges ab initio Sedem suã& *Senatum* Regium,quod omnibus Gotolanis commoda sit pro iustitia ministranda,n.135.

De mutatione dictæ Sedis & Senatus anno 1635. in ciuitatem Gerundæ, & restitutione ad ciuitatem Barcinonæ an. 1637.n.136.

Barcino ciuitas fuit effecta Colonia Romana priuilegio Augusti Cæsaris Romani Imperatoris,p.2.q.2.n.61.

Barcinone in domo ciuitatis prohibetur per Regium priuilegium obtinere quis duo officia, & intelligitur tã de officijs mutuò repugnantibus,quam de alijs,p.3.q.5.n.10.

Barones in Cathalonia de causis personarum militarium nec in ciuilibus,nec in criminalibus cognoscunt,sed Regius Vicarius,par.1.quæst.7.n.65.

Barones, & alij domini iurisdictionũ inferiores à Principe an teneãtur de malè gestis suorum officialium, p. 1. q. 13.n.30.

Barones,& Comites an possint cognoscere de causa inter ipsos, & eorum subditos,p.1.q.14.n.67.

An possint hanc causam alijs delegare,ibid.

An per suum Baiulum possint de illa cognoscere,n.69.

In Cathalonia in dictis causis assignãt iudicem, à cuius sententia tam Baro, quam subditus appellare potest; & in secunda instantia Baro dabit iudicem, sola tertia instantia Comiti Barcinonæ reseruata,n.70.

Et assignando iudicem in causa propria æquiparantur Principi,ibidem.

Baro de iniurijs sibi illatis à subditis, non cognoscit neque per se, neque per suos iudices ordinarios vel delegatos,etiam non subditos,par. 1. quæstion.14. nu.72.

Neque ciuiliter procedit, si ciuiliter de ipsis iniurijs agatur, ibidem.

Baro in Cathalonia in causa offensæ sibi per subditum factæ iudex esse non potest per se vel *per suos iudices. vbi exemplaria referuntur*,n.75.

Et procedit etiã parte non opponẽte & ipso iure,n.76.

Quid si offensa sit notoria, & pœna à iure determinata,n.77.

Quid si offensa sit facta Baroni à subdito intuitu officij & dignitatis iurisdictionis ipsius Baronis,n.78.

Quid hoc casu senserit & seruauerit Regia Audientia Cathaloniæ, numero 80.

Quid de vassallis Baronis rebellãtibus à sua obedientia ad Cæsarem, & impedientibus introituum exactionem, nu. 78.

Opinio Doctoris Bouadilla circa hæc impugnatur.ibidem.

Cõsiliũ dicti Bouadilla,quod Baronibus offensis à vassallis tribuit, laudatur,n.79.

Baro plura oppida habens an quo ad primam causarum cognitionem possit subditos vnius oppidi cogere ire ad aliud pro iure eis reddendo per officiales domini,p.1.q.15.n.191.

Barones Comites,Marquiones.& Duces possunt vendere suos titulos & status, p.1.q.21.n.17.

Ba-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Baroni,vel eius officialibus an dominus Rex possit mandare vt de vel cum consilio certi iurisperiti causas aliquas decidat,p.1.q.24.n.21.

Quid vt eas decidat cum vel de consilio incerti sapientis,n.22.

Si declaratur non esse locum recursui ad Regium Concilium interposito, an possit apponi conditio, quod Baro decidat causam cum voto DD.Regij Concilij,n.21.

Baroni potest Rex mandare vt intra aliquod tempus causam aliquam decidat, n.22.

Non potest tamen sine causa Superior inhibere illi,ne de aliqua causa cognoscat,ibidem.

Barones in Cathalonia in causis sibi & vassallis communibus assignant iudices, & à sententijs contra se latis appellant,p. 2.q.6.n.51.

In *bello* iusto permittitur duci exercitus tam armis, quam strategemate & insidijs pugnare,parte 2. quæstione 8. nu.1.

Beneficijs in conferendis an canonista sit præferendus theologo vel econuerso, p.1.q.3.n.43.

Beneficium restitutionis in integrum minori ad probandum concessum,efficitur commune maiori litiganti aduersario,parte 1. quæst. 9.n.122.

In beneficio ad nutum amobili prouisus,si ex malitia & sine causa fuerit remotus,poterit officio Superioris restitui: in quo tamen cautè est agẽdũ,&quare, p.1.q.9.n.170.

Dicto beneficiato amoto non competunt remedia possessoria,& potest sine culpa,&sine causæ cognitione amoueri, cessante malitia, n.170.

Beneficia Ecclesiastica iure Canonico statutum est vt melioribus hominibus conferantur,p.1.q.22.n.13.

Beneficium quando ex sua institutione per Ecclesiam confirmata vel acceptata dandum est alicui ex certa familia vel oppido, ex illis est eligẽdus dignior p.1.q.22.n.35.

Beneficij fundator quando præsentat ad illud,licitum est ei præsentare dignũ omisso digniori,n.36.

Patronus qui ipse non fundauit Ecclesiam,an teneatur in conscientia eligere seu præsentare digniorem.vbi magna concertatio DD.n.38.

Intellige in beneficijs simplicibus,nõ in curatis:in his enim sub pœna peccati mortalis tenetur patronis præsẽtare digniorem,n.39.

Quando non est liberum collatori cõferre alteri,quam sibi præsentato à patrono; potest, si præsentatus dignus sit, omisso digniore, illum prouidere de beneficio,n.40.

Beneficium tenuè ex quo sustentari nequeat,si habeat clericus, potest aduocare coram seculari iudice,par.2.q.3.n. 29.

Competens non habens clericus potest honestam negociationẽ exercere,n. 30.

Et potest esse ex dicta causa tabellio, ibidem.

Beneficio restitutionis in integrum fiscus gaudet tum in contractibus,tum in iudicijs & licitationibus & subhastationibus, & in omnibus ad fiscum spectantibus,ad instar minoris, etiam in causis lucratiuis,p.2.q.6.n.120.

Quid in pœnis,n.121.

Quid in suis licitationibus prætextu læsionis maioris quantitatis oblatæ post liberatam plus offerenti hastam fiscalẽ, referuntur contrariæ traditiones,& obseruantia Baiuliæ Generalis Cathaloniæ, n.122.

Et in qua quantitate debeat esse læsio,ibidem.

Beneplacitum in officijs siue sit relatũ ad dignitatem siue ad personam,semper est perpetuum p.1.q.24.n.30.

Si ad beneplacitum Principis creatus sit iudex ordinarius,an mortuo Principe iudex esse desinat,& de alijs ministris,n. 30.

Ad beneplacitum & voluntatem cõcedentis concessa gratia cessat concedẽtis

UAB Biblioteca de Ciències Socials

tis morte, licet re nõ integra: secus si gratia concessa sit ad beneplacitũ Sedis Apostolicæ, n. 71.

Quid si concedens dicat donec reuocauero, ibid.

Blanditiæ potentum minis æquiparãtur, p. 1. q. 18. n. 87.

Bona ex hæreditate defuncti vendi facit ex officio iudex, vt possit cadauer illius sepeliri, p. 1. q. 9. n. 267.

Patrimonialia clericorum gaudent eisdem immunitatibus, quibus Ecclesiastica, p. 1. q. 11. n. 127.

Bona celandi & occultandi consilium quando aduocatus dare possit, ne in eis fiat executio, quæ decernitur propter æs alienum vel debitũ contra aliquem, p. 2. q. 8. n. 67.

Quæ occultauerint debitoris, tenentur propalare cognati, vxores, & amici ex vi monitorij iudicis Ecclesiastici, ibid.

Bona fides & sola probabilis credulitas excusat à pœna transgressorem, p. 1. q. 11. n. 25. & 28.

Sic reum etiam à pœna conuentionali, n. 26.

Declaratur, n. 31. & 32.

Bonus iudex nõ debet inniti prudẽtiæ suæ. & quis dicatur inniti prudentiæ suæ, p. 1. q. 16. n. 23. & 24.

Bonus Princeps exemplo Romanorum subditos ad laborẽ spe præmij excitare debet, qua sublata facile deficiunt & debilitantur, par. 1, quæstione 22. numero 3.

Bono iudici viuenti successorem nullum dedit Antonius Pius, & ex hac causa laudatur, p. 1. q. 24. n. 43.

In *bullis* Apostolicis quare apponatur illa clausula, de consilio fratrum nostrorum, p. 1. q. 24. n. 1.

Per bullam apostolicam cõpositionis an componi possit aduocatus, qui pro patrocinio causæ iniustæ aliquid à cliente accepit, si cliens nesciebat iniustitiã causæ, an verò clienti restituere teneatur, p. 2. q. 8. n. 23.

Et quid si cliẽs sciebat iniustitiã causæ: & quid si adhuc patrocinium nõ impendit, ibid.

C.

Cadauera exhumari facit iudex vt appareat an vulnera sint letalia, & an tunc sit obtinenda licentia à Vicario Episcopi, p. 1. q. 9. n. 296.

Calculatorum electorum vota an iudex teneatur sequi & confirmare, par. 1. q. 5. n. 60.

Quid si calculatores erant electi cũ potestate arbitrandi, n. 61.

Calculatoris officium an quis cogi possit acceptare, si à iudice vel à parte nominatus sit: & quid de tertio discordãtibus calculatoribus per iudicẽ nominato, p. 1. q. 12. n. 6.

Cancellarius Regius in Cathalonia præcedit gerenti vices generalis Gubernatoris Cathaloniæ, p. 1. q. 2. n. 49.

Canes curiarum vocantur mali aduocati, p. 2. q. 1. n. 28.

Capitalis pœna imposita an intelligatur de pœna mortis: & quæ intelligatur de iure Ciuili, & quæ de iure Canonico, p. 1. q. 15. n. 93.

Cappellanus amobilis à patrono simpliciter nominatus, non censetur reuocatus morte patroni nominantis, quamuis successor patronus possit eum reuocare: at si fuerit à patrono nominatus ad beneplacitum & voluntatem ipsius patroni, expirat per patroni nominantis obitum, p. 1. q. 24. n. 72.

Captos milites & fœminas pro debitis ciuilibus in Cathalonia, ex officio tenetur iudex carcere relaxare: & an suo priuilegio renuntiare possint vt capiantur, p. 1. q. 9. n. 235.

Capere ac carcerare delinquentẽ potest ac debet iudex inferior, dum delictum Superiori notificat, licet non possit de causa cognoscere, par. 1. quæst. 14. n. 22.

Et idem de iudice alio incompetente respectu competentis, ibid.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Capere iudex per se ipsum an possit delinquentem. & ibi opinio Hortensij Caualcani qui negatiuam tuetur,& eius argumenta,p. 1.q.24.n.135.

Sententia Alphonsi Narbona,qui defendit affirmatiuam,&respondet contrarijs argumentis,n.136.

Et auctoris super hoc sententia,num. 137.

Quid de Assessore iurisdictionem nõ habente an ipse per se capere possit,nu. 138.

Capi aduocati Doctores pro debitis ciuilibus non possunt,par.2.quæst 2. nu. 15.

Castellanus requisitus vt mediante pecunia Castrum tradat,quid possit facere,p.1.q.19.n.9.

Casus plures in quibus iudex procedit ex officio,remissiuè,par. 1.q.9. numero 308.

Multi in quibus quis propria auctoritate sine iudice potest sibi ius dicere, remissiuè, par.1. quæstione 14. numero 87.

In *Cathalonia* olim deficientibus vsaticis & constitutionibus Patriæ, iudicabatur secundũ sensum naturalem, p.1.q. 16.n.37.

Secundum quæ iura olim in illa iudicaretur post cõstitutionẽ Regis Martini,& an prius secundum ius Canonicũ quam secundum ius Ciuile,n.38.

Quid nouissimè super hoc constitutum sit in curijs anni 1599.n.39.

Cauillosus aduocatus à iudice repellẽdus est:& multa contra cauillosos aduocatos congeruntur,par.2.q.1.nu. 31. & 32.

Contra cauillosos & tumultuosos & malè se in officio versantes aduocatos ex officio iudex inquirit,n.32.

Causam vel actum pium si iudicis officium concernat, illud nemine petente exerceat p.1.q.9.n.54.

Sic in causa libertatis, alimentorum, dotis,n.55.

Causæ modicæ quantitatis sine scriptis ac sine libello agendæ sunt.& quid in criminalibus,& quæ sit ratio,p.1.q.10. n. 44.

Et an in istis causis sententia debeat redigi in scriptis,n.45.

Et quæ dicatur causa modicæ quantitatis,ibidem.

An in dictis causis appellatio pariat effectum suspensiuum vel dumtaxat deuolutiuum. & quid in possessorio summarissimo,n.46.

Causa proprietatis simul cũ causa possessionis definiri potest, stãte in commissione clausula(sola facti veritate inspecta) & quare,p.1.q.10.n.48.

In causis sine scriptis,agendis, testium tamen dicta & sententia sunt redigenda in scriptis, nisi propter magnam causæ modicitatem, alias iudex tenetur in sindicatu,n.61.

Et de obseruantia circa hoc in domo ciuitatis Barcinonæ,n.62.

Causa summaria an ex consensu partium possit effici plenaria seu ordinaria, & èconuerso,n.63.

Auctoris super hoc sententia, num. 64.

Et opinio Castelli à Bouadilla refutatur,& eius argumentis respondetur,n. 67.

Causæ vnius Vicariæ, vel Baiuliæ in Cathalonia an ex consensu partium possint ventilari in alia,n.65.

Collegiorum,& confratriarum in domo Ciuitatis Barcinonæ vertẽtes an possint ad Regiam Audientiam euocari, & quid super hoc disponat constitutio Cathaloniæ,n.68.

Quid priuilegium Caroli Imperatoris,&an sint ad hoc alia similia priuilegia, n.69.

Quid super his fuerit declaratum Regia sententia Visitatoris Generalis,n. 70.

Decisio Regiæ Audientiæ pro obseruatione dicti priuilegij, n.71.& alia exẽplaria,n.73.& 74.

Alia decisio Regię Audientiæ ad interpretationem præfatæ sententiæ Visitatoris,n.72.

Di-

Dictæ causæ collegiorum & confratriarũ possunt euocari ad Regiam Audientiam prætextu quod agatur de interpretatione Regiorum priuilegiorum, num. 75.

An causa sit criminalis quoties pœna apposita applicatur fisco. & traditur opinio Hieronymi Laurentij contra Robertum Maranta & distinctio Flaminij Cartarij, par. 1. quæst. 11. numero 91.

Si à Sede Apostolica cõmissa sit Petro Canonico, qui post cõmissionis receptionem canonicatum in alicuius fauorem resignet, an tunc decidi causa per resignantem vel per resignatarium debeat, p. 1. q. 12. n. 43.

Argumenta, & DD. contra resignantẽ, n. 44.

Argumenta, & DD. pro resignante, n. 45.

Respondetur argumentis traditis cõtra resignantem, n. 46. & seqq.

In causæ commissione quoties exprimitur nomen proprium, & dignitatis, si proprium præcedat, delegatio dicitur personalis. & quid si nomen proprium subsequatur, par. 1. quæstion. 12. numero 47.

Si vnum dumtaxat nomen in cõmissione exprimatur, si quidem sit dignitatis, mortuo delegato causa ad successorẽ in dignitate transit: si autem sit proprium, extinguitur morte delegatio, n. 48.

Causæ possunt cõmitti prioribus mẽdicantium, etiam fratrum minorum ac prioribus perpetuis conuentualibus, quia veniunt appellatione prælatorum: secus de monachis habentibus officia aut simplices administrationes, p. 1. q. 12. numero 86.

Contraria opinio Guidonis Papæ, nu. 87.

Sententia Vantij, n. 88.

Causæ quæ sint legitimę ac iustę ad iudicem ab officio remouendum, p. 1. q. 12. n. 105.

Causam auocare à subdelegato, nõ potest delegatus Principis subdelegãdo, quando subdelegatus incepit procedere, nisi adsit clausula auocandi in qualibet parte litis, p. 1. q. 12. n. 111.

Ne in aliqua causa procedat, potest ordinario suo Rex, vel Potestas vetare, & dominus Castri Baiulo suo, numero 110.

Causam suo delegato seu ordinario adimere, vel ad se auocare dominus iurisdictionis, etiam Princeps in dubio non præsumitur, nisi clarè constet, numero 112.

Opinio Guidonis Papæ vt falsa notatur, n. 113.

In causis breuibus, & leuibus ratione paruitatis an possit quis esse iudex sibi & suis. vbi contrariæ DD. opiniones, p. 1. q. 14. n. 23.

Causa vna si cessat in aliqua dispositione, non cessat effectus seu dispositio altera manente, par. 1. quæst. 15. numero 11.

Intellige quãdo vnaquæque causa per se, vel ea quæ vera reperitur, tanquam causa finalis considerari potest, n. 12.

Causa modicæ quantitatis quæ dicatur, p. 1. q. 15. n. 46.

In causa aliqua si iudex de iure potest sũmariè procedere, an possit si malit, procedere plenariè & ordinariè, p. 1. q. 15. n. 83. & 85.

Quid in Cathalonia. vbi Thomæ Mieres interpretatio reijcitur & declaratur articulus, n. 85.

Quid si in ordine iudiciario esset eratum, cum in causa summaria proceditur plenariè, an vitietur processus, num. 84.

In causa summaria potest iudex sine aliqua partium specificatione pronunciare & iustitiã ministrare, p. 1. q. 15. nu. 103.

In dicta causa omne ius à principio deductum censetur, ibidem.

Causa præindicialis ad causam principalem, prius decidenda est siue principaliter, moueatur siue per modum exceptionis, & quare, & illustratur exemplis, p. 1. q. 15. n. 122.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

Criminalis vti maior non est iudicanda prius quam ciuilis vbi super eodem facto existere possunt, si ciuilis causa criminali prætudicialis sit, n. 123.

Et traditur exemplū in executo ciuiliter pro maiori quantitate, qui vult agere criminaliter actione iniuriarum, & aliud exemplum ex Stephano Gratiano, n. 124.

Breuis resolutio & distinctio hāc materiam complectens, n. 126.

In causis breuioribus, quas iudex potest absque actorum scriptura definire, an possit sententiam dicere secundū suam priuatam scientiam aduersus allegata & probata. ibi contrariæ DD. sententiæ, parte 1. quæstion. 18. numero 9.

Et quid stante in commissione clausula, sola facti veritate inspecta, numero 10.

Causarum æqualitate data, an teneatur iudex expedire prius causam pauperis & miserabilis personæ, p. 1. q. 18. n. 90.

In causis miserabilium personarū iudex tenetur supplere in iure, & in facto, n. 91.

Causæ in Cathalonia decidi debent secundum ordinem denunciationum ipsarum siue conclusionum in causa, n. 93.

Intellige parte petente. & excipiuntur causæ fiscales, ibidem.

Causam nondum finitam deserens aduocatus, accipiendo patrocinium aduersarij, incidit in pœnā prævaricationis, p. 2. q. 1. n. 42.

Causas nimis plures non debet suscipere aduocatus, & imparia humeris suis onera, n. 43.

Causæ principalis aduocatus an cogi possit patrocinari in causa appellationis, p. 2. q. 3. n. 15.

In causa appellationis non potest aduocatus patrocinari pro parte aduersa contra suum primum clientem, n. 16.

Glosa & illius assecla contrarium tenentes impugnantur, ibidem.

Causam quā suscepit aduocatus si post litem cōtestatam intellexit esse iniquā, non debet eam prodere vt alteram partem iuuet, sed debet eam dissimulanter deserere, parte 2. quæst. 4. numero 20.

Fallit si id foret necessarium ad graue aliquod damnum proximi impediendū, tunc enim deberet iudici aperire vt occurreret, ibidem.

Debet dicto casu cliētem monere de causæ iniustitia, ibidem.

Causa appellationis an sit eadem cum causa primitiua, p. 2. q. 4. num. 35. & seq. vbi distinctione resoluitur.

In causa principali qui fuit iudex, an possit esse aduocatus in causa appellationis, parte 2. quæstion. 4. numero 53.

Quid de procuratore, ibidem.

Causæ eiusdem an possit esse iudex, qui fuit in causa aduocatus, num. 54. & 58.

Quid si hoc velint partes, ibidem.

Quid si fuit consultus vt aduocatus, nondum tamen dederit responsum, ibidem.

In causa vna aduocatus meus potest esse iudex in alia causa mea, nisi esset connexa, vel dependens ab illa, numero 55.

Quid in Cathalonia circa DD. Regiæ Audientiæ super hoc in constitutionibus patriæ caueatur, ibidem.

Causam deserere prætextu salarij non soluti & contra fiscum aduocare fiscalis aduocatus non potest: secus in causis priuatorum, parte 2. quæstion. 6. numero 16.

In causis omnibus patrimonij Regij & fiscalibus examinandis, & decidendis fisci aduocatus interesse debet, p. 2. q. 6. n. 27.

Opponitur de textu in l. proximè ff. de his quæ in testam. delen. & soluitur cō trarium, n. 28.

Quid in causis criminalibus de iure communi, n. 29.

Quid circa ista in Cathalonia generalibus constitutionibus cautum sit, & consuetudine receptum, n. 30.

Causæ

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Cauſę fiſcales ſunt ſummaria, etiã quãdo fiſcus vti reus conuenitur, p.2.q.6.n.105.

Taxationis ſeruitiorum feudatariorũ domini Regis, quæ in Regio Concilio Baiuliæ Generalis Cathaloniç veruntur, & declarantur, p.2.q.7.n.112.

Cauſa principalis, & cauſa appellationis dicitur eadem cauſa reſpectu rei, de qua agitur: ſecus quo ad alia, p.2.q.9.n.59.

Cauſæ principalis aduocatus an cogatur patrocinari in cauſa apellationis cũ nouo ſalario, n.60.

Cauſam ſui clientis quando aduocatus minus probabilem iudicat, an liberũ ſit aduocato illam defendere, & ita ſequi opinionem minus probabilem, ſequẽdo tamen probabilem. referuntur contrariç DD. ſententiæ, & quæ ſit verior, p.3.q.3.n.29.

Opinio affirmatiua nonnull is argumẽtis defenditur, n.31.

Et an ſit admitẽda diſtinctio inter cauſas grauiſſimi ponderis & alias minoris momenti, n.32.

Cauſam minus probabilem ſi aduocatus tueatur, tenetur clientem ſuum admonere de illa minori cauſæ probabilitate, n.33.

Minus probabilem cauſam clientis ſui non poteſt aduocatus tueri, quando pars illa eſt parum probabilis, & in quam raro aut nunquam iudices inclinant: alias tenetur ad reſtitutionem, n.34.

Cauſæ principalis iudex poteſt eſſe procurator, vel aduocatus in cauſa appellationis, p.3.q.5.n.29.

Cautio de damno infecto debet à iudice poſtulari, p.1.q.9.n.35.

Cautus & prudẽs quemadmodum debeat eſſe aduocatus erga iudicem, p.2.q.1.n.45.

Quemadmodum erga partem cui patrocinatur, n.46.

Quemadmodum erga partem aduerſam, n.47.

Quemadmodum erga aduocatum cõtrarium, n.48.

Quemadmodum in negocio, de quo agitur, num.49.

Quemadmodum erga ſe ipſum, nu.53.

Cautela cõſultoris, vt ſine periculo reſpondeat iuxta aliorum opinionem contra propriam, p.2.q.5.n.16.

Cautela, quod partis præſentia notetur in actis per notarium, vt conſtet de partis conſenſu, p.3.q.4.n.23.

Charitatis lex quæ dicit vt plus te quã proximum ames, eadem præcipit vt plus in te quã in proximo peccatum cuites, p.1.q.8.n.15.

Ciceronis ſententia, non poſſe iudicem aliud iudicare de iure, & aliud aduocatũ reſpondere, p.3.q.3.n.1.

Et contra Ciceronem an ſententia Cãciunculæ vera ſit, n.37.

Citatio partis an ſit neceſſaria in relatione facienda, p.1.q.7.n.86.

An requiratur quando iudex procedit ex officio, p.1.q.9.n.282.

Citari iudex poteſt ad defendendum quod fecit, quando proceſſit ex officio: ſecus quãdo ad partis inſtantiã proceſſit; & quæ ſit ratio differentiæ, n.284.

Citatio partis in quibus caſibus per iudicem omitti poſſit, p.1.q.10.n.11.

Ad allegandum ſeu informandum nõ debet reproduci in actis cauſæ, p.3.q.2.n.23.

Ciuitatis Commune poteſt capere animalia ad ferendum ſalmas cauſa mittendi frumentum in exercitum, p.1.q.9.n.208.

Clauſula qua partes de expenſis proteſtantur, cenſetur interpellatus iudex vt victum victori ad expenſas condemnet, parte 1. quæſtion. 9. numero 70.

Per clauſulam, ius & iuſtitiam miniſtrari, narrato facto cenſetur deducta omnis actio quę ex narratis colligi poteſt p.1.q.9.n.108.

Fallit tamen duobus modis de quibus, ibidem.

Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, plus operatur in cõmiſſione cauſarum, quam clauſula, ſummariè, p.1.q.10.n.6.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

Per clauſulam, ſola facti veritate inſpecta, cenſentur ſublatæ omnes ſolẽnitates iuris ciuilis, & ſolum obſeruantur ea quæ ſunt iuris naturalis, & gentium, non ita in cauſis aliàs ſummarijs, num. 7.

Dicta clauſula non operatur vt fides inſtrumento adhibeatur, ſi copia parti data non ſit, n. 9.

Nec poteſt tollere alicui ius quæſitũ, nec ea quæ ad reperiendam veritatem tendunt, n. 10.

Clauſula, appellatione remota, tollit effectum appellationis ſuſpenſiuum, ſed fallit duobus caſibus vt hic, p. 1. q. 10. num. 47.

Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, in commiſſione poſita, non cogitur iudex ſuper incidentibus, & emergẽtibus pronunciare, p. 1. q. 10. n. 51.

An dicta clauſula tantæ ſit efficaciæ vt ex nudo pacto oriatur actio. vbi contrariæ doctorum ſententiæ, n. 52.

Quid ſtante clauſula, manu Regia, ibidem.

Clauſula, ſola facti veritate inſpecta, æquiparatur clauſulæ, manu Regia, & relaxat omnes ſolennitates iuris poſitiui, n. 55.

Dicta clauſula, ſola facti veritate inſpecta, plus operatur, quam clauſula, ſummariè ſine ſtrepitu, & figura iudicij, nu. 56.

Clauſula, de plano, plus operatur quã clauſula, ſummariè, n. 60.

Et per eam remouentur omnes ſolennitates iuris ciuilis, ibidem.

De clauſula, quod ſi non omnes, p. 1. q. 24. n. 110.

Clauſulę appoſitæ in prima cõmiſſione iudicis ſiue aſſeſſoris an cenſeantur repetitæ in ſecunda, p. 1. q. 24. n. 149.

Quid in cõmiſſione nouę cauſæ, ibid.

Quid ſi dicta clauſula in primo reſcripto eſt appoſita ex priuilegio cauſæ, ibidem.

Quid quando ſecundus iudex ſubrogatur in locum primi, ibidem.

Quid ſi dicta clauſula poſita fuit in priori cõmiſſione in fauorem certæ perſonę, quæ illa non vtitur in ſecũda, n. 150.

Clauſulæ odioſæ, veluti clauſula, appellatione remota, an cenſeantur repetitæ, n. 150.

Clauſula, ſine ſcriptis, in compromiſſis & in commiſſionibus Regijs appoſita operatur, quod de geſtis ſtabitur aſſertioni iudicis, p. 3. q. 5. n. 19.

Clericus per quẽ iudicem debeat declarari negociator, & an contra clericũ negociatorẽ neceſſaria ſit trina monitio, p. 1. q. 11. n. 120.

An dicatur negociator eo quod fructus ſuæ præbendæ in ciuitatem, in qua domicilium habet, adducit pro ſua, ſuęque familiæ ſuſtentatione, & reliquorũ ſuperſtitum venditione, n. 123.

In ſacris conſtitutus ſi matrimonium nulliter contrahat, an perdat beneficia. vbi contrariæ Iacobi Cãcerij, & Aloyſij de Leo traditiones, p. 1. q. 11. nu. 133.

Pauper non perdit beneficium cap. Odoardus de ſolutionibus, etiam ſi culpa ſua ad paupertatem deuenerit, niſi culpa ſit ordinata ad caſum, p. 1. q. 11. nu. 136.

Clerico coniugato an poſſit Epiſcopus cauſam criminalem clerici committere, & quid ſi clericus accuſatus conſentiat, p. 1. q. 12. n. 57.

Clericus coniugatus diſpenſatiuè poteſt beneficium Eccleſiaſticum obtinere, ibidem.

Et non differt à laicis, niſi in duobus de quibus in cap. vnic. de cleric. coniuga. lib. 6. quod etiam capitulum reſtrictum fuit per Concilium Tridentinum, n. 58.

Et an poſſit eſſe vicarius Epiſcopi, nu. 62.

Clericus in Cathalonia non poteſt eſſe aſſeſſor laici officialis, vt Vicarij, vel Baiuli, n. 66.

In iure doctor licet ſit pauper, & non habeat patrimonium vel beneficium, poteſt ordinari, non obſtante decreto Concilij Tridentini. & quare, par. 2. q. 2. n. 69.

In caſu paupertatis poteſt aduocare, n. 70.

Cle-

Clerico in sacris constituto, vel in minoribus beneficiato prohibita est aduocatio coram iudice seculari, nisi in propria causa, vel pro Ecclesia sua, vel immi nente necessitate pro coniunctis vsque ad quartum gradum, vel pro miserabilibus personis, dummodo diuinum officiū non omittatur, p. 2. q. 3. n. 25.

Coram iudice Ecclesiastico aduocare non prohibetur, exceptis Episcopis, & Sacerdotibus, ibidem.

Episcopi autem, & sacerdotes quibus casibus aduocare possint coram iudice Ecclesiastico, ibidem.

Episcopus verò in nullo casu coram iudice seculari aduocatus esse potest, ibidem.

Clerici minorum ordinum non beneficiati aduocati esse possunt in omnibus causis ciuilibus, sicut laici: imò etiam in criminalibus modo non gestent tonsuram clericalem, etiam coram iudice seculari: sed si inde sequatur mors vel mutilatio, fient irregulares, n. 26.

Clericus potest aduocare pro eo, qui habet rem communē cum Ecclesia, n. 31

Clerici non prohibentur esse a consilijs iudicis secularis, n. 33.

Nec consilia præbere, & allegationes in iure conscribere prohibētur. & quare, ibidem.

In curia Romana ex tolerantia Sum. Pontificum clerici exercent publica munera aduocationis, vt & procurationis, quan uis non sint pauperes, etiam in causis profanis, & cum salario, n. 34.

Clerici in sacris constituti an statuto vel consuetudine effici possit vt exercere valeāt aduocationem in casibus, in quibus alias de iure Communi exercere prohibentur, n. 35. & seqq.

Quæ consuetudo super hoc vigeat in Cathalonia, ibidem.

Quid in clericis regularibus. & quid in criminalibus, ibidem.

Clericus in Regno Aragonum extat statutum vt coram iudice seculari aduocare possit, n. 36.

Clerico aduocato licet salarium recipere, p. 2. q. 9. n. 6.

Cæcitas si iudici superueniat, iudicādi munus retinet: nouum gerere non potest, p. 1. q. 12. n. 28.

Collegia & confraternitates iure Communi an sint prohibita & reprobata, p. 1. q. 10. n. 78.

Et rationes traduntur, n. 79.

Eorum, qui eādem artem exercēt vel officium, iure Ciuili permissa sunt, num. 83.

Opinio Nicolai Losei super hoc impugnatur, & eius argumentis respondetur, n. 84.

Collegia & confratriæ Ciuitatis Barcinonæ omnia aut ferè omnia sunt creata à domino Rege, vel à Ciuitate ipsa, & pauca sunt à Rege, n. 85.

In dicta Ciuitate Collegia dicuntur artificum: & Confratriæ Fabrorum, n. 86.

Præter antiqua, Octauius Augustus dissoluit. & quare, n. 88.

Sic Franciscus Rex Gallorum, n. 89.

Sic Tarquinus Rex Romanorū prohibuit omnia Romæ præter ea, quæ à Numa fuerant instituta, n. 90.

Sic Iulius Cæsar & Augustus Cæsar reuocarunt omnia Romæ, relictis antiquis, n. 91.

Omnium ferè artium & officiorum fuerunt Romæ, n. 93.

Et in Græcia, & quomodo vocabātur, ibid.

Et in Gallia, & in Regno Lusitaniæ, & quid in Cathalonia, ibid.

Artificum Numa Romanorum Rex primum instituit, & quæ, n. 95.

Et quomodo postea aucto nimis illorum numero, fuerunt sublata, paucis exceptis, & quare, ibid.

Cur Clodius ea restituit, ibid.

Coloni non possunt in fine sui temporis ita erodere fundum, vt fructus anni sequentis corrumpantur in damnum futuri colonì, par. 1. quæst. 24. numero 38.

Et ibi similia de seminantibus totum fundum, vel malè putantibus vineas in præiudicium futuri coloni, ibid.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Commissio iudici seu officiali facta vt se informet, quando intelligatur de informatione iudiciali per processum, vel extraiudiciali sine processu. vbi inter DD. Bouadilla & Narbona concertatio, p. 1. q. 18. n. 25.

In *Commissum* quod cadit, statim sine aliqua apprehensione trãsfertur in fiscũ quo ad dominium, non quo ad possessionem: & fisco datur rei vendicatio contra quemlibet possessorem, p. 1. quæst. 11. n. 81.

Quid si res cadat in cõmissum in Regno Cathellę per leges illius Regni, & capiatur in Cathalonia penes possessorem, an fiscus cum sub eodem Principe sit, possit apprehendere, n. 83.

A commissi pœna an possessor excusetur, si res quę cecidit in commissum, pereat antequam à fisco capiatur, numero 84.

Compater in causa filij spiritualis an iudex esse possit, p. 1. q. 14. n. 64.

Quid super hoc seruet Regia Audiẽtia Cathaloniæ, n. 65.

Compater spiritualis an possit esse testis, n. 66.

Compensatio an obijci per debitorem fiscalem fisco possit, & in quibus casibus, p. 2. q. 6. n. 104.

Conclusio in causa censetur facta quo ad partes, sed non quo ad iudicem, cui nunquam in causa concluditur, quin sẽper recipere probationes ex officio possit, p. 1. q. 9. n. 154.

Menochij sententia contrarium asserentis, n. 157. & defenditur, n. 159. & an vera sit, n. 160.

Post conclusum in causa non possunt fieri interrogationes ad partis instantiã: bene tamen ex iudicis officio, numero 155.

Quid facere iudex possit post conclusionem in causa, n. 157.

In causis summarijs non concluditur in causa, ideoque semper vsq. ad sententiam interrogationes fieri possunt, etiam ad partis instantiam, n. 158.

Ex magna causa & æquitate potest iudex post conclusum in causa admittere probationes: dato tamẽ æquitatis concursu iudicandum est contra negligentem, n. 161.

Ad *concordiam* & compromissum in causa ciuili an iudex officio suo nobili partes cogere possit, par. 1. q. 9. numero 309.

Casus fallẽtiales huius regulæ, n. 310.

Ad concordiam siue transactionem nõ debet iudex statim partes compellere propter metum scandali & armorum, si possit occurrere celeriter expediendo causam vel sequestrando possessionem sine præiudicio partium, vel cogendo eas cauere de non offendendo & innouando, n. 311.

In causis criminalibus an iudex possit officio suo partes cogere ad concordiam, n. 312.

Concubinæ iudicis an liceat conferre munera aut aliter ab ea petere, vt apud iudicem pro aliquo intercedat, p. 1. q. 18. n. 88.

Condemnare vltra petita iudex non potest, p. 1. q. 9. n. 98.

Extenditur ad arbitratorem, n. 100.

Fallit quãdo est vnum petitum, & postea discussum inter partes de alia materia non petita, n. 107.

Fallit item in terdecim casibus ex Felino, n. 110.

Condemnare potest iudex in alio quã sit petitum, quando ius vel consuetudo non permittit præstari id quod petitum est, p. 1. q. 9. n. 115.

Condemnare seu sententiare potest in his quæ sunt correlatiua seu cõnexa petitis, n. 118.

Condemnare vel absoluere, & condẽnandũ vel absoluendum pronunciare, an idem sit, p. 1. q. 15. n. 16. & 21.

Salyceti opinio super hac quæstione improbatur, n. 21.

Et duæ opiniones don Ludouici à Peguera refutantur, n. 22.

Condemnare personã cognitã innocentẽ, ex sola humana potestate an intrinsecè malum sit, p. 1. q. 18. n. 5.

Con-

Condemnari de iure Gentium nemo poteſt ſine teſtibus, nec niſi citatus & auditus: & id ipſum eſt iuri Naturali & Diuino conforme,n. 16.

Condemnatus an teneatur expreſsè approbare ſententiam,p. 1.quæſt.24. num. 130.

Condemnati per iudicem quãtumcũque iuſtiſſimè ſint, ſibi videntur dolo ac fraude ſeu per iniquitatem damnati, & ſolent conuitiari iudici,p.3. quæſt. 1. n. 10.

Conditio impoſſibilis vel turpis quare in teſtamentis vitietur: in contractibus autem actum vitiet, p. 1. q. 11. numero 8.

Conductores reddituum beneficiorum Eccleſiaſticorum vel perſonarum immunium non gaudent immunitatis priuilegio à vectigalibus,par. 1. q. 11. numero 128.

Quid in conductoribus fiſci, *ibid.*

Confeſſarius quare de crimine confitentis interrogatus non teneatur illud propalare, parte 1.quæſtion. 8. numero 29.

Debet abſoluere pœnitentem, dummodo pœnitens ſequatur opinionẽ probabilem, licet illa confeſſario videatur minus probabilis,par. 3.quæſt. 3.numero 12.

Poteſt amplecti opinionẽ minus probabilem,& eam pœnitenti cõſulere,ibidem.

Confeſſarij iudicium in foro pœnitẽtię eſt medicinale nec inter partes, ſed inter hominem & Deum,n. 13.

Confirmatio Superioris in forma communi,ſi contra ius ſtatutum ſit,nihil operatur, cum tanquam generalis non extendatur ad ſtatuta,niſi quatenus ſint iuſta & honeſta & iuri Communi non contraria, parte 1.quæſtion. 6. numero 41.

Contra *conſanguineos* ſuos intra quartum gradum non tenetur aduocare aduocatus ſalariatus,p. 2.q. 3.n. 61.

Conſeruatores reputantur ordinarij, & habent limitatam iuriſdictionem circa manifeſtas & notorias iniurias,p. 1. q. 14. n. 25.

Si ipſis negatur qualitas notorietatis, poſſunt ſuper ea informationem recipere & de illa cognoſcere,ibid.

Conſiliarij Principum & iudices nõ debent eſſe nimis acuti,& quare,p. 1.q. 1. n. 21.

Conſiliarius debet eſſe vnus ex mille, p. 1.q. 1.n. 82.

Regij poſt Principem ſalutandi ſunt. & quare, parte 1. quæſti. 2. numero 30.

Quam neceſſarij ſint Principi,ſicut vera conſilia,n. 41.

Abſque conſiliariorum ſuorũ & procerum conſilio an Princeps ardua negocia poſſit expedire,n. 42.

Conſiliarios Principis non honorantes incurrunt pœnam quaſi ſacrilegij, & qui dubitant an illi digni ſint, numero 46.

Conſultoris ſui conſilium iudex ſequi non tenetur,ſiue ex diſpoſitione ſtatuti, ſiue ex partium voluntate,& conuentione conſultorem acceperit,p. 1.q. 5.numero 1.

Conſultorem iudex non poteſt à partibus compelli accipere,p. 1.q. 5.numero 12.

Cõſultore an iudex indigeat,conſciẽtię eius ſtandum eſt,n. 13.

Procedit quando iudex propter peritiam ſuæ ſcientiæ electus eſt, numero 14.

Conſultor ſi ſit nominatus intuitu dignitatis & deceſſerit,expectatur ſucceſſor: ſi autem ſit priuata perſona & moriatur, liberè poteſt actus exerceri, & quid ſi plures ſint conſulendi, p. 1.q. 5.numero 45.

Aſſumptus non poteſt nouas probationes ſeu inſtrumenta recipere, numero 46.

Conſiliarij Barcinonæ qui prætermiſſis aſſeſſoribus cauſam contratriarum ex priuilegio decidunt,nulliter iudicant, licet non teneantur ſequi votum illorum. & quare,p. 1.q. 5.n. 47.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Principis, quibus ex officio incumbit Principi consilium dare, seu eius nomine iustitiam ministrare, si illi aliquid iniustum, etiam bis præcipienti obediunt, & contrarium ei nō suadent, grauiter peccant, par. 1. quæst. 7. numero 43. & ad quid teneantur, numero 44. & an officio renuntiare pro exoneratione conscientiæ, num. 45. & 47.

Consiliarius in exponenda sua sententia in consistorio salua conscientia quid facere possit vel non possit, quidque debeat obseruare, par. 1. quæst. 8. num. 39.

Cum nullum timetur incommodum, debet dicere quod sentit, nec aliter ei fas est, n. 40.

Quidquid incommodi instare videatur, nunquam licet illi falsum dicere, aut aliter quam sentiat, n. 41.

Si malum quod sibi cōsiliarius timet, graue sit, malum autem quod pro veritate tuenda Reipublicæ impendeat, leue: potest ita se gerere, vt neque assentiat, neque dissentiat nempè vtendo verbis ambiguis, & liceret etiam illi hoc casu cōtinere se domi nec ad consistorium ire, n. 42.

Cum graue Reipublicæ damnum imminet, tunc quodcunque malum subeundum sit, semper expromenda est sua cuique sententia clarè & liberè, cū ea tamen qua decet reuerentia & modestia: nec licet cōsistorium fugere, n. 43.

Consultor recusari potest sine probatione causæ, & sine eius expressione, p. 1. q. 12. n. 125.

In consiliarijs optimis eligendis pars magna communis salutis posita est, p. 1. q. 22. n. 1.

Consiliarius potest consulere partibus præsentibus & absentibus non citatis, p. 1. q. 24. n. 15.

Corā consiliario necesse non est quod fiāt iuris allegationes per aduocatos partium, ibidem.

Consiliarios sibi eosdem sepius adi ūgere iudices possunt, p. 1. q. 24. numero 43.

Consultor qui aliàs fuit in eadem causa, potest allegari suspectus iudex, p. 3. q. 5. n. 50.

Consilium interdum ab insipientibus petere iudex debet, p. 1. quæst. 1. numero 71.

Qui petere debet, sufficit vt petat, quamuis minimè sequatur, numero 2. & 5.

Non valet conditio legato adiecta, si arbitratu Titij nupserit: valet tamen testatoris præceptum vt filia nubere nō possit absque consilio Titij. & quare, numero 3.

Consilij lex quando obliget, numero 4.

Consilium potest haberi, etiam ab eo qui illud negotium tractare prohibetur, n. 6.

Si in compromisso dicatur quod arbiter seu arbitrator teneatur pronunciare secundum consilium certi sapientis an teneat compromissum, numero 7.

Quid operetur dicta clausula, numero 8. & an illud consilium sit sequendum, vel assumendum, numero 9.

Si dicatur in compromisso, quod pronuncietur habito concilio sapientis, vel secundum consilium sapientis, nullo sapiente expresso valet compromissum, & quæ sit ratio differentiæ, numero 10.

An possit fieri commissio delegato cū clausula quod teneatur pronunciare secundum consilium delegantis, numero 11.

Consilium sapientis iudex necessariò sequi tenetur, si statuto ita caueatur, licet quidam DD. contrarium defendāt, p. 1. q. 5. n. 16.

Et si non sequatur, sententia est nulla, n. 17.

Consilium sapientis vbi statutum disponit quod iudex illud sequatur, an teneatur sequi, si sibi iniustum videatur. vbi distinctio, p. 1. q. 5. n. 27. & 29.

Sapientis si statutum arctat iudicem quod sequatur, intelligitur nisi cōtineat mani-

manifeſtum iuris errorem,vel manifeſtã iniquitatem,n.28.

Alterius qui ſequi tenetur,de ipſo ſequuto accuſari non debet,ſed eligens aſſeſſorem accuſabitur,n.31.

Sapientis ſi quis ex ſtatuto tenetur petere & ſequi,an præſumatur ſequutus,n. 32.& 34.

Præſumitur ſequutus ſi partes tempore latæ ſententiæ fuiſſent preſentes, & non contradixiſſent, vel ſi iudex in ſententia eam ſolennitatem enũciaſſet, n.33.& quid obſeruetur in Cathalonia, n.35.

Aſtrictus petere,tenetur quandoquẽ etiam ſequi vrgente ſubiecta materia, n.38.

Cum conſilio ſapientis quando iudex pronunciare tenetur, licet non debeat illud ſequi,debet tamen petere & expectare,alias ſententia eſt nulla, numero 44.

Conſilium ſapientis an ſub vitio nullitatis teneatur iudex expectare,ſi ad inſtantiam partium alicui ſapienti cauſam conſulendam remiſerit.vbi diſtinctio,p. 1.q.5.n.48.

An ſola petitio quod cauſa remittatur ad conſilium ſapientis,ſuſpendat iudicis iuriſdictionem,n.49.

Conſilium optimum ad Principum Pedagogos & conſiliarios quando eos reprehendere non audent,par.1.q.16.n. 21.

In rebus agendis maximè neceſſariũ eſſe comprobatur, par. 1. quæſtio. 24. nu.1.

Conſtitutiones diſponentes vt iudices intra certum terminum ſententiam dicant,intelligi debent parte petente, p.1. q.6.n.114.

Limita niſi aliud ex mente legis vel ſtatuti conijceretur,& ibi exemplum in caſu conſtit.tit. *de arbitres y arbitradors*, quod tamen controuertitur,n.115.

Conſtitutiones alicuius Regni ſeu Prouinciæ & ſic etiam Caſtellę & Cathaloniæ an habeant naturam ſtatutorum vel iuris Communis, ſintque ideo latè vel ſtrictè interpretandæ. vbi contrariæ traditiones Iacobi Cancerij & Ioannis Parladorij,p.1.q.11.n.131.

Cathaloniæ abeunt in deſuetudinem per contrarium vſum totius Cathaloniæ & Regis tolerantiam, licet conſuetudo illis contraria reprobetur per plures cõſtitutiones:& poſſunt ab initio non recipi,p.1 q.13.num.34.& par. 2. q. 7. num. 69.

Cathaloniæ ſunt contractus Regis & leges pactatæ cum Rege & iuratæ per ipſum,par.1.quæſt.18.n.21.& p.2.q.7. n. 14.

Conſtitutio Petri Secundi, quæ eſt 3 ti.*de feus y poſtats* quid diſponat,p.2.q.7 n.8.

Eſt abrogata per conſtitutionem Reginę Mariæ, quæ eſt, 1. titul. *de offici de Balle general*, quidque ſtatuat Regina Maria eadem conſtitutione, n.9.

Conſtitutionum Cathaloniæ compilationis forma an ius faciat,p.2.q.7.n. 54. & 55.

In primo volumine multæ leguntur ſuperfluæ & correctæ & ſignanter aliquæ referuntur,n.56.57.& 58.

Conſtitutio Petri Secundi quæ eſt 3. tit.*de feus y poſtats* fuit ſublata per contrariam conſuetudinem tercentum annorum & vltra in Cathalonia, numero 66.

An Iacobi Secũdi quæ eſt 4 ti.*de feus y poſtats* concordet cum dicta cõſtitutione Petri Secundi, n.99.

Anaſtaſij & ſucceſſorum eius, ne cuiquam adminiſtratio patriæ ſuæ ſine ſpeciali iuſſu principis permitteretur. & quare,p.3.q.1.n.23.

Ad *conſuetudinem* interpretatiuam inquid ducendã quod tẽpus requiratur,& ſi ſit contra iuris Communis diſpoſitionẽ p.1.q.3.n.17.& q.15.n.78.& ibi quid ſi ſit præter ius vel contra ius,n. 79. quidque poſſit iudex arbitrari circa tempus interpretatiuæ,& an debeat eſſe præſcripta, n.78.

Conſuetudo & obſeruantia ſubſequuta excuſat ſemper à pœna, & quid in

in Cathalonia si sit contrà constitutiones Principatus, p.1.q.11.n.30.

In iudicialibus quomodo probanda sit, & an probari possit per testes. vbi glosæ & DD. contrariæ sententiæ, p.1.q. 13.n.13.

Cõsuetudine an effici possit quod quis sit iudex in causa propria, p.1.q.14. nu. 14.

Et auctoris super hoc sententia, nu. 15.

Si sint diuersæ obseruantiæ, cui standum sit, p.1.q.15.n.78.

Tanto efficacior est obseruantia ad legis interpretationem: quanto proximior est tempori legis conditæ, ibid.

Consuetudo tanquam lex non scripta potens est ad tribuendã iurisdictionem & facit licitũ ex illicito, & potentior est priuilegio, p.1.q.23.n.17.

Interpretatiuæ vis, etiã vbi verba repugnarent, & data prohibitione allegãdi vsus & consuetudines, par.2.q.6. nu. 56.

Consuetudo omnis contra constitutiones Cathaloniæ, etiam immemorialis reprobata est, parte 2. quæst. 7. num. 68.

Intellige de inductiua noui iuris, non de interpretatiua seu de obseruantia declaratiua, n.71.

Consulere iudex Principẽ debet si causã testibus & instrumentis indagauerit & in ea definienda anceps sit, p.1.quæst. 7. nu.2.

Iustitiã Aragonum in Aragonia omnes officiales tenentur, eisdemque iustitia Aragonum respondere, n.5.

Iudex Superiorẽ super facti quæstione non debet, sed super quęstione iuris tãtum, n.6.

Consultus de facto Alexander tertius noluit respondere, p.1.quæstio.7. numero 7.

Consulere Principem nec super iuris quæstione iudex debet si ius non recipiat probabile dubium, nec Princeps ei respondere tenetur, par.1.quæstio.7. nu. 14.

Superiorẽ, casus in quibus iudex debet, p.1.q.7.n.22.

Superiorem iudex debet, si à potentibus impediatur in administratione iustitiæ, n.23.&.24.

Item quando periculum vel damnum in expeditione negocij incurrere potest, p.1.q.7.n.52.

Itẽ quando ex aliqua iusta causa leges seu statuta transgreditur, n.53.

Principem debet in maioribus causis, decisioni Principis reseruatis, & super arduo, & difficili facto, p.1. q. 7. numero 56.

Item quando excellentis peritiæ artifex ad mortem damnatus est. & quare, n. 66.

Extende si damnatus fuerit ad torturam, n.67.

Extende item ad quamcunque pœnã propter quam Respublica damno efficeretur, n.68.

Fallit in latrone manifesto, seditioso, factioso, & id genus sceleratissimo, cui nec Princeps debet pœnam remittere ob egregium illius artificium, numero 70.

Consulere Principem iudex nõ debet regulariter pro puniendo, seu condemnando delinquentem, n.73.

Principem, seu Regium Consilium cõsulere & supersedere iudex debet si post latam sententiam constiterit de innocentia rei, p.1.q.7.n.79.

Item si reũ de homicidio, testibus cõuictum innocentem sciat, & quare, nu. 80.

Consulens Superiorum iudex debet consultationis copiã partibus apud acta edere, n.84.

Vel integra acta processus ad Superiorem transmittere, n.85.

Consulenda causa cuius expensis ad Superiorem transmittenda sit, p.1.q.7.n. 88.

Consulere iudex qui alias tenebatur, excusatur quando Princeps vel Superior difficile adiri, & consuli, potest, nu. 89.

UAB
Biblioteca de Ciències Socials

Consulendi Principis nomine in Cathalonia regulariter intelligimus Proregem,& eius Regium Consilium,numero 96.

Consulentem aduocatum oportet nō iuris solum, sed omnium rerum cognitionem habere, par.2. quæstio. 1. num. 16.

Consulere inuitus quis compellitur, p.2.q.3.n.8.

Vni ex partibus, & pro altera patrocinari aduocatus non potest,p.2.q.4.nu. 11.

Propter consilium an impediatur aduocatus aduocare contra eundem in eadem causa absque præuaricationis labe, si ab aliquo consultus fuit,& eo consulto consulens suscepit alium aduocatum in sua causa,illo dimisso, p. 2.q.4. nu.21. & seqq.

Speculatoris opinio,& in quibus fundetur ibidem.

Et refutatur,n.22.

Consulenti si congruo salario accepto præbuit aduocatus consilium, non potest postea pro altera parte aduocare, n. 23.

Consulendo aduocatum,si vna partiū tentauit eum, vt in causa illa pro cōtraria parte aduocare non posset, & opera aliorum postea vsus est, non prohibetur aduocare pro aduersario,n.24.

Similiter procurator Generalis: secus in procuratore habẽte speciale mandatũ, ibidem.

Ad expensas omnes tenetur pars, & fisci procurator ad nullas, quando fisci procurator est iunctus cum parte & subcumbunt in causa, n. 86.

Quid in Cathalonia statutũ super hoc sit, ibidem.

In expensis an fiscus condemnetur, remissiuè, n.87.

Ad expensas clienti suo tenetur aduocatus amittens causam iniustam, si illum non monuit de causæ iniustitia, p.2.q.8.n. 18.

In expensarum litis probatione an deferatur iuramentum: & quanta fides adhibeatur circa illas notario, p.2.q.9. nu. 58.

In expensis si iudex condemnauit, cõdemnatus supplicauit, & in causa supplicationis commutando sententiam primitiuam, dictum sit quod vtraque pars suas solueret expensas, an pars quæ prius fuit in expensis condemnata, censeatur absoluta ab expensis primæ instantie, p.3.q.4. n.32.

De expensis tantum suæ instantiæ intelligitur iudex appellationis, confirmãdo sententiam, & simpliciter condemnãdo victum in expensis, si à iudice primitiuo fuit expresse ab expensis absolutus: secus tamen si primus iudex omisit condemnationem expensarum, numero 33.

Ab illis partem aliquando iudex primitiuus absoluit cum clausula, quatenus acquiescat sententiæ, n.34.

Et sic absolutus, tacitè censetur in expensis condemnatus, si appellet, & appellationis causam prosequatur, ibiem.

Experientia requiritur in iudice, p. 1. q.1.n.13.

Vocatur plenitudo scientiæ. vbi & alia de experientia, n.15.

Requiritur in aduocato. & multis ornatur & confirmatur, par.2.q.1. numero 13.

Et respondetur pro iunioribus aduocatis, n.14.

Exteri an originarij iudices creandi sint, p.1.q.1.n.94.

Et quid in Cathalonia, n.95.

F.

Fabula Typhœi à Poetis tradita, p.2.q. 7.n.89.

Facta inter duo contraria an possit dari tertium, & quale, p.1.quæst.6.numero 33.

Factum de facto potest per eundem iudicem reuocari, n.81.

Et praxis nonnullorum iudicum super hoc impugnatur, n.82.

De facto quod fecit iudex, ad vitãdam appellationem potest ac debet de facto reuocare, & tam ipse per querelam aditus, vel ex officio, quam iudex appellationis, etiam non citata parte, p.1.q.15.n.109. & q.24.n.133.

De facto suorũ præpositorum an nauta, hospes, tabernarius teneãtur, p.1.q.24. n.98.

De suorum famulorũ an domini, ibid.

Factum vnum reputatur, quod fit vno contextu, p.3.q.4.n.36.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Facultas indulgendi in delictis, gratias concedendi, & bannitos restituendi soli Principi reseruata est, par. 1. q. 6. numero 50.

Consuetudine ab inferioribus à Principe acquiri potest, n. 54.

Residet apud Barones, si à Principe in inuestitura illis data sit, numero 58.

Vendendi officia per Principem tacitè & expressè tribuitur, & quando tacitè censeatur tributa, p. 1. quæst. 21. nu. 32.

Facultatiuum ius non esse probatur, quando constat sæpè ac longo tempore casus euenisse, & non reperitur vsus prætensæ facultatis, par. 2. quæst. 7. numero 107.

Falsum instrumentum coram eo in causa ciuili producentem punit ex officio iudex pœna extraordinaria, & nihilominus punietur is pœna ordinaria per suum iudicem in iudicio ordinario, p. 1. q. 9. n. 259.

Falsum coram eo deponentem in causa ciuili punit extraordinariè iudex, licet aliàs ille exemptus sit, numero 260.

Falsi pœna tenetur iudex, qui declarat parti sententiam, quam daturus est, p. 1. q. 15 n. 127.

Famis tempore possunt diuites officio iudicis compelli ad dandum eleemosynam, parte 1. quæstion. 9. numero 204.

Famuli ex facto tenetur dominus resarcire damnum & pœnam soluere, si famulus delinquat in officio, cui per dominum præpositus erat, p. 1. q. 11. num. 103.

Sic si famulus in taberna mercium illicitè vendat, ibidem.

Sententia Guidonis Papę quod si famulus inscio domino non soluit pedagiũ, merces domini confiscari non possunt: secus si de scientia vel consilio domini aliter quam per præsumptionem constet, n. 102.

Hæc opinio an seruetur in praxi, & ibi ratio pragmaticorum, numero 104.

Opinio Ioannis de Heuia circa idem, & an seruetur in praxi, n. 105.

Quid in Baiulia Generali Cathaloniæ & in Domo Ciuitatis Barcinonæ seruatũ sit: & quid vbi constat dominum dedisse mandatum famulo vt gabellam solueret, n. 106.

Fauore pupillorum ex officio inquirit iudex in causa suspecti tutoris, p. 1. q. 9. n. 234.

Et illis ac miserabilibus personis ex officio non petito tenetur aduocatos assignare, n. 236.

Festo die in aliquibus locis ius redditur rusticis ex consuetudine propter cõmoditatem illorum, p. 1. quæst. 18. num. 103.

Et hæc consuetudo viget in Oppido Sanctæ Margaretæ de Moncada Baroniæ Consiliariorum Barcinonæ, n. 104.

Feudatariorum Regiorum prætentio, quod causæ feudales inter ipsos & dominum Regem, non ad Baiulum Generalẽ in Cathalonia, sed ad pares curiæ eligẽdos pertinerent, par. 2. quæst. 7. numero 5.

Et dubium super hac prętentione firmatum in Regia Audientia iuxta formã constitutionis, n. 6.

Et iuris allegationes per auctorem in hac dubij causa conscriptæ pro defensione Regiæ iurisdictionis, à n. 8.

Declaratio per Regiam Audientiam facta in causa dicti dubij, n. 108.

De feudis Regijs in Germania cognoscit Camera Imperialis: & in Ducatu Sabaudiæ Camera Rationalis, p. 2. q. 7. n. 50.

Iure Communi licet de causis feudalibus inter dominum feudi, & vassallum sint iudices pares curiæ: an tamen Princeps qui Superiorem non agnoscit, solus iudex sit in dictis causis inter se & vassallos suos, n. 51.

In feudorum causis processus iudicũ de paribus curię inter dominos priuatos & vassallos suos reperiũtur in Cathalonia: sed inter dominum Regem, & suos feudatarios

datarios nullus repertus est in archino Regio & Baiuliæ Generalis post longã inquisitionem, n. 64.

In feudis speciale est vt attendatur cõsuetudo, ante quam leges, p. 2. q. 7. num. 79.

Feudorum ius dicitur ius voluntariæ consuetudinis, ibidem.

Eorum libri in corpore iuris ciuilis cur non inscribantur, ius feudorum: sed, vsus & consuetudines feudorum. & quid in Cathalonia, n. 80.

Dicti libri an ius Commune sit, ibidem.

Feudatariorũ Regis prætentio, quod possit quidem Baiulus Generalis de causis ipsorum inter eos & dominum Regẽ cognoscere, sit tamen illis ius facultatiuum petendi assignari iudices de paribus curiæ, si malint, par. 2. q. 7. numero 105.

Respondetur huic prætentioni, n. 106. & 107.

Feudatarij Regij cuiusdam cõparitio & requisitio coram Baiulo Generali Cathaloniæ petendo assignari iudices de paribus curiæ, parte 2. quæst. 7. numero 109.

Et responsum redditum præfato feudatario, n. 110.

Et eiusdem postea facta comparitio in Regia Audientia volendo secundũ firmare dubium. & repulsa, quam passus fuit, n. 111.

Aduersus feudatarios domini Regis pro fisco expenditur, & explicatur locus Antonij Olibani, par. 2. quæst. 7. numero 97.

Fideiussor non tenetur ad pœnam pro carcerato qui aufugit, si reuersus est, p. 1. q. 11. n. 143.

An iudex esse possit pro altera partiũ, & quid seruetur in curia Neapolitana, p. 3. q. 5. n. 40.

Fideliter consulere præcipuum boni aduocati munus, & quomodo, p. 2. q. 1. nu. 41.

Vt falsarius punitur aduocatus, qui iura suæ partis ostendit parti contrariæ, numero 42.

Fides & iuramentum æquiparantur, p. 1. q. 18. n. 43.

Filijs consulitur per officium iudicis contra patrem dissipantem patrimoniũ suum, ita vt dos materna filijs salua non sit. vbi de remedijs contra patrem dilapidantem bona dotalia vel aduentitia filiorum vel propria ipsius patris, p. 1. q. 9. n. 257.

Filia in Cathalonia nulliter contrahẽs matrimonium clandestinum sine consẽsu parentum, an incidat in pœnam priuationis legitimæ & successionis paternæ per constitutiones impositam filiabus minoribus 24. an. sine consensu parentum nubẽtibus. vbi disceptatur de veritate opinionis Iacobi Cancerij, p. 1. q. 11. num. 134.

Senatoris filia si nubat, dignitatis paternę particeps non est, sed mariti radijs fulget, p. 2. q. 2. n. 60.

Filius præbens patrocinium pro alio contra testamentum paternum, an priuetur legitima, par. 2. quæst. 4. numero 66.

Filij aduocatorum Regiorum, si sint sufficientes, sunt præferendi cæteris, p. 2. q. 6. n. 25.

Filiusfamilias licet possit se efficaciter obligare ex contractu vel quasi: in mutuo tamen non obligatur, sed potest opponere exceptionem Macedoniani, p. 2. q. 8. n. 63.

Præses filiusfamilias potest se ipsum apud semetipsum emancipare, p. 3. q. 5. n. 7.

Fiscus non est priuilegiatus nisi in casibus in quibus inuenitur à iure priuilegiatus, parte 1. quæstion. 3. numero 61.

An in dubio contra fiscum iudicandum sit, distinguitur, numero 61. & traditur distinctionis ratio, numero 65.

Cum quæritur an fiscus priuilegiatus sit, in dubio contra fiscum enunciandum est, n. 64. & Peregrini traditio circa hęc periculosa, n. 66.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Fiſci fauore iudex ex officio ſupplet, p. 1.q.9.n.42.

Pro fiſco quilibet agere poteſt, numero 42. & parte 1.queſtion.6. numero 1.

Eligitur de præſtantioribus,& ſpecialia priuilegia meretur, par. 2.quæſt.2.n. 39.

Spectabilis in iure vocatur,ibidem.

Maior eſt auctoritate omnibus alijs aduocatis, vnde præfertur antiquioribus ſe,ibidem.

Contra fiſcum aduocare non licet ſine venia vel ſine mandato ſuperioris, & contra faciens quomodo puniatur in iure,p.2.q.3.n.59.

Quid obſeruetur in praxi,ibidem.

Fiſci aduocatus in vna cauſa,poteſt in alia contra fiſcum aduocare, niſi ſit fiſci aduocatus generalis, p.2.q.4.numero 29.

Aduocatum fiſcalem qui intentionē delatoris exequitur, in omnibus officij neceſſitas excuſat, par. 2. q. 4. numero 65.

Fiſcus ſpeciales aduocatos habet pro tutione cauſarum ſuarum,par. 1.quæſt. 6. n.2.

Fiſci aduocatus à quo primum inſtitutus ſit,& de eius officio à quibus leges latæ ſint. & quid in Cathalonia, numero 3.

Fiſcales aduocati duo olim fuerunt conſtituti, & nunc in Cathalonia,æqualiter priuilegiati,n.4.

Fiſcum iure proprio ſolus Princeps habet,p.2.q.6.n.9.

Fiſci aduocatus debet renuntiare liti introductæ, ſi viderit aduerſarium fouere bonam cauſam,n.10.

Debet eſſe ſolicitus vt cauſæ fiſcales prius quam aliç priuatorum expediātur, ibidem.

Non poteſt poſtulare pro priuatis, n. 11.

Nullum ei ratiocinium imponitur poteſt tamen eſſe arbiter,ibidem.

Excuſatur à legationibus,ibidem.

Si non habet iuſta ſtipendia,non prohibetur conſulere in cauſis,quæ non tangunt Regem.& quid in Cathalonia, nu. 14.

Princeps etiam quandoque propter perſonæ excellentiam præbet fiſci aduocato licentiam,vt pro priuato conſulat, n.15.

Fiſci aduocatus dicitur habere dignitatem,& inter clariſſimos connumeratur, p.2.q.6.n.18.

Incedit togatus ſicut alij Regij Conſiliarij:& ſedet coram Principe,& in foro cum Senatoribus,ibidem.

Præfertur omnibus aduocatis, etiam doctoribus,& antiquioribus ſe, numero 19.

In Cathalonia ſi non eſt ex numero doctorum Regij Concilij, non præcedit in ſedendo vel eūdo alicui ex dictis DD. n.20.

Per adeptionem ſui officij liberatur à patria poteſtate,& à cohortali conditione,vel altera viliori, vna cū liberis,ante officium etiam natis,n.21.

Non tenetur milites in domo ſua ſuſcipere, nec tenetur ad cuſtodiam Ciuitatis, neque ad excubias, niſi in ſubſidium, & ex cauſa neceſſitatis, numero 23.

Non conuenitur niſi coram præſide,n. 24.

Non tenetur pro ſuis cauſis ad ſportulas præter hic deſcriptas,ibidem.

Poſt finitum officium habet vnam ex ſuis domibus exemptam ab onere imponendorum ſtipendiorum,ibidem.

Fiſcales aduocati ſunt Regijs Senatoribus pares & cum nobilibus connumerātur,vna cum vxoribus eorum,etiam viduis, atque filijs,n.25.

Quid in Cathalonia,ibidem.

Fiſci aduocatus ſi renuerit inſtantiam facere contra aliquem delatum, contra quem ad eſt partis inſtantia, tenetur ſuper hoc ſtare deliberationi Regij Concilij,p.2.q.6.n.33.

Fiſcus vbi notoriè eſſet grauatus, in Cathalonia appellare poteſt,p.2.q.6. nu. 58.

Alij casus in quibus fiscus appellat, vel iuuatur appellatione aduersarij, numero 59.

Epistola Regis Ferdinandi, quod fisco condemnato concedatur reuisio, non obstante constitutione, n. 61.

Fiscum non iuuat in rebus diuiduis appellatio consortis fisci, n. 59.

Fiscus potest de nullitate sententiæ dicere, & ex hac causa reuisionem petere, licet non possit appellare, & an dicta reuisio debeat fieri ex eisdem actis, nu. 60.

Fisci aduocatus debet interuenire, & præsens esse tã in interloquutoria, quam in diffinitiua, & quam in toto examine causæ de iure communi, n. 64.

In Cathalonia non potest esse relator siue iudex causæ fiscalis, n. 70.

Fisci procurator non comparet, nisi coram suis iudicibus fiscalibus, siue agat, siue conueniatur, n. 71.

Et trahit reos ad iudices eius, etiam illos contra quos ex speciali priuilegio agit, ibidem.

Fiscus quando non agit principaliter, sed pro suo interesse comparet in aliqua causa inter alios vertente, an trahat causã ad suum forum. referuntur contrariæ DD. sententiæ, & quæ sit verior, quęque recepta in Cathalonia, numero 74.

Quid in Domo Deputationis Regni, ibidem.

An trahat ad suos iudices fiscales personas Ecclesiasticas, numero 75. & seqq.

An teneatur stare instantiæ per suũ auctorem cœptæ, n. 74.

Fisci procurator non potest causam fiscalem agitare absente aduocato, p. 2. q. 6. n. 88.

Et quæ forma debeat super hoc seruari in Cathalonia in causis criminalibus, ibidem.

Fiscales aduocati & procuratores litẽ in Regia Audientia mouentes in Cathalonia contra aliquem super iurisdictione iure, vel proprietate, quæ ad dominum Regem pertinere dicatur, quam formã præscriptam habeant ex constitutione, n. 89.

Fisci aduocatus quando procurator nõ est præsens, potest facere actus & instantias necessarias in personam fisci procuratoris, & valent actus, n. 90.

Arguitur in contrarium, numero 91.

Et soluitur ac declaratur, numero 92.

Fiscus an & quando, & in quibus possit executiuè procedere cõtra debitores fiscales. & quid in Cathalonia, & refertur decisio, parte 2. quæstion. 6. numero 96.

An possit contra hæredem debitoris fiscalis, & tertios possessores. & refertur decisio, n. 97.

An contra istos procedat in personam, ibidem.

Contra administratores ærarij publici, si debitum eorum non sit liquidum, quomodo procedat: & contra Vniuersitates debentes quintum suarum impositionum domino Regi, & quid seruetur in officio Magistri rationalis Regij, numero 98.

An executiuè procedat contra personas debitorum militari priuilegio gaudentium, licet aliàs pro debito ciuili nõ capiantur, n. 100.

Quid in fisco Generalis Cathaloniæ, ibidem.

Fisci aduocatus vel procurator an debeat iurare de calumnia. & referuntur contrariæ traditiones DD. p. 2. q. 6. num. 124.

Quid obseruetur in Cathalonia, ibidem.

Fiscus non tenetur satisdare, & duplex assignatur ratio, n. 125.

Quid in Regno Castellæ, numero 127.

Quid in Cathalonia, numero 128.

Semper dicitur soluendo, vocaturque quasi fixus, n. 125.

Et error Thomæ Mieres notatur, n. 126.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Fœminæ prohibentur esse iudices, & arbitrices, de quo multę rationes cumulantur, parte 1. quæstion. 12. num. 69. & 70.

Sunt faciles vt decipiantur, nimis credulæ, & nimis misericordes, numero 70.

Fœminis Romanis olim permissum fuit habere Senaculum, & cum senatusconsulta ridicula de legibus matronalibus edidissent, fuit prohibitus, numero 71.

Dispensatiuè fœminis aliquando causæ etiam spirituales fuerunt delegatæ, n. 72.

Fœminæ per successionem iudices esse possunt, & iurisdictionem exercere ac sententias ferre, n. 73.

Vnius fœminæ imperium, signum postremæ ruinæ, & Antichristi venturi, ex carmine Sybillę, n. 74.

Fœminæ licet aduocare prohibitæ sint, possunt in camera consulere, p. 2. q. 3. n. 47.

Fœmina neque pro debito fiscali carcerari potest, & an fallat in meretrice, p. 2. q. 6. n. 102.

Et quid in Cathalonia, ibidem.

Secundum *forum* externum sæpè aliquid iustum reputatur, quod in foro cõscientiæ locum non habet, p. 1. q. 17. num. 25.

Quo ad forum externum multa sunt legibus iustè constituta, quæ tamen cessant in foro animæ, n. 26.

Fortitudo requiritur in iudice. & quare, p. 1. q. 1. n. 24.

Animi in homine à viribus corporis admodum pendet, n. 29.

Fortuitus casus differt à dolo, & à culpa, & in quo differat, quidque sit casus fortuitus, parte 1. quæstion. 17. numero 8.

Fortuna viris bonis inuida, p. 1. q. 22. n. 65.

Intra fortunam suam se continere, satius est viris bonis, n. 66.

Fraudem committentibus contra statuta seu proclamata, an locus sit pœnitentiæ, & quando, par. 1. q. 11. numero 51.

Et an circa pœnitendi animum credatur eis, si reperiantur quiescendo in hospitio cum animalibus, numero 52.

Fraudes circa vectigalia & commissa an sufficienter probentur coniecturis & leuioribus probationibus, & quare, nu. 73.

Fraudare gabellam præsumitur is, qui inuenitur in littore maris, vel in limine territorij per custodes, cum rebus educi prohibitis, n. 74.

Fraudem in Deum perpetrat, qui rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat, parte 1. quæstion. 19. numero 3.

Non videtur facere, qui fraudem excludit, parte 2. quæstion. 8. numero 3.

Fructus vt nõ trãsportentur extra territorium, potest iudex secundum casus exigentiam statuere, par. 1. q. 9. numero 203.

Præbendarum sunt accessorij personæ Ecclesiasticæ, par. 1. quæst. 11. numero 122.

Frumentum sub pœna prohibitus extrahere, an eandem pœnam incurrat, si farinam extrahat. & ibi intellectus huius quæstionis traditur maximè ex Hieronymo Laurentio, p. 1. q. 11. numero 77. & 78.

Fugere sine metu periurij potest captus sub iuramento & homagio, si sciat quod Princeps mandat eum iniustè occidi pro delicto, pro quo captus est: secus tamen si mors erat iusta pro maleficio, p. 1. q. 24. n. 123.

An possit fugere, carceres rumpere, custodes occidere captus pro delicto, vel condemnatus morte aut alia pœna, & an alij possint eum iuuare, & liberare, num. 129.

Et quid si pro debito ciuili captus sit, ibid.

Fugere est rei officium, vnde reus in iure appellatur fugitiuus: quomodo tamen

men fugere debeat,par.2. q. 1. numero 50.

Fumum vendentes comites & amici iudicis,promittendo victoriam cauſæ ex pecunia vel alias,quomodo puniantur,p. 1.q.17.n.56.

Fundamenta plura,& rationes adducere curare aduocatus debet,& quare, & quomodo tamen prolixitatem vitare debeat verborum,par.2.q.1.n.52.

Furem condemnans, ex officio ſuo iudex poteſt illum condemnare ad reſtitutionem damnum paſſo,etiam ſi pars non petat,p.1.q.9.n.245.

Fur ſi debeat pro tertio furto ſuſpendi,non ſuſpenditur,ſi ter ante priorem ſententiam furatus fuerit,p.1.q.11. num. 10.

G.

Gabellam ſalis vel aliarum rerum, ſi fiſcus vel vniuerſitas locat,an poſtea teneantur gabellarijs ſoluere quibus caſibus priuati ſoluunt gabellam,p.1.q.11.n. 111.

Parladorij opinio improbatur, num. 112.

Quid ſi Princeps negociationis cauſa contrahat.& ibi contrariæ DD.ſententiæ, n.113.

Gabellam ſoluere an teneantur qui emunt à fiſco,Principe,vel alijs exemptis n.114.& refertur exemplar,n.118.

Quid de ementibus à clericis & Eccleſiaſticis perſonis,n.115.

Defenditur multis opinio negatiua, n.116.

Gabellam ſoluere debet emens ab exempto ſi poſtea reuendat,n.117.

Gabellarum farinæ conductores pro vno anno,an poſſint remiſſiones facere in præiudicium conductorum ſequentis anni,parte 1. quæſtione 24. n.37.

Gabellarius non tenetur interpellare quempiam non ſoluentem, & an poſſit tacere,donec tranſeat mercator, & poſtea auferre illi merces,p.1.q.11.n.44.

Si poſt commiſſam fraudem recipit gabellam,aut admittit profeſſionē, dicitur remiſiſſe commiſſum,n.55.

An poſſit pœnam vendicare ab hæredibus fraudantis,n.62.

Generalitas debet declarari,iudicari,& diſtingui ex qualitate perſonarum, par. 2.q.2.n.73.

Generalis diſpoſitio omnes ſpecies ſub genere comprehenſas cōtinet,p.2.q. 7.n.31.

Contradictio generalis,partis an ſufficiat vel requiratur ſpecialis,p.3.q.4. nu. 23.

Gentes omnes,quæ de recto Reipublicæ regimine curarunt, imprimis legibus condendis operā dederunt.& referuntur quā plurimę nationes, quæ ita feciſſe feruntur,p.1.q.16.n.26.

Quæ ſine lege viuunt,ferę ac barbaræ habitæ ſunt,p.1.q.16.n.27.

Geryon tricorpor quare appellatus fuerit,& cur in inferno cruciari dictus ſit,p. 3.q.5.n.1.

Graduū computatio circa recuſationē iudicis ex cauſa conſanguinitatis fieri debet ſecundum ius Ciuile,non ſecundum ius Canonicum,p.1.quæſtio.14. numero 60.

In Aragonia ex conſuetudine fit ſecūdum ius Canonicum,ibidem.

Secundum ius Canonicum dumtaxat attenditur in matrimonijs, in alijs verò cauſis ius ciuile inſpicitur,etiam in terris Eccleſiæ,& in illis Prouincijs in quibus ſeruatur prius ius Canonicū quam Ciuile n.61.& 62.

Iure Ciuili quomodo fiat,& quomodo iure Canonico,ibidem.

In Cathalonia ad recuſādos Regios Senatores ex cauſa cōſāguinitatis an fiat ſecūndum ius Canonicum vel Ciuile,n.62.

Si eodē gradu vterq.litiganti ū iudici coniunctus eſt, à nemine illorū recuſari poteſt: ſecus ſi vnus litigantium eſt propinquior iudici,n.63.

Gratiam delinquentibus facere, aut bannitos remittere iudices ordinarij nō poſſunt,p.1.q.6.n.51.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Iudex neque ad clamorem populi potest: potest tamē executionem accelerare si aliter tumultus sedari non potest, nu. 53.

Gratiam de omnibus delictis, etiā post latam sententiā, faciunt de consuetudine generali Episcopi, n. 55.

Vassallis faciunt Barones de consuetudine ante sententiam, quando adest partis remissio: secus post sententiā. & obtinet etiā in Cathalonia nu. 56. & an dicta consuetudo firma sit, numero 58. & 59.

Quid pendente causa appellationis, si à sententia Baronis appelletur, numero 57.

Facultas faciendi gratiam delictorum an possit ab inferioribus à Principe prescribi, n. 60.

Gratiam an facere possint post sentētiam remittendo pœnam Barones & alij inferiores à Principe officiales, si iudex in sententia cōdēnatoria reseruauerit misericordiā domini, n. 61. & auctoris sententia cōtra multorū praxim fundatur, n. 62.

Gratia quæ tarda est, ingrata est, p. 1. q. 22. n. 64.

Gratiarum largitas magis à Principe requiritur, quam partæ victoriæ, num. 65.

Gratiæ siue licentiæ iudicum, & Superiorū an expirent morte vel remotione ipsorum, parte 1. quæst. 24. numero 57.

Quid si gratia non fuerit in vita concedentis reducta ad vsum, numero 58.

Gratiā executioni demādare an mortuo concedente possit executor datus. & quid si concedens moriatur re integra, n. 58.

Dicitur gratia facienda, quando est adhibenda causæ cognitio. n. 59.

Et quomodo hoc intelligendum sit, n. 60.

Quid in dispensatione matrimonij, & in decreto, si in euidentem, ibidem.

Quando dicatur facta vel facienda, n. 61.

Quid si gratia sit facta, sed litteræ non sint expeditæ viuo concedente, ibidem.

Gratis iudex non tenetur præstare officium iudicandi, sed potest salarium sibi ex publico cōstitutum, & laboris mercedem lege taxatam recipere, p. 1. q. 19. n. 16.

De iure Communi gratis iudex Ecclesiasticus siue ordinarius siue delegatus debet ius reddere tam clericis, quam laicis litigantibus, p. 1. quæstio. 20. numero 25.

Fallit in his qui non habent beneficiū vel redditus sufficientes, n. 26.

Gratis consulere an cogatur iurisperitus in causis fiscalibus, p. 2. q. 3. numero 18.

An teneatur quis gratis aduocare pro Rege, & an pro Republica, & quid si habeat salarium de publico, ibidem.

Gratis, & amore Dei si id faciat, an possit clericus aduocare, n. 31.

De iure Communi gratis tenētur Clerici patrocinium impendere in casibus quibus aduocare possint, n. 37.

Hoc tamen generali cōsuetudine fuit abrogatum, ibidem.

Gratis auctiora pretia non dantur, sed coacta voluntate, licet gratis cōferri videātur, p. 2. q. 9. n. 14.

An teneatur aduocatus gratis pro paupere aduocare, p. 2. q. 9. n. 22. & seqq.

Quid quando in loco sunt aduocati publico stipendio conducti ad patrocinium pauperum, ibidem.

Et qui dicantur ad hunc effectū pauperes ibidem.

Et an pauper habeat ad hoc actionē vel officium iudicis, ibidem.

Gratis aduocatus, tabellio, procurator, & medicus tenētur inseruire pauperi; si, autem quidquam ab eo capiant, peccant, n. 24.

Pleniſſima distinctio, & declaratio huius articuli pro foro conscientiæ ex Patre Vincentio Filliucio, n. 25.

Gratis patrocinari pauperibus cōsulitur aduocatis, quia sic apud Deū valde merentur, p. 3. q. 1. n. 8.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Grauamen quando est successiuum, nunquam præscribitur tempori ad appellandum, parte 1. quæstione 9. numero 323.

Grauatus extraiudicialiter à magistratu subditus potest eundem per viã querelæ adire, omisso iudice appellationis, & iustitiam ministrari petere, p. 3. q. 5. num. 58.

An tunc possit si malit, Superiorẽ per viam appellationis adire, omisso magistratu grauante, maximè quando ex lege vel priuilegio ad huius forum pertinerent causæ primæ instantiæ priuatiuè, nu. 59.

Panormitani & Innocentij traditiones, n. 62.

Et earum intellectus, n. 67.

Distinctio & resolutio Andreæ Gail, quæ praxi conformis enũciatur, n. 64. 66. & 68.

A grauamine extraiudiciali licitum est, præsertim de iure Canonico appellare ad Superiorem, par. 3. q. 5. numero 65.

H.

Habitans iudex in domo priuata, eũ exrat Prętorium publicum, in quo possit habitare, puniturp. 1. q. 15. numero 142.

Hæres non conficiens inuentarium, tenetur vltra vires hæreditarias creditoribus & legatarijs, & quæ sit ratio & quãdo fallat & an etiam de iure Canonico id procedat. p. 2. q. 8. n. 56.

Si nihil occultauerit & creditores hoc verisimiliter scire possint, non poterit aduocatus in conscientia defendere creditorem volentem sibi satis fieri vltra vires hæreditarias, n. 57.

Non tenetur vltra vires hæreditarias ob defectum inuentarij, quando constat testatorem nulla reliquisse bona, numero 58.

Similiter quando patrimoniũ defuncti erat certum, & fraudari non poterat, vt quia consistebat in dote certæ quãtitatis, ibidem.

Non conficiens inuentarium hæres nõ tenetur in foro animæ creditoribus & legatarijs vltra vires hæreditarias, num. 59.

Hæredes singuli pro portionibus suis hæreditarijs conueniendi sunt à creditore defuncti testatoris. & procedit etiam si aliquis eorum efficiatur non soluendo, p. 2. q 8. n. 65, secus est in foro conscientiæ, ibidem.

Hæresis Vuitcleff hæretici & assectarũ eius, quod per quodcũq. mortale peccatũ amittitur rerũ dominiũ & iudicandi potestas, p. 3. q. 1. n. 24.

Pro *Hæretico* aduocatus non admittitur ad patrocinandum, par. 2. q. 3. nu. 63.

Declara vt procedat quando est iam declaratus hæreticus, vel ex claris probationibus constat eum esse hæreticũ: alias secus, ibidem.

Pro hæreticis qui præstãt patrociniũ, sunt infames, priuantur officio & debent excommunicari, ibidem.

Historia facti, quæ contigit Francisco Marzario inter suos collegas Rotæ Florẽtiæ super ea quæstione an doctor sentiens contrarium possit subscribere opinioni plurium, p. 2. q. 5. n. 2.

Naturalis camellorum, qui aquam clarã ad bibendum appositam, pedibus conturbant antequã bibant, p. 1. q. 13. n. 9.

Facti cuiusdã æquitis qui in Curijs Generalibus Barcinonæ celebratis proposuit, quod omnes leges abrogarentur, & omnia arbitrio boni viri committerẽtur, p. 1. q. 16. n. 1.

Alexandri Seueri Imperatoris, qui solitus erat magna stipendia omnibus magistratibus assignare, ne iustitiam venderent, neue ipsi contemnerentur, p. 1. q. 20. n. 39.

De Leone Papa, cui dominus non pepercerat, quòd indignos ordinauerat, p. 1. q. 22. n. 62.

De Pascasio damnato, quod minus dignum elegerat ad Episcopatum, num. 63.

Cuiusdã Ethnici iudicis præseruati à cõdẽnatione infernali propter rectitudinẽ iudicij

UAB Biblioteca de Ciències Socials

iudicij, & viui per longissima tempora permanentis, donec baptismum susciperet, p.3.q.1.n.12.

De Hyperide oratore, & Phryne meretrice, p.3.q.1.n.22.

Cuiusdam aduocati damnati in gehennam propter cauillosum consilium, p.3.q.1.n.29.

Hominum congregationes presumuntur ex mala causa fieri, p.1.quæst.10. nu. 80.

Plures homines non habentes legis vel Superioris auctoritate collegium, si velint congregari, debent ad hoc obtinere licentiam, & à quo in Cathalonia, num.81.

Alicui congregationi hominũ si Princeps ex certa scientia scribit tanquam collegio, efficitur legitimum collegium, n.82.

Propter idoneorum penuriam, minus habiles muneribus admouentur, p.1.q.24.n.45.

In curijs aduocati, procuratores, & notarij excoriant homines, p.2.q.1.numero 35.

Doctiores maiora aliquãdo solent suscitare dubia, p.1.q.13.n.9.

Hominum prona dissentiendi, aptitudo & natura est, n.10.

Diuersitatem corporum diuersitas sequitur animorum, ibidem.

Homo cum flexibilis sit, necessarium fuit paucissima eius arbitrio dimittere & lege determinare quid iudicandum sit, p.1.q.16.n.12.

Hominum iudicia & sensus incerta sunt: ius autem semper est certum, num. 19.

Natura humana in primi hominis præuaricatione vitiata, etiam inter beneficia, inter præcepta, & auxilia Dei semper in deteriorem est procliuior voluntatem, n.20.

Homo sicut perfectione suscepta est optimũ omnium animalium: ita si alienũ fiat à lege, cunctorum pessimum, n.28.

Inter homines politioris linguę socer generum vocat filium: & gener socerũ vocat patrem, maximè in Regnis Aragonum & Castellæ, p.2.q.7.n.29.

Humanæ leges conscientiam obligãt, p.2.q.9.n.13.

Homines multo plura iudicare alia promotione mentis quam veritate, fuit Ciceronis sententia, p.3.q.1.n.26.

Honestè quædam tametsi accipiantur, in honestè tamen petuntur, p.1.q.21. n.41.

Honor idem debetur assessori, qui debetur Potestati, p.1.q.2.n.20.

Honorem exhibet Princeps ijs qui honorant iudices, n.31.

Honores omnes & dignitates tẽporales à Rege tãquã à fonte procedũt, n.32.

Honori siue reuerentiæ sibi debitæ non possunt iudices renunciare, nec successoribus præiudicare, n.63.& 64.

Actio iniuriarum datur aduersus eũ qui non patitur honorem sibi debitum decerni, n.68.

Idem honor debetur iudicibus functo eorũ officio scilicet tempore Syndicatus, & tunc offendentes eos ita puniuntur, vt tempore officij, n.70.

Honorem alicui decerni si quis non patiatur, datur contra eum officium iudicis, atque etiam actio iniuriarum. & de quo honore intelligatur. vnde iura contraria conciliantur, p.1.quæst.9.numero 253.

Non meruit honorem qui non honorauit. & multis exornatur, p.2.q.1.n.20.

Qui meum eundem honorẽ desiderans dat mihi pecuniam vt decistam, & cũ non impediam, punitur, p.1.q.21.n.8.

Honoris appetitus, & opinionis populi est vitiosus affectus secundũ SS. Augustinum & Thomam, par.1.q.21. numero 43.

Et est peccatum si sit supra vires, vel non referatur ad Deum, vel ad vtilitatẽ, sed propter se appetatur, n.44.

Honorẽ quis sine peccato desiderare potest tribus conditionibus, & quæ sint istæ, n.46.

Statui suo competentem potest quis laudabiliter, mortis quoque tempore appetere, n.45.

Honoris augmentum non ambitione, se labore ad vnum quoquæ conuenit deuenire, parte 1. quæstion. 22. numero 3.

Multum impendere iudices aduocatis debent, p. 3. q. 2. n. 1.

Honor defertur in sedendo, numero 3.

Honorati vocantur aduocati, & honorarium dicitur salarium, quod à clientibus recipiunt, parte 2. quæstione 2. numero 19.

Honorantes iudicis faciem, in corde prosequuntur graui odio, par. 3. q. 1. num. 11.

Ad *hospites* recipiendum aduocati nō coguntur, p. 2. q. 2. n. 5.

Hospes postquam incepit tenere officium, cogitur hospitari omnes viatores, p. 2. q. 3. n. 2.

Fallit si haberet multos hospites in domo, & locus esset incapax, licet posuerit signum in caupona, ibidem.

Hosti etiam fides seruanda est, p. 1. q. 18. n. 43.

Humilitas dum nimium seruatur, frāgitur regendi auctoritas, p. 1. quæst. 21. n. 49.

Hypocrita est quodammodo iudex in peccato existens, condemnando alium, p. 3. q. 1. n. 25.

I.

Ignorātia iuris dubij & obscuri excusat à pœna, parte 1. quæst. 11. num. 33. & 34.

Quid si gabella erat insolita, aut de nouo in loco inducta, aut de rebus pro quibus iure Communi gabella non debetur: & quid seruetur his casibus, quidque senserit Peregrinus, num. 34.

Ignorantia in factis proprijs vel quasi proprijs, & in his quæ quis scire tenebatur, non præsumitur, numero 34.

An excuset ignorantia Forensem à pœna, n. 36.

Ex ignorantia iudex peccans non tenetur insolidum, sed in quantum facere potest: & ideo si non est soluendo, in carcerem non detruditur: secus si dolo iudicauerit, p. 1. q. 17. n. 42.

Quæ ignorantia excuset aduocatum si causam iniustam defendat, p. 2. q. 8. nu. 19.

Illitteratus potest esse iudex, etiam si nesciat legere vel scribere, p. 1. quæst. 13. n. 1.

Contraria DD. sententia, quæ tamen declaratur, n. 19.

Sententia Ioannis Garcia contra eligentes iudices ignaros, & imperitos, nu. 20.

Illiteratus potest esse decurio, numero 1.

Illiterati creantur Prætores villarum & plerunque Potestates terrarū, p. 1. q. 13. n. 3.

Illiteratus iudex non cogitur assumere assessorem, vel sapientis habere consilium, n. 4.

Fallit quando statuto ita cauetur, nu. 12.

Item si in ea regione vigeret consuetudo, n. 13.

Item in casu necessitatis, nu. 14.

Item in causa cuius decisio legibus nō vulgatis indigeret. quod confirmatur aliquibus argumentis, nu. 15. cum sequentibus.

Itē intellige si habeat experientiā, seu peritiam negociorum, & causarum, n. 18.

Illustres personæ in criminalibus condemnari, & puniri non debent nisi consulto Principe, p. 1. q. 7. nu. 57. 60. & 61.

Fallit si illustris persona committeret delictum contra aliam pariter illustrem, n. 58.

Fallit item si ex *delicto* admisso graue generetur scandalum, nec aliter in populo posset *tumultus* sedari, numero 59.

Quid in Cathalonia circa easdem personas, siue militari priuilegio gaudentes, an possint in criminalibus à Regio

Vicario puniri, nu. 62. vbi intellectus Iacobi Cancerij, n. 63. & alius Petri Fontanella, n. 64.

Illustres personas &c, in dignitate positas non esse pœna mortis pro homicidio puniendas de iure, nisi contraria existat consuetudo, tenuit Antonius Gomes, p. 1. q. 7. n. 72.

Imperij nihil magis proprium est, quã legibus viuere, par. 1. quæst. 16. numero 45.

Imperio vtendum non est, vbi legibus agi oportet, n. 46.

Ex *imperitia* malè in criminalibus iudicans puniri debet pœna arbitraria, quod procedit etiam si ex imperitia condemnaret aliquem ad mortem, p. 1. q. 17. n. 38.

Secus quando imperitia est iuncta cũ dolo, & fraude, n. 39.

Ex imperitia malè iudicantis pœna, remissiuè, par. 1. quæstione 17. numero 41.

Iudex aliquem ex imperitia iniustè cõdemnans non tenetur iniuriarũ actione, quia non dicitur fecisse iniuriandi animo, n. 43.

Hodie de sententijs per imperitiam latis iudices ex generali cõsuetudine nõ syndicantur: secus tamẽ si imperitia magna sit, n. 44.

Incertitudo quæ inest circa quantitatẽ aut valorem rei, interdum non impedit executionem aliàs paratam, par. 2. q. 6. n. 99.

Indigno, omisso digno, conferens officium publicum, veluti Prætoris, vel iudicis, aut Gubernatoris Reipublicæ, mortaliter peccat, & ad restitutionem tenetur, p. 1. q. 22. n. 4.

Extẽde etiã si ex indigni promotione nullum damnum Reipublicæ postea sequatur, n. 7.

Extende siue quis conferat officiũ ex debito sui officij, siue ex commissione Principum, seu Gubernatorũ Reipublicę, nu. 9.

Itẽ siue conferat sciens hominis indignitatem, siue cum non adhibuerit debitam diligentiam ad id sciendum, ibid.

Indignus dicitur qui non habet qualitates requisitas ad ministerium, cui præficitur, parte 1. quæstione 22. num. 55.

Indulgentiæ & remissiones à Prælatis concessæ, morte Prælatorum non expirant, parte 1. quæstione 24. numero 64.

Infames non possunt esse aduocati, p. 2. q. 2. n. 33.

Inferior dominus iurisdictionis an possit iuuando constitutionem Superioris statuere augendo pœnam illius, p. 1. q. 6. n. 35. & 42.

Non potest condere statuta cõtra ius Commune, n. 36. & reprobatur contraria DD. opinio, n. 39. & an possit illud ex causa facere, n. 40.

Inferiores domini Superiorem recognoscentes non possunt statuere coarctãdo libertatem subditorum contra ius cõmune, n. 37.

Inferior potest iuuare iurisdictionem sui Superioris per pœnæ adiectionem, n. 43.

Supersedere absque inhibitione debet, si sciat de eadem re agi coram iudice superiori, aliter nulliter procedit, p. 1. q. 24. n. 145.

Inhibitio an absque partis instãtia decerni & exequi per iudicem possit, p. 1. q. 9. n. 39.

An decernenda sit in appellatione extraiudiciali seu prouocatione. & quare, p. 3. q. 5. n. 63.

Pro *inimicis* vel contra inimicos aduocatus non cogitur patrocinari, p. 2. q. 3. n. 10.

Similiter pro inimicis notarius, hospes, nauta, & aliæ personæ publicæ cogi non possunt, ibidem.

Inimicitia superueniente, qui aliàs coguntur ad exercitium sui officij, eximuntur, vt in arbitro, procuratore, & alijs. Sic in fideiussore, orta interipsum, & debitorem inimicitia, ibidem.

Ini-

Inimicitia quomodo probetur,& quo vsque durare dicatur,n.11.

Inimicus an oprohiberi possit aduocare contra inimicum,par.2.quæst.3.num.ero 46.

Iniuria illata publico ministro remitti ab eo non potest.& quare,p.1. q.2.num. 64.

Instruere aduersarium cauere aduocatus debet,plura nimis effundens,p.2.q. 1.n.47.

Propter *instrumenta* de nouo reperta potest appellari seu supplicari à sententijs contra fiscum latis in Cathalonia in causis ciuilibus,parte 2. quæstione. 6. numero 57.

Hoc casu datur iure communi in integrum restitutio intra quadriennium, ibid.

Quid in priuatis,ibid.

Instrumentum dotis præsumitur prius factum,quam aliud eadem die confectũ, p.2.q.9.n.50.

Sic instrumentum salarij Doctoris vel debiti ex causa studij,ibid.

Intellectus regulæ quæ disponit quod in dubijs id quod tutius est teneamus,p. 1.q.3.n.23.&.24.

Intellectus capituli pastoralis 5. quia vero de officio delegati,p.1.q.3. nu. 38. & Stephani Gratiani circa hæc traditio an vera sit,n.39.

Intellectus glosæ in ca.3.de pœnis,p.1. q.6.n.13.

Intellectus regulæ,quæ habet non posse auferri per hominem,quod indulgetur à lege,p.1.q.6.n.100.

Intellectus regulæ,quod factum Prætoris derogare iuri non potest, numero 101.

Intellectus fori Aragonum & constitutionis vnicæ tit.*que la Real Audientia haja de respondre à las consultas dels ordinaris*,p.1.q.7.n.15.

Intellectus glosæ ad l.diuus 14.ff.de officio præfidis,par. 1.q. 7. numero 77. & 78.

Intellectus Panormitani ad regulã capituli 3.de reg.iu.in antiquis,p.1.q. 8. n. 6.& improbatur,n.7.

Intellectus communis DD. ad regulã .cap .3. de regu. iu. in antiquis,numero 8.

Intellectus tex.in cap.2.de noui operis nunt.p.1.q.8.n.17.& 38.

Intellectus Nauarri ad reg.c.3.de reg. iu.in anti:p.1.q.8.n.30.

Intellectus tex.in cap. nihil cum scandalo de præscrip.p.1.q.8.n.34.

Intellectus textus in l.eos & in l.iudicibus C.de appell.p.1.q.9.n.45.

Intellectus regulæ C. vt quæ desunt aduocatis iudex suppleat,p.1. q.9. num. 128.

Intellectus constitutionis 6.tit. *de appellacions*,p.1.q.9.n.276.

Intellectus textus in l. cæcus ff. de iudic. p.1.q.12.n.28.

Intellectus textus in c.statutum de rescrip.in 6.p.1.q.12.n.43.& seqq.

Et an ratio finalis dicti capituli sit ne Papa vili ministerio repræsentetur, vel tantum sit ista impulsiua,&quæ finalis sit, n.49.

Intellectus textus in ca. significasti de foro competenti,p.1.q.12.n.52.

Intellectus quorundam DD.ad l.certi iuris C.de iudicijs,quod specialis sit in magistro militum,improbatur,par.1. q. 13.n.2.

Intellectus constitutionis 1. titulo *de penas corporals y pecuniarias*.2.titu. *de capturas*,& 5. titulo *de offici de Iutges y assessors*,.p1.q.13.n.35.& 36.

Intellectus textus in lege si quis ex alienatione ff.de iudicijs,p.1.q.14.n.25.

Intellectus ad textũ in ca. Guilisarius &in c.inter querelas 23.q.4.p. 1.q.14.nu. 36.

Intellectus textus in leg. rem non nouam C.de iudic.& in c.1.de sen.& re iudic.li.6.p.1.q.15.n.30.

Intellectus tex.in cap.decet de immu. Ecclesiarum,p.1.q.15.n.56.

Intellectus textus in c.in pœnis de regul.iur.li.6.p.1.q.15.n.96.

Intellectus textus in l. finali C. de ordin. iudi. & in leg. vnic. C. quando

UAB Biblioteca de Ciències Socials

ciuilis actio criminali præiudi. & earum materię.p.1.q.15.n.123.125.& 126.

Intellectus tex.in c.ne innitaris de cõstitutio.p.1.q.16.n.24.

Intellectus cõstitutionis Regis Martini 2.tit.*de ofici de Canceller*,par.1.q.16.n. 38.

Intellectus tex.in can. erit autẽ lex 4. dist.p.1.q.16.n.51.

Intellectus constitutionis vnicæ tit. *de la pena del Iutge qui ab dol iudicarà*, p.1.q. 17.n.54.

Intellectus textus in leg.eorum 4. C. de malefic.vbi excusantur malefici bono fine maleficia exercentes, par.1.q.18. n. 72.

Intellectus textus in can.non sanè,14.q. 5.p.1.q.19.n.11.

Et conciliatur cum leg.2.§.sed si dedit ff. de condic. ob turp. caus. numero 12.

Intellectus textus in constitutio.fi n.ti. *de salaris de sententias*,par. 1.quæst.19.nu. 56.

Intellectus ad constitutionẽ Iustiniani Imperatoris circa munera, & dona iudicum,p.1.q.20.n.18.

Intellectus textus in cap. statutum §. insuper de rescrip.lib.6.p.1.q. 20. num. 24.

Intellectus loci Isaiæ cap.33. n.41.

Intellectus seu interpretatio loci Sancti Matthæi cap.23.dum Dominus arguit Pharisæos appetentes salutationes,p. 1. q. 21.n.48.

Intellectus seu interpretatio loci Apostoli,quod qui Episcopatũ desiderat,bonum opus desiderat,n.55.

Intellectus & conciliatio locorũ Hieremiæ 1.& Isaiæ 6.n.57.

Intellectus textus in ca.si quis iusto 5. porro de electio. lib.6.p.1.q.22.numero 17.

Intellectus glosæ in cap.constitutis de appella.& in ca.licet ergo,8.q.1. & aliorum,p.1.q.22.n.45.

Intellectus tex.in l.cũ quædã C.de admi.tuto.p.2.q.1.n.54.

Intellectus tex.in l militem C. de procurat.p.2.q.2.n.19.

Intellectus textus in c.clericis ne cleric.vel monac. p.2.q.3.n.44.

Intellectus textus in can.disciplina 45. dist.& in c.bonę 1.de postula.prælator.& in can.diaconi,& in can.legimus 95.dist. p.2.q.4.n.17.

Intellectus tex. in leg. proximè ff. de his quæ in testam.delen.par.2.q.6.num. 28.

Intellectus constitutionis 7. tit. *de appell.y.nullit. de sententias*, & an dum fiscum appellare prohibet à sententijs contra ipsum latis,intelligenda sit tã in causis Regiæ Audientiæ, in quibus fisci aduocatus vocet, quã in alijs tribunalibus Regijs,in quibus non habet votum, p.2. q.6.n.50.

Et quam recipiat ex obseruantia hæc constitutio interpretationem, num.56.

Et an dispositã in hac constitutione locum habeant tã in interloquutoria, quã in diffinitiua sententia. quidque senserit Thomas Mieres,& quid obseruetur,n.64.

Intellectus consuetudinis Barcinonę quod dominus qui dat iudicem, non appellat à sẽtẽtia cõtra se lata,p.2.q.6.n.52.

Intellectus glosæ in leg.nõ intelligitur §.multa principalia ff.de iur.fisc.p.2.q.6. n.92.

Intellectus textus in leg.extat ff.de iur. fisc,&similium traditionum DD.p.2.q.6. n.113.& 114.

Intellectus pragmaticę Regis Petri anni 1347.super cognitione causarũ feudalium ad Baiulum Gen.pertinente,p.2. q.7.n.21.

Intellectus constitutionis 10.tit. *de obseruar constitutions*, p.2.q.7.n.71.

Intellectus loci Prouerb.16. quod sapientia est melior auro,par. 2.q.9.num. 14.

Intellectus regulæ c.cum sint de reg. iur.in 6.§.commodum instit.de interdic. & c.iuuenis de sponsalib. p.3.q. 3. num. 30.

Interloquutoriã sententiam nõ solũ declarare,sed etiã reuocare ludex potest,etiam inferior,& non semel & bis tantũ, sed etiam millies,p.1.q.15.n.65.

Fallit

Fallit in habente vim diffinitiuę, nu. 66.

Fallit item re non integra post ipsius executionem vel post quæsitum ius parti. & quid quando esset geminata, num. 67.

Fallit item post inhibitionem ipsi iudici factam, nisi interloquutoria esset nulla vel inhibitio non esset legitima, num. 68.

Interloquutoria si cum causæ cognitione fiat, in rem iudicatam transit, num. 65.

Interlocutoriæ appellatione intelligitur de mera interlocutoria, p. 1. q. 24. n. 116.

Interpretationem leges, canones, edicta, rescripta, priuilegia, statuta, vltimæ voluntates, consuetudines, & contractus vnde capiant, par. 1. quæst. 7. numero 38.

Interrogatoria captiosa iudex ex officio reijcit, & quare, & quemadmodum hoc intelligatur, par. 1. quæst. 9. numero 218.

Ira impedit animum ne possit cernere verum, parte 2. quæstion. 1. numero 22.

Irregularis efficitur iudex ferens sententiam sanguinis, sequuto effectu: & an effectu non sequuto, par. 1. q. 18. num. 108.

Et quę dicatur in proposito sententia sanguinis, n. 109.

Irregularis erit iudex si ex eius præcepto reus alimento priuetur, vel carceris rigore ita affligatur vt inde mors moraliter sequatur, n. 110.

Extende ad assessorem, consultorem, exhortato rem & quemlibet alium concurrentem proximè ad sententiam ferendam, n. 111.

Irregularis an fiat clericus aduocatus, qui consuluit in causa criminali mortis aut mutilationis mẽbri, si mors seu mutilatio sequuta non sit. & ibi contrariæ DD. sententiæ, & quæ sit verior, p. 2. q. 3. num. 43.

Quis non efficitur sola voluntate, & consilio, ibidem.

Fit aduocatus actoris in causa sanguinis, si mors sequatur vel mutilatio membri: sicut & iudex, assessor, procurator, tabellio, atque testis, p. 2. quæst. 8. numero 68.

An fiat deferens ad iudicem crimen alicuius, quod non meretur deformitatẽ, si postea iudex iniustè eum ob illud delictũ, vel iustè ob alia delicta deformet, ibidem.

An fiat is qui post latam sententiã suadet iudici vt non concedat appellationẽ, n. 69.

Non est aduocatus rei in causa sanguinis, licet mors vel mutilatio sequatur, nisi reus succumbat propter imperitiam vel incuriam aduocati, n. 70.

Quid si aduocatus esset clericus, ibidem.

Quid si accusator pœna talionis condẽnaretur ad mortem, ibidem.

Irregularis licet non fiat aduocatus clericus in causa criminali, ob non sequutam mortem vel mutilationẽ punitur ab ordinario, n. 71.

Ab irregularitate an excuset protestatio clericum aduocantem pro accusatore in causa sanguinis, numero 72. & 73.

An testem excuset similis protestatio, ibidem.

Quid si aduocatus vel testis metu coactus aduocauit vel testimonium dixit, n. 74.

Quid in casibus, in quibus testis iure naturali tenetur se offerre ad testificandũ, ibidem.

Quid in promotore fiscali, ibidem.

Iudæi non possunt esse aduocati, p. 2. q. 2. n. 33.

Iudex in iure appellatur vir bonus, p. 1. quæsti. 1. numero 1. Vnde dicatur, numero 2. Quomodo definiatur, numero 3.

Quare vocetur vir bonus, n. 4. Est veluti animatum ius, n. 5. Qualis esse debeat, n. 6.

In iudice magis attendenda fama & consi-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

conſcientia,quam ſcientia,numero 7.
Iudex malus propter populi peccata datur,n.8.
Iudicis qualitates,n.9.
Iudex debet habere ſcientiam,& notitiam boni & æqui,& quare,num. 10. & 11.
Debet ſtuduiſſe per quinque annos.& quid in Regno Caſtellæ & in Cathalonia, n.12.
Debet aduocationibus cauſarū exercitatum fuiſſe,& quid in Cathalonia, nu. 16.
In iudice an magis neceſſaria ſit theorica quam praxis,n.17.
An maior in illo ſcientia requiratur quam in aduocato,n.18.
In iudice an requiratur eloquentia ,& ibi de ſciētia cum eloquentia coniūgenda,n.19.
Magni fit in illo ſcientia liberalium artium & præſertim hiſtoriæ , numero 20.
De iudicum ætate,n.23.
Iudicis officium eſt ſubditos à violētijs tueri.& quæ ſint illius partes,numero 25.
Debet ſe ab odio,amore,timore,& auri cupiditate defendere,num.26.
Debet aliquando Principi refragari, n.27.
Ob defectū roboris animi poteſt ab officio deponi,n.28.
Iudex &ius quomodo à Græcis vocētur,p. 1.q.1.n.34.
Iudex malus quare dicatur iniquus, n. 35.
Iudex eſt iuſtum animatum , numero 36.
Iudicis vox eſt viua vox legis , num. 37.
Iudices fuerunt conſtituti ne leges vanæ fierent,n.38.
Iudex non debet eſſe clementior lege, numero 39. nec iuris nouator , numero 40.
Non debet menti legis fraudem facere inhærendo verbis, n.41.
Nihil iudicare debet niſi vtraq; parte audita,num.42.
Iudices Regiæ Audientiæ in Cathalonia non poſſunt iudicare ex æquitate,niſi quæ conformetur regulis iuris , numero 49.
Iudices inter ſe debent eſſe beneuolentia coniuncti. & ornatur , numero 55.
Iudicum frequens vitium alienis ſtudijs operam dare,n.61.
Nō debet iudex verbis excandeſcere, etiam contra quos malos putat.& ornatur,n.64.
Poteſt carcerare & punire eum qui non exhibet ſibi reuerentiam , numero 65.
Quomodo intelligatur, quod debet ſe oſtendere terribilem delinquentibus, n.66.
In puniendo abſtinere debet ab ira,& à gaudio. & quare, & ornatur , numero 68.
Non debet facilè credere,nec nimis incredulus eſſe,n.68.
Curare debet rectè videri agere,num. 69.
Debet ſe facilem in audiendo præbere.& ornatur,n.72.
Non debet motus animi ſui facilè detegere,nec in occulto audire partem, n. 73.
Non debet eſſe omnino inexorabilis, neque in hoc gloriari,n.74.
Operam dare debet ne contemnatur, & exornatur,n.78.
Debet reuerenter viros honoratos ſalutare.& ornatur,n.79.
Magno animo eſſe debet erga inuidos & detractores.& ornatur,n.80.
Iudices boni indice fama quærendi ſunt.& ibi ratio,n.83.
Pro iudice præſumitur ſemper,tanquam pro viro bono,n.84.
Iudici fauendum eſt in Syndicatu, in quibus tamen fallat,n.86.
In iudicem non admittitur iuramentū in litem,n.87.
Iudex ſupplet conſenſum propinquorum ſtatuto requiſitum,n.89.

Iudices

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Iudices propter dignitatem iudicandi nobilitatem habere dicuntur, p. 1. q.2. n. 8.

Durante officio atque etiam tempore syndicatus non tenẽtur hospitari in domibus suis propter suam nobilitatem, n.9.

Neque ad alia onera realia seu personalia,n. 10.

Perdunt priuilegium nobilitatis si de furtis & scelcribus conuincantur, num. 11.

Sunt ministri diuinæ iustitiæ in terris, n. 12.

Sunt capita & patres Reipublicæ,& qui eos offendunt pœna parricidij tenentur,n. 13.

Sunt loco Regis præpositi in administratione iustitię,n. 14.

Vocantur sacerdotes,& aliquãdo Dij, n. 15.

Sunt mẽbra corporis Principis, n. 16. & 34.

Iudex est tutela publica, p. 1. q. 2. nu. 17.

Iudicis ac Principis est eadem conscientia,n. 18.

Iudex vtitur eadem auctoritate quam Princeps habet,n. 19.

Iudices sedendo quare iudicare teneantur, parte 1. quæstion. 2. numero 21.

Olim erant sacerdotes,par. 1.q.2.num. 23.

Iudex sedere debet in cathedra præ omnibus alijs, par. 1. quæst. 2.numero 24.

Iudices in locis suæ iurisdictionis habentur pro vicinis durãte officio,& tempore Syndicatus,& ad quem effectum,p. 1.q.2.n.74.

An excusentur à collectis, numero 75.

Iudex si coram eo committitur crimen vel iniuria contra aliquem,procedit ex officio sine accusatione in iuriati, n.86.

Excusatur si omissa communi opinione sequatur opinionem sui præceptor. & quomodo hoc intelligatur, p.1.q.3. n. 12.

Iudici si præsentetur rescriptum quod est contra ius,supersedere debet,& Principi rescribere, par. 1.quæstion.3.numero 30.

Regulariter propter difficultatem vel obscuritatem causæ non licet iudici rem diuidere inter litigantes, par.1. quæst.4 n.4.

Fallit quando circa articulum causæ decidendæ, duæ, aut plures sunt sententiæ contrariæ æquè probabiles, numero 7.

Et distinguitur an illa æqualis probabilitas cadat in iure an in facto, n. 8.& 9. & impugnatur sententia quorundã DD. circa hęc,n. 17.

Exemplar Regiæ Audientiæ quo partes compulit ad concordiam, numero 16.

Iudex in dubijs facti quæstionibus potest ex aliqua parua coniectura in alteram partem flecti,par. 1.quæst.4.numero 10.

Iudici licet in dubijs quæstionibus secundum iuris,rationis,& æquitatis dictamen arbitrari, etiam causam per mediũ scindendo,n. 11.

Iudex si de consilio Assessoris iniustã protulerit sententiam, tenetur in Syndicatu,si ipse elegerit sibi assessorem: secus si ipse non elegerit,sed fuerit sibi datus à Superiore,parte 1.quæstion.5. numero 30.

An instante tempore instantiæ possit pronunciare secundum formam consilij venturi,n.55.

Si conuenerunt partes vt voto alicuius certi sapientis starent & à iudice confirmationem illius peterent, an si contra ius latum sit, teneatur iudex confirmare & sequi.vbi distinctio,n.56.

Quando processit de facto ad puniendum reum potest & ipse reuocare,p.1.q. 6.n.79.& 80.

Sententiando pendente termino à se dato,nõ censetur eum reuocare,sed nulliter dicitur pronunciare,p.1.q.6.n.92.

Si

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Si partes concordent appellatum esse, nisi appellatus excipiat non esse appellatū intra decendium, non debet id excutere, p. 1. q. 6. n. 110.

Si super facti quęstione Superiorem consulit, imperitum, & in vtilem se ostēdit. & quare, parte 1. quæstion. 7. numero 8.

Etiam super quæstione iuris dubij nō debet facile moueri ad consulendum Superiorem. & quare, par. 1. quæst. 7. num. 19.

Quando Princeps iniustum aliquid ei præcipit, seu contra ius, supersedere debet, Principi rescribere, & secundam iussionem expectare, par. 1. quæst. 7. nu. 39.

Quid si emanat secunda iussio, num. 40.

Opinio indistinctè tenentium eam exequi debere, n. 41. & refutatur, nu. 42. cum seqq.

Iudex publicè existēs in peccato mortali, condēnando reum similis criminis, mortaliter peccat propter scandalum, p. 1. q. 8. num. 22. & ibi ratio, num. 23. & 24.

Secus est in iudice qui occulto irretitus est scelere quantumcunque grauissimo, nisi excommunicatus vel suspensus sit. & quare, n. 25.

Item secus si non sequatur scandalum, n. 26.

Iudex dat curatorem dementi corā se litiganti, aduocatos pupillis, & miserabilibus personis non petentibus, p. 1. q. 9. n. 58.

In quibus casibus officium suum interponere non solum possit, sed etiam teneatur & puniatur, nisi interponat, dummodo non possit prætendere probabilē ignorantiam, par. 1. quæstion. 9. numero 61.

Procedit nemine petente in his quæ veniunt accessoriè, & in consequentiam petitorum in sua causa, numero 63. & 66.

Et traditur exemplum in restitutione pignoris soluto debito, n. 64. & 65.

Et in restitutione fundi petiti vna cū fructibus non petitis, n. 67.

Et in restitutione pecunię petitæ vna cum vsuris, seu interesse non petitis, nu. 68.

Iudex super facto deducto ex vno casu & probato ex alio, non potest ferre sententiam super probato non deducto neque petito, parte 1. quæstion. 9. numero 101.

Fallit in supremis iudicibus. & illustratur exemplo, n. 102.

Fallit item in causa parua, & in possessorio summarissimo, num. 106. & q. 10. n. 39.

Datus cum clausula, vt sola facti veritate inspecta iudicet, potest condemnare in alio quam sit petitum. & quemadmodum intelligatur, par. 1. q. 9. n. 105. & q. 10. n. 39.

Si calculi errorem agnouit, potest parte non petente ex officio in sententia dicere, quod addictio fiat prout anto minus, in quantum est erratum in rationibus, p. 1. q. 9. n. 146.

Appellatur auxilium legis, & quare, p. 1. q. 9. n. 195.

Si potest aliquid ex officio facere, & non faciat, an incurrat aliquam pœnam. vbi latè distinguitur, & explicatur, p. 1. q. 9. n. 318.

Cui data est fa cultas liberè procedēdi, quid possit, par. 1. quæstion. 10. numero 33.

Iudex quis esse cogitur nisi rationabilē causam alleget; non tamen cogi potest sine salario, parte 1. quæstion. 12. numero 1.

Postquam causam sibi commissam suscepit, non potest se abstinere ab interuentione in causa & voto, nisi prius ius dictum sit super eius recusatione, numero 3.

Quid si sentiat conscientiam suam oneratam, interueniendo in aliqua causa, ibidem.

Iudices esse possunt omnes nisi qui in iure reperiuntur prohibiti, numero 7.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Impediuntur natura, lege, & moribus, n. 8.

Natura surdus, mutus, perpetuo furiosus, & impubes, & eorum defectus neque à supremo Principe possunt suppleri, numero 9.

Neque partis consensu, numero 10.

Iudices qua ætate olim crearentur, & qua creandos senserint Plato, & Aristoteles, n. 21.

Iudicis munus minor viginti annis cogi non potest assumere, numero 22.

An iudex sui iuris vel alterius potestatis sit, non interest, n. 23.

Ordinarius per successionem, etiam pupillus esse potest, licet iurisdictionis exercitium tutoribus illius committatur: secus per electionem, numero 25.

Esse non potest in Cathalonia is cuius pater, filius, socer, gener, aut levir sit, fueritue aduocatus in eadem causa, si opponatur; & quid de iure communi, p. 1. q. 12. n. 136.

Ex consilio sui assessoris ordinarij excusatur vbi ciuitas ipsum ei elegerit, p. 1. q. 13. n. 24.

Fallit quando iudex ipse peritus esset, ibidem.

Non excusatur si iudex ipse elegerit sibi assessorem, n. 26.

Intellige tamen hoc casu iudicem excusari à dolo, si assessoris sui consilio iniquè iudicauit, sicque liberari ab actione iniuriarum, n. 27.

Item intellige nisi elegerit doctorem in aliqua vniuersitate approbata creatũ, n. 29.

In causa sua vel vxoris aut liberorum seu suorum familiarium quis esse nequit, p. 1. q. 14. n. 1.

In causa propria an quis esse possit si a parte non opponatur. vbi argumenta & DD. traduntur pro vtraque parte, & quæ sit communis, n. 6. & 9.

Quid in criminalibus, etiam parte nõ opponente, n. 12.

Quid si persona sit iudex quæ omni caret suspicione, n. 10.

Qui scit se morte dignum, non potest se ad mortem condemnare, numero 12.

Ordinarius atque etiã delegatus cognoscere potest, an ipse sit iudex competens, suaque sit iurisdictio, p. 1. q. 14. nu. 24.

Intellige inter se & partem: secus inter se, & alium iudicem, n. 25.

Iudex quis esse potest in causa sui officialis veluti notarij, vel assessoris, qui deliquit in officio, & ab eius sententia non appellatur, parte 1. quæstion. 14. numero 50.

Limitatio doctoris Auiles circa hoc improbatur, ibidem.

Ius scriptum debet præferre æquitati & procedere secundum æquitatem iure informatam, par. 1. quæstion. 15. nu. 40.

In Cathalonia debet iudicare secundum veritatem, quæ ex actis processus elicitur, parum curando de nullitatibus, n. 41.

Iudici nõ creditur super sententia interloquutoria, nisi per notarium redacta sit in scriptis, parte 1. quæst. 15. numero 47.

Iudex licet sit ei data licentia procedendi sola facti veritate, debet iudicare de iure, parte 1. quæstion. 15. numero 87.

Est legis minister & exequutor, num. 20.

Iudices in definiendis causis prius recurrere debẽt ad constitutiones Pontificũ quam ad expositiones Sanctorum, p. 1. q. 16. n. 25.

Huius tempestatis reprehensi, quod nimium suo potius arbitrio quam legum sensu ius reddant, par. 1. quæstion. 16. num. 43.

Imperitum se videns, si professus est se peritum esse, & munus iudicandi assumpsit, omnia damna, quę ex eius imperitia proceduntur, restituere tenetur, quamuis postea in executione nullam committat cul-

culpam, parte 1. quæstion. 17. numero 9.

Iudices tenẽtur ex contractu cum Republica inito vel cum partibus explicitè vel implicitè, non tamen videntur se voluisse ad restitutionem obligare ex leuissima, vel leui culpa, nec quod Respublica, vel partes eis voluerint hanc obligationẽ imponere, parte 1. quest. 17. numero 15.

Iudex qui per imperitiam vel negligẽtiam malè iudicauit, in foro fori dicitur teneri ex quasi maleficio, & facit litem suam, & tenetur in quantum religioni iudicantis videbitur, par 1. q. 17. numero 27.

Procedit vbi imperitia seu negligentia est ex leui culpa, n. 28.

Et hoc casu dicitur iudex peccasse per imprudentiam, ibidem.

Vbi dicta imperitia seu negligẽtia nõ est ex leui, sed ex lata culpa, insolidũ tenebitur iudex. & intelligũtur loca DD. Suares de Paz, & Castelli à Bouadilla, num. 28.

Quid si pars læsa non appellauit, cum appellare posset, an tunc etiam iudex teneatur, ibidem.

Iudex si quid ex leuissima culpa agit, in foro contentioso non tenetur, p. 1. q. 17. n. 32.

In iudicum defensionem qui ex imperitia malè iudicarunt, vel in modicis peccarunt, remissiuè multa, ibidem.

Iudex criminaliter non punitur pro leuissima culpa, sed pro lata, & an pro leui, parte 1. quæstion. 17. numero 40.

Ex dolo, lata, leui culpa, & imperitia quemadmodũ sit iudex condemnandus, breuis distinctio, par. 1. quæst. 17. numero 55.

In definiendis causis an debeat omnino sententiam dicere ex actorum probationibus aduersus ea quæ priuatim nouit, par. 1. quæstion. 18. numero 1. & seqq.

Affirmatiua opinio, & DD. eam tenẽtes, n. 2.

Negatiua opinio, & DD. eam sequẽtes, n. 4.

Tertia opinio distinguens inter causas ciuiles, seu causas criminales minores, & causas criminales maiores. & DD. hãc amplectentes, n. 6.

Iudex publica auctoritate fungitur & publica scientia in iudicando vtitur, numero 3.

Debet genere suo clemens esse, p. 1. q. 18. n. 80.

Condemnans non subditum, vel subditum in crimine exempto, tenetur ad restitutionem hæredibus, etiam si reus morte dignus fuerit: liberatur tamen ab obligatione restituendi, si competens iudex condemnati ratum habeat seu approbet factum alterius, n. 95.

Condemnans subditum non seruato ordine iuris vel ex cognitione per iniuriam extorta, tenetur ad restitutionem, n. 96.

Fallit quando alia via poterat reum condemnare iuridicè, n. 98.

Fallit item si erraſſet in aliquo, in quo Princeps potest dispensare, quia tunc posset Princeps remittere iudici restitutinẽ, n. 99.

Quando dicatur condemnare non seruato iuris ordine vel ex cognitione per iniuriam extorta, n. 97.

Iudex ab aliquo litigantium requisitus vt pecuniam recipiat, & pro se ferat sententiam vel iniustam proferat, quid possit facere, parte 1. quæstion. 19. numero 9.

Creari non debet secundum quosdam is qui fuit aduocatus, quod donis clientum assuefactus sit, par. 1. quæst. 20. numero 2.

In foro conscientiæ an tutus sit dum opinionum varietate confisus, pro amico sententiam fert, volens ei gratificari, p. 1. q. 20. n. 22.

Petitus dari non debet, par. 1. q. 21. n. 41.

Dubius in aliquo negocio potest conuocare omnes sapientes suæ iurisdictionis, & eos compellere ad sibi consulendum,

dum, parte 1. quæstion. 24. num. 12.

Ordinarius non potest tenere, nisi vnũ assessorem, n. 13.

Iudices Synodales, qui assignantur in Synodo pro committendis causis Apostolicis, an cogi possint assumere assessorem, p. 1. q. 24. n. 16.

A Sede Apostolica deputati si in altero iurium graduati non fuerint, assessorem partibus non suspectum, ab ipsis partibus vel altera earum requisiti assumere, & secundum eius relationem iudicare tenentur, n. 17.

Iudex stans extra territorium potest delegare causam subdito, qui stat in territorio, parte 1. quæstion. 24. num. 83.

Iudices plures quando censeantur insolidum dati, parte 1. quæstion. 24. n. 108.

Iudicibus pluribus cõstitutis, vno cognoscente, an & quando alij se intromittere possint, & quibus ex causis, nu. 108.

Et vnus alteri an inhibere possit, si insolidum dati sint, & de præueniente, nu. 108.

Debet petentibus aduocato dare, maximè si quis ob potentiam aduersarij nõ inueniat, p. 2. q. 3. n. 7.

Eum qui conduxit omnes aduocatos meliores, compellit aliquos ex eis dimittere, ibidem.

In causa eius cuius patronus fuit, an si aliàs omnis inordinatus cesset affectus, possit esse iudex in foro conscientiæ sine peccato, etiam parte inscia, p. 2. q. 4. n. 57.

Iudex vel coniudex vbi sunt contrariæ DD. opiniones super iure, iuxta quod causa decidenda est, tenetur ferre sentẽtiam secundum opinionem, quam probabiliorem iudicat, & quare, par. 2 q. 5. nu. 17.

Contraria opinio nonnullorum DD. quam pater Diana probabilem dicit, n. 18.

Interrogatus à iudice is qui iustè accepit rem suã ab alio occupatam, nũ sciat quis acceperit, an possit fallere iudicem, & quomodo, p. 2. q. 8. n. 36.

Iudices boni & integri propter iustitiam graues persequutiones patiuntur, & multis illustratur & exornatur, p. 3. q. 1. n. 9.

Iudicem quomodo depingebant Thebani, parte 3. quæstion. 1. numero 15.

Iudex omnibus se irreprehensibilẽ exhibere debet, cum alios corrigere, & punire teneatur, & quia iustitia sancta res est, & quia ille est Dei minister, nu. 16.

Iudicem timidum reddit reprehensibilis vitæ conscientia, n. 17.

Iudicis parua peccata magna videntur populo, cui diu latere non possunt, nu. 18.

Statua sine oculis Thebis posita, & quare, n. 22.

Iudicem existentem in peccato mortali, etiam occulto, mortaliter peccare, aliũ condemnando peccatorem, fuit quorundam DD. opinio, par. 3. quæst. 1. numero 24.

Quæ fuerit prius, quęque postea opinio sancti Thomæ super hoc. & quinam DD. hanc quæstionem tractent, p. 3. q. 1. n. 24.

Iudex non debet fulminare, sed audire & examinare, p. 3. quæstion. 2. numero 4.

Habet auctoritatẽ reprehendẽdi aduocatos imperitos & falsarum causarum defensores, & an etiam peritissimos, n. 5. & 6.

Curare debet ne ab aduocatis contẽnatur, propter cultum iustitię, numero 7.

Finem imponere potest aduocato multum oranti, & interdicere aduocato verboso, qui verba vendit, n. 11.

Et ex hac causa, etiam sine processu mulctare & suspendere ab officio aduocatum, & ab audientia explodere, num. 12.

Debet prius loqui & orare facere aduocatum actoris, quam rei, numero 13.

Tenetur litiganti aduocatum dare, si ambitione aduersarij, vel metu non inueniat, n. 14.

Inopi quoque aduocatum quærere & assignare tenetur, quem compellit vt gratis

UAB Biblioteca de Ciències Socials

gratis patrocinium præstet, aliàs illum ad tempus priuat aduocationis officio, num. 15.

Fallit in locis vbi expensis publicis cõstituti sunt pauperum aduocati, ibidem.

Si vna pars omnes meliores aduocatos pro se assumpsit, potest iudex altera instante parte compellere aliquos dimittere, & suscipere patrocinium pro altera, n. 18.

Fallit si aduocati iurant se tuta conscientia non posse secundam partem tueri, ibidem.

Iudex à Republica constituturus censetur vt causas dirimat, prout sibi melius, & magis congruum rationi videbitur, p. 3. q. 3. n. 11.

Iudici durante iudicio non creditur de gestis & actis coram eo, p. 3. q. 5. numero 44.

Iudicis intelligentia non attenditur in his, quæ sunt facti, si non posset probari ex actis probatorijs, ibidem.

Iudex qui & delegata & ordinaria potestate procedere poterat, quomodo cognoscatur, quavia procedat: & in dubio qua via procedere censeatur, par. 3. q. 5. num. 56.

Iudicandi munus, dignitas est, p. 1. q. 2. n. 4.

Nihil tam Regium est quam iudicare, n. 1.

Et Reges ipsi antiquitus iudicabãt, ibidem.

Nulla nobilior philosophia quam iudicare, n. 3.

A iudicando repelluntur infames propter iudicandi dignitatem, numero 7.

Iudicandi munus falso assumẽtes quod crimen committant, par. 1. quæst. 2. num. 26.

Vetus iudicandi modus cum tribus tabellis & impugnatur, p. 1. q. 4. n. 1. & quare, n. 2.

Alia antiqua iudicandi forma per verbum, amplius. Vnde rei ampliati & causa ampliata dicuntur, n. 3.

Iudicare ex publica scientia an sit de iure Gentiũ & conforme iuri Naturali & Diuino, parte 1. quæstion. 18. numero 8.

Non potest iudicare iudex secundum scripturas, quæ non sunt productæ in actis & facta notificatione parti aduersæ ad dicendum contra producta, p. 1. q. 18. n. 22.

Ad iudicandum iudex an possit moueri etiam ex aliqua confessione coram se facta, & non scripta in actis, par. 1. q. 18. n. 23.

Iudicare iudex potest ex his quæ per inspectionem oculorum nouit, si tamen ei vt iudici, & non vt priuatæ personæ constent, par. 1. quæstion. 18. numero 26.

Iudicandi auctoritas est quædam potestas delegata seu collata à Deo hominibus, qui sustinent locum, & vices Dei in iudicando, & eum pro suis viribus imitari debent, parte 3. quæst. 1. numero 6.

Iudicium rusticorum quod dicatur, p. 1. q. 4. n. 5.

Iudicij de substantia quę dicuntur, à iure Naturali vel Gentium sunt, p. 1. q. 10. n. 3.

Et an talis sit testium publicatio, ibidem.

Iuramentum suppletorium vt deferatur à iudice, an necesse sit quod pars à iudice petat. vbi contrariæ DD. opiniones & examinatur quæ verior sit opinio & refertur quid seruet Regia Audientia, p. 1. q. 9. n. 97.

Potest Iudex ex officio illud deferre, etiam post conclusum in causa: sed pars petere debet hoc iuramentum ante conclusum in causa, par. 1. quæst. 9. num. 156.

Dictum iuramentum loco sententiæ, est, n. 159.

Iuramẽtum semper debet præcedere, quotiescunque debet stari assertioni alicuius. & ibi multa congeruntur exempla, parte 1. quæstion. 9. numero 286.

Quid

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Quid in iudice iudicãte secundũ propriã conſciẽtiã,&inviro excellenti,ibid.
Quid ſi conuenerit ſtandũ eſſe ſimplici verbo creditoris circa damna&intereſſe, an nihilominus creditor teneatur iurare de calumnia,ſi à debitore petatur,n.287.
Iuramentum ſuppletorium ſiue neceſſarium per iudicem defertur, ſemiplenè tantum probãti,& efficitur probatio ſufficiens ad condemnationem vel abſolutionem, parte 1. quæſtion. 10.nu.96.
Defertur ſolum in cauſis paruis:ſed & ſi plus quam ſemiplenè probatum eſt, defertur etiam in cauſis arduis,n.97.
Iuramento prædicto vt ſit locus,quæ requirantur,& cui deferendum ſit, ibid.
An deferri poſſit parte nõ petẽte,n.99.
An in cauſis criminalibus ciuiliter, vel criminaliter intentatis,n.100.
An in cauſa appellationis, & poſt didiſcita teſtificata,ibid.
Poteſt deferri in ipſa ſententia,quæ profertur,ibid.
Caſus in quibus *illi* non eſt *locus*,ibid.
Iuramentum voluntarium àparte parti defertur, & habet ſpeciem tranſactionis, p.1.q.10.n.101.
Qui illud defert, deinde à ſententia appellare non poteſt,niſi ex nouis inſtrumentis euidens periurium in promptu appareat,n.101.
Is cui hoc iuramẽtũ defertur, aut iurare cogitur aut deferre:qui autẽ detulit, ſi ei referatur,recuſare non poteſt, n.102.
An is qui iuramentum detulit, poſſit pœnitere,n.103.
An tutor pro pupillo illud deferre,vel iurare valeat,ibid.
An procurator,& an is cui non poteſt referri,ibidem.
De iuramẽto volũtario,remiſſiuè,n.104.
In iuramento intelligitur excepta auctoritas Superioris,p.1.q.11.n.146.
Iuramentum an poſſit iudex ſeruato iuris ordine exigere,quando nouerit iurãtem peieraturũ,p.1.q.18.n.52.& ſeqq.
Quid quando ad partis inſtantiã hoc iuramentũ exigit & quando pars non petit,n.53. Et quãdo ductus legis neceſſitate exigit,licet pars non petat,n.54. Et quando dicatur duci hac neceſſitate *legis*,n.56.
Iuramenti iſta ex actio dicatur partis & legis,n.55.
Opinio Leonardi Leſij & Philiarchi excuſari iudicẽ quando pars poſtulat vel aliàs ratio officij ſuadet,n.57.
Iuramenti prædicti petitionem an iudex teneatur vitare,n.58.
Non poteſt deferri à iudice, iuris ordine non ſeruato,n.59.
Seruãdi ſtatuta quomodo intelligatur, p.1.q.18.n.112.
Regiorum Auditorum & Aſſeſſorum quo iurarunt ſecretò ſeruare ea, quæ in congregatione tractãtur, quemadmodũ intelligatur ligare,n.113.
Iurare tenetur iudex in ingreſſu ſui officij,& quid iuramentum continere debeat.& quid in Cathalonia,p.1.q.24.n.151.
Antequã iuret,nõ poteſt iuriſdictionẽ exercere,& geſta per illũ sũt nulla & tenetur ad eãdẽ penã,ad quã is,qui propria auctoritate officium ſibi vſurpat, n.152.
Si ſemel iurauit iudex ſiue aſſeſſor,nõ tenetur vlterius iurare,& idẽ quoq; de aduocato.vbi de vſu contrario Ciuitatis Barcinonæ,n.154.
Iuramentum prædictum præſumitur præſtitum,ſi iudex reperiatur in poſſeſſione officij,n.155.
Iurare tenentur in Cathalonia aduocati:ſed non ſeruatur,p.2.q.1.n.9.& quid iure Communi n.10.
Iuriſdictio iudicis ſiue ordinarij ſiue delegati ſi turbatur, poteſt ipſe de cauſa cognoſcere & punire,p.1.q.14.n.47.
Quid ſi nõ fat ad turbandam iuriſdictionem iudicis.vbi contrariæ Speculatoris & Innocentij ſententiæ,n.48.
Quid de officiali dicti iudicis offenſo,n.49.
Iuriſdictionẽ an aliqualẽ habeat aſſeſſoris officium,p.1.q.23.n.15.
In multis Prouincijs per ſtatuta terrarũ vel excõſuetudine aſſeſſores habẽt,n.16.
Ordinariam habere dicuntur Auditores Principis,& Summi Pontificis, ibid. & quid in magna Curia Franciæ,ibid.
Habẽt in Principatu Cathaloniæ Aſſeſſores regiorũ ordinariorum,atq; etiã Baronum.& quomodo,n.18.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

In iurisdictionis possessione si iudex est, & in ea turbetur, potest se cũ armis defendere, & defacto procedere, & an baculũ ferenti frangere, p. 1. q. 24. n. 132

Iurisdictionem à iure vel à Principe habens, per exercitium iurisdictionis in vna specie, retinet eam quoad alias species, p. 2. q. 7. n. 93.

Ordinaria an possit concurrere cum delegata, p. 3. q. 5. n. 54.

Domus iurisperiti vocatur oraculum Ciuitatis à Cicerone, p. 2. q. 2. n. 38.

Iurisprudentiæ & artis militaris elegãs ex Cicerone comparatio, p. 2. q. 2. n. 1.

Ius secundum quod Ciuile priusquã Canonicum vel econuerso iudicetur in vrbe Romana, in Gallia, & in Cathalonia, p. 1. q. 16. n. 39.

Iuris Canonici permissio à peccato non liberet, quando id à iure Canonico non disponitur, sed permittitur, vt maiora inconuenientia vitentur, p. 1. q. 22. n. 46.

Iustitiæ vis quanta sit, n. 50.

Iustitiam quomodo depingebãt Ægiptij, p. 3. q. . n. 15.

Iustus Lipsius reprehenditur qui in Iureconsultos, & ipse ipsum inuehitur, p. 1. q. 16. n. 62.

L.

IN *Laboribus* aduocatorum bonus iudex non confidit, nec parcit suo labori. & ornatur, p. 1. q. 1. nu. 60.

Laicis an possint causæ Ecclesiasticæ delegari. vbi distinctio, par. 1. quæst. 12. n. 50.

An in defectum dumtaxat clericorũ, vbi Philippi Franchi, & Panormitani cõtrariæ opiniones, n. 53. & 54.

Quid si partes contradicerent, & offerrent clericum idoneum, cui causa committi posset, n. 55.

Quid in delegatione ad vniuersitatem causarum, ibid.

Laico & clerico simul an Episcopus causam spirituale cõmittere possit, n. 56.

Laicus non potest esse vicarius Episcopi, & quæ sit ratio, n. 59. & 60.

Quid si Episcopus habeat temporale iurisdictionem in aliquo loco, n. 64.

Est incapax iurisdictionis illius, ad quã excommunicatio pertinet, n. 61.

Potest esse assessor Episcopi, & iudicis Ecclesiastici, etiã in spiritualibus, & quæ sit ratio, n. 63.

An de honestate sit potius adhibendus clericus, si idoneus habeatur, ibid.

A laico etiam potest haberi consiliũ in Ecclesiasticis, p. 1. quæst. 23. nro 4.

Pro *latrone* famoso & fure insigni aduocare quis non potest, & quomodo hoc intelligatur, p. 2. quæstion. 3. n. 64. & seqq.

Legatus non potest statuere contra ius Commune, p. 1. q. 6. n. 38.

Principis an possit leges interpretari, p. 1. q. 7. n. 30.

A latere, plures Prouincias habens an possit exercere iurisdictionẽ contentiosam, etiam in alia Prouincia, & in qualibet parte suæ legationis vel Prouinciæ residere, par. 1. quæst. 15. nº 139. & 140.

Reipublicæ, an suis expensis vel Reipublicæ debeat assumere assessorem, p. 1. q. 24. n. 11.

Secundi datione non reuocatur primus, n. 32.

Missi aduocati ad Regis curiam pro Republica cum prohibitione aduocandi, dum in legatione existunt: possunt tamen in camera consulere, p. 2. q. 3. nu. 48.

Leges & statuta, etiam iurata potest iudex ex causa transgredi, p. 1. q. 6. n. 7. & q. 7. n. 54. & 55. vbi limitatur in *iudicibus* maioribus & q. 16. n. 60. vbi de requisitis & quid in Cathalonia.

Lex posterior præcedentem nõ tollit, nisi quatenus ei cõtrariatur, p. 1. q. 6. n. 46.

Leges seu statuta terminos partibus in iudicio statuentia intelligi debẽt parte petente, & quare, p. 1. q. 6. 111.

Quid circa cautiones à lege seu statuto requisitas, & alios actus tendentes in alicuius fauorem, n. 112.

Legis ciuilis interpretatio in quantum concernit clericos, spectat ad Papam; in quantum autem laicos, ad Imperatorem, p. 1. q. 7. n. 29.

Legem quantum ad vnam causam, etiã iudex potest interpretari, nisi esset dubium ita arduum, vt certus intellectus dari nõ posset, n. 30.

Lex ſtatuens præſcriptionem actionis, non comprehendit officium Iudicis, cū ſint diuerſa, p. 1. q. 9. n. 177.

Leges omnes prohibentes appellationem ſeu reuiſionem ſunt odioſæ, num. 181.

Legem nemo vnquam impunè violat, p. 1. q. 11. n. 48.

Prohibentem educere equos ab vna Prouincia ad aliam propter vbertatem, an is qui violat, mortaliter peccet, num. 72.

Lege qui impediantur iudices fieri, p. 1. q. 12. n. 30.

Legis mandatum ſi inductum ſit dūtaxat de honeſtate, actus in contrarium factus non dicitur nullus, par. 1. q. 15. nu. 27.

Per legis verba ſimpliciter aliquid inducentia, forma actui nō imponitur, ibidem.

Legum condendarum auctoritas non eſt in Cathalonia Regi ſine Curijs Generalibus, par. 1. quæſtion. 15. numero 75.

Leges ſiue conſtitutiones Cathaloniæ habent ſpeciem contractuum inter Regē & populum, ibidem.

Legis vim quando ſententiæ non habent nec ius vniuerſale conſtituunt, ſi tamen tot ſint vt conſuetudinem inducant, conſuetudini ſtandum eſt. & declaratur exemplo, n. 76.

Extende, etiam ſi communis DD. opinio eſſet in contrarium, numero 77.

Et quamuis ſtatutum diſponeret quod non attendatur conſuetudo. & declaratur in terminis conſtitutionum Cathaloniæ, ibidem.

Legis vim habet deciſio doctoris in ſpecie, quāuis ſine auctoritate loquatur, ſi non adſit contradictor, p. 1. q. 15. num. 80.

Lex eſt noſtrarum actionum menſura & debet eſſe certiſſima, par. 1. q. 16. numero 5.

Humana non poteſt de omnibus prouidere, neque ſingulas rerum, caſuūque circunſtantias proſpicere, ibid.

Leges futura, non præterita reſpiciunt, n. 6.

Per legem Dei, æternam ſufficienter nobis ſunt ordinatiſſima, numero 7.

Lex æterna ſatis, abundeque nobis per Naturalem communicatur, ibidem.

Lex eſt mutus magiſtratus, numero 8.

Leges paucas fertur tuliſſe Licurgus legiſlator, eaſque ſcriptis mandari prohibuit, n. 9.

Romanorum, quod eſt ius Commune, admitti & allegari prohibitum fuit in Cathalonia in curijs Generalibus anni 1251. n. 10.

Sed poſtea correctum per conſtitutionem Regis Martini, n. 36.

Legiſlatores cū iudicent de vniuerſalibus & futuris, nullam habent affectionē potius ad ſiniſtram, quam ad dexterā partem: quod ſecus eſt in iudicibus, p. 1. q. 16. n. 11.

Lex nullo affectu mouetur & diligit pariter omnes, n. 13.

Legem qui imperare iubet, is Deum iubet imperare: qui verò hominē, belluā adiungit, n. 14.

Leges Alexandri Seueri firmæ fuerūt, & quare, n. 17.

Humanæ quare nō ſint immobiles vti Naturales, n. 30.

Vltra legem Naturalem quare nobis neceſſaria ſit quoque Ciuilis, n. 31. & 40.

Legem iuſto poſitam non eſſe, quare S. Paulus dixerit, n. 33.

Humana per ora iudicum loquitur, n. 34.

Legis anima eſt prudens iudex, ibidem.

Humana à lege æterna prouenit, ibidem.

Legum cuſtodes ſunt iudices, ibidem.

In legibus ſalus Ciuitatis poſita, num. 40.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Sine illis minus possunt Ciuitates cõseruari quam sine muris, ibid.

Lex est à Domino, præuaricatio legis à diabolo, n. 41.

Leges illæ optimæ sunt, quæ quãpaucissima iudicis arbitrio dimiserunt, & in omnibus casibus sancitæ sunt, par. 1. q. 16. n. 47.

Et quæ mulctas dũtaxat iudicibus cõmiserunt, ibidem.

In legibus quæ contineri & prouideri minimè possint, par. 1. quæstion. 16. num. 48.

Legum & præceptorum nimia multitudo vitanda est. & quare, n. 49.

Et admonentur Principes vt nouas leges parcè ferant, n. 53.

Legum multiplicatio quoddam seruitutis genus inducit, vt de populo Hebræo dicitur: & laqueum pedibus parat, vt de Caligula Imperatore legitur, numero 50.

Lex debet esse necessaria id est nõ nisi instante necessitate facta, n. 51.

Legislator non debet promulgare leges punientes omnia vitia, sed sub silẽtio pertransire quædam, quæ vix euitari possunt, p. 1. q. 16. n. 52.

Leges breues esse oportet vt paucis iubeant, non pluribus disputent. & quare, p. 1. q. 16. n. 55.

Hinc Authentica Iustiniani & in Cathalonia pragmaticæ sanctiones vitio prolixitatis notantur: & laudantur responsa Pauli, Iuliani, Papiniani, & aliorum, nu. 58.

In lege non ratio quærenda est, sed auctoritas, n. 56.

Legi non præest Magistratus, sed lex Magistratui. & quare, n. 56.

Legislator rationẽ legis attingere debet, vbi illa difficilè colligeretur, n. 57.

Leges propter quas causas, fines, & effectus constituantur, p. 1. q. 16. n. 60.

Legis variæ definitiones, n. 61.

Lex humana ab æterna deriuatur, ideoque obligat subditorum, sicque etiam iudicis conscientias, par. 1. q. 18. nu. 27.

Si de legis mente dubitetur, an & quãdo index debeat Superiorem consulere, n. 28.

Si de intellectu & interpretatione quæratur, ad Principem recurrendum est, n. 29.

Legis obseruantia subsequuta ad eius interpretationẽ attẽditur, etiam si verba repugnent, n. 30.

Nec necesse est regulariter quod obseruantia sit præscripta, n. 31.

Leges prohibentes iudicibus munera, malè seruantur culpa Superiorum, qui insufficientia stipendia illis tribuũt, p. 1. q. 20. n. 37.

Lex abhorret sine præmio laboriosis officijs homines præfici, n. 38.

Lege Regni si beneficia vel officia vacantia conferenda sunt ciuibus & originarijs illius, solum tenentur electores magis idoneum ex eis eligere, par. 1. q. 22. n. 32.

Leges huiusmodi iustæ sunt, numero 33.

Hoc casu conferens alij quam taliciui, tenetur ad restitutionem prædictis ciuibus, & vni, si solus esset vnus ciuis, num. 34.

Lex pœnalis an obliget ad patiendam pœnæ executionem in corpore, p. 1. q. 24. n. 130.

Leges falsas & correctas allegando, incidit aduocatus in pœnam falsi, p. 2 q. 1. n. 34.

Sine lege nihil aduocatus probare debet, si lex disponat super his, de quibus agitur, par. 2. quæstion. 1. numero 52.

Contra legem factum an nullum sit, p. 2. q. 6. n. 37.

Leges posteriores prioribus derogãt, si contrariæ fuerint, p. 2. q. 7. n. 13.

Legum correctio in dubio non præsumitur; & an præsumatur, non facta in posteriori lege mentione prioris, p. 2. q. 7. n. 30.

A legis interpretatione declaratiua data à communi obseruantia recedi nõ potest, p. 2. q. 7. n. 32.

Exten-

Extenditur etiam si agatur de legis alicuius correctione, n. 33.

Idem est si extaret obseruantia, quod aliquod particulare statutum non seruaretur, sed aliud generale in casu illius particularis statuti haberet locum, numero 34.

Lex vt valeat, necesse est, quod ab initio recipiatur, p. 2. q 7. n. 62.

Censetur lata sub conditione, si fuerit vsu recepta, ibidem.

Eadem quo ad vnum caput potest esse vsu recepta, & quo ad aliud non recepta. & confirmatur exemplo & auctoritate DD. n. 63.

Ad legem anteriorem tollendam par est vis consuetudinis, atque legis posterioris, p. 2. q. 7. n. 67.

Anteriorem non tollit contraria consuetudo, nisi sit rationabilis, & legitimè præscripta, par. 2. quæstion. 7. numero 74.

Quando lex reprobat consuetudinem contrariam, dicitur consuetudo irrationabilis, & quæ non habet indicium voluntatis Principis, n. 75.

Si simpliciter improbat consuetudinẽ in contrarium, intelligitur de præterita, non defutura, n. 76.

Si expressè damnet futuram consuetudinem, non intelligitur de consuetudine, quæ de nouo induceretur cum scientia Principis & populi. & quid si improbaret futuram consuetudinem immemorialem, n. 77.

Libellus quemadmodum concipiatur in actione, & quemadmodum in officio iudicis, p. 1. q. 9. n. 4.

Libello conformis debet esse sentẽtia, n. 99.

In libello accusatorio non requiritur cõclusio, sed illa stat in dispositione iuris, n. 112.

Libellos approbare vel reprobare & reijcere pertinet ad assessoris officium, p. 1. q. 24. n. 6.

Liberti nõ possunt habere dignitatem, & tamen possunt esse assessores, p. 1. q. 23. n. 9.

Licentia recipiendi ordines ab alieno Episcopo, morte seu finita concedentis potestate non expirat, par. 1. quæst. 24. n. 62.

Sic data beneficiato de non residendo ratione studiorum, n. 63.

Sic celebrandi Missam in priuato oratorio, n. 65.

Sic prædicandi, & edendi carnes diebus vetitis, & facultas eligendi confessariũ, n. 66.

Testandi à Papa concessa Episcopo, morte Papæ concedentis an expiret re integra, n. 68.

Et opinio Socini Iunioris reprobatur, ibidem.

Licentia à Regio Cancellario concessa alicui ad postulandum in Ciuitate Barcinonæ, an expiret morte concedentis, n. 69.

Sic quoque standi in Ciuitate data per officialem bannito, ibidem.

Et opinio Iacobi Cancerij refutatur, ibidem.

Et distinctio inter licentias odiosas aut iuri Communi contrarias vt hic, & licentias non odiosas, n. 70.

Circa licentias aduocandi concedẽdas clericis, quid Hispaniarum Nuncius obseruet, parte 2. quæstion. 3. nu. 39.

Litigare debent illustres & super illustres per procuratorem, & quare, & quid seruetur in Parlamento Franciæ, p. 1. q. 2. n. 25.

Litis contestatio an requiratur quando iudex ex officio procedit, p. 1. q. 9. nu. 314.

Litem suam vt faciat iudex malè iudicans, quę requirantur, & quid in Cathalonia, p. 1. q. 17. n. 50.

Suam non facit iudex quod arbitri ab eo electi malè pronunciarunt, p. 1. q. 24. n. 93.

Lites maiores ex testamentis iurisperitorum oriuntur. & quare, p. 2. q. 1. num. 56.

Lite orta inter duos clientes suos, aduocatus illos ad concordiam reducere enarę debet, p. 2. q. 4. n. 61.

Litem ſuam non minus facere malè conſulentem, quam malè iudicantem ex Speculatoris ſententia, parte 3. quæſt. 3. n. 1.

Et diſtinctio Canciunculæ inter ius certum, & ius varium ſeu controuerſum n. 2.

Litem non facit ſuam iudex, qui contra communem iudicat, ſi pro ſe habuerit alicuius inſignis doctoris opinionem, p. 3. q. 3. n. 23.

Litterarum ſtudium comparatur cibo. & quare, parte 1. quæſtion. 1. numero 61.

Contra illarum contemptores affirmantes quod melius illi eruti homines quam Iuriſperiti iudicent, par. 1. q. 16. n. 44.

Litteris executorialibus tempore alicuius Proregis prouiſis, & expeditis, poteſt pars vti poſt eiuſdem Proregis mortem: ſecus de litteris citatorijs. & quare, p. 1. q. 24. n. 55.

Litteræ domini Regis ſub anno 1638. directæ omnibus feudatarijs Regijs Principatus Cathaloniæ, mandando eiſdem vt pararent ſe cum bellicis apparatibus ad præſtandum ſeruitium illi debitum occaſione imminentis belli Regis Francorum p. 2. q. 7. n. 2.

Et deliberatio Regiæ Audientiæ vigore dictarum litterarum quod ad Baiulũ Generalem ſpectabat procedere contra feudatarios, & quemadmodum procedere deberet, n. 3.

Et commiſſio huius cauſæ auctori facta & proceſſus eiuſdem aduerſus feudatarios, n. 4.

Litteræ Regis Alfonſi ſub anno 1430. quibus committit Galcerando de Requeſens Baiulo Generali Cathaloniæ cauſas feudales, p. 2. q. 7. n. 101.

Litterati viri dicuntur eſſe veluti ſtellæ in perpetuas æternitates manſuræ, dũ plurimos ad iuſtitiam inſtruunt, p. 3. q. 1. n. 5.

Locatio Rei Eccleſiæ vltra tempus à iure permiſſum facta, non ſuſtinetur in tẽpore vel ad tẽpus permiſſum, p. 1. q. 11. numero 7.

Locumtenens in officio Magiſtri Rationalis ſuæ Maieſtatis præit cuicũque Regio Senatori, par. 1. quæſtion. 2. numero 53.

Locumtenentem ſuum iudex ordinarius an poſſit ſine cauſa reuocare. vbi cõtrariæ DD. ſententiæ, par. 1. q. 12. numero 108.

Locumtenentis officium an expiret morte iudicis ordinarij ſubſtituentis, ſi iudex ordinarius ſubſtituerit ſibi locumtenetem. vbi contrariæ DD. opiniones, p. 1. q. 24. n. 26.

Locumtenentem creare an poſſit aſſeſſor in caſu ſolum breuis abſentiæ vel infirmitatis, vel alterius ſimilis impedimenti, p. 1. q. 24. n. 78.

Generalem aſſeſſoris ſeu Regentem aſſeſſoriam pro eiſdem caſibus poteſt etiam dominus iuriſdictionis creare, num. 79.

Locumtenentes alij creantur à lege, alij ab homine, alij ab officialibus deputatis à domino, alij ab ipſo domino, nu. 79.

Locumtenens creatus à domino an præferatur, an vero conſtitutus ab ipſo aſſeſſore, n. 80.

Creatus à domino eſt ordinarius, conſtitutus vero ab aſſeſſore eſt delegatus, n. 80.

In locumtenentem ſuum, ſi aſſeſſor ſeu officialis vnum elegit ex nominatis per dominum, nõ tenetur de malè geſtis eius, n. 87.

Similiter ſi locumtenens per aſſeſſorẽ ſeu officialem electus, præſentetur domino & approbetur per eum & admittatur n. 88.

Exẽplar Regiæ Audientiæ de comẽtarienſi, qui nominationem ſubſtituti præſentauit Regio Conſilio, vt ſi carcerati fugerent culpa ſui locumtenentis, ipſe liber euaderet, numero 89.

Loqui in Concilio an prius debet aduocatus iunior, vel antiquior, p. 2. q. 2. n. 48.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Liberè tenetur,& reſiſtere in quouis Capitulo & conuentu quicunque eius pars ſit,ſi contra communem vtilitatem quid proponatur;aliter peccat,p.3.q.4.n. 17.& 18.

Loquaces non debent eſſe iudices:nec tamen tacere vbi loqui oportet.& ornatur,p.1.q.1.n.76.

Lucra fiſco delata,inconſulto fiſci aduocato repudiari nequeunt,p.2.q.6.num. 27.

Lucrandi propoſitum & intentio nõ facit vt opus quod aliàs ex ſuo genere non eſt ſeruile,ob hoc fiat tale,p.2.q.8.n. 45.

Luxuria obcœcati non debent præponi iudices.& quare,par.1.quæſt. 1. num. 57.

M.

Macedoniani exceptio an habeat locum inter Chriſtianos,par.2.q.8.n. 63.

Magiſtratibus in conſcientia licet ſuas magnificare & defendere prærogatiuas ſine ambitione,& ſuperbia.& quare,p.1. q.2.n.65.

Magiſtratus maioris aduentu & præſentia an ceſſet iuriſdictio minoris,vt per aduentum Vicarij, exercitium Subuicarij,& Locumtenentis,par.1.q.12.num. 134.

Magiſtratus facilius excuſatur quam aſſeſſor,in iure tamen,non in facto: quia debet conſilio aſſeſſoris deliberare, p.1. q.13.n.22.

De ſolo dolo tenetur, ſed aſſeſſor de imperitia:quia non eligitur niſi propter peritiam,n.23.& 25.

Cum magiſtratu mitius agitur quam cum aſſeſſore,n.28.

In magiſtratu repreſentatur Princeps ſicut ſeruo dominus & Eccleſia in miniſtro ſuo, parte 1. quæſtion. 14. numero 31.

Magiſtratus ſiuè iudex eſt lex loquẽs, p.1.q.16.n.8.

Magiſtratibus cõgrua ſalaria aſſignari ex publico maximi intereſſe Reipublicæ comprobatur,par.1.q.20. numero 36.

Magiſtratus ſupremi & conciliarij Regis,qui ei indignos ad officia proponunt, mortaliter peccant, & ad reſtitutionem tenentur, parte 1. quæſtion. 22. numero 5.

Ad magiſtratus ſeculares iure ciuili ſtatutum eſt vt meliores homines eligãtur,pro vt iure canonico in beneficijs Eccleſiaſticis,parte 1.quæſtion.22.numero 13.

Magiſtratus temporalis an poſſit prouidere officio iudicum ſeu aſſeſſorem vacatura, quæ poſtea vacant tẽpore ſucceſſoris in magiſtratu,p.1.q.24.n.35.& 36.

Et refertur exemplar ſeu declaratio DD.n.39.

Secularis magiſtratus ſine metu excõmunicationis poteſt Eccleſiaſtico iudici inhibere, ne pendente appellatione procedat,ne cenſuris aut aliter fiat iniuria alicui,interim donec Sum.Pontifex debitum auxilium præſtet,p.1.quæſt.24. n.122.

Maieſtas iudicis conſiſtit in faciendo loqui vel ſilere aduocatum, par.3.q.2.n. 12.

Maior pars quando poteſt præiudicare minori in his,quæ sũt cõmunia pluribus vt ſingulis, eſt regulariter de ſubſtantia vt omnes in vnum locum conueniant & de ipſa re diſcutiant,par.1.quæſt.24.n. 104.

Et de dicta coadunatione debet conſtare ita vt aliàs non præſumatur,numero 105.

Maior pars creditorum vt poſſit prẽiudicare minori in dilatione concedenda,requiritur vt creditores ſimul conueniant,n.106.

Fallit quando omnes creditores ſeparatim concordarent,ibidem.

Fallit item quando huiuſmodi ſolennitas conſuetudine ſublata eſſet, ibidem.

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Mala non sunt facienda vt eueniant bona,p. 1.q. 18.n.71.

Mali aduocati vocantur concinnatores & redemptores litium & moratores causarum,& eorum facundia dicitur canina,p. 2.q. 1.n. 31.

Vocantur stellæ erraticæ, quia duplicem habent motum scilicet pro&contra. & refertur ad hoc facetissimum exemplum,n. 38.

Maleficio vti nunquam licet ob quemcunque bonum finem,cum sit intrinsecè malum inuocare dæmonis auxilium per maleficia,p. 1.q. 18.n.71.

Maleficij aliquod opus vt malefici coram iudice exerceant,an liceat iudici efficere causa verificandi delicti vel ob alium bonum finem,n.70.

Maleficia ad bonum finem exercentes iure Canonico puniuntur,licet iure Ciuili non puniantur,ad interpretationem tex. in l.eorum 4. C. de malefic. num. 72.& 73.

Ad maleficij signum destruendum an possit aut debeat iudex maleficum compellere causa obtinendæ salutis,n.74. & seqq.cum n.77.vbi resolutio. Ratio dubitandi,ibidem.

Amouere illud licet malefico, & cuicunque alij non animo vt pactum maleficio à dæmone seruetur sed destruendi pacti cum dæmone initi,& obtinendæ salutis,n.75.

Amouere tenetur, scilicet maleficus tanquam damnificator, ministri iustitiæ lege iustitiæ,& quicunque alius lege charitatis,si commodè potest,n.76.

Maleficiorum iudex si temerè contra aliquem non præcedentibus indicijs aut fama,inquisitionem fecerit, non solum in conscientia tenetur propter infamiã, sed etiam in foro exteriori tenetur ad interesse,& expensas,n.79.

Maleficum torquere volentibus iudicibus licet efficere vt eius corpus abluatur,& totius corporis eius capilli abradãtur.& quare,& ad quem effectum,p. 1.q. 18.n.78.

Est tamen superstitiosum, si tonsio illa fiat credendo per illam vires amitti instar Samsonis,ibidem.

Mandatum iurisdictionis non extenditur ad remittendum delinquentibus pœnas,& indulgendum in delictis,p. 1.q. 6.n. 52.

De mandato in iudicialibus nisi aduersarius opponat,censetur in procuratorem cõsenti re:secus in extraiudicialibus, p. 1.q. 9.n. 88.

Mandatum iurisdictionis expirat re integra:secus re non integra,p. 1.q. 24. n. 56.

De aliquid faciendo,morte mandãtis expirat,n. 57.

Inuitus suscipere nemo cogitur. & quomodo hoc intelligatur,p. 2.q. 3. n. 6.

Manumittere seruum suum potest pater apud filium magistratum,par. 1.q. 14. n. 17.

Manus debent seruare iudices mundas Deo,Regi,& legi,par. 1.q. 1.numero 53.

Manus Regia vnde dicatur, & originem traxerit,p. 1.q. 10.n. 57.

Manu Regia olim ante ius Ciuile omnia expediebantur,& an hodie adhuc in Principibus duret,ibid.

An Princeps possit actiones tollere ita vt quisque quod sua interest, manu Regia consequi possit,n. 58.

Et an Princeps possit causam manu Regia committere alicui iudicandam,ibidem.

Manutenentia in Cathalonia concedi inaudita parte non possunt in rebus profanis, sed tantum in beneficijs & rebus Ecclesiasticis,seruata forma constitutionum,p. 1.q. 18.n. 20.

Manutentio lite pendente datur in summarissimo possessorio,non obstante clausula in commissione posita, quod procedatur sola facti veritate inspecta,p. 1.q. 10. n. 49.

Mater per substitutionem pupillarem excluditur à legitima filij decedentis in ætate pupillari, secundum multorum sententiam, parte 2.quæstion. 8. numero 64.

Sub-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Substitutus tamen pupillaris in foro conscientiæ tenetur restituere legitimã quæ matri competebat, ibid.

Materiæ appellatione an & quãdo veniat materiatum, parte 1. quæst. 11. num. 78.

Matrimonium coram parocho putatiuo valet, parte 1. quæstione 12. numero 76.

Maturitas poscitur à iudice, p. 1. q. 1. n. 62.

Medicus propter insufficiẽtiam reprobari potest, parte 1. quæstione 13. num. 16.

Cui salarium publicum constitutum est, nec sponte ab ægroto oblata potest recipere, parte 1. quæstione 19. numero 22.

Potest tamen accipere si idem infirmus iam sanus effectus dederit, numero 30. & parte 2. quæstione 9. numero 21.

Medicorum priuilegia ad viduas eorũm non transeunt, & quæ sit ratio diuersitatis inter eas & vxores Iureconsultorum, par. 2. quæstione 2. numero 62.

Mens legislatoris est magis attendenda quam verba, p. 1. quæstione 18. num. 27.

Mentio specialis requiritur vt fisci priuilegium tollatur, par. 2. quæst. 6. num. 119.

Generalis idem operatur quo ad omnia, quod specialis quo ad singula, p. 2. q. 7. n. 31.

Mentiri, etiam pro temporali vita alicuius non licet, parte 1. quæstio. 18. nu. 53.

Mendacij diuersæ pœnæ cõtra negãtes positiones & diuersi casus fallentiales in quibus negantes positiones, euadunt pœnas mendacij, par. 2. quæst. 8. numero 31.

Mercator si à publicano deceptus fuit, excusatur à pœna, par. 1. quæst. 11. numero 28.

Si facta debita diligentia in locis solitis nõ inueniat collectores iurium, excusatur à pœna, licet non à solutione gabellæ. & quid obseruetur, n. 43.

Mercator secundum legem Theberũ creari iudex non poterat ob nimiã quæstus cupiditatem, parte 1. quæstio. 20. n. 2.

Merces licitæ quæ simul cum illicitis exportantur, an amittantur propter illicitas. vbi antiquorum, & modernorum cõtrariæ opiniones, parte 1. quæst. 11. nu. 16.

Quid si dictę merces non erant prohibitæ, sed agitur vt incidant in commissũ ratione fraudatæ gabellę. & quid obseruetur, n. 17.

Quid fuit hoc casu in domo ciuitatis Barcinonæ sententia definitum, numero 38.

Merces extra Regnum extrahere sub pœna prohibitus, an si reperiatur in via cum mercibus extrahi prohibitis, pœnam statuti prohibitorij patiatur. vbi contrariæ opiniones doctorum, & distinctiones, & quæ sit verior, parte 1. quæstio. 11. nu. 53.

Vbi condemnari potest, debet condẽnari mitiori pœna, quia potuit pœnitere nisi confiteatur delictum, n. 54.

Mercedem ex causa patrocinij Cicero à nemine accepit, parte 2. quæst. 9. numero 2.

Merces vt pro patrocinio reciperetur quis primum instituerit: quisque primus illam accepisse feratur, numero 4.

Mercedem vt aduocati nõ inhoneste acciperent, iure Ciuili & Canonico probatum fuit, n. 5.

Merces debetur aduocato licet sine labore & reuolutione librorum consilium dederit, parte 2. quæstion. 9. numero 10.

Glosæ opinio improbatur, ibidem.

Mercedem an licitè petat aduocatus conductus ad annum seu annos sub certa annua mercede ad omnes causas, quas clientulus habet vel habiturus est, si nullas causas in illo anno cliens habuerit, referuntur contrariæ DD. sententię, &

Anto-

UAB Biblioteca de Ciències Socials

Antonini Diana traditio reprobatur, p. 2. q. 9. n. 45.

Methatores qui dicantur, par. 2. q. 6. n. 23.

Metum non dicitur inferre iudex, & eius præsentia excludit præsumptionem metus & fraudis, par. 1. quæst. 1. numero 88.

Miles licet non possit esse procurator, tamen valent gesta per eum, p. 1. q. 12. n. 91.

Militare dicuntur aduocati, p. 2. q. 2. numero 2.

Militia simplex armata non est dignitas, parte 2. quæstion. 2. numero 20.

Aulica militia siue nobilitas est dignitas, n. 21.

Et circa hæc cautè legendus est D. Petrus Fontanella n. 20.

Militi an præferatur aduocatus doctor. vbi super hoc affertur distinctio, p. 2. q. 2. n. 24.

Miles militans nõ potest esse aduocatus; secus de veterano milite, p. 2. q. 2. nu. 29,

Et annotatio Thomæ Micres taxatur, n. 30.

Miles dicitur seruus Imperatoris, p. 2. q. 2. n. 36.

Habetur pro vicino loci vbi militat, si ex publico stipendiatus sit, aliàs secus, p. 2. q. 2. n. 68.

Militari priuilegio gaudentes an iure Communi capi possint pro debito ciuili, & quando possint. vbi limitationes, p. 2. q. 6. n. 101.

Et an pro debito fiscali, & quid in Cathalonia, ibidem, & n. 100.

Ministros & operarios magis idoneos domino suo tenetur conducere œconomus quantum commodè possit, p. 1. q. 22. n. 11.

Minor restituitur in integrum aduersus fraudatam gabellam, & liberatur à pœna soluendo gabellam, & idem est si res vetitas exportauerit, par. 1. quæst. 11. num. 58.

Quid in Regno Castellæ, ibidem.

Fallit vt, n. 59.

Minor 25. annorum si pubes sit, an iudex esse possit, par. 1. quæstion. 12. num. 15.

Bartoli ententia & distinctio super hoc, n. 16.

Alia Imolæ, n. 17.

Alia Hieronymi Campanilis, numero 18.

Alia Azonis & Rafredi, quam passim DD. impugnant, n. 19.

Minor viginti quinque annis an iudex vel assessor esse possit in Cathalonia, n. 26.

